

IOANNIS OSORII
SOCIETATIS IESU, TOMVS SE-
CVNDVS CONCIONVM.



De

A DOMINICA PRIMA POST
Pascha usque ad *Aduentum*.


AD^{IC} D. FRANCISCVM SARMIENTUM
Episcopum Giennensem.

CVM INDICE LOCORVM SACRAR
SCRIPTVRAE ET RERVM.

*de la conig de S. J. de Granada 1516 et de
Marrakech*




CVM PRIVILEGIO
SALMANTICAE.
Excudebat Michael Serranus de Vargas.
ANNO. M. D. XC. III.



Tassa.

YO Christoual de Leon escriuano de camara del Rey nuestro Señor de los que residen en el su consejo. doy fee q̄ auiendo visto por los señores del, vn libro intitulado Tomus Secundus Concionum à Dominica prima post Pascha, vsque aduentum, que con su licencia hizo imprimir Ioan Oso- rio de la Compañia de Iesus. Tassarón cada pliego de los de el dicho libro en papel (a tres marauedis). Y mandaron que antes q̄ se vendá se imprima en la primera hoja de cada vno dellos este testimonio de Tassa, y para que dello conste di esta fee en la villa de Madrid a veynte y siete de Octubre de mil y quinientos y nouenta y dos años.

Christoual de Leon.



IMPRESORIO
ANNO M.D.XCII



YO Frãcisco de Galarza prouincial de la Compañia de Iesus en la prouincia de Castilla por particular commissiõ que para ello tengo del muy Reueren- do padre Claudio Aqua viua nuestro preposito general doy licencia que se imprima el segundo tomo de los sermones que escriuio el padre Iuã Oso- rio de la misma Compañia el qual ha sido examinado y aprouado por personas doctas de nuestra Compañia en testimonio de lo qual di esta firmada de mi nombre y sellada con el sello de mi officio en Leona. 17. de Iunio de mil y quinientos y nouenta y dos años.

*Francisco de Galarza
Prouincial.*

§ 2 EL





ESTE segundo tomo de sermones de la Dominica primera despues de Pascua hasta la vltima despues de la Trinidad: compuesto por el Padre Iuan Oforio de la Compania de Iesus vi, y examine, por mandado y comission del supremo Consejo Real, en los quales ay mucha erudicion, y sana doctrina, conforme a la doctrina de los sanctos doctores, y diffiniciones de concilios: y son de mucho provecho para los predicadores, y para los oyentes y se le deue agradecer mucho al author la diligencia grande que tuuo en componerlos, y en citar y explicar muchos y varios lugares de la sancta escritura, por lo qual se le podra dar licencia, y fauor para imprimirlos. Examinados, en el monesterio de nuestra Señora de la Merced de Madrid a veynte de Iunio de mil y quinientos y noventa y dos años.

*Maestro F. Francisco
de Medina.*

E L

E L R E Y.



ROR quanto por parte, de vos Ioan Oforio, de la compania de Iesus, nos fue hecha relacion que vos auia des compuesto vn libro intitulado. *Tomus Secundus Concionum à Dominica Prima post Pascha vsque aduentum*, en el qual auia des tenido mucho trabajo y ocupacion, y por que era muy vtil y provechoso nos pedistes y suplicastes os mandassemos dar licencia para le poder imprimir por el tiempo q̄ fuere seruido o como la nuestra merced fuesse: lo qual visto por los del nuestro consejo y como por su mandado se hizierõ las diligencias que la Prematica por nos nueuamente hecha sobre la impressiõ de los libros dispone, fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra cedula en la dicha razõ, e nos tuuimoslo por bien, y por os hazer bien y merced os damos licencia y facultad, para que por tiempo de diez años primeros siguientes que corran y se cuenten desde el dia de la fecha della, vos o la persona que vuestro poder ouiere y no otra alguna, podays imprimir el dicho libro que de fusõ se haze mencion por el original que en el nuestro Consejo se vio que va rubricado y firmado al fin del de Christoual de Leon nuestro scriuano de camara de los que residẽ en el nuestro Consejo, con que antes q̄ se ve da lo trayays ante ellos juntamente con el dicho original para que se vea si la dicha impressiõ esta cõforme a el: o trayays fee en publica forma en como por corrector nombrado por nuestro mandado se vio y corrigio la dicha impressiõ por el original y mandamos al impressor que imprimiere el dicho libro no imprima el principio y primer pliego, ni entregue mas de solo vn libro con el original al autor o persona a cuya costa se imprimiere ni a otra alguna para efeto de la correctiõ y tassa, hasta que primero el dicho libro este corregido y tassado, y estando ansy y no de otra manera pueda imprimir el dicho principio y primer pliego, en el qual seguidamente ponga esta nuestra licencia, y Priuilegio, y la Aprobacion y Tassa sopena de caer e incurrir en las penas contenidas en la dicha Prematica, y leyes de

nuestros reynos, y mandamos que durante el dicho tiempo persona alguna sin vuestra licencia no lo pueda imprimir ni veder, fopena que el que lo imprimiere aya perdido y pierda todos y qualesquier libros, moldes, y aparejos que del dicho libro tuuere, y mas incurra en pena de cinquenta mil marauedis, por cada vez que lo contrario hiziere: la qual dicha pena sea la tercia parte para nuestra cámara, y la otra tercia parte para el juez que lo sentenciare, y la otra tercia parte para la persona que lo denunciare, y mandamos a los del nuestro consejo Presidentes y oydores de las nuestras audiencias, alcaldes, alguaziles, de la nuestra casa corte y chancillerias, y a todos los corregidores, asistentes, gouernadores, alcaldes mayores, y ordinarios, y otros juezes y justicias qualesquier de todas las ciudades, villas y lugares, de los nuestros Reynos y señorios, ansi a los que agora son, como los que será de aqui adelante, que vos guarden y cúplan esta nuestra cedula y merced, que ansi vos hazemos, y contra el tenor y forma de lo en ella contenido no vayan ni passen, ni consientan yr ni passar en manera alguna, fopena de la nuestra merced, y de diez mil marauedis para la nuestra camara. Fecha en Valladolid a veynte dias del mes de Julio de mil y quinientos y nouenta y dos años.

YO EL REY.

Por mandado del Rey nuestro Señor.

Don Luis de Salazar.



CLARISSIMO

ET AMPLISSIMO DOMINO FRANCISCO SARMIENTO EPISCOPO GIENNENSI, IOANNES OSORIO E SOCIETATE IESV.

S. F. E.



*V*M duplicem primitiarum fructum Deus Opt. Max. sibi olim dari, & offerri vellet, vnum quem populus vnuerfus, alterum quem *Leuita* decimarum nomine sacerdoti maximo offerebant, his postea quos in terris quasi vicarios. Deorumque sepe appellacione dignatos, substituebat, eundem pariter fructum censuit tribuendum. Eodem pene modo tibi ego, clarissime antistes (quem non solum propter summam, quam obtines dignitatem, sed propter singularem prudentiam, iustitiam, sapientiam, & sanctitatem sacerdotem summum appellare merito optimoque iure possumus) laborum, studiorumque meorum, quasi primitias libriam pridem vnum, nunc etiam alterum dicendum, offerendamque existimaui. De te namque mihi saepe numero cogitanti, venire in mentem salet, tot tua, tantaque decora, atque insignia ornamenta, licet maxima sint per te parta, a tuis tamen maioribus relicta tibi esse quasi

§ 4 heredi

hereditaria. Si quis enim illustria tuæ nobilitatis
initia, & incrementa consideret, si quis privilegia
magnifica, veteraque monumenta repetere memoria ve-
lit, comperiet facile, nullam esse Hispanorū gentē, cui
Sarmentorum familia vel antiquitate debeat, vel clari-
tate concedere. Ex veteribus nāque rerum Hispanarū
annalibus colligere facile licet, Aluarum Saluatorum
Bureuæ comitem inclytū, Villamaioris, Celladæ, Pā-
pliegæque dominum tuæ nobilitatis autorem principē,
auumque titum decimū nonū existere qui anno mille-
sima octuagesimo floruit, cuius postea genus per tot cla-
ras familias fuit latissime propagatum, ut non solū His-
paniæ optimates omnes, sed ipsos etiā summos Castellæ
Reges sanguinis propinquitate attingere videatur. Et
enim ad D. Mariam Emanuelem Ioānis Regis conso-
brinam tu præsul maxime genus inclytū refert ac deci-
mo consanguinitatis gradu à rege Ferdinando qui His-
palim recepit, distas, à Roderico vero Diaz Cid no-
minato decimo sexto, à Comite Castellæ Ferdinando
Gondisaluo vigesimo secundo à Nunio Rasura vige-
simo tertio, à Comite D. Iacobo Porcel Burgenfis vrbis
conditore, vigesimo quinto, à Pelayo cognomento In-
fante trigesimo. Quorum omnium maiorū tuorū si illu-
stria facta, victorias, ac triumphos vellent commemorare,
dies me deficeret, nec finem oratio inueniret. Unus tā-
tum Luisij Sarmentis parentis tui laudem summi viri
omnibus animi ingenijque opibus omnique rerum sa-
pien-

pienter, & fortiter gestarum gloria florentissimi præce-
rire silentio non possum. Qui puer adhuc paruus cū
Philippi Hispaniarū Regis huius nominis primimi-
nister esset, ea dedit animi documenta, ut a Ferdinan-
do Gondisaluo quē magnū ducē vocant, propinquo suo,
ad rei militaris tyrocinium accerferetur. Cū tamen il-
lius in Italiā expeditionis consiliū Rex Ferdināus
deposuisset, idque summus Pontifex cōperisset, a Mag-
no Duce petijt, ut propinquum sibi aliquē mitteret,
qui exercitui posset præfici, nullasque ad sustinēdū id
munus magis est repertus idoneus, quā Luisius Sar-
mentus, idque ab eo libentissimè susceptum fuisse, nisi
esset à parentibus impeditus. Quo autē tēpore publicis
seditionibus, turbulentissimisque tumultibus pertur-
bata est Hispania, ita Carolo quinto Imperatori, fidelē
strenuūque se præbuit, ut Saluaterræ Comitē patrie-
lem suum à seditiosis, rebellibusque ciuibus abstractū
ad tuendas Caroli partes traduxit. Cūque iam pacata
Hispania Imperator primos conuentus ageret, His-
panosque grauibus tributis premere statueret, pruden-
ter ac fortiter Sarmentus obstetit, impetrauitque etiā
ne Hispani armorū vsu, gladiosque gestandi consuetudi-
ne priuarentur. Cūque post paulo in Italiā imperato-
riæ maiestatis, & coronæ adipiscendæ gratia traiecisset,
legatū Luisiū Sarmentū protinus expedituit, qui
Imperatricē de coniugis itinere, deque rebus ad statū
imperij certiorē faceret. Cūque in Vieniā urbē cū ma-

ximis copijs Turca inuasisset, Mutinaeque administrā
de à Carolo praeficeretur, ad periculosum bellum Sar-
mentus properare maluit, quā munus gerere dignita-
tis, & securitatis plenissimū. Et cū Turcis iam profli-
gatis Carolus in Germania cōmoraretur. Mōferratiq;
Marchio nullo relicto herede virilis sexus è vita ex-
cessisset, Galli; in eas possessiones, quae ad Imperatorē
pertinebant, irruissent, ad recuperandam hereditatem
illū Luisium Sarmentū Carolus continuò mittendū
curauit, Profectus ille cū ad loca ea peruenisset, quae om-
niū erāt natura munitissima, & ab hostibus occupata
iā magnis armorū praesidijs tenebātur, ita fortiter &
animose rē gessit vs̄ intra mēse tertiuū fūderet, fugaretq;
Gallos, & oppida arcesq; omnes reciperet. In qua oppug-
natione cū multa fortia, insignia facta Sarmēti memorē-
tur, illud fuit sūma laude, & admiratione dignādū. Op-
pidū erat Cassar nomine & bellicosū, & rerū copia a-
fluēs, in quo publico magistratū iussu indictū fuit, ve
qui Imperatoris partes defederēt, capitali supplicio ple-
cterētur, cūq; oppidanus quidā nobilis, ad Imperatoris
studiū propensus deprehēderetur, iamque damnatus
ad supplicium duceretur, Luisius Sarmentus ex pro-
xima arcē reanimaduersa, cum parum tutū videret, ar-
mata manu indignū illud factū impedire, quod nullo
militari praesidio tunc circūseptus esset, solus vno comi-
tatus puero, gladioq; accinctus per medios hostes ingre-
diens, sola autoritate, & vultus, & vocis seueritate, vi-
rū illū nobilē praesenti periculo liberauit, cedentibusque
cunctis,

cūctis, nihilque repugnātibus, ad se saluū incolumēque
perduxit. Quae animi admirabilis virtus, memorabilis
que cōstantia eā famā est cōsecuta, vt reliquas vrbes, &
gētis illius oppida, (quae supra trecēta fuisse dicuntur) si-
ne praelio, & sine vlla fere cōtentione intra breuē tēpus
suā potestātē redigeret. Quibus deinde per quinqueniū
cū summa dignitate & omniū caritate praesuit, donec
propter nuptias, quas est nactus honestissimas sororis
principis Mōferrati vita sūcti Matua Dux Mōferra-
ti principatū obtinuit. In Hispaniā postea reuersus in
Lusitaniā ab Imperatore est missus: in qua legatione cū
reliqua omnia prudēter administraret, tū maximē eā
curā, cautionēq; adhibuit, vt sūmi Pōtificis, & Impera-
toris legato, maior haberēt honor, quā Brigātino. Duci
& diui Iacobi militiae praefecti filijs cū cōtra fieri con-
sueuisset. D. Maria nuptias cū Philippo Imperatoris
filio nullus alius, quā Luisius Sarmentus confecit, quā
uis ab eare vehementer Lusitaniā proceres abhorrerēt
quod ita posse fieri suspicārētur, vt Lusitaniā Regnū
hereditario iure ad Castellā imperiū rediret. Luisius
etiā Sarmētus D. Mariā nomine Philippi uxore du-
xit, nec enim aliū Imperator reperit, qui tātū munus
cū maiore dignitate, autoritateq; exequeretur. Idē Ioa-
nis Lusitaniā Regis filiā D. Mariā in Castellā redū-
xit, quae nisi immatura morte fuisset intercepta, Luisij
Sarmēti, familiā, maximis & honorib; & amplifica-
tā nō dubie reliquisset, à qua tāquā pater honorabatur
atque etiā saepissime appellabatur. Fuit idem etiam ad

consolandum Enricum Gallia regē, & reginam eius
matrem Regis Francisci morte mœrentes, qui singula-
ri prudentia, & illorū leuauit luctū, & controuersias
de regni negotijs sapienter composuit. Cūque in Belgi-
cam Galliam ad conueniendum Carolum parentē Phi-
lippus traiecisset, Lusius Sarmentus Carolo Caroli
imperatoris filio, & Ioanna filia moderator, & maxi-
mus œconomus est relictus. Cumque ita turbata Lusitania
res essent, ut ad Castellæ regnum omnino ventura
viderentur, summique alicuius viri, & maximi &
prudentissimi moderatoris præsentiam desiderarent,
legatus iterū in Lusitaniā est missus, quo tempore iu-
stitiæ, magnanimitatis, & sapientiæ ita expleuit mu-
nus, ut in sui admirationē, amorēque Lusitaniā vni-
uersam conuerteret. Sed tanti viri si quis laudes velit
numerando percensere, difficilius illi erit exitū, quā
initium inuenire. Quare vnū addam illud, quod nullo vn-
quam silentio, nulla obliuione obruendum, sed sempi-
terna videtur memoria, omniūque gentiū linguis, & li-
teris celebrandū, quod in tot tantisque rebus gestis, in
tā amplis, tāque fructuosis, quæstuosisque muneribus,
nullas copias nullas facultates in domū inuexit suam,
non pecunia (ut plerique solent) non spolijs, aut vllis opi-
bus locupletauit suos. Nec enim spe lucri nec vlla cupi-
ditate, nō mercede vlla alia, quā animi ingenuitate, &
vera pietate ductus obtemperare suis regibus, & impe-
ratoribus statuerat, vnica relicta filijs nomini, & glo-
ria

ria hereditate. Obijt Vlisipponē anno à christiana salu-
te. 1556. cum duobus ante annis illius coniux D. Ca-
tharina Pesquera obijisset, quæ vitæ sanctitatem morte
pijsima comprobauit, miraculaque edidit, obitusque
sui diem multo ante prænuñciauit. Hac innumerabi-
liaque alia tuorū maiorum insignia ornamenta, hæc tā
splendida laudum virtutumque maximarum decora,
cum non solum Antistes clarissime, ad te pertinere, sed
in te etiam eminere, elucereque maxime videantur, nil
mirum videri debet, si omne genus hominum caritate
& veneratione te maxima colat, suspiciat, admiretur.
Cum summa enim claritate, celebritateque tuorum in-
clyta mansuetudinis, clementiæ, integritatis, beneficen-
tiæ, sapientiæque laudem amplissimam canuisti.
Quæ cum mihi in mentem venirent, quem alium pa-
tronum, clarioremque Mecænatem quærerem, cui
scripta mea offerre ac dicare possem, reperire poteram
omnino neminem. Tantæ enim nominis auspicio, ac
ductu tutissime honestissimeque videbam illa esse in
lucem, conspectumque doctorum hominum præditura.
Accipe igitur clarissime & clementissime Antistes,
quæ tibi nostræ in te obseruantia testificanda gratia
libenter offerimus. Vale.

Ad

Ad lectorem.



Vm in Primo Concionum volumi-
ne, quod nuper in lucem edidi alia
etiam volumina tibi mea sponte pro-
miserim Christiane lector, diutius
me continere non potui, quin in tuam totiusque
Christianae rei publicae utilitatem secundum tam-
dem proferrem. Quo in volumine illud te oportet
animaduertere, in nonnulla euangelia, quae
aut facundiora videntur, aut eorum materies ad plu-
ra pertinet, & latius omnino patet, non singulas
modo, sed binas etiam, ternasque esse concio-
nes. Quam obrem candide lector hoc quicquid
est muneris, hilari fronte gratoque animo acci-
pito. Tertium enim de sanctis reliquaque deinceps
concionum volumina breui ut spero man-
dabo praelis.



TABVLA CON- GIONVM, QVAE HOC OPE-

re continentur.



Dominica prima post Pascha. pag. 1.
Dominica secunda post Pascha. pag. 14.
Dominica tertia post Pascha. p. 27. & 40.
Dominica quarta post pascha. p. 52.
Dominica quinta post pascha. p. 68.

In rogationibus. p. 81.

In vigilia Ascensionis. p. 93.

In Ascensione Domini. pag. 104. & 116.

Dominica infra octavas Ascensionis. pag. 128. 139.

Pentecostes feria Prima. p. 151.

Feria secunda Pentecostes. p. 163.

Feria tertia Pentecostes. p. 174.

Dominica Trinitatis. p. 187. & 200. & 212.

In festo Corporis Christi. p. 225. & 236.

Dominica infra octavam corporis Christi. pag. 252.

Dominica tertia post Pentecosten. pa. 264. & 277. & 289.

Dominica quarta post Pentecosten. pag. 302. & 313.

Dominica quinta post Pentecosten. p. 325.

Dominica sexta post Pentecosten. p. 336.

Dominica septima post Pentecosten. pag. 347. & 358.

Dominica octava post Pentecosten. pag. 369. & 380. & 391.

Dominica nona post Pentecosten. pag. 402.

Dominica decima post Pentecosten. p. 412. & 423. & 434.

Dominica undecima post Pentecosten. p. 445.

Dominica duodecima post Pentecosten. p. 458. & 469.


Dominica decima tertia post Pentecosten. p. 482.

Dominica decima quarta post Pentecosten. p. 493. & 504.

Domir-

TABVLA.

- Dominica decimaquinta post Pentecosten. p. 515.
 Dominica decima sexta post Pentecosten. p. 527.
 Dominica decima septima post Pentecosten. p. 538. & 549
 & 561.
 Dominica decima octava post Pentecosten. p. 573.
 Dominica decima nona post Pentecosten. p. 585. & 597.
 Dominica vigesima post Pentecosten. p. 609. & 621.
 Dominica vigesima prima post Pentecosten. p. 632. & 645.
 657.
 Dominica vigesima secunda post Pentecosten. p. 669.
 Dominica vigesima tertia post Pentecosten. p. 682. & 694.
 Dominica vigesima quarta post Pentecosten. pag. 707.



DOMINICA
 IN ALBIS, IOAN.

Vigesimo, Pax vo.
 bis, &c.

B



ECVNDI Paralip. 20. pugnante Deo 2. Paral. 20.

pro populo suo, innumeri hostes victi sunt, & ex eis præda maxima capta est, ita ut omnia portare non possent, nec per tres dies spolia auferre, præ prædæ magnitudine. Die autem quarto congregati sunt in valle benedictionis. Etenim quoniam ibi benedixerunt Domino, vocauerunt locum illum benedictionis usque in præsentem diem. Nulla unquam victoria Dei populo concessa est, ac ea quam Christus in passione obtinuit, qua uniuersos humani generis hostes superauit. Nunquam tam ampla spolia collecta sunt, ac illa, quæ nobis Christus concessit victoria parata. Ideo Esaias ait lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe, sicut exultant victores capta præda, quando diuidunt spolia. Nobis enim dedit ut spolia victoriæ suæ cæli beatitudinē, cuius nobis fores aperuit, ut illā deprædemur. Dedit in hac vita peccatorum veniam, gratiam, virtutes, dona, & tanta denique spolia, ut ea portare non possimus uniuersa, infinita namque ille nobis lucratus est bona, nec nos capimus ea omnia. Quid aliud agis cum ad sacramenta accedis, cum gratiam percipis, cum dona omnia, nisi victoriæ Christi spolia deprædari, tibi-


C

que

Esai. 9.

A

que



que applicare? Quid post hæc nobis agendum est, certè venire in vallem benedictionis, hoc nomen Ecclesiæ est, vallis benedictionis, nihil enim in ea resonare deberet, nisi gratiarum actio, & vox laudis, qua benediceremus eum, qui morte, & resurrectione sua nobis innumera dona parauit, annon sic Petrus agit dicens. Benedictus Deus, & pater Domini nostri Iesu Christi, qui secundum misericordiam suam magnam regenerauit nos in spem viuam, per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis, in hereditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarcescibilem, conseruatam in cælis. Innumeras ergo gratias Christo victori agamus, qui nos eripuit de potestate tenebrarum, qui nobis pretiosa spolia concessit.

Hæc vero spolia ostendit hodie suis. Christus Dominus, eis apparens, & dicens, pax vobis, pax vobis, pax vobis. Ter hodierno Euangelio pax repetita est, quia triplicem hominibus pacem Christus sua morte dedit, quibus vniuersum suæ passionis fructum, & vniuersa spolia colligit quasi in summa. De qua re loquitur Esaias. Et erit opus iustitiæ pax, & sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. In summa pace Deus hominē condiderat, pax enim illi erat cum Deo, pax cum proximo, pax secum inter interiore n, scilicet & exteriorem hominem. Amiserat homo pacem, dum peccauit. Nō enim est pax impijs, dicit Dominus, Christus vero hanc pacem bello suo recuperauit, & nobis illā restituit, dicens, *pax vobis*, Et tunc impletum est illud Esaiæ, erit opus iustitiæ pax, id est opus mortis Christi pax ista, vnde Psalm. Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis, & iterum iustitia, & pax oscularæ sunt. Et tunc sedit populus Dei in pulchritudine pacis. Conuenienter pax pulchra dicitur, nihil enim ea pulchrius, nihil dulcius. Hanc nunc pacem nos explicemus, & eius autorem contemplemur, & ministros, quibus nobis illa restituitur, si eam amiserimus. Hæc enim omnia in hodierno euangelio nobis inspicienda proponuntur, Christus scilicet autor, & princeps pacis, pax per illū nobis donata. Et ministri, quibus conceditur, peccata remittere, & pacē donare ijs, qui ea peccando amiserunt, Apocal. 21. ait Angelus Ioanni. Veni, & ostendam tibi sponsam, uxorem agni.

Pulchrum

A Pulchrum profecto spectaculum. Inter plura verò, quæ in ea vidit, tria præcipue numerat, lignum vitæ afferens fructus duo decim, qui in medio illius est ex vtraque parte fluminis, flumen tanquam Crystallum, eam lætificans. Et nomina duodecim Apostolorum agni in fundamentis ipsius, hæc verò illa tria sunt, quæ hodierno euangelio continentur. Primum Christus Dominus, qui in medio est ecclesiæ, in medio discipulorum, Deus in medio eius non commouebitur, lignum quidem vitæ, qui ex vtraque fluminis parte est, cum idem sit lignum, quia & in cælo est, & in ecclesia in eucharistia. Flumen verò pax est, lætificans Dei ciuitatem, iuxta illud Psalm. Fluminis impetūs lætificat ciuitatē Dei, pax verò fluuius dicitur ab Esaias. Fuisset quasi flumen pax tua, & iterum idem Esaias. **B** Ecce ego declinabo super eam, quasi fluuium pacis. Apostoli verò quibus hodie committitur, peccata remittere, ministri Christi sunt, qui nobis hanc restituant pacem si eam perdidimus.

Hæc ergo tria hodie contemplemur, & primum Principem pacis Christum dominum, de quo Ioānes ait, *Stetit I E S V S in medio discipulorum suorum.* Ecce arborem vitæ in medio paradisi, in medio ponitur, vbi omnibus pateat, ab omnibus videri & excipi possit. Aliqui Deum putant longe esse, & in Indos proficiscendum, vt eum inueniant, sed ille in medio est. Si miles nos præstamus Adamo, qui habens lignum vitæ in medio paradisi, diuertit, quærens arborem vetitam, si omnia voveris bona, ad hanc accede arborem. Folia eius ad sanitatem gentium, esurientes fructu eius reficiuntur, lasi sub vmbra illius quiescunt. Si fructum vis, nunquam hæc arbor sine illo est. Est ille malus inter ligna siluarum, cætera omnia ligna siluarum sunt, sine fructu sunt, nihil vtilitatis ab eis consequeris. Si in medio tui Dominus sit, omnia tibi bona erunt, si abierit ille, nihil tibi boni manebit. Amos. 7. secundum translationem septuaginta dicitur. Et ecce vir stabat super murum adamantinum, & in manu eius adamas, & dixit Dominus ad me. Quid tu vides Amos? & dixi, Adamantem. Et dixit Dominus ad me. Ecce ego iniiciam adamantem in medio populi mei, nequam ultra addam, vt pertranseam eum. Quo loco Hierony,

A 2 mus

1. Pet. 1.

Esai. 32.

Esai. 48.

Psal. 71.

Apoc. 21.

Psal. 45.

Psal. 4.

Esai. 48.

Esai. 66.

Genes. 2.

Cant. 2.

Amos. 7.

Hiero.

Hiero.

mus ait, Xenocrates scribens naturam lapidum, & gemmarum, A
ait. Adamas sui nominis lapis est, quem latine indomitum pos-
sumus appellare, eo quod nulli cedat materiæ, nec ferro qui-
dē, nam si ponatur super incudem, & graui ictu feriatu mallei,
antea incus, & malleus vulnus accipiunt, quam adamas conte-
ratur. Cumque ignis omnia domet, & vniuersa metalla consu-
mat, reddit adamantem duriozem. Vidi in auro adamantem,
cumque vicinum consumatur aurum longo vsu, ac nimia vetu-
state, solus adamas non atteritur, & nulla lima imminui potest,
sed ē contrario limam terit. Hic lapis Christus Dominus est,
qui cum in forma Dei esset, serui formam accepit, paruus factus lapis. Hic verò stat super murum adamantinū. Sed quo-
modo murus ex adamantibus conficietur, cum tam pauci ad-
mantes sint? Murus efficitur adamantinus, quia sancti natura
sua viles lapides, adamantes efficiuntur Christo vniti, & cum in
medio eorum ille sit, illos efficit pretiosos lapides, & insuperabi-
les. Annon adamas insuperabilis, qui ait. Quis nos separabit à
charitate Christi? annō adamantes illi, de quibus dicitur, Portē
inferi non præualebunt aduersus eam. Hic verò dominus in manu
sua adamantem tenet, quia homo nisi Dei teneatur manu, & illius
valletur auxilio, omnem perdit fortitudinē, dicente Domino, nemo
rapiet eas de manu mea. Si verò Dei manu teneatur, adē robustus
est, vt ei dicat Esai. Si transieris per ignem, flamma non comburet
te, quanto que magis tentationib' ceditur, tanto fortior est, & pro
nomine Saluatoris inter flagella lætatur. Forfan non incongrue murus
adamantinus altare est, quo ecclesia vt muro protegatur, vir in illo
stans est sacerdos, adamas quem manu tenet Christus Dominus. Hic
adamas iniectus est in medio populi Israel, stetit in medio discipulorum,
& sic Dominus non pertransibit ecclesiam, perpetuo in illa erit,
quia adamas hic in medio illius est. Hic reliquos sibi circumstantes
lapides in Adamantes mutat, vt pretiosi lapilli, & insuperabiles
sint, vis ergo lætus, pretiosus, & insuperabilis esse? Christo coniungere,
sit ille in medio tui.

Hæc Hieronymus. Qui addit, hic lapis durissimus, & indomabilis
hircorum cruore dissoluitur, & missus in calidum sanguinem,
perdit fortitudinem suam. Cor enim durissimum

A mū solo mortiferę libidinis calore perit. Hęc enim sanguinis hircorum,
& ipsius hirci dicitur esse natura, vt sit ad libidinē calidissimi
mus, & ignis edomare nequeat, solus illius dissoluat cruor.
Cauē ergo, si Adamases libidinis occasiones, has time, has fuge

Sed ingreditur IESVS ianuis clausis. Deo enim nulla clausa ianua est.
Nulla esse ianua videbatur discipulis, vt leuari possent, ac consolationem
percipere, & tunc Christus adest.

Si afflictus es, si perditus, si quasi desperatus, consolare tamen,
diuinę enim misericordię clausa nulla ianua est, aderit illa tibi,
cum eam expectaueris, etiam si nulla tibi ianua esse videatur,
per quam intret. Desperabat Dauid, posse euadere manus Saul.

Cingebat illum per coronam, nulla spes restare videbatur,
sed tūc suscitatur Dominus Phillistęos, qui ingrediantur terram
Israel, quibus vt occurrat Saul, desistit persequi Dauid, qui sperabat
in domino dicens. In Domino confido, quomodo dicitis animę meę,
transmigra in montem sicut passer? Inclusus in pisce Ionas erat,
salus nulla restare videbatur, sed Dei

misericordia ianuam inuenit, & præcepit pisci, vt Ionam euomeret.
Clausa ianua, & signata erat lacus leonum Danieli, sed ianuā
Deus adinuenit, vt Abachuc eum pasceret. In clausa fornace erant
pueri tres laudantes Deum, sed ianuam inuenit Angelus, qua ingressus
fecit ventum roris stantē. Nulla enim Deo clausa ianua est.

Dormit Israel & Dominus occidit 185000 hostes. Hinc Psalm.
Ego dormiui, & soporatus sum, & exurrexi, quoniam Dominus suscepit me.
Noli etiam tu putare, Deo clausam ianuam, vt te peccantem non videat.
Senes illi, quos idola colere vidit Ezechiel, putabāt ianuis clausis
Deū nihil videre, sed omnia videt oculus eius, si occultabitur vir in
absconditis, & ego non videbo eū? Et dixerunt nō videbit Dominus,
nec intelliget Deus Iacob. Intelligite insipientes in populo, &c.
Hoc verò mirandum valde est, cum nulla Deo clausa ianua sit,
peccator tamē ita cordis sui ostia claudit, vt Deus illud nō
intret, in hoc solū Deo clausa est ianua. Portę inferi Deo resistere
non potuerunt, & tu ei resistes? Cōfregit portas æreas, & vectes
ferreos, contriuit, & portas cordis tui non confringet? Cæci, &
claudi Dauidi ianuas occludunt, propter quod dicitur. Nō ingredieris
huc, nisi abstuleris cæcos, & claudos dis-

1. Reg. 23.

Iona. 2.

Dani. 3.

4. Reg. 18.

Psalm. 3.

Ezech. 8.

Hiere. 23.

Psalm. 93.

Math. 25.

2. Reg. 5.

centes non ingredietur Dauid huc, ita peccator ait, non ingredietur Deus cor meum, an non cæcus, qui Deo non aperit? Si nosset, quæ tibi bona defert, ei aperires, sicut sponsa. Venit ergo ille omnibus bonis onustus, spolia innumera bonorum nobis deferens, aperi ei, ut sit in medio tui.

Iam verò spolia ducis nostri videamus, pacem, scilicet, quæ flumen est ciuitatis Hierusalem. Ter verò hodie à Christo pax repetita triplicem significat pacem, per eum nobis concessam. Prima cum Deo, hanc constituere pacem in mundum venit.

Ezec. 37.

Hinc Ezechiel. Et Dauid seruus meus princeps eorum in perpetuum, & percutiam illis fœdus pacis. Hanc mundi cum Deo reconciliationem per Iesum factam prædicauerunt Apostoli, de quibus Esaias. Quam speciosi pedes Euangelizantium pacem, Euangelizantium bona, quem locum explicat Paul. de Apostolis. Sanguine verò suo hanc constituit pacem, vnde Paulus ait. Pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cælis sunt. Quæ ratione cum dixisset, pax vobis, ostendit eis manus, & latus, quasi diceret, vulneribus istis pax hæc constituta est. Sed ut hanc pacem intelligas, notandum, quod peccatum constituit hominem Dei hostem, & inimicum. Et hac ratione creaturæ omnes in hominem peccatorem rebellauerunt, Dei sequentes factionem. Hinc Sapiens. Omnis creatura tibi creatori deseruiens, excandescit in tormentum aduersus iniustos, & lenior fit ad benefaciendum ijs, qui sperant in te. Ut verò homo Deo reconciliaretur, & peccatum deleteretur,

Eesai. 52.

Roma. 10.

Colos. 1.

Sapi. 16.

mors Christi necessaria fuit, qua Deo plene pro peccato satisfactum est, & homo Deo reconciliatus, & pax stabilita. In baptismo applicita tibi hac Christi passione, Dei amicus factus es: ecce constitutam pacem. Sed num iterum rebellas in Deum? iterum hostis illius eris? Attendis, cum quo inimicitias geras? Si videres nunc, infimum de plebe hominem, publice inimicitias gerere cum Rege, an non irrideres? an non eum perditum diceres? factionem contra regem moliris, dementatus es. An non dementatus peccator, qui cum Deo inimicitias gerit? Dei inimicus eris? Dei hostis? Contra eum, qui omnipotens est, qui omnia in nihilum redigere, qui te in infernum trudere potest, insurgis? Tremat Cain dicens, ecce eijs me hodie à

Simile.

facie

A facie tua, omnis ergo, qui inuenit me, occidet me. Quomodo non tremis, & pæues, si ad horam in peccato es? Non te vides, in regno eius esse? nec cum effugere posse, quo ibo à facie tua? an non pacem cum Deo statuere curabis? Sed ais, non ego inimicitias cum Deo gero, imo geris, si in peccato es; & nec solum inimicitias geris, sed & in arnam cum eo descēdis, arma, ut in eum pugnes, sumis. In arnam cum leone descēdis? Audi Iob. Tetendit enim aduersus Deum manum suam, & contra omnipotentem roboratus est, cucurrit aduersus eum erecto collo, & pingui ceruice armatus est. An non dementatus peccator hæc tentans? an non Dei iram pertimescis? Audi eum similiter in bellum præcedentem contra te, & arma parantem.

Iob. 15.

B Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrauit, arcum suum tetendit, & parauit illum, sagittas suas ardentibus effecit. Et accipiet armaturam zelus illius, & acuet diram iram in lanceam, & pugnabit pro illo orbis terrarum contra insensatos. An non tibi certa mors imminet? Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur: an hoc non pæues? vere insensatus es, dormiens es. Somniat homo, se è turri cadere vel à tauro interfici, & angitur, sed frustra, illud enim in somnium est, verum periculum non est. Et forsitan inimicus eum confodere vult, nec timet, quia dormiens est, nec inimicum videt, eum iugulare parantem. Huic similis peccator est, Deum gladium vibrantem non pertimescit, timet verò temporalia damna, quæ nihil sunt. De quo Psal.

Psal. 7.

Sap. 5.

Ezech. 18.

Simile.

C Verum tamen in imagine pertransit homo, sed & frustra conturbatur. Frustra conturbatur, qui imaginibus rerum, non veritate turbatur. Omnia verò caduca, & peritura imagines sunt, non rerum veritates, siue bona illa, siue mala sint. Vera mala æterna sunt, quæ Deus peccatori comminatur. Vnicum tibi remedium est, accede ad Christi vulnera, amicitias cum Deo compone, ut pax tibi prior sit, accepta diuina gratia, qua cum Deo in pace eris.

Psal. 38.

Sed non contentus semel dixisse, pax vobis, secundo id ipsum repetit, quo significat pacem cum fratribus, quam etiam Christus mundo attulit, ut promiserat per Ezechielem. Dabo eis cor vnum, & spiritum nouum tribuam in visceribus eorum, auferam cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum.

Ezech. 11.

A 4

Hoc

Act. 4. Hoc verò impletum in fidelibus Lucas testatur, dicens. Multi-
A tudinis credentium erat cor vnum, & anima vna. Et hoc est il-
Pfalm. 71. lud Pfalm. Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis.
 Tanta res pax est, vt à paganis præcipuo honore sit habita.
Blondus. Blondus lib. 2. de Roma instaurata ait. In monte Palatino fuis-
Suetonius. se templum Concordiæ dicatum, quod Suetonius asserit à Ti-
 berio fuisse constructum. Et præpe montem Palatinum Vespasianus ædificauit magnificentissimum templum Paci dicatum,
Hieron. vt Hieronymus super Ioel autor est. Finxerunt antiqui sapientes inter Neptunum, & Mineruam cõtentionem fuisse de dignitate, dicente Neptuno. Aquam se inuenisse ad eò necessariã
 Minerua oliuã. Et cecidit causa Neptunus, quia per oliuã pax
B significatur. Qua fictione significabant sapientes illi, omniũ
Plutar. optimũ pacem esse. Quã extulit Plutarchus, in apophtheg. dicēs. Nobile Scythã Saurũ nomine, vt filijs exprimeret pacis cõ-
 moda eos hora mortis ad se vocasse, & cũ virgarum manipulũ
 colligatum manu teneret, eum filijs dedit, vt frangerent, cũq;
 nullus confringere valeret, ipse facile fregit, singulas virgas se-
 paratim confringens. Cui filius natu maior dixit, singulas facile
 est frangere, collectas impossibile. Tunc pater ad filios ait.
 Si diuisi fueritis, quisq; vos confringere poterit, etiam imbecillis
 & infirmus, vt ego sum; si vero pace vniti, & colligati fue-
Ezech. 10. ritus, nullus in vos præualebit. Sicut ergo dicit Ezechiel de
 quatuor illis mysticis rotis. Aspectus earũ similitudo vna, qua
C tuor, quasi sit rota in medio rotæ, quatuor erant rotæ, & vna vi-
 debatur, & vna intra alteram erat, sic vnione maxima inter se
Simile. cõnecti fideles debent, vt vnum sint. Sicut enim rotæ horolo-
 gij, licet hæ maiores, illæ minores sint, ea tamen proportione
 inter se sunt, vt eodem tempore circulum perficiant, & vna
 mota aliæ mouentur, & quiescente quiescunt, & cum multæ
 sint numero, vna sint conformatione, & consonantia, ita fide-
 les, vna sint voluntate. Ad hoc vero in mundum Christus ve-
 nit. Hoc nos ille verbo & exemplo docuit. Hoc nouum dixit
 mandatum. Licet enim pacis, ac charitatis vetus mandatum
 sit, sed huius summæ vnionis, & pacis, vt sint cor vnum, & ani-
Eph. 4. ma vna, nouum, & proprium legis euangelicæ est. Hinc Paulus
Promer. 6. solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Hinc Sapiēs,
 Sex sunt

A Sex sunt quæ odit Dominus & septimũ detestatur anima eius,
 explicans vero hoc septimum, quod est capitalius ait, qui semi-
 nat inter fratres discordias.

Tertia vero pax per Iesum allata in mundum, quam significa-
 uit, cum tertio dixit, *pax vobis*, est pax hominis secum, consi-
 ciẽtiã tranquillitas, & pax Dei, quæ exuperat omnem sensum.
 Hæc pax in impio nõ est. Hinc Esaias, non est pax impijs, dicit *Esa. 48.*

B Dominus. Et cor impij quasi mare feruens, quod quiescere eò
 potest. Sicut enim cum tyrannus in regno principatur, & natu-
 ralis rex spoliatus est, pax in regno esse nõ potest, temper enim *Simile.*
 proprius rex in suum locum restitui curat, ita dum appetitus in

B homine dominatur, ratio quæ natura superior est, in suum lo-
 cum redire tentans, hominem discruciat, & hi sunt consciẽ-
 tiã morsus. Et veluti cũ corporis membra, atq; ossa in suo loco
 nõ sunt, sed diuisa ad inuicem, corpus quiescere nõ valet, donec
 in suum locum vnumquodq; restituatur, sic dum ratio nõ
 est in superiori loco, & appetitus in inferiori, dispaçta, &
 disiuncta sunt vniuersa, pax esse non potest. Hinc illud *Iob. 26.*
Iob. 26. Gigantes gemunt sub aquis. Licet enim in fluuium deliciarum
 ingredi videantur, sed in gemitus flumẽ veniant, & licet stratum
 eis sit pretiosum, & molle, vestes, & domus, & familiæ am-
 plæ, adhuc gemunt. Similes Aegyptijs, qui dũ manducabant, à

C sciniphibus pungebantur, nec quiescere permittebantur. Si dũ
 in lauto conuiuio esses, te serpens moderet, atq; corroderet, nõ
 tibi pax esse posset? Huiusmodi peccator est, qui dũ in peccato
 delectatur, à serpente mordetur antiquo, qui eum corrodit. *Ezo. 28.*
Simile. Fecit Salomon thronum de ebore grandem leonibus circum-
 datũ. Si leones viui essent, licet in throno eburneo esset, quies-
 cere non valeret, huiusmodi in throno peccator est, pax ei esse
 nequit. Iusto vero pax est. Sedebit populus meus in pulchritu-
 dine pacis. Sed quæ, ais, ista pax est? Multa complectitur. Est
 enim iniusto ordo mirus ratione dominante, corpore obediẽ-
 te passionibus in moderationem redactæ sunt, vt vltra
 limites non progrediantur suos. Est serenitas consciẽtiã.
 Nulla peccati grauis nube eam turbante. Est secura mens iuge
 conuiuium, & gaudium, & pax in Spiritu sancto. Cum spiri-
 tus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filij Dei.

Philip. 4. De hac pace Paulus ait, Et pax Dei, quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra. Vbi *D. Tho.* ait, Deus pax est infinita, à quo in beatos pax deriuatur summa, dum in eis nulla est perturbatio culpæ, aut pœnæ. Deriuatur etiam ad sanctos, qui in terra sunt, & quo quis sanctior, eo magis pace fruatur. *Psal. 118.* pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum. Dicitur vero pax Dei, quia ab eo solo pax ista proficitur. Dicitur exuperare omnem sensum, quia ut est in sanctis viris exuperat omnem sensum humanum non habentem gratiam.

Sed ut istam obtineas pacem, incundum tibi bellum est, si ne bello namq; pax ista non erit. Cum enim hostes tibi sint, si illos non superas, pax ista tibi non erit. Si septem illæ nationes non deleantur ab Israel, semper erunt clavi oculis, & lanceæ lateribus Israeli. Si occidisset Saul Agag in pace degeret. Non audisti principem pacis dicentem. Non veni pacem mittere, sed gladium? Nunc gladium spiritus tibi arripiendum est, ut septem nationes debelles, superbiam, iram, luxuriam, &c. iram mansuetudine, superbiam humilitate, auaritiam largitate, luxuriam castitate, & sic cætera superabis. Peruersa pax tibi est, dum appetitui subderis, de qua scriptum est. Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Bellum ergo cum vitijs ini, & continuo frueris pace, de qua Iob. In vastitate, & fame ridebis, & bestias terræ non formidabis, sed cum lapidibus regionum pactum tuum, & bestie terræ pacificæ erunt tibi, & scies, quod pacem habeat tabernaculum tuum.

Hæc vero pax exuperans omnem sensum sentitur præcipue, ac gustatur ab ijs, qui longa meditatione diuina contemplantes, & gloriam Domini speculantes, in eandem Dei imaginem transformantur. Cum hæret anima in Dei contemplatione. Quando præcipit Deus ventis & mari, ut quietent. Quando sponsus sponsæ somnum seruat, nec excitari permittit, donec ipsa velit. Cum factum est silentium in caelo quasi dimidia hora, Bernardus, dulcis hora, sed breuis mora. Cum libilulussille auræ tenuis, in quo Deus venit, adest, post turbines, & commotiones præcedentes. Ibi occurrit Isaac, & Rebecca. Amplexus dulcis Iacob & Rachelis. Cum anima ait, sub umbra illius, quem desideraueram, sedi, & fructus eius dulcis gutturi

*A*turi meo. Cum animæ datur calculus cæcidus, & manna absconditum, quod omnem continet saporē, quia Dei sapor est cum in eo silētio anima est de quo *Psal.* secundum Hieronymi translationē. Tibi silētiū laus Deus in Siō. Hoc gustato desipit omnis caro, nullus enim creaturæ sapor Dei gustui cōferri potest. Sed ais, non ego hoc expertus sum. Et ego credo. Si cum passionibus non dimicasti, si in oratione nihil considerasti, quid mirum hæc non gustasse? An non vel curiositate ductus, hæc aliquando probare deberes? Si monstrum in platea esse audis, si spectacula festiua, vel curiositate ductus eo properas. Eadē curiositas te ducat, ut experiaris hæc, quæ audisti, ut hac pace fruaris, ut gaudio cæli lateris, ut ex Dei mensa reliquias colligas, & tunc videbis, & afflues & mirabitur, & dilatabitur cor tuum, & experieris pacem Dei, quæ exuperat omnem sensum.

Sed iam tertium nobis videndum restat. Ministros, scilicet, quos sui vicarios Christus in terra reliquit, ut principes pacis sint, ut eam nobis restituat amissam, ut nobis auxilio sint euntibus in cælum. Hi verò sacerdotes sunt, quibus hodie loquitur, *Sicut misit me pater, & ego mitto vos, accipite Spiritum sanctum, quorum remisistis peccata remittuntur eis.* Maxima profecto verba, & quæ humanam superant credulitatem, sicut misit me pater, id est, sicut mihi omne dedit iudicium, omnem delegauit causam, ita ego vobis meas vices do. Absoluite, Baptizate, conficite corpus meum, vices meas in terra gerite, estote proreges mei, quod ego facturus in terra essem, si in ea perpetuo manerem; hoc vos facite. Quid ergo sacerdos est? Quasi alter Christus in terra, prorex Christi Domini. Quid est sacerdos? Est homo, cuius munus est, Deum placare mundo iratum, & manus illiuste aere, ne in mundum defœuiat, cui Deus dicat, ut olim Moyse dimitte me, ut irascatur furor meus in eos, & ille dicat, non diraita te, sed dele me de libro tuo, aut dimitte populo noxam. Quid est sacerdos? Homo, qui custodit scientiam Dei populo, qui docet homines viam salutis, qui pater hominum est. Deo eos reconciliat, peccata dimittit, gratia, donat. cælum aperit, & in cæli regem inungit, quos dignos iudicat. Quid est sacerdos? Homo cuius imperio Deus obedit, & cuius voce audita de cælis descendit in eius manus quotidie, in eum intrat, & ten-

*Psal. 64.**Exo. 32.**Philip. 4.*
*D. Tho.**Psal. 118.**Num. 33.**Mat. 20.**Eesai. 38.**Iob. 5.**Bernard.**3. Reg. 19.**Cant. 2.*

& sententiam illius expectat cœli sententia, ut quod ille remiserit, Deus remittat, quod retinuerit, retineat. Est ergo sacerdos remedium, & consolatio mundi, quem si de terra abstuleris, solem te abstulisse crede. Quod enim mundus hic sine sole esset, hoc sine sacerdote populus Christi.

Heb. 5. 7.

Sed ne gratis hæc dicta putes audi Paulum. Omnis nanque pontifex, ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his, quæ sunt ad Deum, ut offerat dona, & sacrificia pro peccatis, qui condolare posset ijs, qui ignorant, & errant, & Malachias. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius, quia angelus Domini exercituum est. Ecce sacerdos pater est populi fidelis, qui condolet omnibus infirmis, qui eos curat, & lauat, qui errantem corrigit, qui ignorantem docet. **B**

Mal. 2.

Hoc munus primus sacerdotum Christus obiit, orans pro vniuerso hominum genere clamore valido, ignito corde, ut saluum fieret dicens. Quidquid homo debet, ego persoluiam, non oro tantum verbis, sed re, & effectu, soluens vniuersa hominum debita, & ideo qui nunc damnatur, non eo damnatur, quod soluta non sint eius debita à Christo Domino, sed quia ipse ea solutione uti non vult, quasi uti volueris, licet innumera habeas peccata, in Christo facile tibi remedium est, & potius deerit lux soli, aqua mari, quam Christo misericordia, & gratia, quam tibi præstet, omnia tibi deerunt, & Christus non deerit. *sud. 6.* Sacrificiū Gedeonis super petram positum, & virga angeli tactum igne absumitur cœlesti, accede ad Christum **C**

In. 9.

petram, & virga crucis tanget sacrificium tuum, & Deo erit acceptum. Hinc Petrus. Ad quem accedentes lapidem viuum ab hominibus quidem reprobatur, à Deo autem electum, & honorificatum, & ipsi tanquam lapides viuī superædificamini in domos spirituales, in sacerdotium sanctum offerentes spirituales hostias acceptabiles Deo per Iesum Christum. Fœlices hi, qui ad hunc accedunt lapidem, sunt enim domus Dei sacerdotes spirituales, offerentes se suaq; Deo. In lege veteri animalia Deo offerebatur, nunc Paulus ait, offer Deo corpus tuum, quod hostia viua est, illud mortificas, & Deo acceptam hostiam obtulisti.

1. Pet. 2.

Rom. 12.

Licet ergo hac generali ratione, omnes sumus sacerdotes, sed

A sed aliqui nunc consecrantur in sacerdotes, qui Christi vices gerant, sicut olim tribus leui electa erat, ut Deo ministraret, licet generali ratione vniuersi Israelitæ sacerdotes dicerentur; & horum munus est, Deū placare, Christi corpus consecrare, & offerre, à peccatis absoluere, mira profecto potestas. Potest sacerdos Deum placare, si iratus fuerit, multò melius quam Moyses. Si fides perfecta esset in dicente sacrum, & in pete te illud, satis erat missa vna, ut purgatorium expoliaretur, & in fideles vincerentur. Descendit in missa Christus in sacerdotis manus ea charitate, qua in Virginis utero, & in cruce, ardens dilectione, se ipsum donans, omnia donare desiderans, & tu dicens, vel audiens sacrum frigidus es, Si vnus esset in mundo sacerdos, quo in pretio haberetur? in Ierusalem iremus, ut

B sacrum audiremus, & stupere esse in terra hominem, ad cuius manus Deus descendit: nunc quia plures sunt sacerdotes ut Dei misericordia omnibus pateat, in pretio non habetur sacerdos, & missa, cum idem sit eius pretium ac si vnus esset. Sacerdos ergo mediator Dei, & hominum est, qui orat (ait Chrysostomus in lib. 3. de sacerdotio) non pro homine solum, sed pro ciuitate, pro regno, pro mundo vniuerso, pro viuīs, & defunctis, Moyse & Eliæ fides parua est tanto muneri. Moyses placat Deum pro Israel, Elias ignem, & aquam de cœlo descendere facit. Sed sacerdos placat Deū vniuerso mundo, ignem Deum descendere facit in terram. Qui ergo sacerdos est, & Deum placaturus, orationis dono polleat & familiarissimus Deo sit, oportet, qui enim omnium patronus est, intimus ei debet esse, quocum negotia est peracturus, & talis deniq; cui Deus dicat, quod Moyse. Dimitte me, ut irascatur furor meus in eos. Hieronymus ait. Qui dicit, dimitte me, ostēdit ligatus ab alio manus teneri, tantus homo sacerdos esse debet, ut Dei manus liget. Quæsiui, ait Deus, virum, qui interponeret sepem, & staret oppositus pro populo meo, & non inueni, & effudi indignationem meam. Sed quis se opponere poterit omnipotenti Deo, præcipue cū iratus est? sacerdos certè. Agitatus à sancta diuinitate sacerdos esse debet, ut Dionysius ait, plusquā homo plusquā angelus sacerdos esse debet. Sed quis Christū sacerdotē fecit? pater, sicut misit me pater. Et ad Hebræ. Paulus ait. Non se-

Chrys. 10.

Exod. 32.

Hiero.

Ezech. 13.

Dionys.

Heb. 3.

actipsum

metipsum clarificauit, vt pontifex fieret, sed qui loquitur ad A eum, tu es sacerdos in æternum. Te vero quis fecit sacerdotē? cupiditas numorum, aut cibi. Non ideo sacerdotium institutū est, sed vt omnia relinquuntur. Dicere deberes, rex non ero, vt sacerdos sim, Vocatus à Deo sacerdos sit vel obedientia prælati, vel maxima coniectura diuinæ voluntatis, qui vocatur à Deo tanquam Aaron. O noue Dei sacerdos, cito sumes panē mortuum in manibus, & verbis illud facies panem viuum, quē si videres, alter D. Thomas esses, qui Christum contrectauit manibus, quod si non vides, non ideo infelix, imò plus à Christo hodie laudantur non videntes, & credentes, quam Thomas videns, palpans, & credens. Innumeros circumstare angelos sacerdotem consecrantem Basil. ait, sicut magnates regem venientem præcedunt. Cum ergo videris Christum in manibus, cane cum Simeone. Nunc dimittis &c. Et cum Maria. Magnificat &c. & omnia pete, & omnia aude, quia in manibus tuis pretium est mundi.

Basil. apud
Chryso. 3. de
sacerdot.

Dominica, II. post Pascha.

Ego sum pastor bonus. &c. Ioan. 10.



HIS verbis, post longam disputationem cum Phariseis, concludit Christus Dominus, munus suū esse, pascere gregem Domini ipsumque principem esse pastorem, non vero eorum sacerdotes, aut Phariseos, vt ipsi volebant. Huius vero contentionis inter Christū, & Phariseos figura præcessit Numeror. 16. & 17. Orta est enim contentio inter Chore, Dathā, & Abiron ex altera parte, Moysem, & Aaron ex altera, illi enim nolebant principem esse sacerdotum, & pastorem præcipuum Aaron. Ad quos dominus ait. Accipe ò Moyse duodecim virgas à duodecim principibus tribuum, & quisq; virgæ suæ nomen superscribat, quem ex his elegero, germinabit virgæ eius, & cohibebo querimonias filiorum Israel: quibus cōtra

vos mur-

A vos murmurant. Et altera die inuentum est, germinasse virgā Aaron, & turgentibus gemmis eruperant flores, qui folijs dilatatis in amygdalas deformati sunt. Et sic manifestum factum Israel fuit, Aaron summum sacerdotem, & pastorem populi esse. Pastoris enim vita florere debet doctrina moribus, misericordiazq; operibus. Christus ergo se pastorem ostendit bonū præclara doctrina, omni virtutum flore, ac fructu, & cura pastoralis. Conuenientissime verò hoc paschali tempore proponitur hoc euangeliū cū virga corporis Christi, antea in passione sicca, & sine specie, & decore, nunc in resurrectione floruit iuxta illud Psalm. Et refluuit caro mea, & ex volūtate mea cōfitebor ei. In natiuitate floruit, in passione aruit, in resurrectione refluuit. Sed prius virga altera Maria floruit in tabernaculo, & fructum protulit sine virili opere ad quam accedamus, vt fructum gratiæ colligamus.

Psalm. 27.

Ante Christi Domini aduentum erat genus humanum quasi sine pastore. Hinc Petrus, Eratis enim sicut oues errantes, sed conuersi estis nunc ad pastorem, & episcopum animarum vestrarum. Et propheta Micheas, ait. Vidi cunctum Israel dispersum in montibus, quasi oues non habentes pastorem. Quoniā licet in synagoga prælati essent, tamen potius nomine, quam re, se magis curantes, quam gregem. De qua re multis verbis ex postulat dominus per Ezechielem. Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos, non ne greges à pastoribus pascentur. Lac comedebatis, lanis operiebamini, gregem autem meum non pascebatis. Quod infirmū fuit, non consolidastis, & quod ægrotum, non sanastis, quod contractum est, non alligastis, & quod abiectum est non reduxistis. Et dispersæ sunt oues meæ, eo quod non esset pastor, & factæ sunt in deuorationem omnium bestiarum agri. Et si aliquando prælatus aliquis esset iustus, & bonus, vt Moyse, Aaron, Dauid, non poterant plene ac perfecte pastoris munere fungi, nec enim gregem saluare poterant, nec vt oportebat pascere, ac sanare. Ideo orat Moyse dominum. Prouideat dominus Deus spiritu meo, & intrare ante eos, ne sit populus iste sicut oues absq; pastore. Misertus ergo dominus gregis sui, misit illis pastorem opti-

1. Pet. 2.

3. Reg. 2. 2.

Ezech. 34.

Nume. 27.

imum

Nume. 16.

et. 17.

Ezec. 34. mum Iesum. Sicut promiserat per Ezechielem. Ego saluabo **A** gregem meum, & non erit ultra in rapinam, & suscitabo super eas pastorem vnum, qui pascat eas, seruum meum David. Ipse pascet eas, & ipse erit eis in pastorem. Vnde nunc ait. *Ego sum pastor bonus.*

Alia nomina posset sibi Christus vsurpare, quæ maiore amplitudinem præferrent. Posset se dicere regem, cum in eius scemore scriptum sit, rex regum, & dominus dominatum. Posset se dicere Dei potentiam, virtutem, ac sapientiam, cum sit verbum, de quo Paulus. Qui portat omnia verbo virtutis sue. Posset se nuncupare splendorem gloriæ paternæ, figuram substantiæ eius, omnium bonorum patris hæredem cum omnia dederit ei pater in manus, imò omnia subiecerit sub pedibus eius. Sed his dimissis se appellat pastorem. Et præcipui Christi patres, ad quos eius facta est promissio pastores fuerunt. Pastor bonus Pastores elegit, ex quibus nascetur. Sic aiunt fratres Ioseph Pharaoni. Pastores ouium sumus serui tui, & nos, & patres nostri. Et David pastor etiam fuit. Ideo filius David pastorem se dicit, ut dilectionem, & curam in homines ostendat.

Vt autem bonus pastor aliquis dici possit, tribus ornari eum oportet. Primum laborum sustentia, quoniam pastoris munus multis laboribus obnoxium est. Hinc bonus pastor Iacob ait. Die noctuque; æstu urgebat & gelu fugiebatque; somnus ab oculis meis. Secundum contra lupos ac feras debet esse ferax præliator, ut gregem tutetur, & vitam exponat, pro illius defensione. Sic idem Iacob ait. Nec captum à bestia ostendi tibi. Sic etiam David ait, Pascebat seruus tuus patris sui gregem, & veniebat leo, vel ursus, & tollebat arietem de medio gregis, & persequer bar eos, & percutiebam eruebamque de ore eorum? Et illic onsurgebant aduersum me, & apprehendebam mentum eorum, & suffocabam, interficiebamque eos. Et hinc Christus ait. Mercenarij esse, fugere lupum. Tertium, debet pascere, & curare gregem, ut indes proficiat, & cura magna suo gregi inuigilare, sicut pastores illi, de quibus dicitur. Custodientes vigilias noctis super gregem suum. Hæc tria in Christo Domino facile reperiemus. Primum enim in laboribus à iuuentute nutritus est, ut muneris sui labo-

res sub-

A res sustineat. Hinc Esaias vocat eum virum dolorum, & scientem infirmitatem. Et Paulus. Non habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum per omnia. Scit pernoctare in oratione, gelu, æstumque sustinuit, melius quam Iacob. Hinc nunc sustinet aliud gelu, ac æstum duriores, peccata, scilicet, vniuersa, quæ procedunt, vel ex amore male incendente vel ex timore male humiliante. Ut August. ait in illud Psalm. Incensa igni, & suffossa ab increpatione vultus tui peribunt. Quot sustinuerit labores Christus Dominus, ut ouem perditam quæreret, nullus sermo sufficiet enarrare. Conquæritur de labore Moyses, dicens. Cur afflixisti seruum tuum, & cur imposuisti pondus vniuersi populi huius super me? Nunquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui eam, ut dicas, porta eos in sinu tuo: sicut portare solet nutrix infantulum? Sed Christus Dominus optimus pastor, licet vniuersum genus hominum portet, quæque perdita significatur, non conquæritur, non moleste fert. Hinc per Esaiam loquitur. Audite me domus Iacob, & omne residuum domus Israel, qui portamini à meo utero, qui gestamini à mea vulua, vsque ad senectam ego ipse, & vsque ad canos ego portabo. Ego feci, & ego feram, ego portabo, & saluabo, & rursus per Esaiam loquitur. Sicut pastor gregem suum pascet, in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, fætus ipse portabit. Et per Oseam. Et ego quasi nutritus Ephraim, portabam eos in brachijs meis. Quantum verò ponderis, ac laboris sustineat Christus Dominus, ut pastoris muneri satisfaciat, ex eo tibi facile erit colligere, quod te sustinet, cum innumera in eum commiseris peccata. Sustinuit in multa patientia vasa iræ, apta in interitum. Non est amicus non frater, non pater, aut mater, qui tot sustineant offensas ac labores. Imo verò si inter omnes eos qui te præcipuo amore diligunt, diuideres offensas, quas in vnum Deum commisisti, nullus esset, qui te diligeret, aut sustinere posset, & cum vniuersa in vnum Deum admiseris, te sustinet, te diligit, te

B

git, te

Esa. 53.
Heb. 4.

Aug.
Psalm. 79.

num. 11.

Esa. 46.

Esa. 46.

Ose. 11.

Rom. 2.

git, te fouet bonus profecto hic pastor, qui laboribus affuetus A
tanta nouit substinere.

Secundum verò Christum præstare, manifestum est. Diligit enim oues suas, & *animam suam dat pro ouibus suis*, & vt eas defendat à bestijs, non solum se periculo exposuit, sed vitam profudit libenter. Et nunc à lupis, & feris gregem suum tutatur præclare. Summum Dei in nos beneficium passio Christi fuit, qua inimicos nostros superauit, & licet eam nuper nobis proposuerit, eam nunc iterato repetit, ne memoria excidat, Plutarchus refert philosophi dictum quod citius veterascit in hominis memoria beneficium est quod ipsi collatum fuit. Hæc misera hominis conditio est, beneficium suscepisti heri, hodie iam illius oblitus es. Hinc duo filij Ioseph dicuntur Ephraim, & Manases, significant vero B
abundantiam & obliuionem. Abundas bonis susceptis, & obliuisceris eius, à quo eam recepisti. Oportet vero beneficium passionis Christi à memoria nostra nõ excidere. Ne de nobis dicatur, Oblitis sunt benefactorum eius, & mirabilium eius, quæ ostendit eis. Vt vero memoria illud retineamus, sæpe eius admonemur. In secundo regum inter ministros Dauid numeratur Iosaphat, qui dicitur esse à commentarijs, quia in regis memoriam ordinatus erat. Olim enim reges ministrum fidentissimum habebant, cuius erat munus, in memoriam regi reuocare vniuersa ministrorũ obsequia præclara, vt eos beneficijs afficeret rex qui ea præstitissent. Ille vero hæc omnia literis mādabat, & dicebatur esse à commentarijs, qui id præstabat. Hoc ecclesiæ munus est, in memoriã nobis reuocare C
Dei beneficia, ne illorum obliti ingrati inueniamur. Cum vero præcipuum sit Christi passio, qua nos eripuit è potestate dæmonum, hoc nobis sepissime proponit. Christus quidem adeo magnificus est, vt quasi obliuiscatur omnium, quæ nobis præstitit, & plura quotidie præstare desideret. Hinc ad discipulos euntes in Emaus ait. Quæ quasi oblitus esset omnium eorum, quæ ante tres dies passus fuerat. Adeo enim nostri amantissimus est, vt quasi nihil illa fuerint, dicit, quæ? quia dilectione, & desiderio plura paratus erat pati pro nobis. Christum ergo decet, obliuisci passionis. Nostri
ver

Plutarchus

Gen. 41.

Psal. 77.

1. Reg. 8.

Lut. 24.

A verò plurimum inter est, si eius recordemur, hoc enim omnium bonorum nobis initium, & causa extat. Cum illud Christus præstitit, & cum ecclesia illud in memoriam nostram adducit dicere merito possunt illud, quod Elias Eliseo dixit, cum 3. Reg. 19.
super eum pallium misit, & ille veniam petit, vt patrem oscularetur ait. Vade, quod enim meum erat feci tibi. Quasi dicat, quod ad me expectabat, ac pertinebat, feci, tu tibi consule, & quid facto opus sit, vide. Ita Christus Dominus ait. Quod pro te facere potui feci, dum animam pro te dedi, & ecclesia similiter ait. Quod possum præstare, præsto, dum tibi in memoriam reuoco Christi passionem, tu ò homo tibi consulto, ego enim amplius, præstare non possum. Hunc ergo Christi pastoris ponderemus amorem. Quis vnquam pastor fuit, qui B
se in ouem transformauerit, vt oues eum sequantur? Figmentum id crederetur, si audiremus. Sed ecce pastorem nostrum qui ouis factus est, & homo verus, vt nos post se duceret, & à potestate luporum eriperet, quid quod non solum homo factus est, sed etiam vitam & sanguinem pro ouibus dedit? Vidisti aliquando seruum, qui videns, hostes Domini in eum irruere, medium se opponit, & vt Dominum liberet, multis acceptis vulneribus occumbit? Quibus oculis postea eum conspiceret Dominus, qui morte serui se liberum videt, serui verò plurima vulnera intuetur. Si oblitus o homo es, Christum Dominum esse Deum, esse saltem vt seruum intuere. Quia venit ille ministrare, & non ministrari, & dare animam suam redemptionem pro multis. Venit ministrare nobis, sed C
quo in munere quo in officio? certè vt daret animam pro nobis, in munere mortis nobis ministrauit, inauditum in mundo hoc munus est ministrorũ plura munera audiuius, & plurima nomina sed hoc ministerij genus inauditum est, vt seruiat quis, vita, & sanguine fusso. Recepisti ne vnquam in domum tuam seruum, vt vitam pro te profundat, ecce Christi ministerium. *animam suam dat pro ouibus*. Venit ministrare in hoc ministerio, vt animam suam det redemptionem pro multis. Vel cum ait. *Animam suam dat pro ouibus*, sic accipi debet, tanto affectu oues diligit, vt non solum sua, sed & se, & cor, & animam ouibus dare paratus sit. Huiusmodi erat, qui ait Ego
liben

3. Reg. 19.

Simile

Mat. 20.

2. Cor. 12.

libenter impendam, & superimpendar pro vobis; licet, A plus diligens minus diligar. Impendam bona temporalia, & multa spiritualia. Superimpendar etiam, idest, morte me consumam. En quanta dilectio à pastoribus quæritur. Sed qui pecuniam oui non dat, quomodo animam dabit? Sed pastori Christo nullus valet conferri qui non solum pro ouibus vitam dedit; sed & pro non ouibus, vt oues faceret. Non pro amicis, sed pro inimicis, vt eos amicos faceret. Est enim pastor ille, qui relictis nonaginta nouem ouibus, venit quærere errantem, quæ clamabat. Erraui sicut ouis, quæ periit. Maiorem quidem hac dilectionem nemo habet, quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis. At Christus commendat charitatem suam, quod cum adhuc inimici essemus, pro nobis mortuus est. B

Luc. 15.

Psal. 118.

Ioan. 15.

Rom. 5.

Eze. 34.

Psal. 57.

Athanas.

Christus ergo vt oues à lupis protegeret, vt in bestias pugnaret nobis inimicas, vitam ammissit. Et sic dæmones à nobis compefcuit. Nec vero solum moriens, lupos ab ouili abegit, sed, & nunc omnes omnes bestias propulsat. Hinc ipse per Ezechielem ait. Faciam cum eis pactum pacis, & cesare faciam bestias pessimas de terra, qui habitabunt in deserto, securi dormient in saltibus. O pastor optime, quoties persecutus es leones, & vrsos, similis factus Dauidi. Et animas, quas iam in ore tulerant eripuisti, effecisti que illud Psalmi, Dominus conteret dentes eorum in ore ipsorum, molas leonum confringet Dominus. Vere dixisti. Nemo rapiet eas de manu mea. Iam per te ad nihilum redactus est inimicus noster. C
Vt ipse Antonio confessus est, referente Athanasio. Cum enim Antonius videret dæmonem ingenti statura, audiuit ab eo. Iam Post Christum nihil sum, vires non habeo. Et gaudens Antonius ait. Veritatem hanc confiteri compulsus es. Bestias etiam hic pastor bonus propulsat, dum victoriam maximam concedit contra vitia, atque peccata. Hanc vero victoriam experiuntur illi, qui cum Psalm. dicunt. Sicut distat ortus ab occidente, sic longe fecit iniquitates nostras à nobis, en longe

A longe positas bestias. Cum longe à peccato te videris, gratias age pastori huic, qui bestias abegit procul.

Mercenarius autem, & qui non est pastor, &c. Pastorem simulum Christus nunc describit, qui indignus est pastoris nomine. Cuius non sunt oues propria, quia per charitatem interius eas non parturiuit. Quo contra Paulus dicens, filioli, quos iterum parturio. Ideo fugit, quia non ouium bona quærit, sed sua. Ideo periculo non se exponit. Eze. 13. Non ascendistis ex aduerso, nec opposuistis vos murum pro domo Israel. De quibus Hieremias ait. Mercenarij eius, qui versabantur in medio eius, quasi vituli saginati versi sunt, & iugerunt simul, nec stare potuerunt. Debuerunt verò stare pro populo, & periculo se obijcere, sicut Aaron, qui se igni opposuit. Non est pastor, qui id non præstat, sed quasi pastor. Hinc Esaias ad Sobnâ pastorem ait. Quid tu hic? Aut quasi quis hic? non quis, sed quasi quis dicitur esse, non pastor, sed quasi pastor, exteriori tantum veste pastor. Hanc verò malorum pastorum figuram exprimere Dominus voluit quadam quasi comedia representata, quemadmodum populi sui captiuitatem, & transmigrationem solebat Israeli obijcere, præcipiens prophetis, in publicum procedere cathenis vincis, & similibus imaginibus. Ita etiam pastorem stultum representari voluit à Zacharia, qui ait. Et dixit Dominus ad me. Adhuc sume tibi vassa pastoris stulti, quasi dicat. Summe tibi pontificale episcopi qui munus suum non præstat, & vniuersa supellectilia pastoris, qui gregem non custodit. Sume peram, baculum pastorem, & pellem, qua tegitur, & procede in publicum, personam illius agens. Sed quid stultus pastor agit? addit Dominus, derelicta non visitabit dispersum non quæret, contritum non sanabit, id quod stat, non enutriet & vngulas eorum dissoluet. O pastor & idolum derelinquens gregem, gladius super brachium eius, & super oculum dextram eius. Multi huiuscemodi pastores hodie sunt. Sed ne dicas, ego pastor non sum, si filij tibi sunt, si familia, pastor etiam es, grex tibi est, quem pascere debes, & custodire. Putas ne filiorum, & familiæ curam tibi non habendam? nec rationem à te exigendam, quomodo eos paueris? exigetur procul

155 A. 2
81. 150

Gal. 4.

Eze. 13.

Hier. 46.

Num. 16.

Esai. 22.

Zacha. 11.

B 3 dubio

dubio: an non Heli carpitur, quod filios non corripuerit? & **A**
 Abraham laudatur quia præcipit familiæ suæ, vt Deū timeat?
 Curas ne, vt filij, & ministri Deo seruiant, vt peccato non
 consentiant? & à Peccato exeant, si in illo sunt? vt in virtute
 proficiant? vide ne vngulas eorum dissoluas, vt Zacharias dixit.
 Sed quid est vngulas dissoluere? Impedire oues, ne ambul-
 ent, pedes abscindere. Quando alicui domestico impedimen-
 to es, ne in virtutis via procedat, Vngulam eius dissoluisti.
 Dissoluit manus bellantium, qui remanserunt in ciuitate,
 aiunt principes regi: moriatur ergo Hieremias. Vere pastor,
 & idolum est, qui suos non curat, mercenarius est, & nō pastor.

Sed iam Christus Dominus, iterum repetit se pasto-
 rem, dicens, *ego sum pastor bonus*. Quia verba hæc summe
 consolantur fideles. Sicut Assuerus verba consolatoria repe- **B**
 tit Hester. Ostendere vero volens curam quam erga oues
 habet, quod tertium est, ex his, quæ superius propo-
 suimus, quæ ad bonum spectent pastorem, ait, *cognos-
 co oues meas, & cognoscunt me mea, sicut nouit me pater,
 & ego.* &c. Hoc verbum cognoscere in diuina scriptu-
 ra, cum Deo tribuitur, significat diligere, benefacere,
 curare. Hinc Paulus. Firmum fundamentum Dei stat,
 habens signaculum hoc. Nouit Dominus, qui sunt eius,
 idest, agnoscit suos, bene eis faciens, De eis curans. Et
 Amos, tantum modo vos cognoui de omnibus cogna-
 tionibus terræ. Hinc etiam lingua Hispana cognoscere est
 bene facere, & curare, & non cognoscere est non cura-
 re aliquem, nolle ei fauere. Et id significat illud. Amen **C**
 dico vobis, nescio vos, idest, nolo vobis benefacere.
 Cum vero hoc verbum cognoscere tribuitur creaturæ, sig-
 nificat esse gratum, & beneficia accepta æstimare, sic Esaias.
 1. Cognouit vos possessorem suum idest, etiam bos possessori
 suo gratus est. Nunc ergo Christum oues agnoscere est, dili-
 gere eas, eis benefacere, eas curare, ipsis auxilio esse. Oues
 vero Christum agnoscere est, illum diligere, ei obsequi, ei
 gratas esse.

Christus ergo oues suas cognoscit, quia eas elegit, præ-
 destinauit, & dilexit ab æternitate. Vnde Paulus, elegit nos in
 ipso

A ipso mundi constitutionem. Hoc supremum Dei beneficium,
 siue antiquitatem illius consideres, quia æternum est, siue
 magnitudinem quia nihil dignius, quam prædestinari in
 æternam salutem. Et hoc beneficium causa, & origo est reli-
 quorum bonorum, quæ Deus homini confert. Hinc en-
 nim procedit vocatio, iustificatio, & demum glorificatio, vt
 Paulus ait. Quos autem prædestinauit, hos & vocauit, &
 quos vocauit, hos & iustificauit, quos autem iustificauit, eos
 & magnificauit & glorificauit tandem. Hæc ergo Dei cog-
 nitio est firmum Dei decretum, quo statuit, te in gloriam ad-
 ducere. Hinc innumera bona ouibus suis curat Christus. Pri-
 mum nunquam oues deserit. Ecce ego vobiscum sum omni-
 bus diebus vsque; ad consumationem sæculi. Est præsens **Mat.vlti.**
B ouibus secundum humanitatem in diuinissimo Eucharistiæ
 sacramento. Secundum diuinitatem licet vbique sit præci-
 pue tamen ouibus suis adest, quas speciali prouidentia re-
 git. Et ille qui secundum diuinam naturam est ab omni-
 bus separatus propter eminentia suam. Excelsus super om-
 nes gentes Dominus, & super cælos gloria eius. A deo præsens **Psal.112.**
 animæ iusti est, vt eam nunquam deserat, in tentatione, in con-
 solatione, & denique ubiq;, & in omnibus ei adest, ac si nullū
 aliud ipsi negotium esset. Et præterea in pascuis vberimis sa-
 cramentorum oues pascit suas præcipue diuino corpore, & san-
 guine, vbi pastor pascit efficitur, & cibus ouium. Quis vn-
 quam pastor adeo oues dilexit, vt se daret in cibum, & sangui-
 nem in potum ouibus, & medicinam ex sanguine proprio eis

C conficeret? nullus vnquam vsque ad Christum qui similis fa-
 ctus pelicano, proprio cruore pullos pascit. 2. Reg. 12. dicitur. **2.Reg.12.**
 Pauper habebat vnam ouem paruulam, quam emerat, & nu-
 trierat, & creuerat apud eum cum filijs eius, simul de pane
 illius comedens, & de calice eius bibens, & in sinu illius
 dormiens, eratque illi sicut filia. Hæc omnia præstat ani-
 mæ Christus, & insuper se in cibum. Quo cibo pingues sunt
 Christi oues, vt dicant. Sicut adipe, & pinguedine repleatur **Psal.62.**
 anima mea, & labijs exultationis laudabit os meum, læ-
 tæ, hilares, deuotæ, lachrymis loræ, vt de eis dicatur. Dêtes tui **Cant.4.**
 sicut greges tôsarû, quæ ascēderunt delauacro, omnes gemellis **Gene.31.**
 foetibus,

fœtib; & sterilib; non est inter eas. De grege suo Iacob ait. **A**
 Greges tui, oues tuæ, & capræ steriles non fuerunt. Ita Chri-
 sti oues fœcundæ sunt, fructibus abundant iustitiæ. Baculus
 Christi pastoralis crux est, in quo velut alter Iacob transiit
 Iordanem, & in eo tam fœliciter pastoris munus obiuit, vt re-
 grediatur cum duabus turmis. Vere Christus bonus pastor
 est, optimus pastor, princeps pastorum, nihil enim illi deest
 ex omnibus his, quæ pastorem habere oportet, vt à no-
 bis probatum est. Ideo princeps dicitur pastorum à Petro
 Apostolo. Cum apparuerit princeps pastorum, percipietis im-
 marcẽscibilem coronam. Et Paulus, Deus, qui eduxit à mor-
 tuis pastorem magnum Iesum.

Restat, si oues Christi sumus, vt eum nos agnoscamus, ei
 obtemperemus, & gratos nos illi exhibeamus, vt illud implea-
 tur. **B** *Et cognoscunt me mea.* Notat Aristoteles, taurum fero-
 cem obedire paruulo puero, qui eum pascit, eiusque gerit cu-
 ram, ei que subdi. Reliquos verò homines impetere tanquam
 inimicos. Quoniam experientia comperit, paruulam pue-
 rum eum ducere, & reducere ad Pascua, & aquas, nos er-
 go agnoscamus pastorem nostrum, ei obtemperemus,
 hoc enim signum est, nos illius oues esse. Hieronimus
 in illud Amos. 3. Quomodo si eruat pastor duo crura, aut
 extremum auriculæ de ore leonis, sic eruentur filij Israel,
 attendit, liberandos ex populo Israel dici auriculam, & cru-
 ra, quoniam licet à dæmone deuoratus videaris, liberan-
 dus erit, si aurem habeas audientem diuinam vocem, & pe-
 des quibus Dei viam ingrediaris. **C** *Oues mea vocem meam au-
 diunt.* Hanc vero Dei vocem præcipuè audire tenemur, ex
 quo pastor noster in caluarium ascendit super crucem, vbi
 clamans voce magna emisit spiritum. Sicut enim cum
 oues dispersæ sunt in monte, solet pastor fastigium mon-
 tis ascendere, & inde clamans voce magna vocat oues suas,
 quæ suum intuentes pastorem, ad eum accedunt. Ita
 Christus Dominus vt dispersas oues colligeret, & filios
 Dei dispersos congregaret in vnum, montem conscendit, &
 in crucis fastigio positus clamauit voce magna, donec raucæ
 fierent fauces illius. Summus clamor ille est, quem à

cruce

A cruce Christus dedit, tanta in oues ostensa charitate.

Cauendum verò nobis, & timendum, si hanc vocem nõ au-
 dieirmus, ne forte pastor bonus derelinquat nos. Dicatq; illud **Zach. 11.**
 Zachariæ. Et dixi, non pascam hos. Quod moritur, moriatur.
 Quod succiditur, succidatur. Et illud Ieremiæ, Ejice illos à fa-
 cie mea, & egrediantur. Quod si dixerint ad te, quo egredie-
 mur? Qui ad mortem, ad mortem, qui ad gladium, ad gla-
 dium. Dum in manibus pastoris fueris, securus eris, si ab eius
 manibus receferis, in luporum manus incidis, vbi miserè
 peribis.

Ostendit verò Christus Dominus, quomodo ille cognos-
 cat oues suas, & ipse illi agnoscant. *Sicut, ait nouit me pater, &
 ego agnosco patrem,* quasi dicat. Ea cognitio, quam ego habeo
 de ouibus meis, & illæ de me, similis est cognitioni, qua pater
 me agnoscit, & ego patrem. Sicut enim hæc spiritualis est, ita
 & illa. Hinc Paulus. Et si cognouimus Christum secundum
 carnem, sed iam non nouimus. Vbi **D. Thom.** non nouimus
 secundum carnem, scilicet. Et præterea. Sicut cognitio pa-
 tris, & filij non fida, & sterilis est, sed amoris, & dulcedinis
 plena. Ex qua infinitus procedit amor, quo se mutuo diligen-
 tes producent Spiritum sanctum. Ita cognitio, qua Christus
 agnoscit oues suas, dulcissima est, amoris, & suauitatis plena
 & quasi pater in filio complacet sibi. Sic verò oportet, vt pa-
 stor gregem suum agnoscat. Attende dulcedinem Pauli in
 oues suas. Optabam & ego, anathema esse à Christo pro
 fratribus meis. Vbi Chrysostom. ait, Optasse Paulum ad tem-
 pus carere diuina visione, vt eius oues salutem conseque-
 rentur æternam. **C** *Qua in re similis est Paulus matri in bra-
 chij; portanti paruulum filium, quæ cum ad festiuum ali-
 quod expectaculum venit, audit, huc ingredi non potes
 cum filio, & illa ne filium solum relinquat expectaculum non
 videt, dicens. Crescet filius, & ambo videbimus simile
 expectaculum. Ita ingredi Paulus non poterat regnum cæ-
 leste cum paruulis filijs, quia illi idonei non erant tanta glo-
 ria, & Paulus ait. Et ego vt nutriam hos filios: nuñc care-
 re volo beatitudine, vt postea ego cum illis eam ingredi*

B. 5

possi-

Zach. 11.

Hiere. 15.

2. Cor. 5.
D. Tho.

Rom. 9.
Chris.

Simile.

Gen. 32.

1. Pet. 5.
Heb. 3.

Arist.

Hiero.
Amos. 3.

Simile.

possimus. Sic ergo prelati oues cognoscat suas maxima, precipuaque dilectione. Hinc sapiens. Nouit sapiens animas iumentorum suorum. Viscera autem impiorum crudelia. Felix qui sic à Deo cognoscitur. Ad Moysen ait. Noui te ex nomine, quia inuenisti gratiam coram me. Ouis verò Christi non solum eum agnoscat fide mortua, cognitione sterili, ac sicca, sed affectu, & dulcedine multa. Pharaon aiebat, Dominum nescio, & Israel non dimittam. Pij verò Deum agnoscunt, & diligunt. Hinc Ieremias. Omnes cognoscent me à minore vsque ad maximum. Et Osee. Viuemus in conspectu tuo. Sciemus, & sequemur te, summa dulcedine, ac amore Christum intueri debemus. Ipse respicit nos, quasi sponsus sponsam. Nos illum, vt sponsa sponsum. Ille nos, tamquam pater, & mater. Nos illum, tanquam filij dulcissimi. Hinc Esaias. Et gaudebit sponsus super sponsam, & gaudebit super te Deus tuus. Adicit verò bonus pastor.

ALIAS oues habeo &c. Mirum futurum gregem, Esaias prædixit. Habitat lupus cum agno, & pardus cum hædo ac cubabit, vitulus, & leo, & ouis simul morabuntur, & puer paruulus minabit eos. Grex huiusmodi visus numquam est, donec paruulus Deus factus illum coniunxit. Gentes enim, & Iudæi, pauperes, & diuites, sapientes, & insipientes, nobiles, & ignobiles in eodem ouili constituit, & inter eos pacem statuit, vt sibi non noceant. Venit enim Christus, vt faciat vtraque vnum, dissoluitque parietem inimicitiarum, vt relictis ritibus suis, in vnam congregarentur Ecclesiam. Hinc Zacharias ait, ipse ædificabit templum Domino, & consilium pacis erit inter illos duos. Iudæos scilicet, & gentes. Et Osee. Congregabuntur filij Iuda, & filij Israel pariter, & facient sibi caput vnum, & ascendent de terra. Et Ezechiel. Adiunge lignum vnum ad alterum, & erunt in vnionem in manu tua (Sic filios Dei dispersos congregauit in vnum) & non erunt vltra in duas gentes, nec diuidentur vltra in duo regna, & seruus meus David Rex super eos, & pastor vnus erit omnium eorum. Sicut ergo Christus Dominus efficit vnum ouile ex pluribus, & diuersis, ita omnis rectæ gubernationis finis est pax, & vnitas ouium, hanc verò prælati

latus omnino curare debet, & gregem pascere Christi exemplo, ponens non substantiam solum, sed & vitam pro ouibus, implens illud Petri. Seniores ergo, qui in vobis sunt, obsecro conuenior, & testis Christi Passionum, qui & eius, quæ in futuro reuelanda est gloriæ communicator, pascite, qui in vobis est gregem Dei, prudentes non coacte, sed spontanee secundum deum, nec turpis lucri gratia. Sed forma facti gregis ex animo. Et cum apparuerit princeps castrorum, percipietis immarcescibilem gloriæ coronam.

1. Pet. 5.

Dominica. III. post Pascha.

Modicum & iam non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me. Ioan. 16.



SOLET amantissimus pater, cum à filijs discere vult, & proficisci in regionem longinquam congregatis filijs protectionem dicere, eiusque causas, & vt eos consoletur, duo præcipua eis proponere; primum vtilitatem, accommoda, quæ illis obuentura sunt, dum eorum causas, atque negotia ipse absens ager, præcipue si in Curiam ire disponit, in domumque regiam, vnde multa bona filijs curare poterit. Secundum ostendit, breuem se facturum moram, & citò ad filios rediturum, vt eum cum gaudio videant. Ad hunc modum videns Christus Dominus maiorem discipulorum, quos paterno diligebat affectu, tristitia, ait, impleuit cor vestrum, quia me discessurum audistis. Tempus certum destinauit, vt eorum tristitiam leuaret, & illud fuit post cœnam illam mysterijs plenam, qua eis multa dixit verba consolatoria, quibus duo præcipua eis ostendit. Primum vtilitates discessus sui, quod scilicet, eis præparaturus locum, & mansiones iret, quod spiritum sanctum missurus, & plura his similia, de quibus iam multati

Simile.

xerat.

xerat. Secundum verò hodie præstat, ostendens, non per longum tempus discedere, sed breuem se facturum moram, ut cum gaudio illi iterum et perpetuo videat, modicum & videbitis me. Summa dulcedine nunc eos alloquitur potius matrem agens quam patrem. Similia verba paulo ante dixerat, quibus affectum plusquam maternum ostenderat, dicens, filioli mei, adhuc modicum tempus vobiscum sum. Non satis fuit illi dicere, filij mei, sed filioli, quod dulcius est verbum, & a dulcissimo procedens corde, vide qualiter charitatem donauit nobis pater, ut filij Dei nominemur, & simus Iohannes ait, sed dulciorem & indulgentiorem charitatem donauit nobis filius, dum non filios solum nominat, sed & filiolos. Hac etiam dulcedine ductus, nobis matrem Mariam reliquit, ad quam ut matrem accederemus, nunc eam oremus, Aue Maria.

Hæc Christi Domini verba, *modicum. &c.* dupliciter accipi possunt; primo sic, modicum tempus restat, post quod non me videbitis, hoc, scilicet, quod est nunc usque; ad passionem, & post aliud modicum me videbitis, post tempus, scilicet, passionis in resurrectione. Secundo sic accipi possunt, per modicum tempus non me videbitis, scilicet, per tempus passionis, & per aliud modicum me videbitis, scilicet, per tempus illud, quod fuit à resurrectione usque; ad ascensionem. Hæc verba à D. August. & sanctis tractantur, primo iuxta prædictos sensus, & sic solum Apostolis Christus locutus est, & illis solis verba ista conueniunt. Secundo verò ut per tempus luctus intelligatur tempus presentis vitæ, quod est doloris, & penitentiae, tempus vero gaudij sit tempus futuri sæculi, in quo absterget Deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum: & iuxta hunc sensum pertinet euangelium hoc ad vniuersos fideles, & hunc sensum dicit Augustinus esse magis germanum literæ, quia Christus ait, in illo die non me interrogabitis. Quod verum non habet iuxta priorem sensum, quia post resurrectionem Apostoli quadam interrogauerunt à Christo. Et tandem licet prior sensus Apostolos solos respiciens sit à Domino intentus, secundus tamen eis, & nobis conueniens magis intentus est, & sic sensus est: post modicum non me videbitis, quia in cælum conscendam, & post modicum iterum me videbitis, in morte, vel iudicio.

Expli-

A Explicandum ergo nobis euangelium hoc est iuxta prædictos sensus: iuxta priorem sensum tempus passionis modicum dicitur à Christo Domino. Primo quia modico tempore voluit mortuus esse non multo. Cuius rei rationem D. Th. assignat, quia Christi mors fuit illi voluntaria, & dispensatoria ad satisfactionem pro peccato humani generis, & ut mortem vince-
D. Tho.
ret, quæ iam non valet mortuos detinere, sed velit, nolit, eos viuos reddet; & ideo conueniens non fuit, ut mortuus esset Christus nisi paruo tempore, ut mors eius certa esse crederetur, quia non necessitate mortem suscepit, sed dispensatione. Hac ratione loquitur Pater Filio per Esaiam, Abscondere modicum ad momentum donec pertranseat indignatio: quasi dicat, donec satisfactio ne accepta indignatio mea quiescat, quo facto, non est cur mortuus sis, & tumulo absconditus. Ostendit plane his verbis infinitam bonitatem, & misericordiam, cum voluit, indignationem suam pertransire, nec in æternum durare: non in perpetuum irascetur, nec in æternum comminabitur Psal. ait, non secundum peccata nostra fecit nobis, nec secundum iniquitates nostras retribuit nobis. Iniquitates enim nostræ merebantur iram perpetuam non ad modicum; cum angelis ira est eterna, postquam peccauerunt semel, cum homine secus, ideo Esaias confitebor tibi Domine, quoniam iratus es mihi; conuersus est furor tuus, & consolatus es me. Sicut ergo modico tempore siccitas relicta est in mari rubro, & in Iordane, ut pertransiret Israel in terram promissam, ita modico tempore Christus mortuus, & sepultus est.
Psal. 102.
Esai. 12.
Exo. 13.
Iosue. 3.

B Secundo tempus passionis modicum dicitur à Christo Domino: quia licet mors illius atrox fuerit, & dolores acerrimi, & fluctus procellarum ingentes, modicum tamen ei esse videtur præ amoris magnitudine, sicut Iacob dies pauci videbantur quatuordecim anni, quos laborauit, ut Rachel sponsam haberet. Patitur Christus pro sponsa sua, ut exhibeat sibi gloriosam Ecclesiam, ideo modicum dicit. Et in hunc sensum explicat Beda in homilia verba illa, *Deus meus, Deus meus, ut quid me dereliquisti?* Non quod de tormentis conquereretur, sed quod eius vitam iam pater finiat ne amplius pro hominis salute pati possit. Omnis enim Christi dolor, si eius charitati conferatur, guttula est mari comparata: quod si charitatis scintilla in Paulo efficit, ut desideraret anathema
Gen. 29.
Beda.
Rom. 9.

Ioan. 13.

1. Ioan.

Aug.

Christof.

thema esse à Christo pro fratribus, quod Christof. explicat, de si A
derasse inferni pœnas sensibiles aliquo tempore sustinere, quid
obsecro anima Christi desideraret? Modicum ergo ei videtur
totum, quod patitur; quia charitas in immensum excedit pas-
siones. Sed attende quâ diuersi ac defides à Christo nos simus.
Ille modicum dicit omne, quod pro nobis sustinet; nos verò, si
aliquid pro eo facimus, aut sustinemus, non modicum, sed ma-
ximū esse putamus, nosq; lassos dicimus, nec iâ sustinere posse.
Vnde & dicimus, quis tantū ferat ieiuniū? tantas confelsiones?
tot tribulationes? Multa tibi & magna videntur, quæ agis, aut
pateris, parū diligis. Vis non fatigari? fac quod Paulus monet,
recogitate eum qui talem aduersus semetipsum à peccatoribus
sustinuit contradictionem, & eam modicam appellat, vt non fa-
tigemini, animis vestris deficientes, nec tibi magnum videatur
quidquis agis aut pateris Dei causa. Irridebant Dei prophetas
olim dicētes mada, remada, expecta, reexpecta, modicū ibi mo-
dicū ibi. Promittebat Deus bona Israeli, & minabatur mala, cū
q; nō cōtinuò illa adessent, aiebāt prophetae, expectate modicū
cito veniet, quod dixim⁹, cūq; illis nō appareret modicū, sed lō-
gū, lassabātur expectātes, & Dei nūcios subsanabāt, dicētes, ex-
pecta reexpecta, modicū ibi, &c. Ita nunc plurib⁹ cōtingit, qui-
bus, si in iustitia perseuerāt, multa promittūtur bona, si impec-
cato, mala; cū illa nō cōtinuo adesse cernāt lassitudine cōficiū-
tur. Vellet homo, quā citissime Dei bonis, frui diuina cōsolatio-
ne, & donis abūdare, passionū victoriā in momēto obtinere, sed
modicū tibi expectandū est. Vidisti hominē in curiā venientē,
vt negotium maximum perficiat, vt beneficium, ac donū ma-
ximum à rege obtineat? an id vna die assequetur? expectandum
illi est, & patiēter agēdū, similes ergo illis nos simus, & imitato-
res eorū, qui fide, & patiētia Dei promissiones hæreditauerūt.
Sed attendendū est, iuxta priorē sensum, quē versamus, modicū
dici tēpus mortis Christi, & modicū etiā dici tēpus, quod inter
fuit à resurrectione vsq; ad ascensionē. Sed valde diuersum est
modicū, & modicū; mortis enim modicū durauit per quadra-
ginta horarū spaciū, quod tempus fuit illis luctus, & doloris, re-
surrectionis verò modicū per quadraginta dies durauit, quibus
illis Christ⁹ apparuit, quod fuit illis gaudio, & lētitia singulari.

Cuiq;

A Cuiq; ergo horæ luctus dies lētitia respōdit, quia in Dei domo
plus datur consolationis, quā luctus, nūc vidisti diē lētitia pro
hora tristitia datā, sed Esaias aliquid maius ostēdere videtur cū
ait, vt prædicarē annū placabilē Domino, & diē vltionis Deo no-
stro; vltionis tēpus diē dicit, misericordia tēpus annū. Hinc E-
zechieli dicitur, diem pro anno, diē in quā pro anno dedi tibi,
idest, pro anno cōsolationis, diē dedi tribulationis. Hinc Psal.
potū dabit nobis in lachrymis in mensura, vbi hebræa habent,
in maxima mēsurā, idest in multa mensura, quia parū lachryma-
rum infundit, vt ibi Vatablus adnotat. Gaudij mensura super
effluens, corona coagulata, referta, lachrymarū vero in breuī
mēsurā. Et hoc etiam innuit Esa. dicens. Quis mensus est pugil-
lo aquas? & celos palmo pōderauit? per celos cōsolationes acci-
pe, per aquas tribulationes, tribulationes ergo pugillo mēsurat;
quia manu cōtracta, cōsolationes verò manu extenta, & larga.
Hinc Esaias. Ad punctū, & in modico dereliqui te, & in misera-
tionibus magnis congregabo te, in momento indignationis
abscondi faciē meā parūper à te, & in misericordia sempiterna
misertus sum tui, dixit redēptor tuus, & ratio huius manifesta
est. Quia proprium Dei est, misereri, & bona præstare, & ideo
hac in re plus infumit rēporis, sicut homo in his maxime occu-
patur, quæ eius naturæ ingenioq; cōueniūt. Cōtra verò dæmō
& mūdus, si vnū diē tibi cōcedūt dulcē, mille tibi dāt luctuosos
& mēroris plenos. Mihi ergo adhærere Deo bonū est, quia me
lior est dies vna in atrijs tuis super millia & ideo elegi, abiectus
esse in domo Dei mei, quā habitare in tabernaculis peccatorū.

C Sed iâ secūdū horū verborū Christi sensum inspiciamus, qui
nos respicit, tempus vitæ nostræ modicum quid est, quod nos
contristari oportet, pœnitentiāq; agere, veniet citō tēpus, quo
in æternū gaudeamus, & tristitia nostra vertatur in gaudium. Si
enim hic lætari & gaudere velimus, in æternum dolebimus, &
flebitus, mundus gaudebit, vos verò cōtristabimini, sed tristi-
tia vestra vertetur in gaudiū. Hac nos astutia dē mō fallit: nō no-
bis ostēdit vniuersū statū virtutis, & peccati, sed, vt dēcipiat solū
ostēdit peccati gaudiū, & virtutis tristitiā, nō ostēdit, quomo-
do: extrema gaudij luctus occupet, quomodo tristitia studiosi
vertet in gaudiū. Si enim vniuersorū statū ostēderet, nos nō de-
ciperet.

Esa. 57.

Eze. 4.

Psal. 79.

Esa. 40.

Esa. 54.

Psal. 72.

Psal. 83.

Heb. 12.

Esa. 28.

Simile.

Heb. 8.

- Num. 23.** ciperet. Hinc vocatus Balan, vt male diceret Israeli, cum totū A illum ex sublimi monte inspexisset, ei benedicit, & bona imprecatur, vt vero ei maledicat, ait Balac, veni mecum in alterū locum, vnde partem Israel videas, & totum videre non possis, & inde maledicito ei. Sic hominem miserum & stultum dæmō decipit, ostendens ei virtutis asperum, peccati dulce faciemq; delectationis, non turpitudinem, nō æterna supplicia. Sic Israeliam viam agentem in deserto ostendebat dulcedinem Ægypti, vnde aiunt, recordamur piscium, quos comedebamus in Ægypto gratis, in mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones, porrique & cępæ, & allia. Mirum id profecto recordabantur eorum, quæ in Ægypto dulcia eis fuere duntaxat, sed cur nō recordamini mortis omnium filiorum quos aquis suffocabant Ægyptij? Hæc obliuisci sunt, illorum vero recordati, illa in memoria reducit dæmō, hæc obliuisci facit. Caue ergo, ne sic te de ludat dæmō, omnia circumspecte, vniuersa considera nō quod initio rerū est, sed quod in fine. Fauus distilans labia meretricis, sed nouissima eius amara, sicut absinthiū, ante quā domū emas, eam vniuersam parambulas, & cōsideras. Quis vnquam domū emit, solum modo ianuam illius videns? ne ergo conspicias solum peccati ianuam, quæ pulchra est, vidit enim mulier lignū quod esset pulchrum visu, aspectuq; delectabile, & nihil amplius considerans comedit, si intus ingrederetur, videret peccati venenū, eius amaritudinē. Vas aureum peccatum est, sed plenum abominatione, absinthio, atque veneno.
- Vnde enim putas stupēdū hoc mūdo cōtingere, vt rideat, & gaudeat? Peccator mūdus, ait Christus gaudebit, quā nā de re gaudeat? certe Pharisei in de lætati sunt, quod Christum occiderunt, & exultant in rebus pessimis: fieri ne potest, vt cum in peccato sis, læteris? audi Prophetam, nolilætari Israel, nolilætare sicut populi, quia fornicatus es à Deo tuo. Sed ais, lætor quia delector in cōiuiuiū mundi, quod splendidum est & abundans, sed audi miser, non vides manum scribentem sententiam contra te, vt vidit Balthazar? annon pauēs imminentem tibi æternam mortem? mira profecto res est; esse hominem lætum, & hilarem, cum sine Deo sit. Vt stultitiā hæc Deus hominum exprimeret, loquitur Ezechiel, ecce tollo à te de-

deside-

- A** desiderabile oculorum tuorum in plaga, non planges, neque plorabis, vt cum tibi dixerint, quomodo non ploras, cum interierit mulier tibi dilectissima, dicere possis, non plangitis vos, nec doletis Deo ammisso, & dicitis, cur non doleo vxorē amissam? Cum Babylonij dicerent Israeli, hymnum cantate nobis de canticis Sion, aiebant illi, quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? Cum Deus à te recesserit, cum captiuus tenearis, quomodo cantare poteris? in Deum peccasti, & rides? Deum amissisti, & gaudes? stultus es, demētatus es. Cum amississet Iacob dilectum Ioseph, scriptura ait, congregatis autem cunctis liberis eius, vt lenirent dolorem patris, noluit consolationem accipere, sed ait, descendam ad filium meum lugens in infernum, si ergo Deum amissisti, fac tibi planctum quasi super vnigenitum. Excipitur I e s s in Hierusalem, cum gaudio, & lætitia, & ille eos lætos videns plorat, tantum est peccatoris malum vt Deum plorare compellat, licet ille rideat. Exultat Israel coram vitulis, & plorat pro eis Moyse, quo enim peccator plus ridet, eo plus est deplorandus. Hinc peccatori populo loquitur Dominus, iam nunc depone ornatum tuum, vt sciam, quid faciam tibi, tolle vestimentum pretiosum, quod signum lætitię est, quia si Deus non ignoscit, ciulanti, & lachrymanti, vt Esau, & Antiocho, quia ex corde non plorabant, quomodo ignoscet ridenti? Hinc Esaias, in illa die vocabit Dominus ad fletum, ad planctum, ad saccum, & caluitium, & ecce gaudium, & lætitia, viuit Dominus, si dimittetur iniquitas hæc vobis. donec moriamini.
- Sed hæc iustorum tristitiā, & lætitiā Christus Dñs explicat exemplo parientis mulieris, dicens, mulier, cum parit tristitiam habet, iuxta priorem sensum, doluerunt Apostoli de Christi morte tanquam parturiens mulier, sicut enim in partu (ait Chrysostomus) filius, qui doloris causa est, postea lætitiā efficit: Sic Christi mors fuit Apostolis meroris causa, quæ postea gaudij, & resurrectionis causa fuit, in resurrectione Christus quasi per partum nouus homō in mundum prodijt: vnde Paulus de resurrectione interpretatur illud Psalmi. 2. ego hodie genui te, & notat Chrysostomus, non dici quia natus est sibi filius, sed quia natus est homo in mundum, qui est Christus.

TECA UNIV.

NAL

Psal. 136.

Gene. 37.

Exo. 32.

Exo. 33.

Esai. 22.

Chrysost.

Acto. 13.

Psal. 29.

Apoc. 12. stus, ideo Ioannes vidit mulierem Ecclesiam Christum parientem, qui raptus est ad Dei thronum, peperit ergo Ecclesia cum dolore Christum resurgentem, & sublatum in cælum.

Sed iuxta secundum sensum, vita presens iusti partui similis dicitur conuenientissimè, initium enim vitæ iusti partus est, vita ipsius partus est, mors denique partui simillima est. Initium iustitiæ pœnitentia est, qua homo renascitur, tunc partus ille est de quo Esaias. Sicut quæ concepit, cum aprouinquaerit ad partum, clamans clamat in doloribus suis, sic à facie tua Domine concepimus, & quasi parturiuimus, & peperimus Spiritum salutis. Attende conuersionis tuæ modum, concipis à facie Domini, cum recordatus Dei tui, præ-

Genes. 4. sensus faciei eius. Non egresus ab illa, vt Cain, mortis, iudicij, & inferni timorem concipis, crescit hic fœtus intra te, & hac parte nolles peccatum dimittere, illa verò Deum timens, quem vides tibi esse relinquendum, ibi dolores, vt parturientis, ibi anxietas. De qua re multa Augusti. in confessionibus de seipso memoriæ prodidit. Sed quod erit horum dolorum remediū? Quidam nollunt partum perficere, de quibus Esai. venerunt filij, vsque ad partum, & virtus nō est pariendi, timet infans nasci, nō vult egredi vterū matris, annō stultitia hæc est: non illi multo melius, ex angustijs egredi materni vteri in amplissimum hunc mundum? Huic similis est, qui timet egredi à peccato, à misera captiuitate in libertatem, à tenebris in admirabile Dei lumen. Sicut ergo si filius non nascitur, ille in vtero moritur, & matrem interimit, ita si conceptum à facie Domini Spiritum non pepereris, si mortuus fuerit intra te, nec in lucem prodierit, mortem tibi æternam parat. Si filius nascitur, viuit ille, & viuit mater. Caue ergo, ne in te moriatur hic Domini Spiritus. Quidam verò non omnino occidunt intra se hunc Domini spiritum, sed eius partum differunt, in longum confessionem differentes, qui similes sunt Echino, quem vulgo dicunt Erizo, de quo Pierius

Augst.
Esai. 37.

Simile.
Pierius.
Simile.

libr. 8. cap. de Echino ait, cum sit animal alias acutum & viuax, quia duas fenestras facit infouea sua, & cum hinc aer perflat, hanc claudit fenestram, quando inde, alteram, ne ab aere lædi possit, quo homines docet, præcauere pericula, & cum

A cum à casibus impetitur, ita se spinis obuoluit, & operit, vt nihil nisi spinæ appareant, & sic non audent eum contingere; licet ergo in his viuax & acutum sit, tamen animal est, in scium, & ignorans hac vna in re, quod partum differre conatur, & hinc fit, vt crescente interim factu, maxima cum difficultate pariat, cui persimiles sunt, qui conuersionem differunt, quæ partus quidam est. Concepisti ò homo à facie Domini, audi, sicut quæ concepit, & ad partum aprouinquaerit, dolens clamat, nec quiescere potest, donec pariat, ita tibi requies non erit, donec spiritum salutis parias, donec peccata dimittas, & Deo adhareas. Initium ergo vitæ iusti partus est: Ipsa etiam iustorum vita similis partui est; parit enim iustus bona opera, & merita in vitam æternam, quam expectat, vt mulier partum. Hinc Propheta, dole, & satage filia Sion, quasi parturiens, quia nunc egredieris de ciuitate. Hoc latè explicat Paulus, existimo enim quod non sunt condignæ pansiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis, nam expectatio creaturæ reuelationem filiorum Dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est non volens, sed propter eum, qui subiecit eam in spe, quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei. Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit, & parturit vsque ad huc: non solum autem illa, sed & nos ipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos genuimus adoptionem filiorum Dei expectantes redemptionem corporis nostri. Quo loco de hac re Diuus Thomas diserit, & ait, ostenso termino maximo huius partus, qui est futura gloria, ostendit partum ipsum dicens, quod creatura, id est iustus, qui creatura Dei dicitur, iuxta illud Iacobi, voluntarie genuit nos verbo veritatis, vt simus initium aliquod creaturæ eius. Hæc ergo creatura subiecta est vanitati, id est passibilitati, & dolori partus, propter spem futuræ gloriæ, quia liberabitur ab his, quando pepererit fructum æternitatis. Omnis ergo iustus ingemiscit, & parturit vsque adhuc, ingemiscit quidem, quia multi gemitus mei Propheta ait, propter mala, quæ patitur, & propter difficultatem in bonis, quæ agit, & propter bona, quæ sperat: nec solum iusti alij sic parturiunt, sed & nos ipsi Apostoli primitias spiritus

Miche. 4.
Rom. 8.

D. Thom.

Iacob. 1.

Thron. 1.

tus habentes, hoc in partu laboramus expectantes diuinā gloriam. Nunc ergo ò homo affligeris propter ea, quæ nunc diximus, pateris multa, laboras, dum virtutis opera præstas; expectas aliam vitam, & spes, quæ differtur, affligit animam, nè mireris, si quasi parturiens doleas, tempus nunc partus est, finietur labor partus, & tale gaudium intrabis, vt non memineris præfuræ propter gaudium, quod tantum erit, vt non solum dolorem tollat, sed à memoria auferat, tam est ingens patriæ gaudium, vt Beati dicant, obliuioni traditæ sunt angustia prioris, vt dicas cum Ioseph obliuisci me fecit Deus omnium laborum meorum in terra paupertatis meæ, recordatur Abisai iniuriarum Semei, sed Dauid non sic, quia illa die factum vidit se regem super Israel, & ait rex Semei, non morieris. Non est hic dies, vt in eo memoria sit priscorum malorum. Si hoc efficit regni temporalis possessio, an non multo potius id efficiet regni celestis adeptio? Mors tandem iusti similis partui est, parit enim illum ecclesia æternitati. Qua ratione sanctorum mors natale dicitur, quia tunc vere nascuntur æternæ vitæ. Apropinquat iustus morti, venit hora eius, nolit anima à corpore exire. Vnde Arseuius animæ suæ dicebat, totannis Christo inferuisti, & nunc egredi times? noli mortem pauere, si iustus es, quoniam sicut puer nascens ex angustijs vteri materni, procedit in amplissimum mundum, sic in mundo præsuram iustus habet, in cælo verò aberit pressura omnis, & omnis fugiet dolor.

Et gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Hæc verba dupliciter accipi possunt secundum duplicem sensum, quem explicuimus, primo sic. Gaudium, quod nunc habetis de mea corporali præsentia, tolletur à vobis per iudæos in mea morte. Sed gaudium vobis futurum post meam resurrectionem, cum Spiritum sanctum acceperitis, erit intrinsecum, & perseverans, quod nemo à vobis tollere poterit, de quo Petrus ait, credentes autem exultatis lætitia inenarrabili, & glorificata, reportantes finem fidei vestræ salutem animarum vestrarum. De quo gaudio Psalmus loquitur, beatus populus, qui scit iubilationem, est autem iubilatio, ait Gregor. lætitia inenarrabilis, quæ sentiri, non explicari potest. Licet ergo iustus in hac

vita

A vita tristetur, & lugeat, gaudium tamen Spiritus sancti impletur, hoc gaudium, dicit Christus, esse ipsorum gaudium, ait, *vestrum*, & tolli non posse ab eis. Et ratio est manifesta, quoniam quando res, à qua proficiscitur gaudium, tolli potest à nobis, nec illa nostra dicitur, nec gaudium, quod ex illa capimus, nostrum est, quia tolli facile à nobis potest, sublata re ipsa, à qua gaudium proficiscitur. Huiusmodi verò omne mundi gaudium est, res enim mundi, ex quibus illud proficiscitur, & tolli à nobis possunt, & sic etiam gaudium tollitur earum: vnde nec illæ nostræ sunt omnino, nec earum gaudium nostrum est, ideò hæc omnia aliena Christus vocat, dicens, si in alieno infideles fuistis, quod vestrum est, quis credet vobis? Vbi omnia temporalia aliena nuncupat, spiritualia verò nostra dicit. At Spiritus sanctus, & illius gaudium nostrum dicitur, quia nullus à me tollere potest diuinum Spiritum, nec gaudium, quod ab eo proficiscitur. Quod si homines tanto studio in terra quærunt bona immobilia, census perpetuos; quomodo non quæres tibi hoc infinitum bonum Spiritum, scilicet, sanctum, & eius gaudium, quod nemo vnquam à te tollere potest? Sicut ergo olim Abraham, Isaac reseruaui hereditatem, id est bona immobilia, filijs autem concubinarum largitus est munera, bona scilicet mobilia: ita Deus noster iustis dat Spiritum suum, & eius gaudium, peccatoribus terrena, & eorum consolationes, quæ omnia mobilia sunt.

C Sed ista Christi Domini verba, *gaudium vestrum nemo tollet à vobis*, iuxta secundum, quem proposuimus, sensum, accipienda sunt de gaudio æternæ beatitudinis, quod æternum cum sit, auferri à nobis non poterit. Hinc Psalm. lauda Hierusalem Dominum, lauda Deum tuum Sion, quoniam confortauit feras portarum tuarum, id est occlusit fores omni malo, vt locum non reliquerit, quo intrare possit. A Eternitas verò bonorum maximum gaudium cumulat beato; quia quolibet momento quodam modo perfruitur gaudijs totius æternitatis. Si cut damnatus consimili ratione totius æternitatis pœnis quolibet momento cruciatur, (apprehensio enim impendentium malorum maximè hominem, cruciat, vt patet in Christi sudore sanguineo, qui inde processit) cum ergo damnatus videat,

C 3

& com-

Eccles. 9.
Genes. 92.

2. Reg. 19.

1. Pet. 1.

Psal. 78.
Gregor.

Luc. 18.

Gene. 25.

Psal. 143.

& comprehendat æternitatem impendentium malorum; qua-
 si toto æternitatis pondere premitur, torquente ipsum sua ap-
 prehensione eorum omnium, quæ in æternum est, quo quid
 miserius excogitari potest? Contra verò beatus de sua fœli-
 citate securus, dum totam æternitatem iucundissimam ante
 oculos proponit, de tota ea singulis momentis plenissimè
 gaudet. Si ergo nunc iusto aliquid se se offerat tolerandum,
 cogitet Dei præclaram dispositionem, quod momentaneum,
 & leue tribulationis æternum gloriæ pondus operatur in eo.
 Optima profecto hæc Dei dispositio est, vt labor exiguus sit,
 præmium, & gaudium æternum. Si Deus commutaret
 manus, & laborem faceret æternum, gaudium verò breue, id
 difficile planè nobis esset, & hoc est, quod sibi peccatores eli-
 gunt, breui tempore delectari, & gaudere, & in æternum cru-
 ciari, & dolere. Non sic Deus ordinavit, sed paruo labori
 infinita requies ab eo concessa est. Qua in re manifestè patet
 Dei natura, ac ingenium; nec enim vt Propheta ait, humiliavit
 ex corde, nec eius naturæ est affligere, sed benefacere. Vnde
 sicut cum vere pluuia descendit, dicere soles, non hæc tempo-
 ranea pluuia est, non diu durabit, facile serenum cælum erit &
 tranquillum, ita Dei ira citò transit, & serenitas æterna succedet
 iusto. Vnde Deus cum iusto se habet ad eum modum, quo
 Ioseph cum Benjamin dilectissimo fratre, quem capi facit,
 ac comprehendi, sed citò se illi fratrem manifestat amantif-
 simum, omnis tribulatio iusti ludus Dei est, qui æterna fœ-
 licitate, & gaudio terminatur. Afflictus nimirum Benjamin
 est ludo illo, quia nullus ei aperuit, quod ludus esset, & in-
 quem erat finem deuenturus, quod si ei diceretur, non do-
 leret. Nobis verò nunc manifestat Christus Dominus, omnem
 tribulationem æterno gaudio terminandam, cum ait, tristitia
 vestra vertetur in gaudium. Ne ergo nimium doleamus, si
 tribulamur, imo verò æterna proposita mercede accenda-
 mur in labores subeundos, in virtutis opera præstanda. Si
 nunc tibi dicerem, dimitte hanc, vel illam substantiæ tuæ
 partem hac lege, vt post annum tibi reddatur centuplum,
 quam reliquisti, & eo centuplo fruaris mille annis, præclare
 tecum

Thren. 3.
Simile.

Gene. 44.

Simile.

A tecum actum putares, & libenter dimitteres quicquid hac le-
 ge præciperis dimittere, nam & agricola frumentum di-
 mittit, dum seminat, sperans in messe multiplicandum,
 licet non in centuplum. Sed nunc vt iustissimam Dei cau-
 sam ostendamus, aliud melius ineamus pactum, & hoc
 sit, dimitte per diem vnum hanc substantiæ partem, & da-
 bitur tibi post diem mille millia plusquam reliqueris, & per
 mille millia annorum eis fruere, hoc pactum multò est præ-
 clarius. Sed adhuc melius Deus inire tecum vult, dicens,
 dimitte per vnam horam parum quid, & recipes centena
 millia plus, & infinitum plus, & infinita æternitate fruenda.
 An non hæc conditio præclara? an non pactum desi-
 derandum? an non commercium optimum? gustauit, &
 vidit, quia bona est negotiatio eius, si nunc Dei causa di-
 mittas vniuersam substantiam, vitam, & honorem, & hæc
 omnia per mille annos relinques, tanta calliditas sunt,
 & tanta æternitas est, vt cuiuslibet horæ respondeant mille
 millia annorum, & multò plus, & cuiuslibet rei dimis-
 si respondeat infinitum bonum, quò fruere in
 æternum. Hæc negotiatio nobis imple-
 scenda fratres est, huic incumben-
 dū, in qua diuites in æter-
 num euada-
 mus, &c.

Prover. 31.

In eadem

In eadem Domi. III. post Pascha Sermo Secundus.

The. Mundus gaudebit, vos vero contristabimini: Sed tristitia vestra vertetur in gaudium.

Ioan. 16.



N hodierno Euangelio pijs laborantibus consolatio proponitur. Ea est, omnium laborum ipsorum, terminum esse lætitiã, & citò finendos esse labores, & lachrymas, vt sint spe gaudentes, in tribulatione patientes, sic consolata Rebecca est filium Iacob, dicens. Nunc ergo fili mi audi vocem meam, & consurgens fuge ad Laban, fratrem meum in Aram, habitabisque cum eo dies paucos, postea mittam, & adducam te inde huc, pauci dies erunt peregrinationis, & laboris tui, & citò mittam, & adducam te in domũ. Sic Christus Dominus suos consolatur, modicum tempus erit, quo non me videbitis, citò laborum finis veniet, & tristitia in gaudium vertetur: vt hæc nobis consolatio, sit in profectum, adeamus matrem Mariam, quæ nobis gratiam obtineat.

Genes. 27.

Ostendit hodiè Christus dominus præclarum Exitum iustorum, & finem omnium laborum ipsorum scelicem esse, à quibus liberi euadent, sicut Israel à Marirubra, dolores enim illorum, dolores sunt parturientis, quorum finis filius est, & gaudium, non sic iniquorum dolores, quibus nullus respondet fructus, atque adeò sunt dolores similes punitionis lateris, hinc Sapiens. Inutilia opera eorum, & labores eorum sine fructu.

Sap. 7.

Hæc in Euangelio videamus, *Modicum & iam non videbitis me, &c.* Attende primùm quomodò Deus se, cum suis habeat, iam abscondit se, iam manifestat, iam tribulat, iam consolatur.

Sicut

A Sicut enim temporis vicissitudo necessaria est fructibus percipiendis, dies, & nox, hyems, & æstus, sic ad fructus animæ spiritalis recessus, & accessus Solis iustitiæ iuuat maximè; Hinc Iob, Tonabit voce magnitudinis suæ, & non inuestigabitur, cum audita fuerit vox eius, quasi dicat. In consolatione auditur Dei vox magna, sed continuo, disparet, nec inuenietur, etiã si quæsieris eam. Visitas eum diluculo, & subito probas illum. Hinc Hiero. in epistola ad Marcellã exulem, ait. Verè amenissimum antecedere solet, rigida, ac sæua hyems. Et quo magis mare intumuerit, & sæuum fuerit, eo postea tranquillius fit. Quia post tempestatem tranquillum facit, & post lachrymas exultatione infundit. Hinc Iob. Tabescet caro eius, appropinquabit morti anima eius, clamabit ad Deum, & placabilis ei erit, & videbit faciem eius cum iubilo. Hinc Sponsa, En ipse stat post parietem nostrum, prospiciens per cancellos, prospiciens per fenestras, quasi dicat, iam apparet, iam absconditur. Ideo Ezechielii ostenditur, liber scriptus intus, & foris, in quo scriptæ erant lamentationes, carmen, & væ, inter lamentationes, & væ carmina sunt, id est, dulcia cantica. Et de his, qui hunc Dei ordinem non agnoscunt, Iob, ait. Exulabunt propter vim brachij tyrannorum, & non dixit ubi est Deus, qui fecit me, qui dedit carmina in nocte? Noctibus carmina & cantus destinantur in leuamen propter noctis tristitiam, dat ergo Deus carmina in nocte, quia cum suos tribulauerit, continuo eos consolatur, & si parum se absconderit, & recesserit, citò reuertitur, & adest.

Simile.

Iob. 37.

Iob. 7.

Hiero.

Simile.

Iob. 33.

Cant. 2.

Ezech. 2.

Iob. 35.

C Secundo his verbis ostendit Christus Dominus curam in suos illi esse maximam, & si aliquando ab eis recedat, continuo revertere, & summo eos gaudio afficere. Hinc Esaias. Consolabitur ergo dominus Sion, & consolabitur omnes ruinas eius, & ponet desertum eius quasi delicias, & solitudinem eius quasi hortum Domini, gaudium & lætitia inuenientur in ea, gratiarum actio, & vox laudis. Idè Dominus populo suo promittit, per Ieremiam dicens. Rursum ædificabo te, & ædificaberis. virgo Israel, adhuc ornaberis tympanis tuis, & egredieris in choro ludentium, adhuc plantabis vineas in montibus Samariae, iustus si lætitia spoliatus fuerit nunc, citò ea ornabitur. Similis est enim arbori, & viti, quæ in hyeme folijs, & floribus

Esai. 54.

Iere. 31.

Simile.

C

nudatur

nudatur, sed vere eis ornatur, & floreat denud. Impij expo- **A**
 liantur latitia, sine vlla spe vltra recipiendi eam, longè ab eis re-
 celsit Deus, non modicū, sed in æternum. Hinc eis dicit Ioān-
 nes. Vox citharædorum, & musicorum, & tibia carnentium,
 non audietur inte amplius. Et Esaias cessauit gaudium tympano-
 rum, quicuit sonitus lætantium, conticuit dulcedo citharæ,
 cum cantico, nō bibent vinum, deserta est omnis lætitia, trans-
 latum est gaudium terræ. Babyloniz, & Hierusalem dicitur de-
 solaberis, sed Hierusalem dicitur, rursus ædificaberis, non Ba-
 byloniz quæ similis est arbori bis mortuæ, eradicate, cui spes
 nulla restat germinandi.

Sed domine cur à iusto, quem diligis, recedis? cur eum tri- **B**
 bulari permittis? Vt fides eius probetur, & fidelitas eius appa-
 reat. Rege presente pauci in eum re-ellāt, eo absente fides pro-
 batur diligentium eum. Prædicante Baruc captiuus, in Babylo-
 nia collegerunt illi pecuniam, vt redimerent vasa templi Do-
 mini, & offerrentur holocausta in Hierusalem. Sed quomodo
 vos id curatis, cum Deus vos non redimat? In eo apparet eorū
 fides. Non sic impij non sic, sed si parum à Deo relinquatur
 continuo eius obliuiscuntur, & in eum peccant. Vt Achab, qui
 fame oppressus ait. Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, si ste-
 terit caput Elisei filij Saphat, super ipsum hodie. Huic similis
 ille est, qui in necessitate constitutus peccato remedium quæ- **C**
 rit. Ne ergo similis sis Israeli dicenti, odit nos Dominus pro-
 pterea eduxit nos de terra Aegypti. Sed expecta Dominum
 modicum, aderit ille citò. Sed Domine, quomodo, ais? *modi-
 cum & non videbitis me.* Si absens es, licet parum videatur esse
 tempus, non modicum, sed multum est. Accelera ergo Domi-
 ne, vt eruas me, citò veni, vt videamus te. Hinc tribulatus Hie-
 remias, orat. Recordare mei, & visita me, & tuere me, ab his, qui
 persequuntur me, noli impatientia tua suscipere me: scito, quo-
 niam sustinui propter te opprobrium, quasi dicat, Domine nō
 li tanta vti patientia, & longanimitate in persequentes me, acce-
 lera, veni. Pestinanter, vt mihi subuenias. Mirum profectò est,
 quam velimus Deū patientem esse in peccata nostra, vt ea nō
 vlciscatur, nolimus tamen eum patientē esse, vt nobis succur-
 rat. Iussus est Saul expectare septē dies, nec potuit sperare cetera
 uam,

Auum, & inde omnis illius perditio ortum habuit. Non potuit
 sperare Israel dies quadraginta, vt Moyses descenderet, & fece-
 runt vitulos. Scito ergo expectare Dominum citò veniet, *mo-
 dicum, & videbitis me,* ne animo deficias. *Exod. 31.*

Tertiò attendendum in his verbis est, *modicum,* dici vitam
 nostram, & omnia quæ in illa sunt, modica sunt, sic etiam ipsi
 impij fatentur Sapientiz. 2. Exiguum, & cum tædio est tem- *Sap. 2.*
 pus vitæ nostræ. Si esset modicum, & bonum, & cum gaudio,
 leuius haberemus, sed modicum, & malum, & cum tædio, hoc *Genes. 47.*
 nobis dolendum, Iacob ait Pharaoni, Dies peregrinationis meę
 centum triginta annorum sunt parui & mali. Audi Iob. Dies *Iob. 9.*

B mei velociores fuerunt cursive, fugerūt & non viderunt bo-
 num, pertransierunt, sicut naues poma portantes, & sicut aqui-
 la volans ad escam. Videris ò homo tibi consistere, sed verè in
 mortem properas, velocius quam nauis præteruolans, quam
 aquila volans ad escam, quæ quam citissimè descendit. Quot
 nunc principes, & nobiles præteriere, quid reliquerunt? certè
 solū odorem vel bonum vel malum operum suorum. Sicut
 nauis odorem pomorum. Verè modicum vita hæc est, & mo-
 dicum omnia, quæ hic sunt. Putas tibi longam restare vitam, &
 modica erit. Sed quid impij colligunt ex illo, quod aiunt. Exi-
 guum, & cum tædio est tempus vitæ nostræ. Certè hoc colligi-
 guat, *venite,* fruamini bonis, quæ sunt, ecce, quod nunc Chri-
 stus ait, *mundus gaudebit.* Iusti colligunt inde, vt pœnitentiam
 agant, & lugeāt, & conuerso verò iniusti, vt rideant & gaudeāt,
 de iustis Christus ait, *vos contristabimini.* Transibit modicum
 hoc, & quid tunc iustis, & iniustis reliquum erit? Iniustus sibi
 cocœruauit iniquitates, quibus in æternum ardeat. Iustus bo-
 ni opera, quibus æterna mercede donetur. Vidisti mercatorē,
 qui ad Indos properat, & multos annos in negotiatione posuit,
 & quid demū lucratus est? fasciculum lignorum, quo ipse cō-
 buratur. An non hunc insanum diceres? Auis dicitur phœ-
 nix id agere; congregat multa ligna, quibus ipsa comburitur.
 Laboras miser peccator, congregas substantiam multam, deli-
 cias plures, quid hæc omnia esse putas, nisi fasciculū lignorum
 quo in inferno ardeas in æternum? Sed ais. Nunc saltem, cum
 rideo, delector, & gaudeo, vis nosse, quid nunc tibi sit? Similis
 est ani-

Apo. 18.

Esai. 24.

Iuda.

Baruc. 1.

4. Reg. 6.

Deuter. 1.

Bernar.

Hier. 15.

1. Reg. 17.

Simile

Thren. 1. est anima tua principi mulieri, quæ domum patris egreditur A cum Aethiope seruo nequam, & ille eam ducit in montem, ibi quæ carbonem multum conficit, & illa denigrata est super carbones, tam vili, & abiecto muneri seruiens. An non miseram illam iudicares? Huic similis anima tua est, quæ Dei domum egressa operibus abiectissimis incumbit, in quibus denigrata est super carbones facies illius.

Luc. 2. ¶ Non intelligebant Discipuli, quid hoc modicum esset, & ideo Christum interrogare voluerunt: Peccati effectus ignorantia est, cuius remedium interrogatio est, sic interrogant discipuli Magistrum, & viæ inscius scientem. Ad hoc venit in mundum Christus veritas, vt eum interrogemus hinc omnes illum B interrogant. Cum puer esset in templo interrogatus à doctoribus est. Discipuli eum sapius interrogant, quomodo orandum esset? quando Iudicij dies veniet? quod est mandatum magnum; quomodo salutem consequi possent æternam? Et Dæmones eum interrogauerunt, an esset filius Dei? & Angeli interrogant eum. Quare rubrum est vestimentum tuum? & tu ergo interroga eum, disce ab eo.

Esai. 63. *Matth. 5.* *Prouer. 17.* *Leuit. 10.* *C* *Q*uid est hoc quod dicitis modicum? Respondet cœlestis Magister, plorabitis, & flebitis vos, mundus autem gaudebit. Sed non ideo infœlices dicas iustos, quia plorant. Quia Beati, qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. Non hic loquitur Christus de lachrymis, quæ funduntur propter amissionem temporalium, vel mortem amicorum, hæ enim lachrymæ, beatæ non sunt, quia si nimis sunt, ostendunt inordinatum affectum ad temporalia, & de hac tristitia scriptura ait. Quod exiccat ossa, & mortem citius venire facit. Et cordi est, quod tinea pãno, & im pedimento esse solet multis bonis, & Dei etiam obsequio. Vnde cum Moysès carperet Aaron, quod non obtulisset Deo sacrificia propter filiorum mortem, respondit Aaron. Quomodo placere potui Domino, incere monijs mente lugubri? Quis ergo iustorum fletus est? Certe iusti edocti à Deo sunt. Mundum istum vallem esse lachrymarum, locum exilij, locum poenitentia; & doloris. Norunt gaudium non esse fructum huius temporis, sed venturi. Et dicunt. Musica in luctu importuna narratio. Ideo hic consolari renuunt, & plorant, tum propter peccata,

A peccata præterita, tum propter negligentias præsentis, quod vident se parum proficere. Et licet Spiritus sanctus testimonium eis reddat, quod sint filij Dei, & eo testimonio illos consolatur, sed alia parte hic idem spiritus, tristitiam infundit, efficit enim, vt in cœlum suspirent, vt Deum desiderent, & affectum in animam ponit similem, affectui sponsæ, quæ sponsum absentem habet, ponit ergo in corde gemitus inenarrabiles. Et cum Deum nunc consequi non valeant, verum habet in eis illud Psalmi. *Psalm. 41.* Fuerunt mihi lachrymæ meæ, panes die, ac nocte, dum dicitur mihi quotidie vbi est Deus tuus? Et illud. Super flumina Babilonis, illic sedimus, & fleuimus, dum recordaremur tui Sion. *Psal. 136.* Super flumina Babilonis iusti sedent, quæ sunt delectationes sæculi huius, quæ tanquam fluuius percurrunt, non ab illis rapiuntur, sed eas rapido cursu fluentes aspiciunt, & recordati Sion, plorant. Simul etiam videntes aliorum peccata, dolent, quia Deum offendi vident ipsis dilectissimum. Sicut filius dolet, cum pater læditur. Hinc Psalmus. Vidi præuaricantes, & ta *Psal. 118.* bescebam, quia mandata tua non custodierunt.

B Hæ sunt iustorum lachrymæ, quæ Angelis vinum sunt, eos lætificans. Sunt mare, in quo Pharaon, & Aegyptij percunt. Sicut aqua exstinguens ignem concupiscentia;. Hæ lauant animam, vt sit similis columbæ, quæ lacte lota est. Hæ, animam irrigant, vt sit secunda terra fructum proferens. Et eris, quasi hortus irriguus, cuius non deficient aquæ. Sed aquæ istæ in solitudine inueniuntur, sicut inuenit Anna aquas calidas in solitudine, *Exod. 14.* quia oportet à corde proijcere terrenas cogitationes, & delectationes, vt hæ aquæ inueniantur, & ideo iusti omnem terrenam fugiunt delectationem, & afflictiones querunt. Hinc Psalmus. *Cant. 3.* *Esa. 58.* Renuit consolari anima mea. Sicut enim columba noluit quiescere super cadauera putrida, vt coruus, & ideo in arcam remeavit, sic iusti nolunt affici, & infici creaturis, ne de eis dicatur illud. Facti sunt abominabiles, sicut ea, quæ dilexerunt. Et sicut turtur vidua fugit arbores virides, & aquas puras, & limpidas, & sola ac tristis commemoratur, & gemebunda, ita iusti gemunt suspicientes cælum, & quasi peregrini mundum percurrunt, non in hærentes his, quæ mundi sunt, vt ciues eius, nihilque dulcedinis hic capere volunt, Beati, qui sic lugent, de quibus *Gene. 36.* *Psal. 76.* *Gene. 8.* *Osea. 9.* *Simile.*

bus Christus ait, *plorabitur & flebitur vos.* A

Sed nunc hi sine consolatione manebunt etiā hic? absit, ipsi consolabuntur, & *tristitia vestra vertetur in gaudium*, qui terre nam reliquit consolationem, cælestem accipiat, non in altera vita tantum, sed & in hac. Hinc Psal. qui dixerat, renuit consolari anima mea, subiungit. Memor fui Dei, & delectatus sum, & quo plus terræ consolationes rejiciunt, plus diuinas percipiunt. Hinc Psal. Secundū multitudinē dolorū meorū in corde meo, cōsolationes tuæ lætificauerūt animā meā. Et Paulus. Sic ut abū dant pāsiones Christi in nobis, ita & per Christū abundat consolatio nostra. Si ergo cælesti non abundas consolatione, causa est, quod terrenam non reliqueris. Quam coronam miles à Rege petet, qui certamen cum ipso aggredi recusat? Si farina nobis Aegypti non esset, mana de cælo nobis adesset, ieiunos nos ire non patitur, & qui ea quæ mundi sunt, respuit, cælestia suscipiet. Beatus homo, qui non manducat in mensa mundi, quoniam manducabit panem regni Dei, in dulcedine, & gaudio.

De hoc vero gaudio dicitur, quod, *non auferetur à vobis.* Quo ostenditur differentia huius gaudij, à gaudio mundi, & carnis. Quod hoc gaudium mixtum est amaritudine, sicut mirrhatum vinum, quod bibere Christus noluit, nec & nos bibere vult, quoniam morsibus conscientia plenum est. At consolatio spiritualis pura est, nec habet amaritudinem, conuictus sapientia, neque tædium vllum. Et deinde gaudium mundi infirmum est, & facile deficit, & leuis aura illud tollit. At gaudium spiritus fortissimum est, nec illud auferre valent flagella, tormenta, crux, exilia, persecutiones. Efficit è prunis rosas, è lapidibus gēmas, è carcerib' aulas regias. Et aded dulce est, vt omniū amarissimam mortem dulcē reddat, & cum eam inuenit, dicit se inuenisse thesaurum & è carcere exire, quia tūc audit. Quiescat vox tua à ploratu, quia est merces operi tuo. O beatæ lachrymæ, quas Dei manus absterget. En gaudium spiritus, quod nemo tollet à nobis, sed & gaudium æternum manifestè non auferetur à nobis, quia si semel audierimus, intra in gaudium Domini tui, nunquam inde egrediemur. Ecce ergo vera gaudia vbi sint. Qui ergo gaudium quæris, disce, quo in

loco

A loco illud reperies, disce vbi sit Sapientia, vbi lumen oculorum, & pax. Accede ad illum qui ait. Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiā vos, tollite iugum meū super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Qua ergo ratione trahet te potius mundi gaudium infirmum, & inane, quam Dei gaudium maximum, & forte? Est ne minoris præcij, & æstimationis gaudium hoc, quia in manu Dei est? O cæcitas sanguineis lachrymis deploranda. Mundus clamat. Ego deficio. Caro, ego inficio, Dæmon, ego decipio, Deus, ego reficio, & plures sequuntur deficientē, inficientē, decipientē, & pauci reficientē. Nescis d' miser decipi te à Dæmone, qui quasi infidelis mercator proponit tibi aliquid dulcedinis initio, vt post amaritudines æternas infundat? Deus verò ostendit initio aliquid arduum: sed deinde æternam dulcedinē. In vestibulo virtutis lachrymæ sunt, in vestibulo peccati dulcedo, sed quam sunt diuersa, quæ intus sunt? Nā post paruam virtutis asperitatem, dulcedo est maxima. Ideo Sapientia clamat. Transite ad me omnes, qui concupiscitis me, & à generationibus meis adimplemini, spiritus enim meus super mel dulcis, & hereditas mea, super mel, & fauū. Ideo Simile dicitur thesauro abscondito. Quid enim magis absconditū, quam gaudium sub lachrymis? requies sub labore? Hoc gaudium spiritus est centuplum, quod promittitur in hoc mundo relinquētibus omnia. Et est regnum Dei, quod intra nos est, estque gaudium, & pax in Spiritu sancto. Nouerint ergo, qui mundo & carni inseruiunt, plus eos laboris ex hoc obsequio, quam gaudij percipere. Et qui Deo inseruiunt, plus gaudij, quam laboris, atque aded plus laboris, in vitiorum, quam in virtutis via esse, & dulciores. Et lachrymas iusti delectationibus iniquorū, ex bono enim opere, lætitia oritur, & ex prauo tristitia. Hinc Sapientis, Cor prauum dabit tristitiam. Et iterum, Beatus vir, qui non est lapsus verbo ex ore suo, & non est simulatus in tristitia delicti. Fælix, qui non habuit animi sui tristitiam, & non excidit à spe sua. Quia non conturbabit iustum, quidquid acciderit ei, vbiq; enim gaudet: gaudete in Domino semper, iterū dico gaudete. Licet enim foris tristes videantur, sed intus semper gaudentes.

Hoc

Psal. 76.

Psal. 39.

2. Cor. 1.

Matth. 35.

Hiere. 31.

Matth. 25.

M. Ath. 11.

Eccles. 24.

Matth. 19.

Eccles. 38.

Eccles. 14.

Prouer. 12.

Philip. 4.

Aristot. Hoc verò & naturali ratione colligere possimus. Hoc enim **A** habet sola natura intellectiva, & rationalis secundum Aristotelem, ut reflectatur super actus suos, hinc est quod licet peccator delectetur de obiecto delectabili, non tamen est solida lætitia illa, quia non lætatur cum reflectitur super illam. Lætantur, cum malefecerint, sed cum postea considerant, quæ fecerunt, tristantur. Et tunc impletur illud Sapientis. Risus dolore miscbitur, & extrema gaudij luctus occupat. Et illud. Nequissima eius amara sicut absinthium. Contra verò iustus si laborem sustinet, in aliquo bono opere, continet cum reflectitur super illud de labore gaudet, si verò consolationem percipit à Deo, cum reflectitur super illam de illa gaudet, & sic efficitur, ut gaudium sit plenum, ac solidum. Hoc est illud Psalmi. Et **B** Sancti eius exultatione exultabunt. Quia de exultatione exultant. Hinc Sapiens Sapientia doctrinæ, secundum nomen eius est, scilicet sapida, & dulcis. Contra peccator tristatur de re temporalis amissa. Et deinde de tristitia tristatur, videns eam fuisse vanam. Tristatur iustus de peccato, deinde gaudet de tristitia, videns optimam fuisse. Beati ergo qui lugent quoniam ipsi consolabuntur.

Præterea. plorabitur & flebitis vos, mundus autem gaudet. Plorat iustus tæquam exul, quia dum sumus in hoc corpore peregrinamur à Domino. Cū absens à Deo sis, quomodo nō ploras? Fudisti lachrymas hac de causa. Non vidisti Deum, nihil boni vidisti. Et præterea sicut tristatur viam agens, & nesciens an recta incedat via, sic nos nescimus, an odio vel amore digni simus. Vanissimè verò in temporalibus peccator lætatur. **C** Ristum reputavi errorem, & gaudio dixi, quid frustra deciperis, id est. Ridentè reputavi errare, & gaudèti dixi, quid deciperis?

Simile. Est enim eius gaudiū simile gaudio auis, quæ laqueo detinetur & esca illius potitur. Et gaudio piscis escam traicientis cum hamo. Sic ille est, qui delectatur cōtinuo morte afficiendus æterna. Hinc Esaias, Conceperunt laborem & pepererunt iniquitatem, oua aspidum ruperunt, & telas aranæ texerunt. Qui comederit de ouis eorum morietur, & quod confortum est, erupet, in regulum, Telæ eorum non erunt, in vestimentum, nec opperientur operibus suis. Opera eorum opera inutilia. Conceperunt,

A ceperunt, ait, dolorem, id est decreuerunt peccare, dolor enim peccatum est, quia contra naturam, contra rationem, unde dolorem ingenerat. Et pepererunt, iniquitatem, id est, opere impleuerunt peccatum. Oua, ait, aspidum ruperunt, oua illa alba sunt, & exterius pulchra, intus verò veneno plena, quæ qui rumpunt, & comedunt pereunt miserè. Huic similis omnis peccatorum delectatio est, exterius pulchra, intus veneno plena mortifero. Aspis paruus est serpens, somniculosus appellatus quod somnum lethiferum percussis immittat. Hoc verò mundi delectatio efficit. Mire verò peccatorum consilia comparat telas aranæ, quæ miro fiunt artificio, sed infirmæ sunt, & ab aere facili tolluntur, & ad nihilum deseruiunt, sic sceleratorum consilia, & delectationes licet ingeniosa, & subtilia videantur, vana tamen sunt. Cor humanum textrina est, vbi hæc telæ struuntur, homo telam orditur, sed **B** Deus eam resecat. Quot telas orditur superbus diues, sed mors eas omnes facile scindit. Videbis in papyro depictas *Simile.* turre, vrbes, regna, maria, vniuersum denique orbem terrarum descriptum, sed aquæ guta papyrum cum vniuersa mundi descriptione corrumpit, vel puer paruulus ea delet, & rumpit. Videbatur tibi mundus magnus, sed parua papyrus erat. Quid est superbi hominis cor, nisi, quædam mappa mundi, quædam orbis descriptio in papyro depicta? Sed facile omnia **C** illa pereunt, id voluit fortasse significare Orontius insignis Mathematicus, qui orbis descriptionem, in corde quodam depicto in papyro collocavit, ne ergo delectationum specie fallaris, vide quid intus sit, & dices, non emo tanti pænitere.

Sed ais. Optimum est preciosa vestis, nimius ciborum apparatus, ampla domus. An non erubesces, cum rationis sis particeps, corporalia magni ducere? quid amplius habes quam bestia, si hæc dicitis? num spiritualem animum hæc decet? num is cibus eius? Cum Deum videris, intelliges nihil præter ipsum tibi diligendum, & tunc si confusio esse nobis posset de hac re confunderemur, quod aliud præter ipsum dilexerimus. Nupit Rex infirmæ fortis mulieri, & cum per aliquod tempus ab ea discedat, ait illi. Dum absens vir est agnoscitur mulieris fides, & castitas, alium ergo præter me non diligas. Si illa plures dile-

xisset, qua fronte regem aspicere posset postea? Quot creatu-
 ras dilexisti in ordinata dilectione, tot fornicationes fecisti, ni-
 hil tibi placere Deus vult præter ipsum, in nulla re nisi in ipso,
 te delectari vult. Sed ais. Durum hoc est, imo durum non est,
 tu durus es. Si eum videres, diceres nihil aliud amore, & visu
 dignum, præter ipsum, non vidisti Dei infinitam pulchritudi-
 nem, & ideo alia tibi placent. Infelix, ait Augustinus, qui dili-
 git nutus tuos pro te. Mittit sponsus plura dona sponsæ Armil-
 las, in aures, mureculas, sed vt quid hæc ille mittit? certè dicit,
 vt mei recordetur, me diligat. Scis quid sponsa tua faciat? Do-
 na suscipit, ea complectitur, & osculatur, diligit, & tui obli-
 uiscitur, quid stultius, quam propter dona obliuisci dantis? & B
 quod memoriæ, & dilectionis fomentum esse debuit, sit
 obliuionis causa? Hoc ipsum tu præstas. Ideò Sapiens ait. Crea-
 turæ Dei in odium factæ sunt, & in tentationem animæ homi-
 num, & in muscipulam pedibus insipientium. Sed qui id fieri
 potuit? an non creaturæ Dei donaria sunt? sunt planè, sed insi-
 pienti muscipulae sunt. Vir insipiens non cognoscet, & stultus
 non intelliget hæc. Vidisti pulchritudinem mulieris, con-
 cupiisti, illaqueatus es, vidisti aurum, desiderasti nimium, ca-
 ptus es, ne ergo vanè in his læteris, ne de te dicatur, *mundus an-
 tem gaudebit.*

¶ Et illud tandem nobis considerandum est. Omnia quæ
 nunc sunt, modicum esse, modicum, tribulatio iusti est, modic-
 cū delectatio peccatoris, ne ergo modica, magna iudicemus. C
 Vis hoc videre modicum? Audi Petrum. In quo exultabitis,
 modicum nunc si oportet contristari in varijs tentationibus.
 Et iterum, Deus autem omnis gratiæ, qui vocauit nos in æter-
 nam suam gloriam, in Christo IESU modicum passos ipse per-
 ficiet confirmabit, solidabitque, Augustinus. Sumus nunc in
 hoc modico nec æternitatem videmus, & ideo longum nobis
 apparet hoc modicum. Sed cum in æternitate fuerimus, vide-
 bimus, quam breue hoc modicum sit, instar puncti. Modicum
 ergo dicitur tristitia iusti, & gaudium peccatoris, quia solum
 durat, per hanc vitam, quæ vere modicum est, instans est, Iaco.
 quæ est enim vita vestra, vapor est, ad modicum parens, &
 deinceps exterminabitur. Et Sapiens, numerus dierum homi-
 num,

August.
 Simile.

Sapien. 14.

Psal. 91.

1. Pet. 1.

1. Pet. 5.

August.

Iaco. 4.

Eccle. 18.

A num, vt multum centum anni, quasi guttæ aquæ maris deputa-
 ti sunt, & sicut calculus arenæ, sic exigui anni in die æui. Si cū
 æternitate conferatur vita nostra, gutta aquæ est mari collata,
 & exigua quædam arena, benè eam dixit guttam maris quæ par-
 ua est, sed amara, ita vita nostra, parua & amara. Breui viuens
 tempore, repletur multis miserijs. Hinc facile colligitur, omne Iob. 9.
 mundi gaudium, omnemque tristitiam ad instar puncti esse.
 Hinc Sapiens. Parum dormies, modicum dormitabis, pauxil-
 lum manus conferes, vt quiescas, & veniet tibi quasi viator
 egestas, & mendicitas quasi vir armatus. Breuem hanc vitam
 fecit Deus, vt quasi rem modicam parum curaremus de ea. Et
 B tamen videas homines, qui sic in ea radicari volunt, ac si perpetua
 futura esset. Breuiauit etiam eam, quia cū plena sit laqueis,
 doloribus, periculis & malis, oportuit eam breuem esse. Sicut
 aspera via, si breuis sit, non ita affligit. Et tandem eam breuem
 fecit, quia se quasi solum reputat, donec nos secum in cælo ha-
 beat, tanto nos amore prosequitur, quia deliciae eius esse cum
 filijs hominum, sicut Tobias dū sine filio erat. Hinc orat Chri-
 stus Dominus patrem. Pater quos dedisti mihi, volo vt vbi ego
 sum, & illic sint mecum, vt videant claritatem meam, quam de-
 disti mihi. Sicut ergo Ioseph aliquandiu fratres suos dure tra-
 ctauit, quasi exteros, sed tandè scriptura ait. Nō se poterat ultra
 cohibere Ioseph, eleuauitque vocem suam cum fletu, & ait.
 C Ego sum Ioseph frater vester, & amplexatus, & osculatus est
 eos. Ita Christus Dominus licet nunc dure nos tractet, sed
 non diū, non poterit se cohibere, quin infinite charita-
 tis viscera nobis ostendat, infinita lar-
 giatur in cælo
 bona?

(. .)

D 2

Do

Dominica Quarta, post Pascha.

Them. Vado ad eum, qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me, &c. Ioan. 16.



Stenditur hodierno Euangelio Christi Domini maiestas, & autoritas, & simul Spiritus sancti. Christi quidem, dum promittit, se missurum Spiritum sanctum, mittendi verò auctoritatem solum habet persona producens aliam in diuinis. Vnde si Christus mittit Spiritum sanctum, eum spirat, sicut & pater. Sed Spiritus sancti maiestas simul apparet. Primò, in eo, quod à patre, filioque procedit ad intra quod est solius Dei. Nihil enim in Deo est, quod non sit Deus. Secundò, in eo, quod hodie dicitur, expedire Christi discessum, vt Spiritus sanctus veniat. Quòd ostendit, vtriat Chrysofomus homi. 77. Spiritus sancti diuinitatem, contra Macedonium, non enim expediens esset recessus Christi, qui filius Dei est, si Spiritus sanctus Deus non esset, nec compensaretur eius absentia aduentu creature, necesse ergo est Spiritum sanctum hic promissum Deum esse. Inter puras creaturas quæ summe hunc Spiritum sanctum percepit Maria est, quæ templum eius dicitur, & sponsa eius peculiari ratione. Spiritus sanctus superueniet in te, ait ad eam Angelus. Ipse assistit eius conceptioni, eam sanctificans, nunquamque ab ea recessit, & tam eam reuerenter tractauit, vt cum opus viri ille suppleuerit in Christi conceptione, patris tamen nomen sibi non vsurpat, sed Mariæ relinquat matrem omnino Christi dici, ab ea petamus, vt hunc bonum Spiritum nobis obtineat per gratiam.

His dominicis ante ascensionem, proponuntur ab ecclesia Euangelia, quibus Christus Dominus suos consolatus est, volens discedere ab eis, quibus ostendit eximium in suos amorem, qui quasi naturalis motus eo velocior, quo fini propinquior. Si mul

Amul ostendit Christi magnanimitatem, & ac animi constantiam in aduersis, cum enim morte plectendos alij consolari soleant, nunc contra Christus acerbissimis supplicijs proximus suos consolatur. De Catone refert Seneca, tam fuisse erecto, & constati animo, vt cum in Romana republica deiectus esset à throno, & à potestate sua, signum afflicti animi non dederit, sed placido fuit vultu, ac si in ampliorem ascendisset potestatem. Umbra sola virtutis non vera virtus in infidelibus est, ait Augustinus cap. omne. 28. quæstione. 5. sine fide enim, & charitate nulla est vera virtus, si ergo vbra virtutis sic stabiliabat eos, quid faciet vera virtus temporalia mala iustum non conturbat,

B qui est veluti arbor magna altissimas radices habens quam aer non mouet, licet folia tollat, ædificauit enim super petram, & ideo nec flumina, nec venti domum eius diruent, Prouer. 12. Non conturbabit iustum, quicquid acciderit ei, impij autem replebuntur malo, quia cum mala impij patiuntur, exterius, & interius turbantur, vnde malo replentur. Hinc Psalm. non sic impij, non sic, sed tanquam puluis quem proijcit ventus à facie terræ. Gregor. Nazian. in oratione. 26. cum reuerteretur ex agro, hanc se accepisse philosophiam ait in litore maris, vbi vidit rupes, in quas procelle insurgebant, sed immobiles erant, sed conchilia, & paleas, & alia leuia maris vnda huc illucque iactabat prohibito, hæc peccatores, illa iustos significant. In eodem igne ait Augustinus aurum est, & palea, hæc consumitur, nigrescit, & perit, illud rutilat, & purius reditur. In eadem tribulatione iustus est, & peccator, hic misere discruciat, ille vero vt aurum rutilat, quasi aurum in fornace probauit electos Dominus, & inuenit eos dignos se. In fornace laudant tres pueri

C Dominum, & ministri igne absumuntur. 2. Cor. 4. In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur, aperiuntur, sed non destituimur, persecutionem patimur, sed non derelinquimur, humiliamur, sed non confundimur, deijcitur, sed non perimus. Et Psalm. non confundentur in tempore malo. Et iterum. Cum ceciderit, non collidetur, quia Dominus supportat manum suam. Exod. 3. videbat, quod rubus arderet, & non combureretur, dixit ergo Moyse, vadam, & videbo visionem hanc magnam, quare non comburatur rubus. Magna profecto

Chrysof.

Luc. 1.

Seneca.

August.

Simile.

Matth. 7.

Prouer. 12.

Psalm. 1.

Nazian.

Simile.

August.

Dan. 3.

2. Cor. 4.

Psalm. 36.

Exod. 3.

visio, & digna quæ conspiciatur, rubus ardens incōbustus, quia in ea Deus est: sed maior plane iustus in medio ignis, in medio tribulationis integer perseverans. Hinc Esaias, In omnibus tribulatione eorum non est tribulatus. Cuius rei præclarum nobis fuit exemplum sanctæ memorię Ignatius pater noster, qui cum tot persecutionibus, & doloribus sit agitatus, ut uniuersa eius vita persecutio vna, & dolor perpetuus fuerit, nunquam tamen signum afflicti animi dedit, & a medicis rogatus, ne se in æstus daret, cogitare cepit, posset ne quippiam ei accidere, quod eum contristaret, nihil tale inuenit: Vere de perfectis dictum est: Gaudium vestrum nemo tollet a vobis. Quando ergo virtus in nullum aliud commodum tibi esset, nisi ut malis temporibus non premereris, maxime eam amplecti deberes. Sicut qui torquendi sunt, solent potiones, & grana incensi sumere, ne tormentis nimium vexentur. Multę tribulationes iustorum, & omnium hominum, quia graue iugum super filios Adam. Vnū de duobus tibi remedium est, vel tribulationem non esse, vel te sic confortari, ac confirmari, ut eas rideas, in vastitate, & fame ridebis, dicit Iob. Primum, quod est, tribulationem non esse, qua affligaris, huius vitæ non est, sed futuræ. Secundum verò, quod est, gratia stabiliri cor, virtute confirmari, ne deficiat, hoc tibi curandum omnino est. Hac gratia Christus Dominus sic roboratus est, ut eum ab alijs consolari debuisset, eos ille solatur dulcissimis verbis: quæ quidem sunt quæ sequuntur.

Vado ad eum, qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me, quo vadis. Amice eos obiurgat, quod eum ad patrem proficiscatur, nō eū interrogēt multa de hoc discessu, quo vadat, & quā ob causam, amicorū enim est, similia multa querere a proficiscentibus amicis, quæ si illi perquirerent, consolarentur, & tristitiā leuarent. Sed cōtra esse videtur, quod paulo ante c. 14. Petrus hoc interrogauerat, dicens, Dñe quo vadis? Et Thomas, Dñe nescimus quo vadis. Respondet Euthim, interrogatus quidem fuerat Christus Dñs, sed non responderat, ideo debuissent illi magis vrgere. Vel melius, ait idem Euthim, & Cyrilus, c. 38. ut quo vadis non significet solū terminum, quo it, sed potius quid factururus vadis, quod negotiū peractur⁹, huic cōsonat quod Christus adiungit, non scilicet quo vadat, sed quorsum, quam

A quam ob causam, hoc ergo illi nō interrogauerant, & hoc illos maxima cōsolatione afficeret. Tantus enim est fructus passionis Christi, ut ex eo maior lætitia, quam ex morte tristitia colligi possit, de quo alibi multa vide sermo. Dominicæ in Ramis. *Sed quia hæc loquutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum.* Sed Domine quid mirū, in te vno omnia habentes, si te amittunt omnia amittunt. Summa profecto beatitudo apostolorū Christi cōiuētium cū eo, quem fide agnoscebant, Deum esse, & tot experimentis miraculorum, & quem summa charitate prosequabantur. Beati oculi, qui vident, quod vos videtis, & beatæ aures, quæ audiunt, quod vos auditis, multi enim reges, & prophætæ desiderauerunt videre, quæ vos videtis, & nō vident. Viderunt Christū Pharisei, sed solum oculis carnis, ideo beati nō dicuntur, videmus nos oculis mentis solā, & beati dicuntur a Christo Ioa. 20. Beati qui nō viderunt, & crediderunt. Sed potissimū beati Christi Apostoli, qui & viderunt oculis mentis, & crediderunt, & viderunt oculis carnis. Licet enim dei nō possit illa beatitudo, beatitudo patrię perfecta, fuit tamē illi valde similis, exuperabat omne mūdi gaudiū, dū perpetuū cū eo erant homine, quæ verum Deum sciebant, quæ eis erat pater, medicus, rex, & omnia. Si de Salomone 3. Reg. 7. ait Sabbæ reginā, Beati viri tui, & beati serui tui, qui astant coram te semper, & audiunt sapientiam tuam. Quid dicendū de his, qui corā Christo astant, & audiunt sapientiam eius? Ecce plus quā Salomon hic. Eccle. 48. de Elia ait, Beati sunt, qui te viderunt, & in amicitia tua deo rati sunt. Auget maxime hanc beatitudinem amicitia, quam ad Christum discipuli habebant. Erant discipuli etiam corpore beati, dum Christo fruebantur. Erat enim ille speciosus præ filijs hominum, & diffusa gratia in labijs eius, mel, & lactis in lingua tua, adeo ut si, qui ad eum capiendum venerant, reuerterentur, nunquam sic loquutus est homo. Et Petrus, Quo viderimus verba vitæ æternæ habes. Absorbuerat discipulos tanta dulcedo. Nūc ergo cū discessum eius audiunt, tristitia implet eorū cor. Quo maxime nobis ostēdunt, quā offensus absorbendi tristitia, cū De⁹ ab anima discedit per peccatū. Vere sicut De⁹ solus cor implet, sic eius discessus cor tristitia implere deberet, cū tristitia sit de bono absentis, quo magis est bonū, quod dum in

ea magis doles, si ergo infinitum posset homo habere dolorem, A quod Deum amiserit, cum habere deberet. Sunt verò qui temporalium amissionem sic dolent, ut lachrymis irremediabilibus lugeant, ut etiam sensum præ dolore amittant, quod verò Deum perdiderint, non dolent, nec ex eo tristantur amplius, quam si perdidissent nihil. Quorum insaniam explicat Deus

Ezech. 24.

Filij hominis, ecce tollo à te desiderabile oculorum tuorum in plaga, & non planges, neque plorabis, neque fluent lachrymæ tuæ, & mortua est vxor mea, fecique, sicut præceperat mihi Dominus. Et dixit populus. Quare non indicas nobis quid ista significant, quæ tu facis? & dixi. Hæc dicit Dominus. Ecce ego polluam sanctuarium meum, superbiam imperij vestri B & desiderabile oculorum vestrorum, & facietis sicut feci, ora amictu non velabitis, & cibos lugentium non comedetis, coronas habebitis in capitibus vestris, non plangetis, nec stebitis. Mira hæc hominis stultitia, non plorare cum ab eo sanctuarii

1. Reg. 5.

Dei tollitur. 1. Reg. 5. audito nuncio, quod Israel victus est, quod filij mortui, tacet Heli, sed cum audit, arca Dei capta est, cecidit & moritur. Hoc enim summe homini dolendum, quod Deum amiserit. Non sic tu, sed sicut puer dolet, quod ei eripitur pomum, vel domus lutea, quam composuit, dissipetur, non tamen dolet, si ei maioricatus eripiat, quia puer est. Sic de temporalium non de gratiæ, Deique amissione doles. Nollite, ait

Simile.

2. Cor. 14.

Paulus, pueri effici sensibus. Si nossetis quid amiseris, cum C Deum perdidisti, præ dolore perires. Qua ratione à Deo factum id est diuina sua prouidentia, ut cum primum viue agnoscis Deum, continuo illum recuperes, si enim sic agnosceres, & eum non haberes, deficeret in dolore vita tua, & annitui in gemitibus. Tristitia implet cor discipulorum, ut noueris contristari, cum Deus tibi non adest, & dicas. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die, ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, ubi est Deus tuus?

Psal. 41.

Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis ut ego vadā. Quasi dicat. Vos putatis, vobis incommodam meam absentiam, sed verissimè, & certissimè vobis illa expediens est, illud, sed, si connectatur cum expedit, hoc significat quod diximus, si verò cum eo, veritatem dico vobis, ut Chrysof. & Ciril. dicunt,

Chrysof.
Ciril.

sensus

A sensus est, licet contristemini tamen veritatem dicturus sum, expedit vobis me discedere. Quo docemur, vtilia amicis dicere, non iocunda. Sed Domine quomodo expedit, te discedere, amor enim vniõnem non discesum perit? Sed qui hoc loquitur, similiter etiā dicit, ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consumationem sæculi, omni enim affectui amoris respondit, omnem impleuit, manens in sacramento, de quo supra sermone in cæna Domini.

Matt. vii.

Si non abiero, paraclitus non veniet ad vos. Multa vobis dixi de Spiritu sancto in cuius aduentum summa bona vobis reseruata sunt, per illum efficienda, hic autem spiritus venire non potest me præsentem, sed cum abiero, ego vobis mittam. Sed Domine quid tu es impedimento, ut Spiritus sanctus veniat non impedit caro nostra, & impedit caro tua? Respondetur primo. Spiritus sancti maxima plenitudo data non erat nisi mundo per Christum reconciliato in cruce, & hoc significat, si non abiero, id est per mortem recepero à vobis, licet enim per Christum data sit gratia à mundi initio, tamen eius copia data non fuit, donec parceretur. Sicut cum procedit dux in bellum difficile, aliqua ei donantur à rege, & sibi, & suis, sed copia donorum reseruatur in tempus illud, cum victoria obtenta ad regem redeat, triumphans. Hoc est quod Christus Dominus loquitur Ioan. 7. non dum erat spiritus datus, quia Iesus non dum erat glorificatus, quasi dicat. Ante mortem meam dabatur spiritus, sed paucis, C & inuisibiliter, & ad paucos effectus. Sed postea dabitur hominibus omni generi, & visibiliter, & ad plures effectus, & miracula.

Simile.

Ioan. 7.

Ioel. 2. Effundā de spiritu meo super omnem carnem, & prophetae tabunt filij vestri, & filia vestra. Verbum, effundam, abundantiam significat, glorificationem verò passionem esse dicunt Chrysof. Theophylatus, & Hieronimus. De qua etiam re loquitur 1. Pet. 1. De qua salute exquisierunt, atque scrutati sunt Prophetæ, qui de futura in vobis gratia prophetauerunt, scrutantes in quod, vel quale tempus, significaret in eis Spiritus Christi, prænunciens eas, quæ in Christo sunt passionem, & posteriores glorias, quibus reuelatum est, quia non in se metipsis, vobis autem ministrabant ea, quæ nunc nuntiata sunt nobis Spiritu sancto misso de celo, quasi dicat cum

Ioel. 2.

Chrysof.

Theophy.

Hirrony.

1. Pet. 1.

prophetis fuerit reuelatum, salutem mundo venturam, & gratia
 copiam, illi maxima diligentia perquirebant a Spiritu sancto,
 vel ab Angelo, qui eis hæc reuelabat, quando hæc futura erant,
 quando Christus passurus, quando etiam gloriæ Christi scilicet
 resurrectio, ascensio, & Spiritus sancti missio (quæ sequi
 debebant passionem) futuræ erant. Quibus dictum est, non
 suo tempore, sed nostro hæc implenda esse, quia præcessuræ
 erant Christi passiones, & statim sequaturæ eius gloriæ, vt Chri-
 sti passioni hæc omnia tribuerentur. Vel secundo accipi sic
 potest. Si ego non abiero, in cælum, scilicet, paraclitus non
 veniet ad vos, prius enim quam Spiritus sanctus mitteretur,
 non solum passurus Christus erat, sed resurrecturus, & in cæ-
 lum ascensus, & sic intelligunt Augustinus, & Beda illud
 Ioan. quia Iesus nondum erat glorificatus, idest, nondum cæ-
 lum conscenderat, non enim membra tanta erant gratia ornan-
 da ante capitis glorificationem. Et id conuenientissime. Primo
 vt Spiritus sancti diuinitas ostenderetur, quæ manifestanda
 erat miris signis, & operibus externis, & internis, quæ effectus
 ruserat, quæ in præsentia Christi, illi, non Spiritui sancto tri-
 buerentur. Secundo quia veniente Spiritu sancto discipuli
 iam perfecti: in mundi magistros eligendi erant, & per mundum
 dispergendi, vt cum docerent, & sic iam Christus corporalitè
 eis adesse non debebat.

Respondetur secundo. Christi discipuli humano amore
 Christum diligebant, non omnino spirituali, qui amor licet cõ-
 trarius non sit Spiritui sancto, quia malus non erat, sed erat di-
 uersus ab spirituali amore, & conuertendus ille erat in spiritua-
 lem, vt discipuli perfectissimi euaderent, & Spiritu sancto re-
 plerentur, & omnis humana consolatio ab eis tollenda orari
 etiam illa, quam de Christi humanitate habebant. 4. Reg.
 18. inter Ezechie regis pia gesta dicitur. Confregitque ser-
 pentem æneum, quem fecerat Moyses, siquidem vsque ad il-
 lud tempus filij Israel adolebant ei incensum, vocauitque no-
 men eius nohestan, idest æs eorum. Tam graui esse voluerunt
 Israëlita serpenti æneo, per quem salus est eis reddita, vt illum
 colerent quasi Deum, quæ ratione ab eis ablatu est. Ista Christi
 figuram gessisse Christus ostendit. Sicut Moyses exaltauit serpen-
 tem in

Aug.
Beda.

4. Reg. 18.

Ioan. 3.

A rem in deserto, &c. Sicut illum vt Deum colebant, sic Christi
 humanitati, nimio humano affectu adheferant Apostoli, qua ra-
 tione ab eis tollenda fuit, vt, in spiritualem affectum mutaretur.
 Sicut factum ostendit Paulus, itaq; nos ex hoc nemine cogno-
 uimus secundum carnem, & si cognouimus secundum carnem Chri-
 stum, sed nunc iam non nouimus, scilicet, secundum carnem. Vbi D. Tho.
 ait. Neminem nouimus secundum carnem, idest, non sequimur aliquo
 modo carnalem affectum circa aliquem. Sic Deu. 33. Qui dixit patri
 suo, & matri suæ, nescio vos, & addit in persona omnium Aposto-
 lorum (ait D. Tho.) Et si aliquando adhaesimus Christo secundum
 carnalem affectionem, sicut amico carnali solemus adhærere, quod
 ait Aug. hic, impedire aduentum plenum Spiritus sancti in corda
 Apostolorum, sed iam non nouimus secundum carnem, id est, iam
 affectus humanus cõmutatus est in diuinum. Licet enim hic hu-
 manus affectus oppositus non sit Spiritui S. tamẽ est alius effe-
 ctus a spirituali, vnde impedit totum voluntatis conatum in
 Deum. Ex quo inferitur, quam sint consolationi Spiritus sancti
 impedimento terrenæ consolationes. Bern. sermo. 6. de ascensio-
 ne Domini. Mens occupata carnalibus desiderijs gratiam Spi-
 ritus sancti non speret. Audiat, qui sterquilino carnis suæ adhe-
 serit, & qui in carne sua seminat, quia Apostoli non potuerunt
 accipere illam cum ipsa verbi carne. Errant ergo qui balsamum
 illud, & chrisma spirituum, & dulcedinem salutis huic cineri,
 huic veneno, & morti miscere putant, eijce ergo ancillam,
 & filium eius, non enim erit hæres filius ancillæ cum filio li-
 beræ, qui ergo in Deo plenè delectari cupit, dicat cum Psalm.
 Renuit consolari anima mea scilicet in creatura, tunc effice-
 tur quod sequitur. Memor fui Dei, & delectatus sum. Di-
 cat, quid mihi est in cælo, & à te quid volui super terram?
 quia vt Paulus ait. Non potestis mensa Domini participes esse,
 & mensa demoniorum. Et auis volans, & natans immunda
 iudicatur. Et manna non datur nisi cum Aegypti farina desit.
 Hinc soluitur multorum obiectio dicentium, innume-
 rain scriptura, & sanctis dicta sunt de diuina dulcedine, &
 consolatione, & quæ humanam fidem superant, sed ea nun-
 quam expertus sum. Dica tibi, plenum est cor tuum humana
 affectione, in his terrenis consolationibus. En obicem, quo
 impedi-

2. Cor. 5.

D. Tho.

Deut. 33.

D. Tho.

Aug.

Bernar.

Psalm. 76.

Psalm. 72.

1. Cor. 10.

Prouer. 31. impediris à Spiritus sancti consolatione, nolli regibus dare vinum ò Emanuel, date siceram merentibus, & vinum his, qui amaro sunt animo, bibât & obliuiscantur egestatis suæ, & *Esaï. 28.* Quem docebit Dominus scientiam? & quem intelligere faciet auditum? ablactatos à lacte, auulsos ab vberibus. Ideo in ablactatione Isaac grande fecit conuiuium Abraham. Vis ergo experiri diuinam dulcedinem? hoc age, quam adhibuisti curâ in eo, vt in terrenis consolaberis, eam adhibe, vt omnē mundum te repellas consolationem, renue consolari, crucifige te, semper mortificationem Iesv Christi in corpore tuo circumferes: tunc diuina tibi aderit consolatio. Hæc sanctorum fuit cura, omnem humanam fugere consolationem, vt cælesti implerentur. Si tibi nûc diceretur, quod de terra proieceris è domo tua, auro replebitur, quis non vniuersam terram proijciat? Quantum è terrenis consolationibus eieceris à te, impleberis Spiritu sancto, & eius dulcedine, quis tanta promissione domum cordis non omnino vacuum reddet terrenis affectibus? vacuum non datur in natura, minus illud Deus patietur in corde, Deus descendet, vt illud repleat.

*Luc. 11.**August. Chrysol. Cypri.**Acto. 4.**August. Cypria. D. Thom.*

Et cum venerit ille, arguet mundum de peccato, quia non crediderunt in me. Arguet, id est, conuincet, & rationibus efficacibus ostendet, quibus non sit subterfugium. *Luc. 11.* dabo vobis os, & sapientiam, cui non poterunt resistere omnes aduersarij vestri, nec contradicere. De peccato. *August. & Chrysol.* intelligunt de peccato infidelitatis, quia Christo non credunt. *Cyrius libro. 10. cap. 40.* de peccato vniuersaliter intelligit, quasi dicat conuincet mundum esse in peccato, quia in me nõ credidit, sine qua fide impossibile est à peccato liberum esse hominem, quia non est aliud nomen sub cælo, in quo oporteat nos saluos fieri, *Acto. 4.* Sed de hoc arguere me non poterit dices, ego enim in Christum credo. Sed vide an in Christum credas, vel Christo credas, & Christum credas, hæc enim diuersa sunt, *Aug. lib. de verbis Domini sermo. 62. & super Psal. 77. & serm. 118. & super Ioan. tracta. 29. & Cyprian. in expositione simboli & D. Tho. 2. 2. q. 22. artic. 2.* dicunt. Cum dicitur credere in Christum illud, in, importat finem, vt scilicet credēs tendat in Christum vt finem vltimum, & in eum speret, eum

per

A super omnia diligit, quod si tu Christo credis, nec tamen eum diligis, argueris à Spiritu sancto, quia non credidisti in Christum, argueris de peccato. Primus effectus Spiritus sancti est, mundum de peccato arguere: summum Dei odium contra peccatum, illud sustinere non potest. Vnde, cum peccati mentio fit in scriptura verba vsurpantur peregrina, & quæ Deum turbatum, & contristatum sonant, *Eph. 4.* Nolite contristare spiritum sanctum Dei, in quo signati estis. Sed num peccato potest contristari Spiritus sanctus, qui Deus est? audi *Esaï. 63.* ipsi autem ad iracundiam prouocauerunt eum, & affixerunt Spiritum sanctum eius, & conuersus est eis in inimicum. Et excitatus est tanquam dormiens Dominus tanquam potens crapulatus à vino. Sed fieri ne potest Deum amaricari? Deum cõtristari? Deum ebrium fieri? infinita dulcedo quomodo potest amara reddi? infinita misericordia quomodo potest ira inebriari? peccatum id efficere dicitur, quia si in Deum tristitia, & amaritudo cadere posset, de solo peccato eam summam haberet. Vide Dei dulcedinem, vna eius gutta satis est, vt omne martyrium dulce fuerit, vt craticula esset Laurentio dulcis, lapides Stephano. Crux Petro. Imo vna Dei gutta, si in infernum veniret, illum redderet dulcem. Vna sola gutta cæli contentus diues erat, vt omnem refrigeraret dolorem, tam dulcem Deum quis amaricabit? peccatum. Sicut ergo malorum pelagus vna Dei gutta dulce reddit, sic Deum dulcedinis pelagus, peccatum reddit amarum, dulcissima mellis gutta, quæ pelagus amaritudinis dulce reddit, amarissima fellis gutta quæ sufficeret, mare dulcedinis amaricare, tale est peccatum, quod Deum amarum reddere dicitur, quia si amaritudo in eo esse posset, peccatum eam efficeret. Et cum potuit in natura assumpta contristari, vsque ad mortem de peccato contristatus est, mirum, ac stupendum peccati malum. Mira statua Danielis erat, & valde mirum, quod paruus lapis eam comminuat. Sed multo magis mirum, videre Deum hominẽ excelsum sublimem, cuius caput aurum optimum diuinitas, & tamen pomum vnum ab Adam surreptum, quod illum tetigit, eum comminuit, & humiliavit in crucis mortem.

Hinc primum quod Spiritus sanctus peragit est, mundum arguere de peccato, nec quisquã est Deo tam charus, cui dissimulet

*Eph. 4.**Esaï. 63.**Deut. 32.**Luc. 16.**Danie. 2.*

Psal. 83. *Leui.* 10. *Ezec.* 18. *Exod.* 3. *Exod.* 4. *Psal.* 98. *Num.* 20. *Mar.* vii. *Matth.* 16. *Ioan.* 13. *Psal.* 5. *Prouer.* 18. *1. Cor.* 11. *Psal.* 106. *Matth.* 2. *Iob.* 9.

mulet peccatum, terribilis super omnes, qui in circuitu eius sunt, sanctificabor in his qui appropinquat mihi, ille ait, occisis Nadab, & Abiu. Continuo ergo peccantem arguit, & castigat, licet ei sit proximus, imo huc amplius. Si auerterit se iustus a iustitia sua, omnes iustitiae eius non memorabuntur amplius. Quod videre licet in Moyse. Loquitur ad eum de rubo, ducē populi facit, constituit Deū Pharaonis, vim ad innumera miracula tribuit, sed continuo quia filium non circunciderat, voluit eum occidere Angelus, & id fecisset, ni continuo circunciso filio placaretur Deus. Nihil Domine parcendum tanto duci nihilominus. Ideo *Psal.* Moyses, & Aaron in sacerdotibus eius, &c. Deus tu propitius fuisti eis, & vlciscens in omnes ad inuentiones eorum. Dubitat veniali peccato, ad aquas contradictionis cum Aaron. En vltionem diuinam, non introducentis populum in terram promissam. Christus Apostolos continuo arguit, si delinquant, tum ante mortem, tum ante ascensum in caelum, exprobrans incredulitatem, non potest videre peccatum, quin continuo arguat illud. Petrum beatum dicit, dat ei regni clauis, sed cum statim affectu humano dicit, absit à te hoc, dicit eum Sathanam. & labari recusanti, ait. Non habes partem meum. Quoniam non Deus volens iniquitatem tu es. Hinc iusti, cum in oratione coram Deo apparent, ne à Deo arguantur, ipsi se arguunt. Iustus in principio orationis accusator est sui, sapiens ait Deus enim arguit non arguentem se, nam si nos iudicaremus, non vtique iudicaremur. Arguit ergo infideles de peccato infidelitatis, quia Christo non credunt, & fideles quod in Christum non credant, in eum tendendo vt finem vltimum. Si enim merito arguendus est infidelis Christum non credens, quia tot testimonijs rebellis est. Quomodo non arguendus, & conuincendus fidelis, qui fidei credens, operatur quasi non crederet? Quid respondebis peccator arguenti Spiritui sancto, credidisti infernū aeternū pro peccato vno mortali, & tam facile illud admisisti? Credidisti beatitudinem infiniram seruanti tam facilia mandata, & id non praestitisti? Credidisti Deum pro te crucifixum, & tanto amoris, ac beneficio in gratus fuisti? vere Dei argumentis omnis iniquitas opilabit os suum. Et ille obmutuit. Et si voluerit contendere cum eo,

non

A non respondebit ei vnum pro mille.

De iustitia verò quia ad patrem vado, & iam non videbitis me. Locus est difficilis, August. ait, de iustitia mundum conuincendum, dum comparatione fidelium iustorum infidelium peccatum declaratur, Chrysost. & Euthimiū dicunt, de iustitia conuincendum Christi, & de eius innocentia, quia enim mundus Christum vt malefactorem tractauit, ostendet Spiritus sanctus, eum iustum & sanctum, quia à patre in aeternum receptus est in caelum, & hoc est, quia ad patrem vado, & iam non videbitis me, id est, perpetuo ibi manebo cum eo. Dicebant enim illi, non est hic homo à Deo, & si non esset hic malefactor, & Samaritanus es, & daemionium habes. Sed sensus aptior ille est. Secundum, quod Spiritus sanctus in mundo per praedicationem declarauit apostolorum, est Christi iustitia, qua omnis iustus sanctificatur, eam participando fide, & dilectione. De qua *Roma.* 3. Iustitia Dei per fidem Iesu Christi in omnes, & super omnes, qui credunt in eum. Iudaei ex lege iustitiam querebant, de qua *Rom.* 10. Ignorantes iustitiam Dei, & suam quarentes statuere, iustitiae Dei non sunt subiecti. Gentes ex operibus moralibus iustitiam sufficientem sibi esse putabant. Sed neutra vera est iustitia, quia à peccato non liberat, nec Deo hominem conciliat. Sola Christi iustitia nos liberat à nobis participata, de qua mundus conuincendus est contra iustitias ab eo praetensas. De quo *Psal.* reuelauit in conspectu gentium iustitiam suam.

C Quod verò addit. *Ad patrem vado, & iam non videbitis me.* Significat, vna oblatione, perfecisse iustitiam, nec amplius necesse esse, ad hoc in mundum iterum descendere.

De iudicio verò, quia princeps huius mundi iam iudicatus est. August. tractatu. 95. conuincet mundum per iudicium, & damnationem diaboli, quia si Angelo peccanti non pepercit, nec homini parceret. Chrysostomus, Iudei conuincendi sunt de daemionis iudicio, vt iam non possint Christi opera daemioni tribuere. Cyrilus lib. 10. cap. 40. conuincet mundum, si daemone nunc sequitur, & ab eo vincitur, cum iam diabolus iudicatus est, & expulsus à regno, vt in homines potestatem non habeat. Qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transfulit in regnum filij dilectionis suae, *Colof.* 1. *Luc.* 11. hoc Christus explicuit.

*August.**Chrysost.*
*Euthim.**Rom.* 3.*Rom.* 10.*Psal.* 96.*August.**Chrysost.**Colof.* 1.*Luc.* 11.

cuit. Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia, quæ possidet, si autem fortior illo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius, in quibus confidebat auferet, & spolia eius distribuet. Iam ergo mundo nulla relinquitur excusatio, cum princeps mundi iudicatus est, & foras pullus à Christo, facillimeque à nobis superari possit, hoc vero Spiritus sanctus per Apostolos mundo declarauit.

Hinc ipse diabolus Antonio dixit, post Christum nullas esse ei vires contra fideles, alligatus enim nobis est fortis armatus per Christum, vt Christus dixit Luc. 11. nisi prius alligauerit fortē, factumque illud est, quod Apoc. 20. dicitur. Vidi Angelum descendente de caelo, habentem clauē abyssi, & catherinā magnam in manu sua, & apprehēdit draconem, serpentē antiquum, qui est diabolus, & Sathanas, & ligauit eū per annos mille, & misit eum in abyssum, & clausit, & signauit super illū, vt non seducat amplius gentes, donec consumentur mille anni. Et post hæc oportet illū solui modico tēpore, hoc toto gratiæ tēpore, quod mille annis signatur, ligatus est dēmon, ne nos seducat, modicū verò tempus, quo soluendus est, tēpus est Antichristi. Tempore ergo legis solutus dēmon erat, regnabat in filios diffidentē, princeps mundi erat, cui omnes subijciebantur, tantaque erat potentia propter gratiæ minorem abundantiam, & ipsius plurimas vires, vt quasi vim hominibus inferret, vnde clamat Esai. Domine vim patior, responde pro me. Et eripe me de inimicis meis fortissimis. Perambulabat tunc terram, & circuibat eā, omnia cōculcans. Sed iam factus est similis Sansoni ligato, cū quo pueri ludunt, iam exorcistis traditur eijciendus, qui minor gradus, & puerorum est in ecclesia, pueri enim in illū facile præualent, vt notat Iustinus martyr. Hoc est illud Esai. 9. Iugū enim oneris eius, & virgā humeri eius, & sceptrū exactoris eius superasti, sicut in die Madiā. Iā ergo dēmonē superato, tyrāno de regno expulso, nullus dicat vim patior, arguetur, enim à Spiritu S. qui tale quid dixerit. Iudicaberis ergo, & argueris, si expulso à te dēmonē per Christū, iterū eū recipis, iterū in principē eū eligis, iterū potestati ei⁹ te subdideris. Erut⁹ de potestate dēmonis es, non li iterū eū in principē sumere. Si fili⁹ regis Hispaniæ nunc diceret, malo esse seruū Turcæ laborantē in tetricis eius, quā filium

Luc. 11.
Apoc. 20.

Esai. 38.

Iob. 1.

Iustinus.
Esai. 9.

Simile.

Alium regis, & eius hæredem, an non hunc dementatum dices? & regi summam inferre iniuriam? Christiane, qui nunc dicis, malo dæmonis esse mancipium, & in vilissimis ei deseruire, & summo cum labore, quam Dei esse & filiū, & hæredem, an non dementatus es? annon Deo summam irrogas iniuriā? an non gloriabitur propter te dæmon contra Deum, dicens, pluris homo facit me quam te, prælegit seruus esse meus, quā filius tuus? Psal. Propter hoc inimicus improperebit domino, & populus insipiens irritabit nomen tuum. Osee. 3. Diligit Dominus filios Israel, & ipsi respiciunt ad Deos alienos, & diligunt vinatiam vuarum, vere tales dēmones sunt, vinatia, scilicet, vuarum, à quibus nulla vtilitas capi potest.

B Glossa, & Toledo aliter exponit, arguet mundum de iudicio, id est, ostendet mundo Christum iudicem esse viuorum, & mortuorum: oportet enim nos ante tribunal Christi manifestari, vt referat vnusquisque propria corporis, pro vt gessit, siue bonum siue malum. Ostenditur Christus redemptor in redargutione de iustitia, nunc iudex in redargutione de iudicio, quod per apostolos Spiritus sanctus fecit, vt patet Acto. 10. ipse est, qui constitutus est à Deo iudex viuorum, & mortuorum, & sic impletur illud Psalm. 71. Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis, & Iere. 17. Et faciet iudicium, & iustitiam terra, iustitiā qua nos patri reconciliauit, iudiciū quo omnes iudicabit, mundus verò de hac re conuincendus erat, quia putabat iudicem non esse operum, & sic libere in vitia prolabebatur Thre. 3. Quis est iste, qui dicit, ex ore altissimi non egrediatur, neque bona neque mala? Sed est ne nūc aliquis, qui hac egeat redargutione? est utique, qui libere peccat, ac si iudex non esset, Sopho. 1. Visitabo super viros defixos in fecibus suis, qui dicunt in cordibus suis, non faciet bene Dominus, & non faciet male, in facibus ait Hier. in corporibus, vel in peccatis, vel etiā in iustitijs, & omni opulentia, in corde vero id dicunt, quonia non ore non proferunt, sed ita viuunt, ac si id dicerent, quod maxime Deū irritat, vnde Psalm. propter quid irritauit impius Deum? dixit enim in corde suo, non requiret, de qua re multa Malachias cap. 2. Laborare fecistis Dominū in sermonibus vestris, & dixistis, in quo fecimus eum laborare? in eo, quod dicetis omnis, qui

Psal. 73.
Osee. 3.

Acto. 10.

Psal. 71.
Hier. 17.

Thren. 3.

Sopho. 1.

Hiero.

Psal.

E nis, qui

nis, qui facit malum bonus est in conspectu Domini: & tales ei placent, aut certe ubi est Deus iudicij? latere ergo ò iuuenis in adolescentia tua, & ambula in vijs cordis tui, & scito, quod pro his omnibus adducet te Dominus in iudicium Eccl. 11. Hoc Spiritus sanctus in mundo maxime ostendit per apostolos, rationem vero subnectit dicens, *quia princeps huius mundi iam iudicatus est*, id est, iam est damnatus, & suo dominio priuatus, unde homines translati in Christi dominiũ, eius iudicio subdũtur Colof. 2. eripuit nos. de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suæ.

Multa habeo vobis dicere, quæ non potestis portare modo, id est, modo capere nõ potestis multa, quæ vobis habeo dicere. Quæ hæc sint, aliqui sancti inquit fierũt. Greg. Nazianzenus oratione. 5. Theol. dicit horũ vnũ esse Spiritũ S. terciã esse personã distinctã vnus naturæ cũ patre, & filio, nã in lege patris diuinitas manifeste dicta erat. Christus suam ostendit, Spiritus sanctus aduentu suo suam manifestauit, quæ non fuerat ita ante comper-

ta. Iustinus Martyr in expositione quæstionum Gen. responsione. 122. aliam ostendit, scilicet, putabant Apostoli, regnum temporale Israel restituendum per Christum, ideo Acto. 1. in interrogant, Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel? sed Christus id explicare nolens Spiritui sancto referuat, dicens. Non est vestrum nosse tempora, &c. accipietis virtutem spiritus sancti in vos Tertiã ostendit Origẽ. lib. 2. cõtra Celsum, & Didymus lib. 2. de Spiritu sancto, scilicet, cessationem legalium: nam & Petrus acto. 10. id ignorat. Sed ais, cur Christus eos capaces non fecit horum mysteriorum cum posset, sicut Spiritus sanctus? Respondetur, poterat quidem, sed conuenientissimum fuit, aliqua Spiritui sancto seruare, quibus se Deum ostenderet, ostenderat se pater Deum testamento veteri, filius miraculis, Spiritus sanctus declarat suis operibus, ita Chryso. ho. 77.

Docebit vos omnem veritatem, non enim à semetipso loquetur. Sicut filius non dicitur facere aliud, nisi quod viderit patrem facientem, quia potentiam habet à patre, sicut & essentiam, ita Spiritus sanctus audire dicitur, quæ loquitur, & non à se ipso loqui, quia essentiam, & scientiam habet à filio, & patre, & vnũ cum ipsis est, & eo loquitur, quæ à patre, & filio accepit.

Sed

A Sed Chryso. hom. 2. de Spiritu sancto, de hac re optime loquitur cuius verba sunt. Quomodo Spiritus sanctus à semetipso non loquitur, si verus Deus est? Audi verum Deum, etiam dicentem Ioan. 14. ego à me ipso non loquor, filius ergo etiam à se non loquitur, sicut nec Spiritus sanctus quid hoc? Dicamus primum de filio, sed timeo, scio enim quod in profundũ me ipsum dedi, imo tremo, ne in immensam abyssũ habeat nauicula, & desit Spiritus sancti ventus. Da enim mihi nauẽ paratã, gubernatorem, vela, funes, nautas, si ventus desit nihil habet, ita omnia humana, si non adsit ipiritus sanctus, sed si ille adest spiritus, scrutatur etiam profunda Dei. De Christo ergo primum dico, quomodo à se ipso non loquitur. Promissus fuit vnus Christus, apparuerunt ante illum impostores, dicentes B nos fumus, Theudas dixit, ego sum, similiter Iudas Galilæus, vt dicitur Acto. 5. Venit Christus & ait. Quotquot ante me fuerunt fures fuerunt, & latrones, sed nõ audierunt eos oues, illi ergo nõ docuerunt ex lege, & prophetis, sed à semetipsis loquuti sunt & proprio corde, & sic omnis propheta falsus loquitur Eze. 13. vaticinare ad prophetas Israel, & dices prophetantibus de corde suo Christus venit, & non discessit à lege, & prophetis, sed dicebat benedixit Esaias, & rursum scriptum est in lege vestra. Et scriptum est Dominiũ Deum tuum adorabis, Seductores ergo loquebantur à semetipsis, Christus à lege & prophetis, ideo ait, ego à me ipso non loquor, à se ipso loqui est extra legem loqui, ab hac suspitione se liberans ait, ego à me ipso non loquor. Dicebant enim aliqui seducit turbas, & seductor ille. Volens ostendere se nõ seductore, ait, à me ipso nõ loquor ergo à se ipso loqui, est nõ loqui ex lege, & prophetis, sic Christus à se ipso locutus nõ est quia à lege & prophetis locutus est. Si cut ergo venerunt Pseudochristi, ita veteri erant Pseudoapostoli, dicentes, ego habeo spiritũ sanctũ, vt dixit Manichæus & Montanus, vt ergo sciatur, in quo sit spiritus sanctus, ait Christus, cũ venerit spiritus sanctus, docebit vos verba mea, nõ enim à semetipso loquetur, cũ ergo aliquis vos docuerit nõ euangelica, sed propria, is à se ipso loquitur, spiritũ sanctũ nõ habet. Venit Christus vt impleat legẽ patris, impletio legis Christi Rom. 10. venit spiritus S. vt impleat legẽ Christi. Qui loquitur Christi legẽ, spiritũ sanctum

Chryso.

Ioan. 14.

Acto. 5.

Ezech. 13.

Matt. 4.

Rom. 7.

sanctum habet. In hoc cognoscimus spiritum Christi, & spiritum A
 erroris. hac Chrysof. Ex quo nobis colligendum est, cauere ab
 his, qui à se ipsis loquuntur, multi enim hodie impostores sunt.
Psal. 118.
Psal. 118. Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex tua, & ite-
 rum. Saluum me fac Deus, quoniam defecit sanctus, quoniam
 diminutę sunt veritates à filijs hominum, vana loquuti sunt
 vnusquisque ad proximum suum. Qui amplā in cælū viam esse
 dicit tibi, à se ipso loquitur, an ab euangelio? manifeste à se ipso,
 annon hac fabulatio est, non sic lex Dei. Qui te suadet, magnū
 in mundo esse, loquitur à se an à lege? vtique à se, nam Christus
 ait, beati pauperes. Qui dignitates ut ambias, cōsultat, loquitur à
 se, an ab euangelio? multi sunt Pseudoapostoli. 2. Efd. 3. Quia
 nūpserant Israelitę alienigenis, nesciebant loqui iudaicę, sed ex
 media parte azotie loquebantur. Multi homines sunt fideles, B
 qui in his, quę fidei sunt, ut fideles loquuntur in his quę ad mo-
 res pertinent, gentiliter. Ab his ergo tibi cauendum. Obiurgauit
 eos, ait Esdras. Maxime enim obiurgandus Christianus, qui lo-
 quitur gentilice, an non gentium locutio, vindictam, iram, diui-
 tias, honores, delicias, & omnia quę mūdi sunt sectari? Spiritus
 sanctus docet omnem veritatem, ei assentiamur, &c.

Matth. 5.
2. Efd. 3.

Dominica. V. post Pascha.

The. Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit

vobis.

Ioan. 16.



VL CEDINE plenum est euangelium ho-
 diernum, misericordiam eruclat. Inter alia dul-
 cissima Christus ait. Non dico, quia ego roga-
 bo Patrem de vobis, ipse enim Pater diligit vos
 quia vos me amatis, & credidistis, quia ab eo exi-
 ui. Quasi dicat, licet vobis mea oratio nō deerit,
 sed & vos etiam Pater exaudit, quoniam me amatis, & creditis
 me ab eo exiisse. Ita etiam de matre Christi dicere possumus;

III

A Illa amat nos, quia amamus eius filium, & credimus ab eius vte-
 ro exiisse, & ideo fores misericordię illius nobis patent, ut pe-
 tamus ab ea misericordiam. Nunc gratia indigemus, eam adea-
 mus fiducialiter.

Christus Dominus discipulis suis erat omnia simul, si-
 cut etiam est omnia in omnibus in patria; erat eis pater mater,
 magister medicus, & denique vniuersa. Nunc ab eis discedere
 vult. Dicere ei possunt illud, quod parentes Tobię. Omnia si-
 mul in te vno habentes, te non debuimus dimittere à nobis.
 Discessurus ergo ab eis, dat eis orationis donum, in qua omnia
 similiter habeant. Ne dicant. Quando nobis panis deerat, quan-
 do tempestas oriebatur, quando tristitia premebamur, in Chri-
 sto omnium remedium nobis presens erat, ne ergo dimittam

B eum. Ait ille. Licet recedam, relinquo vobis orationem, in qua
 omnia similiter habeatis. Sicut discessurus Elias, ait Eliseo. Po-
 stula quod vis, ut faciam tibi antequam tollar à te. Petijt ille spi-
 ritum duplicem, quem loco magistri accepit. Hunc spiritum
 duplicem sui Vicarium Christus Apostolis relinquit, qui à Za-
 charia dicitur spiritus gratię, & precum: & cum spiritus precū
 fit, postulat pro eis gemitibus inenarrabilibus, id est postulare
 facit. Quo orationis spiritu omnia habent, quę petere volue-

C rit, sicut enim pecunia inuenta est propter facilitatē cōmuta-
 tionū, & quę pecuniā habet, omnia habet, quę illi necessaria sūt,
 quia ea data omnia emere potest, ita oratio est pecunia spiritua-
 lis, qua media omnia acquirimus, quę volumus. Est enim illa
 instrumentum generale, quo omnia nobis acquirenda sunt, &
 quę eam habet, omnia se habere credat, quę illi necessaria,
 vel cōuenientia esse possunt. Vnde sicut discedens spon-
 sus ab sponsa vltima verba, quę ei loquitur, sunt, scribe ad

me omnia, quę tibi necessaria erunt, vel quę volueris, ego
 omnia tibi abundanter tribuam, sic cęlestis Sponsus à dilectis-
 sima Sponsa discessurus in vltimis verbis libri Cantecorum ei
 ait. Fac me audire vocem tuam quasi dicat, ori me, pe-
 te à me, quicquid libuerit. Hoc ipsum nunc Christus Do-
 minus discipulis ait. Quicquid petieritis Patrem in nomine
 meo, dabit vobis. Si oratio conueniens tibi adsit, nullum
 est malum, quod non tollatur, nullum est sine remedio.

E 3

Hinc

Tob. 19.

4. Reg. 2.

Zach. 13.

Rom. 8.

Simile.

Simile.

Canti. 8.

Caietanus. Hinc Caietanus in opusculo de potestate Papæ, cum plenissimam Pontificis potestatem ostendisset, qua si male uti vellet, posset Ecclesiam scire euertere, objicit. Non ergo videtur remedium relictum Ecclesiæ à Christo, si illud aliquando contingeret, & respondet. Imo vero præsentaneum ei reliquit remedium, cum dedit orationem, qua hoc periculum, & vniuersa alia vitare facile potest. Nec vero solum Caietani doctrina hæc est. Sed multis retro sæculis à sancto rege Iosaphat edocta est dicente. Cum ignoramus, quid agere debeamus, hoc solū habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te. Quasi dicat. Cum in discrimina vniuersa inciderimus, à quibus emergere nullo modo possumus, cum desperata omnino res fuerit, adhuc remedium hoc nobis restat, oratio, scilicet, qua oculos nostros ad te leuantes, petimus, te nobis adesse.

Orationem vero auxilium atque remedium afferre ijs in rebus, quæ desperatæ videntur, et quæ iudicio humano impossibiles sunt, multa attestantur exempla. Hieronymus de se ipso memoria prodidit. Cum sensualibus tentationibus vexaretur nimium, nec vllis asperitatibus adhibitis remedium inueniret, inuenit tandem in humili oratione coram Christo Domino. Hæc liberavit Ionam de ventre ceti, ibi enim ipse orauit, & exauditus est. Hæc liberavit Ezechiam tot vallatum hostibus, hæc liberavit Daniëlem de lacu leonum. Hæc liberavit tres pueros de camino ignis. Hæc liberavit David de manu Saulis, Iacob de manu Esau. Hæc liberavit Iudith & populum suum. Hæc liberavit Hester & populum Israel. Quia ut Iudith ait. Humilium & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio. Est enim oratio columna deferens ramum oliuæ misericordiam, scilicet, Dei. Hinc Psalm. & pulli coruorum inuocantibus eum. Hi enim pulli non agnoscuntur à parentibus cum parui sunt, donec plumescant, & ideo eos deserunt, sed eos desertos & quasi desperatos exaudit Deus, quia clamant ad ipsum, licet more brutorum. Cum ergo te videris in summo discrimine ac periculo, siue spirituali, siue corporali, cum nullum tibi est humanum præsidium ora Deum.

1. Mach. 9. In periculis ecclesiæ, in incorrigibilitate filiorum, in tentationibus maximis, ad orationem accede. Sæpius legitur Iudas Machabeus in maximis bellorum discriminibus orasse, & exauditus est; & victor

A & victor euasit, semel non orauit & superatus est, & occubuit. Sæpe accidit, ut puer paruulus velit aliquid accipere, quod in superiori loco est, & cum illuc pertingere nequeat, multa intentat quibus conatur, illud assequi, nec tamè potest, orat virum, ut illud ei præstet, & ille facile dat. Ita profecto multa tum spiritualia tum temporalia obtinere curamus, nec possumus, quia pusilli sumus, oramus Deum, & facile ille nobis præstat, hinc monet Iacobus. Si quis indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus abundanter, & non improperat.

Mirum profecto non est, sanctos viros, & fideles hanc nosse veritatem, qui diuinis literis & fide edocti sunt, mirandum vero etiam ethnicos id agnouisse. Nam Balac videns omnia quæ fecerat Israel à Moysi, & quod pertimuisse eum Moabitæ, & impetum eius ferre non possent, dixit ad maiores natu Madian. Ita delebit hic populus omnes, qui in nostris finibus commorantur, quomodo solet bos herbas usque ad radices carpere. Misit ergo nuncios ad Balaam Hariolum, ut vocarent eum & diceret. Ecce egressus est populus ex Aegypto, qui operuit superficiem terre, sedens contra me, veni ligitur, & maledic populo huic, qui fortior me est, si quomodo possim percutere, & eijcere eum de terra mea, noui enim, quod benedictus sit cui benedixeris, & maledictus in quem maledicta congesseris. Orig. homilia. 13. in Numeros, multa præclare notat super verba ista. Primū ait, Bellum tibi imminet à rex Balac sexcenta millia armatorum fines tuos irruunt. Oportebat, & te parare arma, exercitum cogere, de prælio cogitare. Tu vero mittis ad diuinum Balaam, das munera, & maiora promittis, ut Israeli maledicat, & neglectis armis omnem spem ponis in Balaam maledictione, in verbis eius, quæ tela putas optima, ut in hostes jacias. Vbi vniquam auditum est, regem aliquem imminente sibi prælio omisis armis, exercitum neglecto, ad diuini alicuius verba confugisse. Audierat rex ille filios Israel hostes vicisse oratione potius quam armis, non tam ferro, quam precibus. In Pharaonem enim dimicauerant non armis, sed oratione, & in Amalechitas plus valuit oratio Moysi, quam arma Israel. Cum enim eleuaret Moyses manus, vincebat Israel, cum deprimeret, vincebatur. Hæc profecto audierat Balac rex Moab, ut ex-

Simile.

Iaco. 1.

Num. 12.

Orig.

Exod. 14.

Moysi Cantico patet, dum ait. Tunc cōturbati sunt principes A Edō, robustos Moab obtinuit tremor. Tunc ergo dixit Rex Moab. Populus hic oratione potius quā armis pugnat, verbis non ferro. Hęc ergo arma ego etiam mihi assumam in re omnium desperata, & orationes ego quęram, quę superent orationes illorum. Hoc verò cogitasse Regem Moab, patet, ex illis verbis. Ita delebit populus hic omnes, qui in finibus nostris commorantur, quomodo solet bos herbas vique ad radices carpere. Quę verba ait Origenes ei exposuisse Magistrum Hebræum nuper conuertum ad Christi fidē, hac ait similitudine explicat Israelis victoriam, quia sicut bos ore carpit & pressio dit herbam, & lingua tanquā falce, quęcunque inuenerit sciat, ita Israel ore & lingua & oratione vincit, arma eius orationes & preces sunt. Hęc igitur sciens rex, mittit ad Balaam, & ipse deserat verba verbis contraria, & precibus preces. Hęc Origenes, ex quibus patet in desperata re ad orationem confugisse Balac, sperans ea se superaturum Israel.

D. Tho.
Psal. 11.

Quantum verò oratio valeat, quantaque obtineat, ex illo patet, quod oratione res omnium summa obtenta est, incarnatio scilicet Christi Domini quam merito de congruo obtinuisse patrum orationem. D. Thomas autor est 3. p. & in Psalmo, id Dominus aperte dicit. Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum nunc exurgam, dicit Dominus. Quid quod humani generis redemptio oratione perfecta, & obtenta fuit, dicente Paulo. Cum clamore valido & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia &c. Deinde gentium conuersionem, & Ecclesię foundationem oratione obtentam esse manifeste ostendit Psalmus. Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuā & possessionem tuam, terminos terrę. Ora ait Pater, postula à me, & dabo tibi Ecclesiam ex gentibus congregatam. Deinde Ecclesię firmitas & duratio oratione obtenta à Christo Domino est, ipso dicente. Ecce Sathanas expetui t vos, vt cribraret sicut triticum, sed ego rogauī pro te, vt non deficiat fides tua. Omnipotens profecto oratio dici potest, quę tanta potentia obtinet, aduentum etiam Spiritus sancti oratione Apostolorū obtentam esse, ostendit Lucas, dicens orasse illos, & sic in oratione petentibus Spiritum sanctum descendisse. Quid nō obtineat oratio

Heb. 3.

Psal. 2.

Luc. 22.

Acto. 2.

A oratio, postquam ista obtinuit.

Sed quid oratio est, inquis? Sanctus Anacletus Papa discipulus Petri Apostoli in epistola. i. ait. Omnis homo in sua causa desiciens, & in suis hęsitans consilijs quærīt sibi amicū fidelem, in cuius consilijs confidat, & talē fiduciā habet in illo, vt ei omne secretū sui pectoris pādat. Quid dulcius esse potuit, quā Deum nobis familiarissimū esse velle, cū quo omnia loqui possis, vt tecū. Sicut ergo est tibi familiaris & intimus amicus, cui vniuersum cor tuū effundis, cui omnia secreta reuelas, qui est alter tu, nec credis à corde suo exire, quod illi cōmittis secretū, voluit Deus, quę eius est infinita bonitas, & charitas, nobis esse hic amicus, cui omne cor aperiāmus, & illud corā eo effundāmus, vniuersa mala nostra & necessitates manifestemus, cui tutius & confidentius loquamur, quā patri, matri, fratri, vel amicissimo, cui omnia nostra reuelantes, quiescamus. Est ergo oratio familiaris cum Deo conuersatio, qua ei vniuersa nostra negotia loquimur, labores & dolores aperimus, vniuersa desideria nostra pandimus, omnia bona ab illo petentes, ac sperantes. Ita faciebat Psal. dicens. Effundo in cōspectu eius orationem meā, & tribulationē meā ante ipsum pronuncio, & sic nos facere ille monet dicens. Effundite coram illo corda vestra, & Hierem. Consurge, lauda in principio vigiliarum, effunde sicut aquam cor tuum in cōspectu Domini, leua ad eum manus tuas: pro anima omnium paruulorum tuorum. Apte dicit, effunde sicut aquam cor tuum, super omnes liquores effunditur aqua ex vase nec aliquid illius remanet in eo: Licet ergo Deus omnia tua nouerit, & videat, tamē illa à te audire desiderat, vt ea ei loquaris tanquam ad intimum ac familiarem amicum, in omnibus ab eo petens auxilium & consilium.

Deijs verò, qui hoc non præstant, conqueritur Deus Amos. 5. iustitiam in terra relinquitis, facientem Arcturum & Orionem, & conuertentem in mane tenebras, & diem in noctem mutantem, qui vocat aquas maris, & effundit eas super faciem terrę: Dominus nomen est eius. Pro cuius loci intelligentia notandum. Verbum hebræum, pro quo noster interpret verit relinquitis, idē valere, ac non exercetis eā. Quare sensus est. Iustitiā, seu sanctitatem finitis iacere, & quiescere. Quod verò

Anacletus.

Simile.

Psal. 141.
Psal. 61.
Hier. 2.

Amos. 5.

addit, facient, Arcturum, & Orionem, sic accipiendum est, ut subaudiatur illud verbum prius positum, relinquitis in terra, & sensus est, relinquitis in terra iustitiã, & sanctitatẽ; & relinquitis similiter Deum, qui facit Arcturum & Orionem & quasi dicat Propheta. Non est vobis curã Deus, obliuiscitis eius, nec ad eum acceditis per orationem, nec ab eo auxilium postulatis, nec eum per bona opera placatis, sed quasi vobis inutilis esset, nec auxilio futurus, eum relinquitis quasi in terra iacere, non eius vtentes auxilio. Illud in terra, emphasim habet, significat Deum ab eis contemni, & reputari rem ignobilem, inutilem, ipsis non profuturam, & neminem esse qui eum tollat de terra iacentem. Cum tamen ille adeo potens sit, vt faciat Arcturum & Orionem, & conuertat in mane tenebras, & diem in noctem &c. Quare stellarum præcipue meminit, quod illis apparentibus imbres & tempestates oriantur, vt traditur, qui de rebus naturalibus scripsere. Quasi Propheta dicat, cum à Deo omnia vel bona, vel mala expectanda sint, & eius voluntate ad nos proueniant.

Sed dices, quo titulo, quo nomine qui exter & alienus a deo sum. Imò qui inimicus fui, qui proditor, qui inferni tormenta commeritus, multa bona petam, & quasi patrem Deum alloquar? Ad hoc Christus respondet. Si quid petieris Patrem in nomine meo, dabit vobis, in nomine Christi petenda nobis sunt omnia, quæ nobis necessaria fuerint.

Sed explicanda nobis est vis orationis, quæ in nomine Christi funditur. Olim in nomine Abraham, Isaac, & Iacob, patres orabant, cum dicerent, memento Abraham, Isaac, & Iacob. Sed nunc nobis orandum in nomine Christi, & hæc nostra oratio longe potètiore est quàm illa. Sed quid est, in nomine Christi orare? Respondeo. Primum in nomine Christi orat, qui patrem adit, & tanquam seruus à Christo missus, nuncium Christi illi dat. Sicut enim mittere soles seruum tuum ad amicum, qui ad eum mandata defert tua, dicens, Dominus meus orat & obsecrat te, vt hæc & illa facias. Tunc seruus tuus in nomine tuo orat, non in nomine suo. Quod si ei reponderet amicus tuus, quo iure, quo ve titulo tu hæc à me postulas? Seruus diceret. Non hæc ego peto nomine meo, nec mihi hæc donanda sunt, Dominus

A Dominus meus petit, illi donabis, si donaueris. Ita omnino nobis, cum patre agendum. In nomine Christi orandum nobis est, ac dicendum, Pater æterne filius tuus vnigenitus, in quo tibi bene cõplacuit, mittit me ad te, oratq; & obsecrat, vt mihi hæc & illa præstes beneficia. Hinc exauditio certa nobis promittitur, quia ille in nobis, & per nos orat. De quo Paulus ait. Ex auditus est pro sua reuerentia. Quod vero Christus pro nobis & in nobis orat, patet ex illo Ioannis. Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum. In nomine Iacob orabant filij dicentes Iosepho. Pater tuus præcepit nobis, antequam moreretur, vt hæc tibi verbis illius diceremus. Obsecro, vt obliuiscaris sceleris fratrum tuorum, & peccati, atq; malitiæ, quam exercuerunt in te. Nos quoq; oramus, vt seruo Dei patri tuo, dimittas iniquitatẽ hæc. Quibus auditis fleuit Ioseph, & ait. Nolite timere, ego pacam vos & paruulos vestros, consolatusq; est eos. Non læserat Iacob Iosephum filium, & tamen ei dimitti dicitur scelus filiorum, & ipsi condonari: quod illis condonatur. Ita licet Christus Dominus peccatum vltimum non admiserit, orare patrem potest verbis Christi, ac dicere, Christus mandauit mihi, vt hæc tibi verbis illius dicerẽ. Dimitte peccata mea, dona gratiã, Christo ergo hæc petenti dona, ego in nomine illius peto, merito. In nomine tuo leuabo manus meas. Leuare manus, Scripturæ phrasi orare est. Sed qua ratione oratio manuum eleuatio dicitur? certe hac, quia diuina promissio manuum eleuatione fit. Hinc dicitur. Leuabo ad celum manus meas, & dicã. Viuo ego in æternũ &c. quia si dicat, promissi hæc & hæc. Omnis verò nra oratio & fiducia nititur in Dei promissione. Hinc orantes manus leuamus, quasi dicentes Recordare Dñe promissionis tuæ, qua promissisti nobis exauditio, cum dixisti. Amẽ amẽ dico vobis, quicquid orantes petitis, accipietis, asseuerat illud dicit, amẽ amẽ. Simul etiã manuum nrarum eleuatio figura est, & quasi recordatio eleuationis manuum Christi Dñi in cruce, cui omnis fiducia nostra & meritum innititur. Nunc ergo. Psal. ait Leuabo ego manus meas, id est orabo, & petã à te multa, sed hæc in nomine tuo, quia tanq; seruus à te missus nuncium dabo Patri tuo, petes in nomine tuo. Cum ergo ad orationem accedis, sic orare potes. Si in nomine meo nunc mihi aliquid petendum esset, nihil petere auderem, nisi forsan supplicia, quia hæc ego

com me-

Simile

Simile

Heb. 5.

2. Ioa. 2.

Gen. 50.

Psal. 62.

Deut. 32.

Ioa. 16.

ommeritus sum. At in nomine delecti filij tui multa mihi bona præstari peto. Omnia enim ille meruit, & plura quam ego petere possum.

Secundò in nomine Christi petere est, in virtute Christi, & meritis eius innixi postulare. Merita enim ille sua nobis tribuit, vt propter ea patrem oremus. Vnde sicut oratio diuinæ misericordiæ innitatur, etiam iustitiæ innititur, dum illud petimus, quod Christus Dominus ex iustitia meruit. Qui nobis donat merita sua, vt quasi nostra sint, & illa in nos refundit, Chirographo nomine suo subscripto. Qua in re illud nobis Christus Dominus præstat, quod amantissimus & prouidens pater filio charissimo præstare solet, quem mittit in regionem longinquam, & cum omnia ad longissimam viam necessaria se cum deferre non possit, vt illi vniuersa suppetant, chirographa plura in omnem locum præstat, quæ vulgò dicuntur, libranças y cedulas de cambio, quibus ostensis ei cæntur omnia, quæ petierit, nihilque illi desit: In hunc modum nobis oratio concessa à Christo Domino est, nomine ipsius insignita, non nomine Abrahami, Isaac, & Iacob, vt olim patres orabant, sed nomine Christi. Qua oratione patri propõsita, in omni loco in omni necessitate nobis accurrat, nihilque desideremus, quod nobis præsto non sit. In nomine ergo meo, ait, Patrem orate, chirographum orationis nomine meo subscriptum ei ostendite, vt vobis vniuersa necessaria prouideat.

Sed obijcis. Multa peto, & in nomine Christi peto, nec tamen accipio statim. Ita est, sed perseuera petens, & accipies. Nec enim vniuersa, quæ diximus, chirographa dicunt. Statim in momento quo hæc literæ lectæ fuerint, hæc & illa pecunia detur, quod vulgò dicitur, a letra vista, sed plura dicunt. Post octo vel decem dies, vel post mensem pecunia detur. Tu ergo orans chirographum Christi desers, dabitur tibi oranti, si perseueraueris pulsans. Expecta ergo reexpecta, modicum ibi, modicum ibi, sustine Dominum. Amen dico vobis, si perseuerauerit pulsans, dabit illi quotquot habet necessaria. Oculi ergo nostri ad Dominum, donec misereatur nostri, vt Psalmista ait.

Simile.

Simile.

Esa. 28.

Luc. 11.

Psal. 122.

A Sed iterum obijcis. Cum quispiam chirographa dat in aliquem locum, vt pecunia detur, non potest innumera concedere. Substantia enim illius vel creditum eius minuetur, & tandem deficiet. Cum ergo plures in Christi nomine petierint, & orauerint Patrem, forsitan Christi meritam, & substantia immiuta vel exhausta erit, nec mihi quicquam reliquum erit. Absit, infinitum Christi Domini meritum apud Patrem est, exhaustiri non potest, imminui nequit, et si infiniti fuissent homines, & infiniti orbis, & quisque infinita postulasset in Christi nomine, restaret adhuc infinitum illius meritum integrum, ac si nullus vnquam propter illum postulasset. Dic mihi obsecro, si hucusque nullus hominum orasset, nec propter Christum quidpiam à patre accepisset, & infinita illius merita intacta seruarietur, tuque primus esses, qui accederes, vt propter Christi merita peteres, quanta cum fiducia accederes, cum tot pro te merita exorarent, propter quæ nullus vnquam quidpiam accepit? Cogita ergo tam tibi nunc integra Christi merita esse, ac si nullus quidpiam accepisset. In nullo enim imminuta sunt. Sicut adeo plenum mare, flumen, & fons est, vt tu accedas, & bibas, ac si nullus vnquam accesserit, vt bibat, licet plures accesserint ante te. Quod fortiori ratione in hac re locum habet, cum merita Christi infinita sint, & pro vnoquoque hominum oblata quo ad sufficientiam, ac si solus quisque esset in mundo, iuxta illud Pauli. Qui tradidit semetipsum pro me. In Christi ergo nomine nobis petendum & orandum est, quia innixi eius meritis orare debemus. Quæ ille in nos refundit, nobisque donat, vt propter illa à patre recipiamus quæ ille accepturus erat. Qua in re nobis infinita parata sunt diuitiæ, de quibus Paulus, mihi omnium sanctorum minimo data est gratia hæc, euangelizare in gentibus inuestigabiles diuitias Christi. Sed vt has diuitias inuestigabiles aliquo modo intelligere possimus, duplici mihi exemplo vtendum est. Quorum primum sit. Nobilis & strenuus dux regis mandato plura bella ex voto regis conficit, plura regna expugnat, inimicos regis debellat, & in his egregia fortissimaque facta præstat. Cumque plura à rege accepturus beneficia esset, moritur, nec in se ipso regiam largitatem experiri valet. Iam iam moriturus ad regem scribit.

Galat. 2.

Ephe. 3.

Similia.

scribit . En ego mortior , nec mihi concedere vales honores & beneficia , quæ meritis sum , en filios meos charissimos , quos relinquo , quibus ea concede , quæ mihi donanda erant . Tunc filij in Patris nomine beneficia postulant , quia meritis in nixi paternis ea petunt . Similiter omnino nobiscum agitur . Christus Dominus pater futuri seculi dictus nobis vt filijs infinita merita reliquit . Quibus à patre cuncta obtinere valeamus . Sed alio exemplo hoc ipsum manifestius efficiet , debes mihi centum aureos numos , ego vero eos dono do Petro , chirographo dato , quod nomine meo subscriptum est , quo ego vniuersum ius , quod in te habeo , Petro concedo , dicens . Quod mihi debes , quod mihi daturus eras , Petro da , cui ego illud dono . Ita Christus Dominus infinita habet apud patrem merita , infinita illi pater debet , vniuersa quæ voluerit , à patre ex iustitia petere valet . Nobis verò ait . En merita mea , ea accipite , ea vobis dono , quasi vestra habete , & illis acceptis à patre propter illa petite , quæ ego petere poteram , ille vobis donabit , quæ mihi donaturus erat . Atque adeo cum oramus , non solum beneficia gratuita petimus , sed etiam quæ ex iustitia Christus Dominus meruit , quæ licet nobis gratis dentur , Christo tamen de iustitia debita sunt , & nobis vt Christum induimus , & eius merita participamus . An non nobis inuestigabiles diuitiæ sunt , si Christi merita nostra sunt ? Quis in æstimabiles has diuitias dicendo consequi valeat ?

Cyri.
Chrysof.

Est ergo in nomine Christi petere vt mediatione Christi apud patrem . Ita Cyrillus libr. 11. cap. 7. in Ioanne , & Chryso. homi. 78. in petitione enim quatuor consideranda sunt , is qui petit , is à quo petitur , id quod petit , & ratio , qua petit . Sicut petens pauper eleemosynam à te , propter Deum petit sibi eam largiri . Olim ergo orabant iusti propter Abraham , Isaac , Iacob , quasi dicerent . Filij Abraham sumus , propter illum nobis benefac : nunc ergo nouum petendi modum ostendit Dominus , qui efficacissimus est , vt petamus propter Christum , & hunc usurpat Ecclesia dicens , per Dominum nostrum I E S V M C H R I S T V M . Duplici verò ratione hic titulus maximus est . Prior est summa patris dilectio in Christum , & ideo prompte propter illum beneficia concedit . Quod si dilectio Abraham , Isaac , & Iacob

A & Iacob potens erat ratio impetrandi , multo magis potens erit dilectio summa in Christum . Secunda verò ratio est , iustitia ipsius Christi , qua meruit nobis peccatorum remissionem , & vniuersa bona . Vnde illud nobis donari petimus , quod Christus meruit . Addit Dominus .

Vsq; modo non petistis quicquam in nomine meo . Quasi dicat . Vsq; modo nõ vsi estis hoc titulo in orationibus vestris & ideo non tam efficaciter orastis . Hic enim orandi modus in lege incognitus fuit , vt Cyril. ait libr. 11. cap. 7. & lib. 9. cap. 44. Licet enim vniuersa bona Pater hominibus concederet propter Christum , sed illi in nomine Christi non petebant , nec erat notitia distincta Trinitatis , vt patrem orarent propter filium . Hæc enim cognitio propria Christianorum est , vt dicit .

Cyri.

B Basilii lib. 2. contra Eunomium .

Petite , & accipietis , vt gaudium vestrum sit plenum , id est . Orate in nomine meo , & accipietis , quæ sic petieritis , & gaudebitis ijs obtentis , quæ desideratis .

Basil.

Hæc in proverbij &c. quali dicat . Dixi vobis aliqua obscure , & sub ænigmate , sed cito post resurrectionem , (scilicet , cū aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas , & per dies quadraginta apparens eis , & loquens de regno Dei , & præcipue missio Spiritu sancto) palam & manifeste vobis loquar . Ita Aug. tracta. 102. & Cyril. lib. 11. cap. 8.

Luc. vlt.
Acto. 1.

Aug.
Cyril.

In illo die in nomine meo petetis , & non dico vobis , quia ego rogabo Patrem , ipse enim pater amat vos . Quasi dicat . Superius dixi vobis , ego rogabo Patrem , & alium Paracletum dabit vobis . Nunc dico , satis vobis esse , si oraueritis Patrem in nomine meo , licet ego non orem pro vobis . Non quod non sim oraturus . Vere enim orabo Patrem pro vobis ; sed quia licet non orarem , satis vobis erit nomen , & meritum meum , & dilectio Patris in vos , vt obtineatis , quæ volueritis , ita Hilarius lib. de Trinit.

Ioan. 14.

Hilarius

Sed quomodo verum habet . Ipse Pater amat vos , quia vos me amastis , & credidistis quia à Deo exiui , cū Ioannes dicat . Ipse prior dilexit nos ? Nõ ergo à Deo diligimur , quia diligimus nos eum sed potius , quia ille nos diligit , nos diligimur . Respondetur . Absolue

1. Ioan. 4.

lute

Iute Deus prior amat nos, quam nos credamus & diligamus. **A**
 Quia ideo credimus, & diligimus, quia à Deo dilecti sumus.
 At vero postquam, Deus nos diligens dilectores sui nos facit,
 quia videt, nos eum diligere, noua nobis beneficia confert.
 Ita ergo nunc ad discipulos ait, dilexit vos pater, & traxit ad
 me, vt in me crederetis, & me diligeretis, & hic Dei amor
 præcessit dilectionem vestram. Sed nunc videns vos fideles
 mihi, vos rursus amat noua beneficia conferens, exaudiens
 orationes vestras tanquam amicorum. Dulcissimum profecto
 homini verbum hoc est. Si dilexeris Christum, Deo charis-
 simus eris, & ab eo obtinebis omnia, quæ volueris, nec opus
 tibi erit intercessore aliquo. Magni inter homines habetur,
 quod familiaris, & intimus regi homo sit, & à rege obtineat, **B**
 quæ vult, nullo adhibito intercessore. Sed ò homines, No-
 lite confidere in principibus, in filiis hominum, in quibus
 non est salus, felix plane, qui sic à Deo diligitur, & exaudi-
 tur. Sed quis nam hic? Certe ego diligentes me diligo, ait ip-
 se, & Pater amat vos, quia vos me amastis. Si rex hoc solum
 ab homine peteret. Dilige me, & ego diligam te, & omnia
 tibi bona concedam, quæ petieris, an non facile quid pete-
 ret? an non innumeros sui dilectores inueniret? Deus verò
 rex magnus id hominibus offert, & vix inuenit, qui dili-
 gant eum. Diligamus ergo nos Deum, quoniam
 ipse prior dilexit nos, & vt nos iterum at-
 que iterum diligit, & bona conce-
 dat, & orationes nostras
 exaudiat, &c.

Psal. 145.

Prouer. 8.

I. Ioan. 4.

(. . .)

In roga-

In Rogationibus.

*Petite, & dabitur vobis, querite, & inuenie-
 tis, pulsate, & aperietur vobis* LUC. 11.



NX Arcanis, abditissimisq; Dei cõsilijs vnum illud
 est, quod cum Deus sit summe potens, diues, mi-
 sericors, & amans, & tam facile omnem miseriam
 leuare possit, innumeras in mundo miseras, defe-
 ctusque esse patiat, & velit, nec illos tollat. Si ingenuo, no-
 bilique viro concederet Deus potestatem, vt verbo suo mala
 tollere posset vniuersa, & omnia bona concedere, sine dubio
 nulla in mundo miseria esset. Si enim verbo suo posset omne
 infirmum curare, pauperem ditare, miserum leuare, sine dubio **B**
 id efficeret. At verò Deus noster, sicut verbo condidit vniuersa,
 & verbo virtutis sue illa portat, ita verbo vno ea potest per-
 ficere, & omnem miseriam auferre, & cum ille bonitas, & mise-
 ricordia sit, id non facit, an non hoc mirandum valde? Sed &
 hoc ipsum mirabilius est, postquam paterna in nos viscera ostē-
 dit, nosque filios nuncupauit charissimos, & se ipsum patrem
 amantissimum. Quis enim non miretur, si videat regem opu-
 lentissimum, & filios eius pauperes ac miseros, cum illi charis-
 simi sint? Tam est reconditum mysterium hoc, vt licet ratios
 aliquas excogitare possimus plenam tamen, & integram
 multorum effectuum singularium causam assequi non valea-
 mus, donec profunda Dei scrutati fuerimus, eum manifeste vi-
 dentes, facti eius consiliarij.

Heb. 4.

Simila.

Sed rationem aliquam inuenire huius rei conemur, & illa
 fit. Sicut census, & iura super immobili hæreditate fudari, ac col-
 locari solent, vt firma, ac stabilia sint, ita debitum Deo hono-
 rem, & cultum super miseria, ac necessitate nostra Deus stabi-
 liuit, vt eum ei redderemus, si enim nulla nobis necessitas, nulla
 que miseria esset. Deum non reuereremus, eum non colere-
 mus, nunc verò eum colimus, ei obsequimur, quia miseria no-

F

fra nos compellente ad eum accedimus quia eo indigemus. A
 Hoc Deo debitū tributū conatus est auferre demon, cū statuit
 Nabucdonosor, vt omnis, qui petierit aliquā petitionē a quo-
 cumque, Deo & homine vsque ad triginta dies, nisi ab ipso
 mittatur in lacum leonum, quod Daniel sustinere non valens
 ingressus domum ter in die adorabat, orabatq; Deum suum.
 In multis ergo miserijs & necessitatibus relictus homo est, vt
 eius superbie medeatur Deus. Nihil enim sic hominem deij-
 cit, atque humiliat, ac necessitas, & miseria. Et cum angelus su-
 perbia perditus sit, oportuit hominem, qui eius ruinas imple-
 re debuit, humiliari, vt ei dic possit. Humiliatio tua in mediocri,
 indignum enim, & prorsus abominandum est, pauperem vide-
 re superbum, vt sapiens ait. Et deinde hominem sibi hac arte
 maxime deuincit Deus, astrinxitque vt Deum collat, ei ad
 hereat, cumque diligat, cum videat, semper, & vbiq; a Deo
 suo bona recipere, sic enim naturalis amor filiorum in paren-
 tes nutritur, & crescit, dum vident iugiter, perpetuoq; ab eis
 bona cuncta recipere, & hac arte etiam effera animantia doman-
 tur & mansuescunt, eiq; subijciuntur, a quo alimenta recipiunt,
 licet ergo homini cor ferē sit, Deo subdi oportet, a quo sepe
 bona recipit, & ei dicere oportet. Benedic anima mea Domino,
 & noli obliuisci omnes retributiones eius, qui replet in bonis
 desiderium tuum &c. & tandem hac ratione melius homini
 prouisum est, nullumque illi malum est, quod facili remedio
 careat, nulla enim creata abundantia, & copia rerum homini fa-
 tis esse potuit in omni necessitate, & periculo, cum vero Deus
 se constituit homini refugium, virtutem adiutorem, nullum
 est malum absq; remedio, nullum periculum sine effugio.

Sed nihilominus difficile intellectu est, cur voluerit Deus
 ab hominibus rogari, & orari? tribus enim de causis ab homine
 solet aliquid peti. Primo quia nescit is, a quo petitur id, quod
 petens indiget, & petitione fit certior, hac vero ratione non
 est cur a Deo petamus, ipse enim melius nouit, quam nos,
 quibus indigemus. Secundo quia is, a quo petimus, non amat,
 vel non adeo feruenter, vt non egeat petitione qua moueatur,
 vt prestet necessaria, hoc etiam in Deo locum non habet, qui
 infinito nos amore prosequitur. Tertio quia licet sciat, & amet

tamea

A tamē ad ipsū nō pertinet providere, quæ mihi necessaria sunt,
 hoc etiam Deo non cōuenit, qui pater dici, & esse voluit. Cum
 ergo sciat, velit, & ad ipsum pertineat, cur rogari voluit, & abse-
 crari. Hanc dubitationem proposuit Basil. de constit. monast. *Basil.*
 cap. 2. Respondetur ergo. Primum multa bona spiritualia, ac te-
 poralia Deum nobis concedere, etiā sine oratione. ita Basil. lo-
 co citato. Dedit tibi corpus, & animā, fidem, & multa alia bona
 nō rograus, & innumera huiusmodi sunt. Deinde rogatus Deus
 plura concedere solet, quā homo petat. ita Hieronymus super
 Esa, 38. probans illud ex Ezechie factō, qui a Deo petijt vitam
 dūtata, & obtinuit quindecim vitæ annos, & victoriā inimi-
 corum, quam non petierat. Multa verō nobis concedere vult
 media oratione, quia sic nobis expediebat. Etenim oratio actus
 est supremę virtutis moralis, nēpe religionis, quæ dum exercet
 multis virtutū actibus comitata est, fide, spe, dilectione aliqua,
 humilitate, vnde etiā si nihil oratione obtinerem, maximū bo-
 num nobis esset ipsa oratio, vnde sine fructu nūquā est. Si petis
 & non accipis, vt Paulus petens stimulum sibi auferri, accepisti
 saltē fructū, & meritū petitionis, & orationis, quod maximum
 est. Si petis temporalia, quæ tibi expediunt, ea recipis, & aliquid
 amplius, orationis, scilicet, meritū, quod maius est. Si petis mag-
 na, & accipis, duplicatū tibi bonū est, & illud quod postulasti, &
 orationis meritum. Et præterea Hiero. in illud Iere. 29. orabi-
 tis me, & ego exaudiā vos, ait. Orari Deus vult, vt mereamur
 que nobis donat, oratio enim dignos nos facit donis diuinis, est
 autē egregiū, cū dignitate obtinere, quæ homo desiderat. Chry-
 ho. 30. in genesim, ait voluit De^o orari, vt occasione nobis daret
 affectū inflāmādi erga ipsū, nosq; tenaci^o cū ipso vniēdi, ponit-
 q; patrū exēplum, qui expectāt peti a filijs, vt amor petitione ip-
 sa magis accēdatur. Basil. vbi supra ait. Rogari Deus voluit, vt
 sic homo cognoscat donū Dei, & propriam indigentiam, plurif-
 que faciat rem datam, ne eam facile amittat, quod enim ora-
 tione obtinemus, diligentius conseruamus.

Sed attēdēdū est, fiduciā maxime necessariā esse orāti & huic
 sancti vim obtinēdi tribuūt. Hinc Iacob. ait, si quis autē vestrū
 indiget sapiētia, postulet a Deo, qui dat omnibus affluētē,
 & non improperat, & dabitur ei, postulet autem in fide nihil
 & non improperat, & dabitur ei, postulet autem in fide nihil

F 2

hesitans.

Dan. 6.

Mich. 6.
Eccle. 25.

Psal. 102.

Basil.

Hier.

Esa. 38.

2. Cor. 11.

Hier.

Ierem. 29.

Chry.

Basil.

Iaco.

hæsitans, qui enim hæsitat, similis est fluctui maris, qui à vento mouetur, & circumfertur, non ergo existimet homo ille, quod accipiet aliquid à Domino. Qua in re valde considerandum est, quod Iudæ Machabæo accidit, qui sæpe orauit maxima in Deum fiducia, & difficillima bella sæliciter confecit, & absoluit. Deinde verò imminuta fiducia in Deum, inijt societatem cum Romanis, vt adiuuarent eum aduersus Græcos, & cum hostium aciem è regione videret, ostendit diuina scriptura fluctuantem eius animum, nec firma præditum spe, vt solebat, sed hæsitantem potius, ait enim. Confractus est corde, & dissolutus est, & ait, surgamus, & eamus ad aduersarios nostros, si poterimus pugnare contra eos, & si appropinquauit tempus nostrum, moriamur in virtute, & non inferamus crimen gloriæ nostræ, en animi deiectionem, cordis fluctuationem, speræque defectum, cuius ratione tunc occubuit. Hinc mirantibus discipulis aridam ficulneam Christi verbo, ait. Si non hæsitaueritis, & habueritis, fidem non solum de ficulnea facietis, sed & si dixeritis monti huic tollere, & mitte te in mare, fiet. Hinc Anna orans commendatur, quod vultus eius non sunt amplius in diuersa mutati, tanta enim orauit fiducia, vt secuta omnino fuerit de exauditione, & ideo animo amplius turbata non fuit, & obtinuit quod postulauit. Huc attinet mirabile illud, quod de animalibus. Alcione referunt Aristoteles, & philosophi naturales, & sancti etiam tradiderunt, Ambros. 5. exameron. capit. 13. & Basilius in Hexamer. homilia. 8. cuius hæc verba sunt. Halcedo quædam est auis, mari maximopere gaudens. Hæc sætificare secundum littora solet, & ouis in ipsa arena positus circiter me diam fere hyemem pullos excludit, cum crebris violentisque ventorum exasperatum mare procellis, pertunditur, ac terræ littoribus alliditur. Attamen filescunt, & consopiantur tunc omnes venti, quiescunt undæ, tumida æquora placantur, septem totis diebus cum incubat ouis Halcedo, tot enim duntaxat diebus ipsam suos excludere pullos ferunt. Sed cum & victu sit ipsis opus, alios insuper pro incremento suæ prolis beneficentissimus ipse Deus huic tam exigue præstitit animali, serenos idem septem

A. quillosque dies. Id omnes etiam nautici sciunt, & Halcionides dies illos appellant. Hæc illis rationis expertibus commoda diuina prouidentia præstat, vt inde quasi lege fit tibi statutum, vt per hæc admonere, à Deo semper vt postules, quæ ad salutem tuam pertinent; quid à Deo etiam præter omnium spem, tui causa non fuerit exorabile, quem ad imaginem ipse suam creauit; quando quidem alitis tam exiguæ gratia tantam vastum, tam terribile, sæuumque, tranquillum esse media bruma, in summum detinetur, atque quiescit? hæc Basilius, & Ambrosius adijcit, illud Lucæ. Non ne vos passeribus pluris estis? si ergo minusculæ auis contemplatione, & insurgit mare, & repente comprimatur, atque asperæ hyemis inter ingruentes procellas, tempestatesque ventorum detergit cæli nubila.

B. fluctusque componit, elementis omnibus subito insussa tranquillitas, quantum præsumere debeas, o homo, ad imaginem Dei factus, agnoscis, si tamen auiculæ istius fidem studio deuotionis initeris. Illa tēpestates videns insurgere, sequere ventos, inter hyberni sæua non reuocatur, neque reflectitur, sed impellitur, denique in littore oua sua constituit, vbi ea relabente fluctu madida adhuc arena suscipiat, nec insurgentes fluctus quos immurmurare, atque allabi videt, reformidat, nec pullos abscondit editos, sed sub dōre relinquit, inuolutos potius diuina misericordia & spe, quam alijs tegumentis, & sic securi feruantur, hæc Ambrosius. Hinc didicit Psal, vt diceret. Deus noster refugium, & virtus, adiutor in tribulationibus, quæ intenerant nos nimis, propterea non timebimus, dum turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris, hæc ergo nos in Deum fiducia oportet esse præditos, hac spe eum orare, vt ab ipso vniuersa nobis conuenientia obtinere valeamus. Huius vero rei ratio illa est, quod cum sentimus de Deo in bonitate, cū ei fidimus, in eoque speramus, negotia nostra illi tradimus, ipseque in suam curam ea recipit, & absoluit, ac perficit, quemadmodum ille, qui commissa sibi negotia suscipit perficienda, quasi propria tractat, & pro viribus conatur perficere.

Vt vero hac fiducia fulciti Deum oremus, duplici exemplo nos excitat cælestis magister in hodierno Euangelio. Quo-

rum primum est amici, qui media nocte postulat ab amico panes sibi dari necessarios, in quo exemplo aliqua nobis adnotanda sunt.

Primum illud fit, quod amicus amicum orat, ut ei in necessitate subueniat, si ergo à Deo exaudiri vis, cura, ut amicus illius sis, Hinc Christus Dominus ait. Si feceritis, quæ præcipio vobis, & verba mea in vobis manserint, quodcumque volueritis, petetis, & fiet vobis: æquum enim est, ut si vult homo Deum facere, quod petit, efficiat & ipse quod Deus iubet, & petit, hinc Dominus per Esaiam ait. Cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam, manus enim vestrae sanguine plene sunt. Si beneficium ab aliquo petiturus accederes, manusque ad eum leuare tinctas sanguine filij ipsius, quo pacto ille te exaudiret? imo verò ira commotus à conspectu suo te amoueri præciperet. Qui in peccato est, manus infectas Christi sanguine defert, quem crucifigit peccatis. Hinc Tertulianus in apologetico cap. 30. ait nos in oratione manus extendere, quia per manuum extensionem innocentiam significamus. Hinc Esaias. Lauamini, mundi estote; auferite malum cogitationum vestrarum ab oculis meis; quiescite agere peruersè, discite benefacere, quaerite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam, & venite, & arguite me, dicit Dominus. Hinc Psalteres voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet. Et iterum. Iniquitatem fraspexi in corde meo, non exaudiet Dominus. Et Salomon, qui auertit aurem suam, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis, & Hieremias. Nos peccauimus, idcirco tu inexorabilis es.

Sed ais, an non peccator orans exauditur? vobis, si peccatores Deus non exaudit. Respondeo, si peccator in peccato manere vult, nec ab eo voluntatem suam auertit, ei exauditio promissa non est à Deo: si verò in Deum conuersus eum orat exauditur. Hi sunt, qui dicunt, peccatores terogamus, audi nos. Et dimitte nobis debita nostra: hos enim peccatores benignè suscipiebat Christus Dominus, ut Lucas ait, & publicanus orantem, Deus propitius esto mihi peccatori, exaudiuit. Si ergo inimicus Dei es, cura ut amicus sis, ut ei reconcilieris

Iuan. 15.

Esai. 1.

Simile.

Heb. 6.

Tertul.

Esai. 1.

Psal. 144.

Psal. 65.

Prouer. 28.

Thren. 3.

Matt. 9.

Luc. 15.

A ciliens, & tunc tanquam ad amicum accedere poteris, & orare, ac obtinere quæcumque voles. Hac ratione ait Cyprianus, ante ecclesie Ianuas pauperes esse, ut qui Deum oraturus accedit, se prius exhibeat, ostendatque Dei amicum, benefaciens pauperi, & eius preces exaudiens, ut sic à Deo ipse exaudiat, cum orauerit.

Secundum in hac parabola attendendum illud est, quod in ea dicitur, *noli mihi molestus esse*. Sed num Deo molesti sumus, cum eum oramus? Hominibus quidem molesti sumus, cum ab eis plura petimus, nosque improbos, & importunos dicunt. Deus vero eum sibi molestum dicit, qui ab eo petere non

vult, eum verò qui semper orat, qui importunè rogat gratissimum sibi dicit. Audi Esaiam id testantem, qui Dei ingenium probè nouerat; dixerat Achaz, non petam, & non tentabo Dominum ait Esaias, nunquid parum vobis est molestos esse hominibus, quia molesti estis & Deo meo, non petentem vocat Deo molestum, molestus Deo est, qui non orat, licet enim Epiphanius in Ancyreto humilitati ascribat verba Achaz, & August. libr. 1. quaestionum super Genesim, & Ambrosius in Psalm. 118. sermone. 8. tamen Hieronymus, Cyrilus, & Theodoretus, aiunt, non inquit, non petam, tanquam sine signo credens, sed contradicens, molestus diuiti parenti filius est, qui sibi necessaria à patre non petit, sed aliunde male quaerit. Cum ergo nobis Deus pater sit, ditissimus, & amantissimus, ab eo nos accipere, petereque oportet, quod, si fecus fecerimus, molesti ei sumus. Grati verò reddimur ab eo petentes, etiam si importuni videamur. Hinc nos ille monet, semper orare, & nunquam deficere. Et adeo illi grata oratio est, ut perseverare nos in oratione velit, ut dona concedat, licet enim continuo dare possit, differt tamen, ut perseveremus, quia gratissima illi oratio nostra est, quam ea ratione longam & perpetuam esse vult. Et hoc tertium est, quod in hac parabola nobis est considerandum, importunitate hunc amicum impetrasse quod amicitia non impetrauerat. Quo nos docet importunos esse in oratione, similes Chananeæ, & Iacob dicenti. Non dimittam te nisi prius benedixeris mihi. Ne ergo similis sis leoni Pardo qui

Gen. 32. Simile.

Cypria.

Esai. 7.

Epipha.

Aug.

Amb.

Hier.

Cyril.

Theodoret.

Simile.

Luc. 18.

si primo, aut secundo saltu prædam non assequitur, non amplius eam insequitur. Eousque orandum nobis est, donec postulatam impetremus. Quarto tandem in hac parabola vel exemplo Christi Domini expendenda sunt verba illa, & ille de intus respiciens dicat, iam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili; non possum surgere &c. Ex quibus patet, orantem ex publica via orasse amicum, qui in cubili erat, cum è conuerso videatur faciendū, orans enim in cubile intrare debet, non in plateis, & via publica orare, sic enim cœlestis magister docet, dicens: Intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum, orationi congruus est secretus locus, segregatusque à turba. Est enim oratio dulcis animi quies, & somnus, quo deperditas vires recuperat, qui ad eò delicatus est, vt facili negotio excitetur animus, & oratio impediatur. Quod si hoc somno non plenè refeceris, eris sine viribus spiritualibus, quemadmodum ille est sine corporis viribus, qui somnum non capit conuenientem. Hinc adiurat sponsus. Adiuro vos filia Hierusalem, ne fuscitetis, nec euigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit, donec somno plene reficiatur. Et cum oratio sit locus deliciarum sponsi, quo ille animam amplexatur, exosculaturque, cum verecundus sponsus sit, vt Bernardus ait, secretum querit locum. Ducam, ait, eam in solitudinem, & loquar ei ad cor, secretus ergo locus orationi. Eligendus est. Cum rapiendus esset Elias in cœlum curru igneo, curat vt solus sit, & ipsum Eliseum discipulum dilectum relinquere vult, aitque illi. Sede hic, quia Dominus me misit vsque in Bethel. Cumque Elifeus eum non relinqueret, iterum ait. Sede hic, quia Dominus me misit in Ierico, & iterum sede hic, quia Dominus me misit in Iordanem. Quid nam hoc, o Elia, discessurus à dilecto discipulo rapiendus igneo curru, solus manere vis, ne videaris? an non attendis hoc molestum futurum discipulo? Ostendit plane nobis, si rapiendi sumus in cœlum igneo curru, charitate scilicet Dei, solos nos esse oportere. Hinc Christus sæpe solus orat. Et Moses visurus Deum solus montem conscendit, & ad interiora deserti minans gregem Deum videt in cubili. Nunc verò hic, qui nobis exemplum orandi proponitur, ex publica via orat amicum, qui in cubili est, quamam ratione hæc conuenire possunt?

Respondeo

A Respondeo, in hoc nobis illud significari, quod præclare docuit Seneca dicens. Sic cum Deo age, ac ageres, si ab hominibus videreris, sic vero cum hominibus, quasi à Deo videaris. Si rectè cū hominibus nobis agendū est, ita plane agendū, quasi si Deum coram oculis haberemus, ne similes efficiamur illi, de quo Psalm. ait. Non est Deus in conspectu eius, inquinata sunt viæ illius in omni tempore, auferuntur iudicia tua à facie eius, omnium inimicorum suorum dominabitur, dixit enim in corde suo, oblitus est Deus, auertit faciem suam, ne videat in fine. Cū Deo vero sic in abscondito nobis agendū est, ac si in via publica essemus, in qua ab omnibus inspiceremur. Aliquādo enim ita irreuerenter cū Deo agimus, & talia ab eo petimus, vt hominum conspectu erubesceremus. Vt ergo nos Christus doceat, reuerenter cum Deo agere, & talia ab eo petere, qualia docet, orandum nobis dicit ex publica via, in qua ab omnibus videmur, atque cōspicimur. In cubiculo ergo orandū, & in via publica, vt & collecti sumus, & reuerenter cū Deo agamus, ne oratio nostra fiat in peccatum, vt Psalm. ait, nobisque contingat illud Psalm. Quo vsque irasceris super orationem serui tui? Cōcludit Christus Dominus exemplū primum dicens. Et ego dico vobis, petite, & dabitur vobis &c. Hoc inter Iustos & iniquos discrimen est, quod iniqui Deum patrem nō agnoscunt, unde nec ad eum accedunt, nec eum vt par est, orant. Hinc apud Iob dicunt. Quis est omnipotēs, vt seruiamus ei, & quid nobis prodest, si orauerimus illum? nullius fructus eis apparet oratio, ideo ei non vacant.

C At vero pij, Deum patrem agnoscentes, ab eo omnia bona sperant naturalia, tū supernaturalia, & ipsa ab eo petunt. Sicut enim mūdus hic inferior à superiore, & cœlesti regitur, gubernaturque, à quo cuncta expectat, ita omne datum optimū, & omne donū perfectū de sursum est descendēs à patre luminum. Et hinc pij illud Psalm. præstant, Leuavi oculos meos in montes, vnde veniet auxiliū mihi. Pij ergo vita est, à Deo pendere, ab eo vniuersa expectare, in Deo spem habere, & ab eo vniuersa petere; & hoc ostēdit præclaris, & notatu dignis verbis Dominus? Exo. 19. Hec dices domui Iacob, & annūciabis filiis Israel. Vos vidistis, quæ fecerim Egyptijs, quomodo portauerim vos super alas aquilarū, & assumpserim mihi. Si ergo audieritis vocem meam, & custodieritis pactum

ritis pactū meū, eritis mihi in peculiū, de cūctis populis, & vos eritis mihi in regnū sacerdotale, & gēs sancta. Sed quid obsecro est regnū sacerdotale? ostendit hoc verbo differentiam regni Ecclesiæ ab alijs gentium regnis: gentium enim regna cum verum Deum non habeāt, qui illis opem ferat, curant proprijs viribus se tueri, & augere, & industrā, & viribus suis confidunt. Sed vos, ait, qui verum Deum habetis, qui omnia potest, regnum habebitis sacerdotale, id est, regnum, quod oratione, & spe in Deū stabiendū est, augendū, ac conseruandū: & hoc significat regnū sacerdotale, Cum enim sacerdotū sit orare, ostēdit Dominus oratione hoc regnum cōseruandū. Sicut ergo filius paruus in omnibus à parētibus pendet, sic nos à Deo nostro.

Hoc verò secundo exemplo, quod in hodierno proponitur euangelio, nobis manifestū facit, dicens. *Quis autē vestrum patre petit panem, nunquid lapidē dabit illi?* Sed ais, an non miserū est petere? An non confundit facies nostras Deus, cū nos ege nos, mēdicos, & postulātes fecit? An non beatius dare, quā accipere? qui enim petit, & accipit seruus cōstituitur eius, à quo petit, & à quo accipit. Verū quidem est inter homines miserū esse accipere, & petere ab homine, at verò à Deo petere, & accipere miserū non est, sed excellens, & beatum, & ille beator, qui à Deo plura petit, & accipit, & Deo indigere indignū, & miserum non est, imò quo præstantior, & nobilior est creatura, eo plus Deo indiget, & plura accipit, pl^{us} indiget homo Deo, plura ab eo recipit, quā lapis, nūquid propterea homo vilior erit, imò cōtū illustrior, atq; nobilior, Deo enim egere vile nō est. Sicut ergo, quod filius patre indigeat, quod ab eo postulet, miserū nō est: ita quod Deum oremus, ab eo accipiamus, beatum est, & beatos nos efficit, humiliari enim, & subijci Deo, abiectum, & humile non est, sed gloriosum, subijci verò Deo, vt is se subijcit, qui orat, præclara dispositio est, vt ab eo bona cuncta percipiat. Si enim mūd^{us} hic inferior subijct^{us} superiori influētias percipit, & ab eo perficit, ita homo qui miserā agnoscit suā, & plagas tumētes cōsiderat, Deoq; se indigere agnoscit, ei subijcitur, cū orat, & recipit. Hinc Salomō. Si quis cognouerit plagā cordis sui, & extēderit man^{us} suas in domo hac, tu exaudies in cælo.

Summū verò contulit nobis beneficiū dicens. *Petite, orate.* Hoc enim dicto se deuinxit, vt nobis petita cōcederet, & cū ei liberum

A liberū esset, dare, vel non dare, necessariū est, vt det postquam dixit. *petite, & accipietis,* diuina volūtas, ac liberalitas est, vt promittat nobis ea quæ voluerit, sed iustitia est, vt ea præstet, quæ promisit, & promissis stet. Hinc Paulus ait. Nō sunt condignæ passiones huius temporis ad futurā gloriā, & tamen ipse postea dixit, reposita est mihi corona iustitiæ. Diuina enim promissio efficit, vt digni simus eis, quibus digni non eramus, nobisque ex iustitia debeat, quod alias gratuitum esset. Verba etenim eius transire non possunt, vt non impleantur. Sicut ergo liberum regi est, beneficium mihi conferre, aut gratiam, ac si dixerit mihi, *pete quod vis, ego faciam,* iam verbo suo cogente tenetur implere, quod dixit, mihiq; præstare quod peto. Ita Deus noster, qui fidelis est in orationibus verbis suis, & negare se ipsum non potest, nec est in illo, est, & non, sed, est, semper postquam promisit, *omnis qui petit, accipit,* implere tenetur hæc autem verba, *omnis qui petit, accipit,* solus Deus dicere potuit, ait Chrysol. qui solus omnipotens est, solus ipse dicere potuit Salomoni, *pete quod vis.* Sed illud vni hominum dictum est, at cū ait, *omnis qui petit, accipit,* omnibus hominibus loquitur, quod vni dixerat Salomoni.

Attendendū est Christi argumētū. Si pater dat filio panē, & piscē, quāto magis pater vester dabit spiritū bonū petentib^{us} se, De^{us} ergo pater noster est? est certè, & talis ac rāt^{us}, vt dicat Christus Dominus. Nolite vocare vobis patrem super terrā, vnus est enim pater vester, qui in cælis est, si enim à patre terreno corpus habes, à Deo corpus, & animam habes, ille solus animam condidit tuā. Vnde ait per Ezechiēl. Omnes animæ mæ sunt, hominis verò singulari quadā ratione pater dicitur, quia ad imaginē suā eū efformauit, filius enim imago est patris, & vt ostēderet solum hominē inter creaturas inferiores filiū eius esse, qui eū agnosceret, sciretq; hoc beneficiū pōderare, quod eū filiū suū faceret, cū reliquas creaturas solo verbo cōdiderit, de hominis creatione consiliū iniit, consiliaturq; ostēdens hominē consiliū, & cogitationem intra se super hac re habiturum, diciturq; Deus me condidit, De^{us} mihi pater est, illi curæ sum, ille me pascet, illi inseruiam tanquā filius. Et sicut primum verbū, quod mater edocet filium suū paruulum est, pater, quod cūm pater audit, delectatur, & filiū demulcet, ita primū verbū, quod

nos

Apo. 20.

3. Reg. 8.

Ro m.

2. Tim 4.

Simile.

Psal. 144.

Chryf.

3. Reg. 3.

Matth. 23.

Eze. 18.

Gene. 2.

Simile.

Luc. 11.
Hicr. 3.

nos Christus Dominus docuit dicere fuit, pater noster, quo A
verbo De^o præcipue delectatur, benevolusq; redditur, vt nobis
bona cõcedat. Hinc ipse per Jeremiã, voca me, pater meus es tu.

Mat. 6.

Exo. 16.

Mat. 6.

Sicut ergo pater sollicitus est filiorũ suorũ eorũ curam gerit,
eos alit, enutrit, & exalrat, cũ filij orãt, ab eo petũt: ita planè pa-
ter cœlestis sollicitus est nostri, prouidet bona cuncta, & no-
bis ait. Nolite solliciti esse, quid manducabimus, aut quid bibe-
mus, aut quò opperiemur, scit enim pater vester, quia his omni-
bus indigetis, & vt perpetuã hãc in nos curã ostēderet, noluit
vt manna in annum vel mensẽ Israelitẽ colligeret: sed in vnũ
dũtaxat diẽ, vt agnosceret Deũ quotidie prouidentẽ, & sic nos
orare docet, panẽ nostrũ quotidianũ, non ait annum panẽ, sed
quotidianum, vt ipsius curã quotidianam agnoscas. Tantus ve-
rò amor huius patris est in nos, vt qui eum vident, nihil nobis
sperent, quia adeo facile bona cuncta concedere vident, ac pa-
ter panẽ aut piscẽ, atque adeo spei obiectũ hãc nõ sunt, quæ
arduũ respicit, de qua re vide in primo tomo concionum do-
minica quarta, post epiphaniã, multa.

Simile.

Ose. 7.

Sed expẽdendũ demũ verbũ illud Christi est, dabit spiritũ bo-
num petentibus se. Quibus verbis multa nos docet. Primũ diui-
nã in nos largitatẽ, dedit nobis pater cœlestis, filium suum, nunc
Spiritus sanctum promittit petentibus illum, nihil sui relin-
quit quod nobis non donet, inæstimabiles sui spiritus diuitias
effundit quasi aquam. Secundo, docet nos, quæ sint illa, quæ
præcipue & primo loco petenda sunt ab eo, & hęc sunt spi-
ritus eius bonus, dona gratiæ, & gloriæ, hęc enim vera bona
sunt. Si illustri viro rex diceret, pete à me, quæcũque volue-
ris, etiã si dimidium regnũ mei petieris, obtinebis, peteret
ne hic terræ sportam? peteret ne quid vile? cum ergo tibi
Deus dicat, pete quod vis, etiã si integrum regnũ meum
petieris, obtinebis, quis magna non petat, quis caduca &
peritura solum modo oret? Ad eos qui solum temporalia & ca-
duca desiderant, ac orant, Dominus per prophetam loqui-
tur, & non clamauerunt ad me in toto corde suo, sed vlula-
bant in cubilibus suis: super triticum, & vinum ruminabant,
recesserunt à me, quasi dicat, eos angebat penuria tempora-
lijum, de hac re dolēbant, & vlulabant, & à me ea petebant
hęc.

A hęc ruminabant, hęc quærebant, à me vero recedebant, ni-
hil spiritualia curabant, quibus me possidere poterant. Pri-
mum ergo quærite regnum Dei. Hoc petite, & deinde tem-
poralia, quæ adijcientur vobis tanquam res parui momentis.
Tertio tandem hoc verbo docemur, quam facile hęc caduca,
& temporalia donabit: qui spiritũ bonũ donat, qui enim ma-
xima præstat, quo pacto minora negabit? Qui tibi aurum, &
gemmas concedit, quomodo paleas, & sterco non cõcedet?
qui spiritũ tribuit bonũ, reliqua facile donabit nobis filijs &c.

In vigilia Ascensionis:

B *The. Subleuatis oculis Iesus in calum dixit, Pater ve-
nit hora, clarifica filium tuum, vt filius tuus clarifi-
cet te.* Ioan. 17.



YRI LVS in hęc verba lib. vñdecimo in Ioãne. c. Cyril.
14. & Chry. ho. 79. aiũt. Opus est, nõ ignorare, si quis Chrysof.
pie, ac sancte velit, & vtiliter ad fratres loqui, oportet
terere orationẽ sermoni adhibere, ne sit inanis ver-
bositas. Ideo nunc Chrs loquẽs Apostolis orat. Hinc etiã Pau-
lus ait. Orationi instate, vigilantes in ea, cũ gratiarum actione,
orãtes simul & pro nobis, vt Deus aperiat nobis ostiũ sermonis
ad loquẽdũ mysteriũ Chri, vt manifestẽ illud, ita vt oportet me
loqui. Orãdũ ergo nobis est, vt gratia adsit manifestaturo, & au-
dituris mysterium Christi. Inuocemus ad hoc Mariam.

August. ad Probã, & Cõciliũ Arausicãnũ c. 3. & 6. dicũt, Pri-
mum, quod Deus hominẽ docet post fidem, oratio est, qua no-
men Dei inuocet. Ea enim est qua mediã omnia bona cõsequi
possimus. Hinc Paulus. Quomodo inuocabunt eũ, quem non
crediderunt, quibus verbis orationem coniungit fidei, quia illi
proxima est, cognito nãq; Deo, statim inuocatur. Hinc etiã
Paulus. Obsecro primũ omnĩ fieri orationes, postulationes,
gratiarũ actiones. Quo loco D. Tho. pōderat verbum illud pri-
mũ omnĩ, primum enim, quod credens præstare bebet, ora-
tio est.

Aug.

Rom. 10.

1. Tim. 2.

D. Tho.

Bonauent.

tio est. De qua re multa Diuus Bonauentura in meditationibus vitæ Christi capitu. 36. cum proposuisset exemplum Christi Domini, qui in oratione pernoctabat, ait. Est quippe virtus orationis inestimabilis & efficax ad omnia proficua impetranda, & noxiare mouenda. Si vis enim patienter tolerare aduersa, sis homo orationis. Si vis tentationes & tribulationes superare, sis homo orationis. Si vis prauas affectiones conculcare, sis homo orationis. Si vis astutias sathanæ cognoscere, ac eius fallacias vitare, sis homo orationis. Si vis latanter viuere in opere Dei, & laboris viam incedere, sis homo orationis, & post multa addit. Si vis vitia extirpare, & virtutibus imbui, sis homo orationis. Hæc Bonauentura, quibus orationi vniuersa bona tribuit, & virtutum omnium incrementum.

Hoc enim est orationis priuilegium inter alia omnia virtutis opera, quod cum sit opus vnius virtutis, religionis, scilicet, omnem tamen virtutem auget, & perficit, & medium est, ad omnem assequendam virtutem. A qualibet virtute actus virtutis procedit, qui habitum auget, & perficit, si humilitatis actus præstes, humilitas perficitur, si patientiæ, patientia, & sic in reliquis. Sed alterius virtutis habitus non augetur his actibus, nec enim misericors, aut liberalis efficiere, si actus patientiæ, & humilitatis feceris. Sed hoc orationis singulare est, quod cum oras, non solum orator, & religiosus efficieris, sed etiam humilis, misericors, credens, sperans, amas, & omni denique virtute ornatus. Est enim oratio hortus deliciarum, paradus Dei omni flore fructuque virtutis abundans, & efficitur in ea anima hortus irriguus, in quo omne lignum est pulchrum visu, & ad vescendum suaue, vt olim in paradiso. Orans enim se agnoscit pauperem, & Deo se præsentat tanquam lutum in manu figuli, vt à Dei manu in virtutum figuras efformetur. Tanquam medicus eleemosynam petit, dicens, à te accipi quæ habeo, à te accipiam quæ mihi desunt, & tunc pauper efficitur homo spiritu, id est humilis sine superbiæ vento, vt Aug.

A vt Augusti. ait, cuius est regnum cœlorum, quod non est esca, & potus, sed iustitia, & pax, quod est virtutum omnium collectio, omni ergo ornatur virtute, qui orat. Et ideo orans Christus transfiguratur, vt ostendat, interiorem hominem renouari oratione, & in cœlestem, & diuinum mutari.

Cum ergo tam sit nobis utilis, & necessaria oratio, eam verbo, & exemplo nos Christus docuit. In hodierno euangelio orat patrem pro se, pro discipulis, pro omnibus nobis, & licet interius hanc potuit profundere orationem, voluit tamen exterius orare, ait Augustinus hic, vt nos doceret orare, & proinde eam, quam fecit orationem pro nobis, notam fecit & nobis. Quoniam tanti magistri, non solum apud ipsos fermocinatio, sed etiam ipsius pro ipsis ad patrem oratio discipulorum est ædificatio, & nostra, qui hæc eramus lecturi. Hæc August. Attendamus ergo illum orantem, vt orare discamus, merito enim ille vsurpat illud iudicis Israel, quod me videritis facere, hoc facite.

Subleuatis oculis in cœlum. Mos Christo Domino erat, oculos in cœlum leuandi, vt hic Ioannes dicit. Et id ipsum notat, cum panes multiplicauit. Et cum corpus, & sanguinem consecrauit suum, dicitur in Canone missæ. Et eleuatis oculis in cœlum ad te Deum patrem. Et licet hoc euangelistæ non expresserint, ex traditione tamen haberi, dicit Innocentius Papa in capite cum Marthe, de celebratione missarum. Cum oratio sit ascensus animæ in Deum, vt Damascenus ait, oculis ostendit Christus Dominus, quid animus corans agere debeat, debet enim abstrahi ab omni terrena cogitatione, vt foli Deo vacet. Hinc refert Lucas de Christo Domino. Cum esset in quodam loco orans, vt cessauit, dixit vnus ex discipulis eius ad eum. Domine doce nos orare, sicut Ioannes docuit discipulos suos. Expectauerunt Apostoli, vt interrogarent, donec cessauit, nec enim orans impediri debet, aut distrahi alijs negotijs, maiori profecto reuerentia gentes Deos suos ligneos orabant, quam nos Deum nostrum, fuit enim illis mos, vt orantem sacerdotem moneret quipia his verbis. Hoc age, hoc age. Hæc ergo verbatim vsurpa, dicitur.

Aug.
Matthe. 5.
Luc. 9.

Augst.

Iud. 7.

Ioan. 6.

Innoc.

Damas.

Luc. 11.

95

Simile.

oras, hoc age nihil aliud agas. Si nobilis vir in regis conspectu ingressus, cum rege negotia tractaret maximi momenti, quæ vel vitam, vel honorem eius spectant, attenderet, ne aliud, quam negotium, quod tractat, audiret ne tunc seruum dicentem, ornamenta, & phalcras equorum refarciri oportere? an non verecundaretur, quod eo tempore minister ad eum accederet, impediretq; tam abire? an audiret eum tunc, & regem relinqueret? O diuina Dei nostri patientia, ac mansuetudo, quanta sustines, dum cum hominibus conuersaris, & tamen delicias tuas esse dicis, esse cum filijs hominum, inurbani tecum sumus, dum tecum agimus, alia attendimus te derelicto. Vis nosse o homo quanta reuerentia, ac animi attentione cū Deo tuo agere debeas, attende quis ille sit, & quæ negotia cum eo tractes. Sicut ergo cum in regis conspectum intras, consideras eius maiestatem, & negotiorum grauitatem, quæ cum illo acturus es, ita oraturus præpara animam tuam, considerans, quis Deus sit, cum quo loqueris, quoniam rex omnis terræ Deus, Psalm. ait, & rex magnus super omnes Deos, merito infert Psalm. psallite sapienter, id est cordate, & vrbane.

Psalm. 46.

Simile.

Solent, qui denuo curiam, & aulam regiam ingrediuntur, vt regem alloquantur, discere ab antiquis aulicis, & regijs ministris, qua vrbanitate & reuerentia cum rege agendum sit. Vt ergo nos sciamus, qua vtendum nobis cum Deo nostro sit, Attendamus veteres illos domus Dei ministros, illi proximos. De quibus Esaias ait. Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum: & plena erat domus à maiestate eius. Seraphim stabant super illud, sex aq̄ vni: & sex aq̄ alteri, duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant, & clamabant alter alterum, & dicebant, sanctus, sanctus. Quo loco Hieronymus ait. Illud velare faciē referri posse & ad Deum, & ad Seraphinos, vt Dei facies, & pedes velati intelligantur, vel ipsorum Seraphinorum. Hoc vt timam nunc accipiamus, quod proposito nostro conuenit. Ardēt Seraphini diuino amore, ideo enim Seraphini dicuntur, id est, ardentes, & adhuc cum videant cognitionem, & amorem suum longe superari à diuina bonitate, nec eos diligere,

Esa. 6.

Hierony.

Aligere, aut cognoscere Deum, vt Deus dignus est agnoscere, & diligi, operiunt caput, quod sedes, & locus cognitionis est, & pedes, qui affectus significant, vt Augustinus ait, quasi Dei conspectu indigni sint, quasi erubescant, quod Deum non plene diligunt, vt diligere oporteret, non quod erubescant, aut in eo quod tenentur, deficiant, sed quia eam cognitionem, & dilectionem non assequuntur, qua Deus dignus est. Simul verò nos docent, vultus nostros operire præ confusione coram Deo nostro, cum nostra dilectio, & cognitio non solum inferior sit diuina bonitate, sed longe minor quam ea, ad quam tenemur. Simul etiam docent nos, operire cogitationes nostras, ac affectus, quando Deum alloquimur, ne vagari sinamus cogitationem, & fugere affectum nostrum in alia. Cor ergo nostrum, & conuersatio nostra in cælo sit dum oramus, terram penitus relinquentes, & ea quæ in ipsa sunt.

Aug.

Sed quid Christus Dominus oret audiamus. *Pater venit hora clarifica filium tuum, vt & filius tuus clarificet te.* Præclare Christus Dominus orationem inchoat hoc verbo, Pater, Cyril. lib. 1. Thesau. cap. 6. ait. Maius est Deo, esse patrem, quam esse Dominum: nam Dominus respectu creaturæ dicitur, at pater respectu filij, maius autem Deo est, filium genuisse, quam omnes creaturas fecisse, respectu quarum Dominus est, & nuncupatur. Altissima ergo oratio est, quæ à supremo Dei nomine incipit. Quo innuit Christus Dominus, maxima esse ea, quæ petit. Sed quæ illa sunt? Venit, inquit, hora, græce legitur cum articulo, illa hora, insignis scilicet, de qua sepe dictum erat. Nō dum venit hora eius, iam verò adest hora illa mortis, & exinanitionis ipsius, in qua summam obedientiæ, & humilitatis manifestationem dedit, in qua diuinitas maxime latuit, & propterea multi scandalum passi sunt, merito ergo nunc postulat suam clarificationem. Hæc verò clarificatio est nominis, & diuinitatis ipsius declaratio, quæ facta à patre est, in passione, miraculis plurimis, & in resurrectione, Ascensione, & Spiritus sancti missione, & demum in omni prædicatione Euangelij, quæ fiet vsq; ad mundi finē. Ita Amb. lib. 4. de fide cap. 6. &

Cyril.

Ioa. 7.

G

Basil.

Basil.
Cyril.
Hilar.
Cypria.

Basil. lib. 4. contra Eunomium, & Cyrilus lib. 11. cap. 14. Hilar. lib. 3. de Trinitat. & Cypria. de duplici martyrio. Addit, *vt filius tuus clarificet te*, id est vt sic manifestum fiat Trinitatis mysterium, & te esse patrem & simul infinita tua bonitas, sapientia amor, potentia, quæ in Christi mysterijs maxime apparent. Quibus verbis patet, quanta Christus Dominus à patre petat oratione sua, & tanta vis orationis est, vt vniuersa illa impetrare valeat, de qua re multa diximus superiore Domini- ca. Quantam verò glorificationem petat ostendit, subiungens. *Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis*. Quasi dicat. Sicut dedisti mihi potestatem in omnes homines, non vnus populi tantum, sed vniuersi mundi me caput, & redemptorem fecisti, ab omni ergo mundo agnoscar, ab omnibus glorificer, non in Iudæa tantum. Omnes ad me accedant vt ad redemptorem, dedisti munus, & principatum in omnem hominem, da ergo clarificationem nominis mei in vniuerso mundo. Addit Christus, *vt omne, quod dedisti ei, det eis vitam æternam*. Id est. Peto me ab omnibus agnosci, & coli, vt sic omnes consequantur vitam æternam, quæ eis sine hac fide in me contingere non potest. Sed obijcis, hæc clarificatio non videtur Christo data, nec enim omnes credunt in eum. Respondet Chrysofostomus hom. 79. Ex parte Dei fides omnibus est proposita, vitio verò hominum multi non credunt, Christus petit clarificationem, quantum est ex parte Dei, vt toti scilicet mundo proponatur Euangelium, & omnibus detur auxilium ad consequendam vitam æternam, & hoc factum est à Deo, qui vult omnes saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.

Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te solum Deum, & quem misisti IESVM Christum. Id est. Hæc est causa vitæ æternæ, nec aliter ad vitam peruenient æternam, nisi te cognouerint, & me, fides enim articuloꝝ hæc duo continet, diuina, & humana, ita Chrysof. & Cyril. & communiter sancti & Doctores.

Sed D. Tho. Innoc. 3. lib. 5. de sacro altaris mysterio. cap. 8. & Augu. lib. de spiritu & litera. cap. 33. & Hilar. 3. de Trini. hæc verba

Chrysof.

1. Tim. 2.

Chrysof.
Cyril.
D. Thom.
Inno.
Aug.
Hilar.

A verba intelligunt de gloria cælesti, quæ in Dei facili visione consistit. De hominis vltima ac suprema scelicitate, in quo sita esset, tot fuerunt antiquorum opiniones, vt ducentes, octoginta fuerint Philosophorum placita, vt refert Augustin. 19. de ciuit. quidam eam dicebant in sapientia, alij in virtute, alij in diuitijs, alij in voluptate sitam. Error verò finis maximus est, & periculis plenus, est enim finis primus in intentione, & principium operum nostrorum. Paruus verò error in principio fit maximus in fine vt Aristoteles ait, & in errore viæ publicæ, per quam iter carpinus, patet.

Erranti verò homini circa finem suum accidit, quod B-regis filio, qui tenellus infans captus à barbaris est, qui ab infantia seruus est, & in extero nutritus regno, hinc ignorat, quis sit, & quanta eum bona expectant in patris domo, si in eam venerit à barbaris ereptus. Huic similes nos sumus ab vtero serui, in peccatis concepti, nescimus, vnde simus, nec quo tendimus, nec infinita cælestis regni nostri bona. Hinc multi adeo viles, & abiecti in cogitatione sua sunt, vt similes fiant bestijs, reputantes non aliam esse scelicitatem suam, quam bestiarum nec aliquid excellentius quærentes quam ille.

Fides nostra supremam hominis scelicitatem ostendit in sæculo futuro. Aliud quidem homini sæculum esse, multi philosophi agnouerunt, qui animæ nobilitatem, & immortalitatem intellexerunt. Quemadmodum cum principem virum vides vilibus indutum pannis, aliæ vestes huic principi seruate sunt multo præstantiores. Ita planè, immortalis, & nobilissimæ animæ aliud corpus præstantius, quam quod nunc induit, seruatum est. Sed hi philosophi non attigerunt eam, quâ fides docet, scelicitatem.

Sed quænam illa? ais, certe, hæc est vita æterna, vt cognoscant te verum Deum, & quem misisti IESVM Christum. Visio Dei manifesta, & eius fruitio beatitudo nostra est. Cognitio, & fruitio omnium creaturarum satiare hominem non potest. Sicut enim si tibi campus ostenderetur, in cuius termino hortus esset amoenissimus, & clausus tamen, cum ad

August.

Aristo.
Simile.

Simile.

illum deuenires deambulans, eum videre cuperes. Ita ostensa tibi creaturarum vniuersitate, cum ultra illas omnes Deus sit, eum videre desiderabis, eo verò viso nihil restat desiderandum, quia ultra eum nihil est. Auget verò desiderium Deum videndi, quod omnis creatura prædicat diuinam bonitatem, & pulchritudinem, quam Deus emineenter habere debet, vt eam creaturis largiri possit, vnde visis creaturarum perfectionibus, excitatur animus, vt desideret videre eum, vnde illæ omnes emanauerunt, sicut viso riuulo desideratur visio fontis, vnde promanat. Et sicut qui videret mille hortos, & in eorum quolibet vnum genus floris, si audiret, hortum esse vnicum, à quo vniuersi illi flores processerunt, eum videre desideraretis, ita omnino visis pluribus perfectionibus creaturarum, desideratur visio Dei, à quo illæ omnes processerunt, in quo per essentiam ea omnia sunt, quæ in creaturis per participationem. Conueniens maximè, & rationi consonum etiam erat, vt infinita Dei pulchritudo, & bonitas conspiceretur à creaturis, vt eum perfecte cognoscerent, ac diligerent. Cum tibi res est pulcherrima, & pretiosissima, non satis tibi esse iudicas, si eam solus videas, & possideas, nisi illam amicis ostendas, vt eam magnificent, & te glorificent, eam possidentem, satis quidem esset ad infinitam Dei gloriam, si ille solus se videret, seque frueretur, vt ab æternitate fuit, consonum tamen rationi, ac diuinæ bonitati fuit, vt intellectualibus creaturis tanta bonitas, & pulchritudo manifesta fieret.

Christianorum ergo beatitudo consistit, in Dei visione manifesta, eiusque dilectione, ac fruitione. Sic enim possidetur Deus, sic ille se possidet, dum se videt, diligit, fruiturque se ipso. Porphyrius, & alij philosophi putauerunt, delirium esse Christianorum, hanc Dei facie ad faciem visionem sperantium, tanta enim gloria Dei solius est, creatura verò Deum videre non potest, sed radium ab eo procedentem. Hæc Porphyrius. Sed, non attendunt hi philosophi, hanc gloriam ex gratia Dei homini concedi, & lumine gloriæ illustrato intellectu. Sed quantum bonum sit, Deum videre, ac possidere, &

Arre, & quæ ex hoc delectatio procedat, quis cogitare sufficit? Sed vt aliqua coniectura illud inuestigare valeamus, notandum est. Omne gaudium, & delectatio procedit ex apprehensione, & vnione boni conuenientis, & quo honum est excellentius, & vnio maior, eo etiam maior erit delectatio, ex quo sequitur Dei visionem, & inde ortum gaudium esse omne bonum. Hinc Dominus Moyse ait. Ostendam tibi omne bonum, quia Deus, qui possidetur, omne bonum est, & sic omnis delectationis causa. Finge nunc, omne gaudium, quod ab initio mundi vsque in finem eius à creatura acceptum est, in vnâ congregari, maximum profecto illud esset, innumera enim, & maxima fuere hominum gaudia ex diuitijs, delicijs, voluptatibus, dignitatibus, honoribus, victorijs, & festiuis gaudijs, gustu ciborum, musica, & omnibus reliquis, quæ hominibus voluptatem attulere. Si ergo vniuersa hæc gaudia in vnum conuenirent, & ex omnibus vnum conficeretur, vere maximum esset, & si tibi concederetur, beatâ te diceres, sed vere non esses, illud etenim licet magnum esset, tamen si cum eo conferatur, quod ex Dei visione procedit, minimum, vel nullum apparebit. Cum enim illud gaudium à creatura procedat, conferri nequaquam potest cum eo, quod à Deo, sicut nec creatura Deo æquari potest, aut conferri. Excedit Deus creaturam omnem infinite, excedit & gaudium, quod à Deo clare viso procedit incommensum. Quid est videre Deum? plane Deum fieri, philosophi aiunt, ex cognoscendo & cognito fieri vnum, hoc verò maxime in Dei visione procedit, vbi Deus beato vnitur in ratione speciei, vnde optime Ioannes ait. Similes ei erimus, quia videbimus eum sicuti est, hæc est vita æterna, beata, in qua cum ius bonorum oranium est.

Orans patrem Christus Dominus, addit. Ego te clarificauimus super terrâ, opus consummavi, quod dedisti mihi, vt faciam. Id est. Ego manifestavi nomen tuum hominibus, ego honorificauimus te, sicut dixit. Ego honorifico patrem meum, opus verò consummavimus, tum propter certitudinem, tum quia mors instabat qua consummandum erat, & quod prope est, factum reputatur, ita August. & Chryl. hic, qui addit. Opus dicit consummatum, quia iam radix omnium erat plantata, iam Euangelium prædicatum.

Exod. 33.

1. Ioa. 2.

Ioa. 8.

Aug. Chryost.

catum, Apostoli electi, Christi mors decreta voluntate ipsius, & inimicorum.

Deut. 32.

In his verò verbis nobis considerandum est diuinum ingenium, quod est, opera sua perficere, nec enim perfectissimus artifex Deus opera sua informia, & imperfecta relinquit, Dei enim perfecta sunt opera, vt Moyses ait. Et sicut initio mundi perfecit cælum, & terram, & omnem eorum ornatum, ita redemptionis opus perficit. Vnde ait. Opus consummaui, quod dedisti mihi, & in cruce iterum ait. Consummatum est, nec enim caudam deesse patitur (vt Bernardus ait) sacrificio vesperino.

Ioa. 19.
Bernar.

Quo facto nos docet, opera bona nostra perficere, ac cõsummare, nec inchoata relinquere, quò contra præstare solemus, dum bona opera inchoata relinquitur, praua verò in finem perducimus. Hoc verò inter iustos, & iniustos discrimen est, quod iustus bona opera in finem vsque perducit, praua verò opera non sic, sed inchoata relinquit vt in plurimũ. Contra verò reprobis, mala opera consummat, bona dumtaxat inchoat. Exemplum iustorum in Dauid nobis præsto est, qui cogitauit arcam in domum suam ducere, non illud perfecit, quia in via vidit percussum Ozam, quia arcam tetigit, sed non quieuit, donec tandem arcam in domum reportauit. Sed hic qui somnum non dedit oculis suis, donec bonum perficeret, mala, quæ ceperat, non perfecit. Vindictam in Nabal reliquit, & cum abscedisset oram chlamidis Sauli, percussit cor suum, pænituit eum, quod vindictam de Saule cepisset sumere. Et hac ratione Deus impedimenta iustis obijcit, ne malum inceptum perficiant. Iurauit Dauid, interficere Nabal, sed ne id opere completeret, misit illi Obuiam Deus Abigail, quæ eum impediuit, dicens, caue, ne quid facias, quod tibi futurum est in scrupulum. Et intelligens ipse Dauid hanc in se collatam à Deo misericordiam, benedixit Abigail, dicens. Benedicta tu, quæ prohibuisti me, ne irem ad sanguinem. Et benedictus Dominus, qui hac de causa misit te in occursum meum, sic benedicere iustus eum solet, qui eum à malo auertit. Contra verò reprobis omnem adhibet curam, nullum non mouet lapidem, vt malum perficiat. Hinc Dominus de ædificantibus Babylonicam turrim,

ait.

A ait. Opus ceperunt facere, nec desisterunt à cogitationibus suis, donec eas opere compleant. Sic etiam Pharisei dicunt. Quid facimus quia hic homo multa signa facit. Et cum nouerit Deus obfirmatam in malo iniqui voluntatem, nec vnquam ei cessandum, donec malũ consummet, solet aliquado obuius fieri itinari ipsius, eumque impedire, & euertere turres illius, quæ super firmam petram extructæ non sunt, ne intolerabiles. sicut iustis. Hinc Psalm. Non dimidiabunt peruersum opus, velint, permittit ipsi reprobi solum inchoare, vt illud consumment. Sicut qui solum voluit vulnus inimico infligere, & eum occidit. Dei iusto iudicio id effectum est, vt tanquam homicida suspendatur. B Cum ergo videamus, Christum ea opera perficere, quæ ad nos spectant, & nobis vtilia sunt, discamus nos, ea ad perfectum adducere, quæ gloriæ ipsius sunt, & in quibus ei placemus, ac obsequimur.

Prosequitur orationem suam Christus Dominus dicens. Et nunc clarifica me tu pater apud te metipsum claritate, quam habuisti priusquam mundus fieret apud te. Quasi dicit. Ego te clarificauit in terra, & opus perfecit tuum. Tu ergo iam clarifica in celo humanitatem meam, quæ dispensatorie sine claritate in terra fuit, donec opus redemptionis perficeretur, quo perfecto tempus adest, quo eam clarificari oportet. Et hæc mea claritas sit talis, qualis decet filiũ Dei, qui tecum Deus est ab æterno. C illa ergo gloria diuinitatis meæ extēdatur vsq; ad corpus meũ. Claritas ergo nostra ab extrinseco est, claritas verò, & gloria corporis Christi à diuinitate est, quæ intus latet. Et hac ratione gloriam corporis suam ille appellat, cum ait. Oportuit Christũ pati, & resurgere à mortuis, & ita intrare in gloriam suam: nos verò non in gloriam nostram intramus, sed in alienam, quia ab extrinseco nobis accidit.

Sed hinc nobis discendum est, illud corpori mystico Christi à Deo seruatum esse, quod vero corpori tributum est, & quod præcessit in capite, in membris suo tempore efficeretur. Christus patrem clarificauit, opus ipsi mandatu consummauit; iusta ratione petit sui clarificationem. Si ergo nos similiter fecerimus, similiter etiam clarificabimur. Laborantibus merces

G 4

fidelis

Simile. fidelis retribuetur. Quemadmodum ergo dux strenuus, cui rex bellum aliquod difficile committit, eo ex voto regis confectus, iure petit, regiam in se liberalitatem ostendi. Ita si strenue nos gesserimus in bello spirituali, implentes illud Pauli. Labora sicut bonus miles. Christi. IESU, coronam inmarcescibilem percipiemus. Pugnemus ergo viriliter, quia non coronabitur nisi qui legitime certauerit. Eximio cum gaudio venit forens dux in conspectum regis sui bello facilliter confectus. Si vero in foelieiter gestum sit, regis conspectum erubescit. Ita iustus, qui foeliciter pugnavit alacer in mortem venit, quia sperat illi stus in morte sua, ut sapiens ait. Sed quid sperat? coronam profectos, quibus reddet iustus iudex. Nec enim iniustus est Deus, ut oblitiscatur laboris illius, pugnemus ergo, ut glorificemur, socij Christo sumus in passione, ut socij simus in regno, ut cum Ioanne dicere possimus. Particeps in tribulatione & regno caelesti, scilicet, quod nobis donet Deus noster, &c.

*Proner. 14.**Apoc. 1.*

In Ascensione Christi Domini sermo Primus.

Them. Et Dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in caelum.

Mat. vltim.



Simile. LEVD planè ecclesiae accidisse cum IESU, & Maria eius matre, merito dicemus, quod vniuerso cum sole, & luna. Cum sol mundo adest, in eum vniuersorum oculi conuertuntur, de luna verò parum curat, quæ sole praesente minus lucet, & pulchritudinis habere videtur. Cum verò sol in alterum hemisphaerium recedit, continuo lunæ lux, & pulchritudo apparet, & omnium hominum oculi in eam feruntur,

Luc. 30.
Malach.
A runtur, ita certe, cum Christus Dominus mundo aderat, omnium fidelium oculi in eum respiciebant, beatique erant, qui videbant Deum hominem, & eius verba audiebant. Erat ille sol, de quo propheta ait. Vobis timentibus nomen meum orientur sol iustitiæ. Sed illo de mundo sublato hodierna die, continuo vniuersæ ecclesiae oculi in Mariam, quæ luna est, conuersi sunt, ad eam vniuersi fideles accedebant, ut lumen reciperent. Quemadmodum rege absente ad reginam, quæ vices regis gerit, omnes veniunt, ut ab ea beneficia petant. Accedamus ergo ad eam, ut nobis gratiam impetret.

Hodierna festiuitas vltima est Verbi incarnati, finis omnium festiuitatù ipsius, & foelix terminus itineris illius. Hodie in patriam suam peruenit ille, qui solus peregrinus erat in Hierusalem, postquam votum impleuit suum, & peregrinationem foeliciter absoluit, in veste desert peregrinationis suæ insignia, de quibus mirati Angeli dicunt. Quæ sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum? Hodie vltimam imposuit manum operi redemptionis. Quia mortuus est propter delicta nostra, resurrexit propter iustificationem nostram, ascendit propter glorificationem nostram. Et quemadmodum egregius pictor, do nec imaginem omnino perficiat, atque consummet, eam ostendere non vult, nec hominum oculis cerni, cum verò eam perfecit, in omnium proponit oculis. Ita vsque ad ascensionem suam noluit mundo vniuerso proponi redemptionem, sed iam nunc ait. Euntes docete omnes gentes, vnde Psalm. exaltate Domine in virtute tua, cantabimus, & psallemus virtutes tuas, quasi dicat, cum ascenderis, & exaltatus ad caelos fueris, tunc manifestabimus toti mundo redemptionem tuam. Hodie ingreditur triumphans in regnum, quod violentus rapit. Est enim ille homo nobilis, qui abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum. Ingreditur, ut ornatur diademate, & afficiatur corona illa altissima, cui vniuersæ cæli, & terræ coronæ subijciantur: Ante quam viginti quatuor seniores deponant coronas suas. Quod multis retro sæculis prauiderat Daniel, qui ait. Aspiciebam in visione noctis, & ecce in nubibus cæli quasi filius hominis veniebat, & vsque ad Antiquam dierum peruenit, & in conspectu eius obtulerunt eum, & dedit ei potestatem,

*Luc. 30.**Malach.**Luc. 24.**Esai. 63.**Simile.**Mat. vlti.**Psalm. 20.**Luc. 19.**Apoc. 4.**Danie. 7.*

testatem, & honorem, & regnum, & omnes populi tribus linguarum seruiant ei. In nubibus cæli dicitur venisse, quia, vt Lucas ait, nubes suscepit eum ab oculis eorum, & Psalmus. Qui ponis nubem ascensum tuum, qui ambulat super pennas ventorum, quæ verba August. ad Christi ascensionem refert. Et de num de Christi regno Psalm. ait, Dominus in cælo parauit sedem suam, & regnum ipsius omnibus dominabitur.

Luc. 15.

Sed quanta cum lætitiâ à Patre & vniuersa curia cælesti exceptus Christus Dominus sit, quis loquatur? Si dissipator filius tanta cum lætitiâ excipitur reuersus ad domum patris, quanta excipietur fidelissimus, obediens vsque ad mortem filius, & qui bona paterna recuperauit, & auxit? Cyprianus in sermone huius festi ait. Quanta in eius susceptione in cælis iucunditas fuerit, nemo sufficit enarrare: rei huius magnificentia omnem superat intellectum, quæ patris in reditu filij hilaritas fuerit, dicat quis? aut si forte illud sempiternum gaudium aliquod tunc admiserit incrementum, si stabilitatis æternæ se aliquomodo mutare posset immobilis magnitudo, scrutator ille maiestatis opprimetur à gloria, & verendum est, ne dum vehementius exprimit verba, quam oportet, sanguinem pro lacte emungat. Attamen inuisibilem Deum visibilem filium recepisse ad dexteram suam, manifestum est, hæc Cyprianus, Gaudium quidem diuinum crescere nequaquam potuit, sed exteriora in cælo signa gaudij, & in beatis ipsum gaudium auctum mirum in modum est. Hinc Psalm. Ascendit Deus in iubilatione, & Dominus in voce tubæ.

Psalm. 46.

Sed dubium est, an cælorum dur. taxat hæc iubilatio sit, an etiam terræ? Cælorum quidē gaudiū, & gaudij causa manifeste patet. Quia solem suum recipiunt, qui plus cælestes illustrat, quam omnes stellæ. Lapidem pretiosum, qui plus ornat anulum, quam aurum, & vniuersa, quæ in eo elaborata sunt. Sed terra quo pacto gaudere hodie potest, cum sole orbetur, eam illustrante? cum sol adest nostro hemisphærio, cuncta lætatur, lumine ab eo recepto, sed eo recedente in aliud hemisphærium quæ in eo sunt, lætari incipient. At quæ in nostro sunt, obducuntur tenebris, & caligine atque mærore teguntur. Cum reducta est arca Dei in Bethfames, hoc est in domum solis, vituli

I. Reg. 6.

vacca-

A vaccarum eam portantium reclusi in domo sunt, & mugiebāt, quod matres recedebant, à quibus lactabantur. Hodie reduntur Arca, quæ in mūdo capta erat, in cælum domum solis. Nos vituli fumus, qui in mundi huius domo clausi manemus, qui lactabamur ab vberibus, & vñneribus Christi. Quomodo non mugiemus, & dolebimus?

Ostendendum nunc nobis est, quibus de causis hæc Christi Domini ascensio conueniens sit Christo Domino, cælesti curiæ, & nobis etiam, vt inde colligamus, omnibus hodie cōmunem esse lætitiâ.

Primum omnium Christo Domino conueniens fuit. Quia vt dicit D. Th. 3. p. quæst. 57. ar. 1. locus debet esse proportionatus locato, Christus autem per resurrectionem vitam immortalem, & incorruptibilem inchoauit, locus autem in quo nos habitamus, est locus generationis, & corruptionis, sed locus cælestis est locus incorruptionis. Et ideo nō fuit conueniēs, quod Christus post resurrectionem maneret in terris, sed conueniēs fuit, quod ascenderet in cælum, hæc D. Tho. Diuersa loca diuersis rebus à Deo concessa sunt, vt quæque res sibi conuenientem locum habeat. Hinc elementa symbola sunt, vt locus, & locatum coaptetur. Locus est etiam alius auiibus, alius piscibus, alius animantibus terrestribus. Gloriosi ergo corporis locus incorruptibile cælum est.

D. Tho.

Cōueniens etiā hic locus erat Christo Dño, eo quod in mūdo se deiecerat, atq; humiliauerat. Qui enim descendit, ipse est & qui ascendit, vt Paulus ait. Fontis aqua tantū iterum ascende re solet, quantum descenderat prius. Exiui à patre, & veni in mundum, iterum relinquo mundum, & vado ad patrem, loquitur fons noster Christus. In statera si lanx ista de primitur, illa eleuatur, & quod hæc inferior, eo illa altior erigitur. Ad hūc modum se habent vita præsens & futura, quo hæc per humilitatem depræssior, eo futura altior est, & sublimior. In libris rationum solet summa colligi totius paginæ, & in fine illius collocari, & illa ipsa summa in sequentis paginæ capite collocatur. Sic condens Deus mundum, sexto die hominem condidit, qui summa & collectio totius mūdi est, & factus ipse homo in vltimo omnium loco se posuit, dicēte propheta, Desiderauimus eum despectum,

Ephē 4.
Simile.

Ioan. 15.

Gene. 2.

Esa. 53.

despectum, & nouissimum virorum. Ecce illum in fine paginae collocatum in hoc mundo. Sit ergo in capite alterius paginae, factus in caput anguli. Ut illud impleatur. In capite libri scriptum est de me. A Equum est, ut qui Benoni fuit, sit Beniamin, qui filius doloris, filius dexteræ. Qui à tribunali in tribunal ductus est, sit iudex viuorum & mortuorum. Cuius nomen irrisum & blasphematum est, nunc adoretur, & ei genua flectat cælum, & terra. Qui sub omnium fuit pedibus, qui Barabbæ posthabitus est, nunc super omnia exaltetur. Impleaturque illud Pauli. Constituens illum ad dexteram suam in cælestibus, super omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & dominationem, & omne quod nominatur, non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro: & omnia subiecit sub pedibus eius. En arcam Noe in ætate aquis diluuij, requiescit hodie super montes Armeniae. En Arcam à Philisteis captam, quæ magna strage hostium facta reuertitur ad domum solis. En arcam testamenti, quæ prius in papilionibus habitauerat, & in tentorijs, nunc in magnificentissimo Salomonis templo collocatur cù summo gaudio. En impletam illud Psal. surge Domine in requiem tuam, tu, & arca sanctificationis tuæ. Hodie audiuit peregrinus noster illud, quod olim Iacob, reuertere in terram natiuitatis tuæ. Summo verò cum gaudio reuertitur, si enim exultauit ut gigas ad curædam viam, an non exultabit via consummata?

Ex his verò, quæ hucusque diximus, duo nobis colligenda sunt. Primum, de tanto Christi bono gaudere. Amabile quidè proprium bonum, & nobis delectabile valde. Sed quando bonum aliquod est vniuersale, nõ possumus non de illo gaudere. Sicut cum audimus victoriã maximam de inimicis fidei partã. Quantum gauderes audiens vniuersum mundum Christi fidem suscepisse? Quantum gauderes audiens, vniuersos homines in cælum migraturos, nullumq; damnandum esse? Eximia de hac re afficereris letitia. Maiori verò afficite oportet de Christi Domini gloria, quia illum plus diligere debes quam reliquos omnes, & eius gloria plus est, & pluris censenda, quam reliqua omnia. Quia verò nostri amantiissimi sumus, summe de hoc gauderes, si diuina reuelatione agnosceres, esse te de numero electorum felici, & proculdubio æterna felicitate donandam.

*Psal. 39.
Gene. 35.
Acto. 10.*

Eph. 1.

*Gene. 8.
1. Reg. 6.
3. Reg. 8.
Psal. 131.*

*Gene. 31.
Psal. 44.*

A nandum, tunc exultares, tunc gestires præ gaudio. Exulta ergo nunc, & lauda magis de Christi gloria, charitate enim teneris plus Christum diligere quam te ipsum, & ideo plus de eius gloria gaudere debes, quam de tua. Audi lætantes sanctos de Agni gloria, cum suam ipsorum non commemorent. Dignus est agnus, qui occisus est, accipere virtutem, & diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem. Nobis ego similiter dicendum est, ut Ioannes continuo ait. Et omnem creaturam, quæ in cælo est, & quæ super terram, & subtus terram, & mare, & quæ in eo sunt, omnes diuini dicentes sedenti in throno, & agno, benedictio, & honor, & gloria, & potestas in sæcula sæculorum.

B Secundū verò hinc colligendū nobis est illud Pauli. Qui ascendit, ipse est, & qui descendit. Vis ascendere cum Christo, descende cum eo, humiliare, ut exalteris, ad hoc ille venit in mundum, ut nobis viam nouam ascendendi ostenderet per humilitatem, de qua re multa in primo concionum nostrarum Tomo. Dominica in Quinquagesima, in illud, ecce ascendimus, &c.

Ostendimus Christo Domino conueniens fuisse ascendere. Nunc facile ostendemus, cælesti etiam curiæ id conueniens fuisse, Cum Rex maximus regnum suum reliquit, & peregre profectus est, re aliqua grauissima id exigente, confecta iam re, & absoluto negotio iusta ratione regnum petet à rege, ut in curiam & regnum suum reuertatur. Descenderat Christus è cælesti curia in terram, ut hominum regnum Patri, sibi que acquireret. Perfectum iam hoc opus est, consummata redemptio, merito cælestis curia petit, ut in eam reuertatur, si enim Angeli optant, vacua sedes impleri, potiori iure desiderant vacuam capitatis sedem repleri. Plus enim vacuum cælum est, si vacua sedes capitatis est, quam si omnes sedes Angelorum vacuæ essent, est verò Christus Dominus non hominum solum caput, sed, & Angelorum, fuit verò lætissimus hic dies, & festius cælo multo plus quam dies glorificationis Angelorum. Sicut enim cum inclito Regi offertur Carbūculus preciosissimus, curat vel in annulo suo, vel in re altera ex auro confecta, illum collocare, annulum verò vel opus aliud ex auro conficit, ornat, & in va-

rias.

Apo. 5.

Eph. 4.

Simile.

Simile.

rias effigies efformat, vt conueniens locus sit Carbunculi, sed
 eum Carbunculus apponitur, & coaptatur loco suo, plus splen-
 doris, pretijque præstat, quam reliqua omnia, quæ in illius or-
 namentum sculpta erant. Itaque planè cælestis curiæ Carbunculus
 Christus Dominus est. Lucernam in cælesti Hierusalem non
 vidit Ioannes. Quia agnus lucerna eius est, reliqua omnia, quæ
 in cælis sunt, à Deo condita sunt, vt ornamentum & locus hu-
 ius Carbunculi sint, & in immensum superat Carbunculus hic il-
 la omnia, vnde plus cælestem curiam ornat, perficit, atque illus-
 trat Christus Dominus, quam omnes Angeli, & homines. La-
 psumus ergo hic dies cælesti curiæ est. Hic certe est gemmula
 Carbunculi in ornamêto auri. Quântum ergo splendore & decoris
 adduxerit cælesti curiæ Christus Dominus, dici non potest. Sol-
 est irradians vniuersas stellas. Adest iam facies illa plena gratia
 eum, quam desiderant Angeli prospicere, in cuius circuitu, vt
 Ioannes ait, Iris est in circuitu sedis similis visioni smaragdi.
 Hoc autem pretiosus smaragdus singulare habet, vt oculos at-
 tente eum intuentes afficiat potius, & recreet, quam aliqua ex
 parte offendat vel offuscet. Præcipuo ergo gaudio exultauit
 hodie cælestis curia rege suo suscepto. Vt ea verò, quæ dicta
 sunt, in rigore verum contineant, attende hodie festum: agi diè
 vniuersæ Christi Domini gloriæ quam suscepit, in anima in in-
 carnatione, in corpore in resurrectione, quæ gloria maior po-
 tiorque est; & plus cælestem patriam illustrans, quam gloria
 omnium beatorum.

Angelorum etiam gaudium in hodierna festiuitate collige-
 re possumus ex eorū in Natiuitate lætitia. Si enim lætati sunt vi-
 dentes regem suum in bellum intrare, quæ lætitia excipietur è bel-
 lo victorem reuertentem? tunc Euangelista memorat apparuisse
 se militiam cælestem, quia militanti regi milicia cælestis adun-
 gitur, nunc triumphatori adstant in vestibulis albis, sic enim eos
 hodie apparuisse testatur Lucas. Quando prælium, quod inter
 duas ciuitates, aut regna committendum erat, ex eorum pacto
 committitur inter duos præcipuos viros, eligente ciuitate vel
 regno virum vnum fortissimum robore, qui eius agat partes.
 Cum commissum bellum est inter hos duos, & alter victor eu-
 dens ad suos reuertitur reportata tum victoria, tum omnimo-
 da glo-

Apoc. 21.

Apoc. 4.

Luc. 2.

Acto. 1.
Simile.

A da gloria, & potestate. Quo gaudio excipitur à suis. Ingressus
 est Christus Dominus pro vniuerso hominum genere in bel-
 lum aduersus dæmonem, nec pro hominibus tantum, sed vt Pa-
 tris & Angelorum omnium partes ageret. Victor euasit, for-
 tē superauit, eius vasa diripuit, spolia Angelis tradidit. Quis di-
 cet, quo gaudio ab eis excipietur? Excipitur sicut Iudith ami-
 putato Holofernis capite, sicut Dauid superato Goliath, porro
 cum reuertetur percusso Philistæo Dauid, & ferret caput
 eius in Hierusalem: egressæ sunt mulieres de vniuersis urbibus
 Israel cantantes, chorosque ducentes &c. Cōtigit hodierna die
 Angelis, illud Esaiæ. Letabuntur coram te, sicut qui lætantur in
 messe, sicut exultant victores capta præda, quando diuidunt
 spolia. Seminauerunt olim Angeli, dum homines custodie-
 rant, sed nihil hucusque messuerant, triticum in horreum cæ-
 li non congregauerant, sed nunc lætantur coram Christo, tan-
 quam in messe, quia nunc quos seruauerunt, metunt, & in cæ-
 lum ducunt, nunc spolia hostium diuidunt. Summa ergo lati-
 tia exultant.

Vidimus Christo Domino, & cælesti curiæ conuenire Chri-
 sti ascensionem. Restat videndum, quomodo nobis conueniēs
 esse possit. Et sine dubio nostra intererat, vt ascendent ille, no-
 ster est ille totus, & omnia, quæ illius sunt, nostra sunt, & sicut
 propter nos descendit, ita & ascendit. Et hic videtur congruus
 sensus verborum illorum, qui ascendit, ipse est, & qui descen-
 dit, sicut idem est in persona, qui ascendit, & qui descendit, ita
 idem est affectu, dulcedine, ac amore, id est, quo affectu, ac di-
 lectione descendit ad nos è cælis, eo ascendit propter nos ad cæ-
 los, nec mutauit ingenium suum, idem ipse est. Hoc verò & ip-
 si homines, à quibus discedit ascendens, ostendunt, dum petunt
 eius ascensum qui olim petierant aduentum, hinc Psal. Exur-
 ge Domine Deus meus in præcepto, quod mandasti, & Synago-
 ga populorum circundabit te & propter hanc in altum regre-
 dere, id est. Veni Domine ad nos in charitate tua magna, quam
 dicis præceptū esse tuū. Vt diligatis inuicem sicut dilexi vos. Et
 cum ad nos hac tanta ostensa charitate veneris, & vniuerso mū-
 do congregabitur tibi ecclesia, cuius causa, vt ei beneficias in
 altum, in cælum iterum conscende. Audi etiam sponsam ipsam
 amore

Iudith. 13.
1. Reg. 18.

Esai. 9.

Ephe. 4.

Psal. 7.

Ioan. 15.

amore flagrantem sponsi, quid dicat. Vocat sponsum suum, dicens, veniat dilectus meus in hortum suum, videt eum venientem, & ait. Ecce iste venit saliens in montibus, transfiliens colles, sed cito eum recedere petit, dicens. Reuertere, similis esto dilecte mi capree, hinnuloque ceruorum super montes Bethel. Et iterum. Fuge dilecte mi, & assimulare capree, hinnuloque ceruorum super montes aromatum. Quid hoc de sponsa, nunc vocas: iam reijcis? rogasti, ut veniat? iam rogas, ut redeat? certe vtrumque ei expediebat. Expediens ergo nobis ascensio Christi est, hinc ille ait, expedit vobis, ut ego vadam. Hinc Apostoli reuerſi sunt in Hierusalem gaudentes Christo Domino in celum sublato, ut Lucas ait.

*Cant. 2.**Cant. 8.**Ioan. 16.**Acto. 1.**Miche. 2.**1. Cor. 16.**Simile.**Hebr. 10.**Iosua. 3.**Num. 32.**Deut. 32.*

Primò ergo nobis expedit, ut ascendat, quia Ascendit pandens iter ante eos, ut propheta ait. Fuit nobis primus parens, Adam, qui descendit, pandens nobis iter mortis, quod ante clausum erat. Sed secundus Adam ascendit, pandens iter vitæ, quod clausum erat. Quia sicut in Adam omnes moriuntur, ita in Christo omnes viuificabuntur. Accidit aliquando, iter in curiam impediri niue multa, quæ in montem descendit, qui in via est, tunc viatores omnes detinentur in proximo castello, aut hospitio prope montem, donec tempestate cessante viator viægnarus iter carpit, & semitam aperit, per quam reliqui viatores eum sequuntur, & sic pandit iter omnibus, sic vitæ æternæ iter impeditum erat peccato hominum, nullis humanis vestigijs temeratum, venit Christus Dominus, & notas fecit nobis vias vitæ, quam initiavit nobis viam nouam, & viuentem, per velamen, id est, carnem suam, ut Paulus ait: En ascendit, pandens iter ante nos: Sicut Iosue. 3. Arca testamenti præcedens aperit viam per Iordanis alueum Israeli, ut ingrediatur in terram promissam.

Si ergo nobis via in celum aperta est per Iordanem, tranſeamus cum Arca Dei præcedente nos. Nec efficiamur similes illis, qui trans Iordanem manere voluerunt, quia Pascha vberima gregibus repererunt, an non his similes plures hodie reperies, qui in hoc seculo nequam perpetuo manere vellent, si possent, quoniam sensibus brutis delectationes inveniunt. Ascendit ergo Christus ut aquila prouocans ad volandum pullos suos,

A suos, & super eos volitans, ut nos post se trahat, sicut Magnes facit ferrum ascendere, hæc est via illa aquilæ in celo, quæ se igno rare, Salomò ait, eam verò explicat Iob dicens, ad præceptum tuum eleuabitur aquila, & ponet in arduis nidum suum, ubi rex est, & curia est, Christus rex in celum transmigravit, si de curia dici volumus, illuc corda nostra transferamus, ut conuersatio nostra in caelis sit, alias nanque de terra terreni dicemur.

Secundò, nobis expedit hæc Christi ascensio, & de ea nobis gaudendum est. Quoniam spes nobis magna datur consequendi id, quod caput nostrum possidet, sine membris enim caput non erit, & quo caput præcessit, membra sequentur. Qua ratione Paulus ait, qui conresuscitauit nos, & cõsedere nos fecit, in caelestibus in

Christo, iam enim quasi in caelestibus sumus, dum caput nostrum ibi est. Cum debita proportio membrorum in corpore est, si caput in trat per foramen aliquod, vniuersum corpus intrare potest. Iam ergo caput nostrum caelos penetrauit, si membra ei apta, & conuenientia fuerimus, intrabimus illuc, & nos, habentes ergo potestatem, qui penetrauit caelos IESUM, teneamus spei nostræ cõfessionem, ut Paulus ait. Cum classis in mari periclitatur, si videat, nauem aliquam portum conscendisse, resumunt vires relique, sperantes etiã, unde portum se cõsecuturas, & milites videntes ducem murum cõscendisse inimicorum, & arcem possidere ciuitatis, licet illi in capto sint, sperant, se illuc peruenturos. Omnis autem, qui habet hanc spem, sanctificat se, sicut ille sanctus est, ut Ioannes ait. accendamus ergo ad pugnam, viriliter agamus fortes in fide.

Tertiò expediebat nobis Christi ascensio, ut in celo nobis esset aduocatus, qui causas nostras cum Patre ageret vniuersas. Hinc Paulus. Non enim in manufactis sanctis IESUS introiuit exemplaria verorum, sed in ipsum celum, ut appareat nunc vultui Dei pro nobis, & Ioã. Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. O mirabile aduocati patrociniũ, in quo aduocatus ius tribuit clienti, & quæ non habet in negotio suo iustitiã, ille præstat, verã, & inhaerentem. Non tales hodie hominibus aduocati esse solent. Ius enim clienti tribuit nullus, & plures in curia sua ius, quod cliens habet, defendere nesciunt. At Christus Dominus aduocatus, hominum sic ait. Si iustus de homo es, si

H

ius ha-

*Prouer. 30.
Iob. 39.**Eph. 2.**Simile.**Hebr. 4.**Simile.**1. Ioan. 3.**Hebr. 9.**1. Ioan. 2.*

ius habes in regnum celorum, ego ius addā, ego iustificabo. **A**mpli⁹, si ius nō habes, ego dabo, ne causa excidat. Mirabilis profecto aduocatus, propter quē, dicere possumus illud Pauli. Si Deus pro nobis, quis cōtra nos. Quis accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat, quis est, qui cōdemnet? Christus Iesus qui mortu⁹ est, imo qui & resurrexit, qui & est ad dexterā Dei, qui etiā interpellat pro nobis. Sūma hinc nobis fiducia est. Est enim causę nostrę aduocatus, qui postea futur⁹ est iudex. Cuius causa cader, si talē habuerit patronū? Quid nō obtinebim⁹ à Patre tanto mediatore? cui de iustitia debita exauditio est. Exauditus est pro sua reuerentia. Si conspiceres nunc apertis cælis, vniuersam cælestē curiā pro te orantē, & causam tuā agentem, quanta tibi fiducia esset? Sed hoc nihil est, si cū Christo aduocato cōsularatur. Potentior multo ille solus est, quā vniuersa cælestis curia. Hinc Psal. Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tēpore opportuno. Verūtāmē indiluuio aquarū multarum ad eū non appropinxiabunt. Quasi dicat. Sancti orant, vt nobis diuinā impetrent misericordiā, sed in tēpore opportuno. Sed cū Deum maxime iratū vident propter peccatorū diluuium, non audent petere. Hinc Noe nō orat, ne diluuiū desoletur terra, & Dominus ait. Si steterint Moyses & Samuel corā me, nō exaudiā eos. Sed nū eo tempore diffidet homo? Nequaquā, ideo subdit Psal. Tu es refugiū meū à tribulatione, quæ circumdedit me, id est. Deserētibus omnibus sanctis, cū illi petero nō audent, ad te cōfugiam. Tibi enim omne tempus opportunū est, cui semper exauditio debetur, cui merita tanta sunt, vt nulla pōssint solutione vacuari, quia infinita sūt.

Quartō expediebat nobis Christi ascensio, vt impleret illud quod ipse dixit. Vado parare vobis locum, & si abiero, & pręparauero vobis locum, iterum venio, & accipiā vos ad me ipsum, vt vbi sum ego, & vos sitis. Quemadmodum enim regni Hispaniæ Præses ē sublimi ea dignitate conspicit vniuersa officia, ac munera optima, quæ in regno sunt, & vocat consanguineos, ac notos, vt illos exaltet, inter eos præclara munera distribuens, ac dignitates præstans, ita Christus Dominus sedens à dextris Dei vacuas. Angelorum sedes conspiciens, in eas homines disponit gratia sua, & illos dignos effectos ad eas assumit; vnumquemq;

collocans

A collocans in ea sede, quæ illi apta est. Hanc olim potestatem cōcessit Pharaō Iosepho in terra Aegypti, dicens. Terra Aegypti in conspectu tuo est, in optimo loco fac habitare fratres tuos, & trade eis terram Gessen. Quod statim Ioseph fecit. Hanc vero traditam Christo Domino potestātē à patre in cælesti regnō, ostendit ipse dicens. Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra, vt regna illa fratribus distribuatur. Dicit verō Christus Dominus, se ire, ad præparandum hunc locū, quia morte, resurrectione, & ascensione sua cæli iter clausum aperuit, & in cælesti regno consistens misit Spiritum sanctum, quo discipulos, & fideles dignos effecit sedibus cælestibus.

B Sed nunc interrogo. Si nunc pauper esset, & exulans, qui hæc audiret, frater tuus Hispaniæ rex factus est. Vocatq; te, vt cum illo regnes, vt partem maximā regni sui tibi largiatur. Nū hoc nunciū negligeret? Num in Hispaniam non properaret? Audi ergo miser & ærumnosus homo. Frater tuus, primogenitus in multis fratribus cæli culmina tenet. Vocat te, vt cum illo regnes, an vocationem hanc negliges? Videte vocationem vestram fratres, in regnū æternum vocati sumus, vt vbi Christus est, & nos simus. Raptus in cælum Elias erat, & cum filij Prophetarum vellēt eum quærere, ait Eliseus, nolite, mittere. Non sic nos dicamus de Christo nostro, sed potius cum in cælum cōscēderit, quæramus eū, dicamusq; Ecclesiæ, quod spōsæ sodales aiunt. Quo abiit dilectus tuus d̄ pulcherrima mulierum, quo abiit dilectus tuus, & quæremus eum tecum? Quonā abiit dilectus ex dilecto Christus Dominus? Dilectus, ait, meū abiit in hortum, vt lilia colligat, in cælum migravit, vt martirum lilia, rosas virginum, flores confessorū decerpatur. Quæramus ergo nos illum, in cælum migrēmus, vt eum inueniamus, implēntes illud, quod nūc Ecclesia orat. Vt qui hodierna die vnigenitum tuum ad cælos ascendisse videmus, ipsi quoq; mente in cælestibus habitemus. Conuersatio ergo nostra in cælis sit. Illic thesaurus noster est, illuc & cor nostrum sit, illuc oculi, & desideria dirigantur.

In Ascen-

Rom. 8.

Heb. 5.

Psal. 31.

Hiere. 15.

Ioan. 14.

Simile.

Gene. 47.

Matt. vlti.

Simile.

4. Reg. 2.

Cant. 5.

In Ascensione Christi, sermo Secundus.

Them. Et Dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in celum. Mar. vltim.



De conuenientia Ascensionis Christi Domini, ratio est dubitandi, postquam enim Deus viscera misericordię, ac dilectionis mundo ostēdit, & hæc infinita, omne illud, quod non tantam Dei erga nos beneuolentiam, ac amorem ostēdit, non equē conueniens, & opportunum esse videtur, huiusmodi verò Christi Domini ascensio apparet. Ex parte quidem patris, qui dedit nobis filium suum, cum nunc eum ad se assumat, videtur donationem reuocare, & donū ab ingratis repetere. Et sicut donatio signū fuit summi amoris, dī cēte filio. Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vniuersitū daret, ita subtractio filij, à nobis iræ signum esse videtur, nec sine magno incōmodo vniuersi id fieri posse apparet. Si enim nūc ab Hispania tolleretur vniuersum aurū, & argentū, quod ex Indis ad eā venit, vt in Indiā iterum deferretur, misera, ac pauper Hispania maneret. Si repeteret mare à terra vniuersa flumina, quæ ex illo proficiscuntur, & emanant, vt irrigent superficiē terræ, arida, & misera terra relinqueretur, quæ illis irrigata aquis fecundatur. Fons ille, qui egrediebatur de loco voluptatis, ad irrigandum vniuersam superficiem terræ, Christus Dominus est, qui exiuit à patre, & venit in mundum, sed nunc iterum relinquo mundū, & vado ad patrem, ipsemet ait, aridus mūdus erit huiusmodi irrigationibus destitutus. Tu Dñe dixisti, ego sapiētia effudi flumina, ego quasi trames aquæ immēse, ego quasi fluuius Dorix: ego quasi aquę ductus exiui de paradiso, dixi, rigabo hortū plātationū mearum, & inebriabo partus mei fructū, erit

Ioan. 3.

Similia.

Gene. 2.

Ioan. 15.

Eccles. 2. 4.

A erit ergo nunc mundus absque te, quasi hortus sine aqua.

Auget verò dubitandi rationem dictum illud Pauli. Sine *Rom. 12.* pœnitentia sunt dona Dei. Qua ergo ratione donum, quod mūdo dedit, nunc repetit?

Ex parte etiam filij non tantum videtur in ecclesiā dilectionem ostendere, cum ab ea discedit. Cum enim sponsa præcipue desideret sponsi sui præsentiam, Ecclesia Christi sponsa hanc super omnes spōsas cupit, & exoptat, & merito, quia in eo vno omnia habet. Vnde ait. Dilectus meus mihi, & ego illi. Et iterū. *Cant. 1.*

Quid mihi est in cęlo, & à te quid volui super terrā? Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. Qua ergo ratione dī spōse

B se dulcissime Ecclesia relicta in terra, in cęlum ascendis? an nō melius, dulciusq; esset, nobiscum manere vsq; ad cōsummationē sæculi, nos regere, nos docere, & tūc demū, assumpta vniuersa ecclesia tecum, in cęlum conscendere? Te præsentē, ac cōsolatore omnia tormenta, ac persecutiones facile Ecclesia toleraret, in tribulationibus, & tentationibus non deficeret in omni scrupulo ad te confugeret. O diuinę pastor, qui ouem errantē venisti querere, quomodo eā inter crudelissimas bestias relinquis, & tu ad cęlestia tutus migras? an nō rectius foret, in humeros imponere, tecumq; deportare? Hanc querelam proponit propheta Christo Dño, dicens. Quare sicut colonus futurus es in terra, & sicut viator declinans ad manendum? quæ verba Va

Ctablus in hunc modū vertit, Saluator Israel cur fieres vt peregrinus in terra, & sicut viator, qui ad pernoctandū diuertit? quo loco Hieronymus ait, hæc verba nostri de futura Christi dispensatione dici putant: quod futurus sit peregrinus in terra, & paruo tempore terræ vsurus hospitio, & quasi vir pertransiens, ac robustus. Quasi ergo propheta dicit. Ciuem te volebamus, non colonum, nobiscum commorantem, non viatorem, tam cito transeuntem. Quam transitus velocitatem explicat Psalm. exultauit vt gigas ad currendam viam. Has dubitandi rationes præuiderat Christus Dominus. Et ideo multis verbis cū discipulis egit de conuenientia sui discessus, & ostendit, quod sicut accessus ex amore processit, ita & discessus, & proximis his Dominicis Euangelia proposuit nobis Ecclesia, in quibus de hac reagitur.

Cant. 1.

Psal. 72.

Hiera. 14.

Hierony.

Psal. 18.

Ostendendum nobis est, Christo Domino, & nobis conuenientem esse eius ascensum. Et de Christo id facile patet. Si enim de aliquibus sanctorum Paulus ait. Quibus dignus non erat mundus, quid diceret de sancto sanctorum? Corpus quidem illius; licet vere humanum esset, non caeleste, sed in multis caeleste, imo diuinum erat, quia Deo hypostatice unitum. Unde à tota natura sursum pelleretur, quia tanquam diuinum super omnia corpora esse oportebat. Hunc enim ordinem elementa inter se seruant; ut inferius locum capiat inferiorem, & superius eleuet super se, aqua descendit, & sursum eleuat aërem. Unde si pars caeli à Deo scinderetur, & in terram projiceretur, à tota natura sursum pelletur. Sic omnis creatura se subdit diuino corpori, & sub eius pedibus se collocat. Hinc Psalmus. Caelum caeli Domino. Et Paul. Ascendit super omnes caelos. Et omnia subiecit sub pedibus eius. Et tantae quidem Christi Domini humanitati tanta respondere debuit exaltatio. Sic accipiendum est illud Apoc. Ego sum primus, & nouissimus, Alpha, &, Omega. Id est. Sum primus, quia fui nouissimus virorum, quia super omnes deiectus, super omnia exaltatus. Impletumque in Christo Domino est illud Esaiæ. Reuersus est sol decem lineis per gradus, quos descenderat. Sol iustitiae Christi in horologio huius mundi lineis decem, dum minoratus ab Angelis in incarnatione, nouem lineis descendere rat, propter nouem Angelorum ordines. Sed in passione de cima descendit linea, factus nouissimus virorum. Nunc ergo perfecta hominis salute, ac consummata, rursum ascendit sol decem illis lineis, exaltatus super omnes homines, & Angelos. Quia gloriam praecedit humilitas, ut Sapiens ait.

Nobis verò conueniens Christi Domini ascensio fuit. Primo in fidei, spei, & charitatis augmentum. Fides quidem aucta in nobis est, dum de illis sumus, de quibus Dominus ait, Beati, qui non viderunt, & crediderunt, & Petrus. In quem nunc quoque non videntes creditis. Cum enim fides sit de non visis, quo minus res aliqua videtur, eo fides in illam maior est, ut ergo auctior fides ecclesiae esset, ablatus ab ea spòsus est. Ut sicut Abraham credidit Deo, & exijt nesciens, quo iret, ita nos credamus eum, quem non vidimus. Spes etiã nostra mirum in modum aucta est

Christi

A Christi ascensione, Christus enim Dominus in caput, & exemplar hominibus datus est, quem in omnibus imitemur, unde sicut passioni eius debemus conformari, ita resurrectioni, & ascensioni, ut omnia, quae in exemplari sunt, imitemur. Qui ergo cernimus, Christi corpus super caelos exaltari, speremus, corpora etiam nostra exaltanda fore. Resurrectionem mortuorum aliqui ex philosophis suspicati sunt propter desiderium animae implendum, quo naturaliter corpori optat uniri. Sed ascensum corporis super caelos, nullus philosophorum vel à longe affectus est.

Cum tamen ratione naturali manuduci ad id possimus. B Corpus enim animi instrumentum fuit in operibus virtutis, & ideo praemio maximo donandum est, & altius efferendum quam sol, aut luna. Et cum socius fuerit animo ad virtutem, oportet sit etiam praemij socius. Et cum solus Deus dignum virtuti praemium conferre possit, Dei opere illud corpori tribuendum erat. Quid ergo mirum, si dicamus, à Deo concedi corpori humano, quod soli lunaeque concessit, cum tanto sit dignius, atque excellentius, & in opere virtutum se exercuerit? ut ergo hanc corporis sublimitatem speremus, ascendit hodie Christus Dominus coram multis, ut impleatur illud Psalm. viderunt ingressus tuos Deus ingressus Dei mei, regis mei, qui est in sancto, hoc etenim viso, spes nostra roboratur.

C Sed libet, parum in hac re consistere, dulcissima enim homini est. Prona etenim cum spectet animalia caetera terram, o homini sublime dedit, caelumque videre iussit, & erectos ad sidera tollere vultus, certe ut habitationem illam optaret, expectaret, & quereretur, quae nos expectat, nobis condita à Deo est, & vacua est donec in eam veniamus. Si in desertum locum secedens, domum inuenires regiam supra elaboratam arte, omnibus refertam bonis, & illam solam inuenires, sine villo homine, doleres, tantam domum sine habitatore esse, ac diceres, sine dubio tanta domus aliquem expectat principem, qui eam inhabitet. Sic inspecta caelorum pulchritudine, ac magnitudine, agnoscimus, domum tantam sine habitatore non futuram. Inspice inferiorem hunc mundum, innumeris ornatum rebus, si eum sine homine videres, an non solus tibi appareret? Nec satis esset; Angelos hic esse,

H 4

quia

Heb. 11.

Psalm. 113.
Eph. 1.

Apoc. 1.

Esai. 38.

Esai. 53.

Prouer. 15.

Ioan. 20.
1. Pet. 1.

Heb. 11.

Psalm. 76.

Simile.

quia illi proprie in loco non sunt, & sine loco plerumq; sunt, nec loco indigent, & corporalia corporalibus coaptantur, & quemadmodum oculus colores optat, auditus voces, gustus sapores, ita colores voces sapores in oculos, aures & gustus ordinati sunt. Si ergo mundus hic brevis, & minimus sine homine habitante solus esset, & otiosus, quanto magis regia cælorum domus, quæ magnitudine ita terram excedit, ut hæc punctum dicatur à philosophis, & sicut magnitudine, ita excellentia superat vniuersa terrena, ut D. Th. ait? Inardescit animus tanta domo visa, & ait quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini. O Israel quam magna est domus Domini, & quam ingens locus possessionis eius: domus magnitudo ostendit dignitatem iusti inhabitatoris illius, nec enim infimo de plebe domus magna constructur. Hanc cælestem domum, hoc habitaculum non manufactâ ingreditur hodie caput nostrum, ut nos illud ingredi speremus. Etiam si pauper, & abiectus videre, si iustus es, cælum penetra bis, stellas calcabis, inter Angelos sedebis, o dulcissimum homini nuncium.

Sed quoniam hodie Christi gloriam celebramus, & nostrâ, in hac re diutius immoremur. Nec immerito, etenim sicut legis veteris prædicatio fuit terror, minæ, flagella, ita Euangelij prædicatio propria, ac conueniens est Dei misericordia, magnitudo honorum, quæ nos in cælo expectat. Veteri legi timor & pœna, nouæ verò amor, & gloria conueniunt. Et quoniam tibi cor filij non est, sed serui, ideo indiges prædicatione terribilium, dicamus ergo nunc aliquid, quod gratiam deceat, quod ad filios pertineat, quod dulce sit.

Quid nam in patria illa beata parauit nobis pater? quæ in ea bona seruata sunt nobis? Dic tu potius mihi, quæ nã desideras, quæ vis ibi esse? vis amplâ domum? cælum domus tua erit, vis illu stres socios? Angeli, & sancti tibi adiuentur, placet tibi sensuum delectatio, omnis ibi sensus delectabitur, quid desideras? dilata os tuum, & implebo illud. Ibi vniuersa bona, & vera bona sunt, quid in terris ea queris? non hic sunt, sed in cælo. Quod si in terra ea queras, similis factus es Catello, qui cum vmbra iocatur, credens verum aliquid vmbra esse, cum nihil sit. Putas hono-

res vo

Ares, voluptatem, & diuitias vera bona esse, nec tamen sunt, sed vmbra potius. Omnia velut vmbra transierunt, impij aiunt. Satiari, aut ditescere vmbra non potes, vera ergo delectatio, & vera bona corpori in cælo seruata sunt. *Sapie. 3.*

Sed hæc, quæ diximus parua sunt, hæc enim quæ corpus respiciunt, sub mensa Dei sunt non super mensam, hæc enim corporalia non gustat Deus, cibus illius nequaquam sunt: quid ergo ille cibus erit, qui super Dei mensam est? qui præcipuus cibus cæli est? de quo Saluator ait. Ego dispono vobis regnum, ut edatis, & bibatis supra mensam meam in regno meo? non ait sub mensa mea, ut Adonibezec reges tenebat, sed super mensam meam, in eadem, inquit, mensa fedebimus ego, & *Luc. 22.*

B sponsa mea, eodem cibo pascemur. Sed Domine quo cibo tu pasceris? cibus Dei Deus est, videns, & diligens, & fruens se pacitur Deus, idem tibi cibus erit, videbis Deum, diliges eum, frue ris illo. Eo diuina largitas in homines processit, ut non satis illi fuerit omnia creata dedisse, nisi & seipsum daret, tunc reuelabit faciem suam nobis, faciem plenam gratiarum, ut eam videamus non per speciem creatam, sed se ipsa. Reliqua omnia videre possumus per speciem aliam à re, quam videmus, Deus verò sic videri clare non potest, sed seipso tanquam specie. Præterea verbum illud, super mensam meam, aliud nobis innuit consideratione dignum. In cælesti regno charitas in Deum & amicitie dilectio ardet, & supremam lineam tangit. Hinc propheta ait. Dixit Dñs, cuius ignis est in Sion, & caminus in Hierusalé, *Esai. 31.*

Sion speculâ sonat, & Ecclesiâ significat, in qua ignis est charitatis, ut impleatur illud. Ignis in altari meo semper ardebit, attamen caminus, qui ignem maximum sonat, in Hierusalé est, in visione illa pacis, in cælesti Hierusalé, quæ sursum est, quæ est mater nostra. Cum enim beati diuinam bonitatem, infinitam quæ illâ pulchritudinem intuentur, sic in amoré Dei rapiuntur, ut caminus in corde illorum accedatur, & pro eo innumera pateretur torméta, si oporteret, & si Deo vel minimum boni addere possent, se ipsos in nihilum verterent, ut id præstarent. Et tanto Deum prosequatur amore, ut eorum præcipuum gaudium non sit ex eo, quod illi Deum possident, Deo quæ fruuntur, sed potius ex eo, quod vident, Deum infinita præditum gloria, & bonitate, licet *Leni. 6.*

Hæc enim

enim beati sibi ipsis desiderent gloriam, magnitudinem, & gaudium, sed præcipue hæc omnia desiderat Deo suo, cui optant infinita bona, cumque beatus videat, illa in Deo esse, & omnia, quæ ei desiderare poterat, Deum possidere, gaudent de hac re amplius, quam de sua beatitudine. Et sic fit, ut super mensam Dei sedeant, cum præcipuus eorū cibus, præcipuūque gaudium sit de Dei gloria, ac de eius gaudio, Dei ergo cibo, & Dei gaudio pascuntur, & hic est sensus illius Christi Domini sententiæ. *Intra in gaudium Domini tui, non solum quia Deum videt beatus, & eo fruitur, sed quia sicut Deus gaudet de bono suo, & gloria sua, ita beatus præcipue lætatur de Dei gaudio, atque gloria. Hæc gloria beati est super omnem gloriam, paradisi super omnem paradysum, dum Deum diligunt propter se ipsum, & se ipsos, & reliqua omnia propter Deum, summe dilectum. De qua re Propheta ait: Pars mea Dominus, dixit anima mea, propterea expectabo eum. In illa die erit Dominus exercituum corona gloriae, & sertum exultationis ijs, qui saluati fuerint ex Israel, quia gloria Dei eorum est corona. Qui ad tantam mensam vocati estis, ad tantum inuitati conuiuium, ut quid vanitatibus mundi huius satiari vultis? Deus cibus tuus erit, ieiuna ergo nunc, anima Deo implenda, ut quid luto nunc impleatur.*

Si hac vita spe præditus esses, qua tanto bono frui sperares, nihil vana, & caduca mundi huius duceres, diuitias contempneres, dicens. Diues ero in æternum cum Deo meo, laboribus non fatigareris, dicens. Requies opulenta, & æterna mihi seruata est. Audisti patientiam Iob? Perijt vniuersa illius substantia, & cōmōtus non est, sed ait, Dominus abstulit, &c. Tibi perit parū substantiæ, & sustinere non vales. Perierunt vniuersi filij Iob, & nihil stultū cōtra Deū locutus est, tu vnus filij mortem sustinere non vales, in corpore vniuerso ille plagas sustinuit, donec sanie testa raderet in sterquilinio, & patienter sustinuit, & Deum benedixit. Obsecro Iob, nobis dicito, quid cogitabas, ut tanta patienter sustineres. Scio, ait, quod redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deū saluatorem meū. Reposita est hæc spes mea in sinu meo. En firmam spei anchoram

Matth. 25.

Esa. 9.

A chorā, qua in tot fluctibus maris nauis iactata nō est. Hinc Paulus. In quo abundatius volens Deus ostendere pollicitationis hereditatis immobilitatem consilij sui, interposuit iusiurandum: ut per duas res immobiles, quibus impossibile est metiri Deū, fortissimum solatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propositam spem, quā sicut anchoram habemus tutam, ac firmam, & incedentem usque ad interiora velaminis, ubi præcursor pro nobis introiuit **I E S V S.** Audi nunc alios, quos Apostolus memorat, eadem spe confirmatos ad sustinendum dispendium substantiæ. Et rapinam, ait, bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscetes vos habere meliorem, & manentem substantiam. Vidisti ne vicinum aliquem, qui rapinam bonorum cum gaudio sustinuerit? Non id vidi, dices, sed potius mille murmurationes, mille lites, si alicui substantia eripitur. Quid in causa est? quia spes viuā in nobis nō est. Qui enim certo sperat cras regni heredem esse futurum, quo pacto tristatur hodie, & eiulabit, quod argenteum nummum amiserit? Ideo illi, de quibus Paulus, cum gaudio sustinuerunt rapinam bonorum, quia æternam sperabant consequi regnum. Nihil arduum, & difficile, nihil asperum, & durum ei, qui in corde firmam, ac viuam spem habet consequendi cæleste regnum. Charissimi, nunc filij Dei sumus, sed nondum apparuit, quid erimus. Cum autem apparuerit, similes ei erimus, quia videbimus eum, sicuti est. Omnis, qui habet hanc spem, sanctificat se, sicut ille sanctus est. Quis hæc loquitur? **I**oannes, si illum dicentem audires, ei crederes, cogita ergo te eum audire loquentem, nunc filij Dei sumus, &c. Hanc ergo spem cælestis regni volens Christus Dominus firmare in suorū cordibus, ascendit in cælum, ut illud nos nobis speremus, quod in capite videmus impletum.

Tertio expediebat nobis hæc Christi Domini ascensio, ut charitas augetur, & vniuersa desideria nostra in cælum transferrentur, iuxta illud Pauli. Quæ sursum sunt, querite, ubi Christus est, in dextera Dei sedens. Sicut enim sponsa, cuius dilectissimus sponsus in Indis comoratur, in Indis etiam est, si non corpore, saltem cogitatione, affectu, & verbo, ita anima nostra in cælestia esse debet, conuersatione, memoria, ac dilectione, quia ibi est amor, & desiderium eius Christi verò ascensione aucta charitas est, dum purior est reddita sublata, Christi Do-

mini

Heb. 6.

Hebr. 10.

Simile.

1. Ioa. 3.

Colos. 3.
Simile.

mini presentia corporali. De qua re multa superius diximus
Dominica Quarta post Pascha.

Aucta vero præcipue charitas est Christo Dño ascēdēte, dū Spiritum sanctum misit, per quem diffusa est charitas in cordibus nostris. Hunc verò diuinum spiritum misit ascēdēs in altum. Vnde ait. Si ego non abiero, paraclitus nō veniet ad vos; si autem abiero, mittam illum ad vos, & sic ascendit, vt adimplet omnia, donis scilicet Spiritus S. Et experientia manifestè ostēdit, plus abundasse in Ecclesia gratias, & dona eo absente, quā presente. Sicut accidit per sepe, plus patrem filijs providere cū absens in curia est, corū negotia agens, quā dum cū eis commoratur. Ascendit ergo, sicut nubecula parua Eliæ, vt irrigaret aridam terræ faciem ea pluuia, de qua scriptum est. Pluuiam voluntariam segregabis Deus hæreditati tuæ. Et iterum. Visitasti terram, & inebriasti eam, multiplicasti locupietate eam. Sicut enim vere sole ascēdente super capitis nostri zenith terra prius arida floret, & germinat. Ita Christo Domino ascendente in cælum, terra nostra dedit fructum suum. Tunc flores apparuerunt in terra nostra, flores martyrum, & virginum pullularunt. Quæ admodum ergo cum rex regni possessionem suscipit, pecuniā copiosam dispergit, atque distribuit, ita Christus Dominus ascendens in altum dedit dona hominibus, gratiam copiosam, charitatem ignitam, vt diuites simus.

Ex dictis ergo manifeste patet, nobis expedire eius ascēsum. C Sed restat, vt obiectionibus in initio cōcionis positis, occurrā, quibus ostēdebamus, ad dilectionē pertinere, q̄ nobiscū Christus maneret. Abūde sane Christus Dñs dilectioni fecit satis, dū in diuinissimo eucharistiæ sacramento mansit. Et qui ait. Ego vado ad patrem, ait etiam. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. Aiebas, si in mūdo Christus Dñs esset, ad eū ego accederē, eū in domū meā reciperem, ad eum omnes tribulationes meas loquerer, in omni negotio, & necessitate ad eum accederē. Dico tibi. Hæc, vniuersa nunc agere potes, Eucharistiam sume, & Christum Dominum, non solum in domum tuam, sed etiā intra te ipsum suscepisti. In omni necessitate ad eū accede, ac si eū oculis corporis cerneres, ibi adest vere, & si non vides oculis corporis, beator

Ioan. 16.
Ephē. 4.

3. Reg. 18.
Psal. 67.
Psal. 64.
Simile.

Simile.

Matt. viti

A beator es, quia eum cernis oculis mentis. Aderit tibi in omnibus, sicut adest, si visibilis appareret, sicut adfuit omnibus ad se accedentibus, dū in mundo conuersatus fuit. Sed ne hoc tibi difficile creditū sit, audi quid per simile. Vide-
 4. Reg. 17.
 rat Eliseus Eliæ pallio, dum viueret in terra, aquas Iordanis diuisas fuisse, & id eum transeunti propheta dedit. Discessit Elias, sed pallium suum Eliseo reliquit, quod ille tenens ad Iordanem accessit, vt eum similiter diuideret, eumq; primo cōtactu diuisus nō fuerit, ait Eliseus. Vbi est Deus Eliæ, etiā nunc? Quasi diceret. Etiā si Elias raptus in cælum sit, pallium tamen suum mihi dedit, nunc ergo eius pallio ea mira patranda sunt, quæ olim ab Elia patrata fuere. Et ita factum est, vt statim aquæ Iordanis diuiderentur. Audi nunc per simile. Inductus Deus est pallio corporis sui, habitu inuentus vt homo, vt illa innumera in vita sua miracula perfecit, hominibus adfuit confugientibus ad se, illis innumera bona contulit. Qui pertransiit benefaciendo, & salvando omnes oppressos a diabolo, quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Recessit noster hic Elias, assumptus in cælum est. Sed reliquit nobis pallium suum, quo tegebatur, corpus suum nobis reliquit in eucharistia. Inde virtus exit, vt sanet omnes. Inde accedentibus ad se adest. Sume ergo pallium istud, & dic. Vbi est Deus Eliæ etiam nunc, etiā si Christus ascendit, ego teneo pallium eius, imo ipsum reuera totum, vt est ad dexteram Dei, adfit ergo mihi etiam nunc, sicut adfuit his, qui eum viderunt, adfit mihi, qui eum credo, & teneo. Aderit ille tibi, si hac ad eum fide accesseris, si tenueris, nec dimiseris, si perseueraueris, vt Eliseus, diuideret Iordanis aquas, vt transas. In tuum ergo commodum ascendit, & tuæ dilectioni, cuiusque commodis in Eucharistia mansit.

Sed restat iam, modum ascensionis dicamus. Non ascendit statim post resurrectionem, sed prius, vt Lucas ait. Præbuit se ipsum vtiq; post passionem suam in multis argumentis, per dies quadraginta apparēs eis. Erat enim articulus resurrectionis fidei fundamentum, & ideo præcipua firmitate stabiliri oportuit. Et voluit præterea quadraginta dies consolationis tribuere

4. Reg. 17.

Acto. 10.

Acto. 1.

buere discipulis, pro quadraginta horis passionis, quibus tribu-
lati fuerant.

Iam ergo instante ascensionis tempore, apparuit discipulis
in monte Oliueti, & exprobrat eorum incredulitatē, ne mirētur
postea, cum eis gentes nō cito credant. Præcepit deinde, vt Euan-
gelium vniuerso mundo prædicarent, Est enim Euangelium
nuncium illud bonū, quod si tacueritis, sceleris arguemini. Vt
epim mihi, si non Euangelizauero, Paulus ait. His dictis bene-
dixit eis, præcipue Mariam, à qua veluti à matre facultatem eun-
di petit, & tunc paulatim ipsis cernentibus est eleuatus in caelum
non translatus, vt Enoc nec raptus vt Elias, nec assumptus, vt
Ilij, sed propria, & diuina sua virtute ascendit, & vi corporis glo-
rificati. Exaltare Domine in virtute tua, Psal. ait. Et Propheta
Quis est iste, qui venit de Edō? iste formosus in stola sua gra-
diens in multitudine virtutis suae? Ascendit, quasi triumphator
tanquam sacerdos, Dicente Paulo. Habentes pontificem, qui
penetrauit celos Iesum, ascendit tanquam iudex in sedem iudi-
ciariam.

Sed quo comitatu procedit? qua letitia excipitur? Fuit omni
nationi familiare, vt duces strenuos reuertentes parta victoria
honorifice exciperent. Præcipue tamen Romæ, vbi triumphus
dabatur ijs, qui difficiles obtinissent victorias, & hic illis erat
supremus honos. Excipiebant triumphatorem vniuersi ciues,
nobiles, & denique senatus. Vehabatur magnifico curru, qui
captiuus circumdatus erat, & hinc inde milites ei fausta acclama-
tes. Nunc triumphus Christi Domini est, post tam insignem
partam in cruce victoriam, ascendit diuina maiestate circumse-
ptus captiuus. Qui ascendens in altum captiuam duxit captiui-
tatem, certe, vniuersos sanctos patres, circumdant eum vniuersi
Angeli, qui in terris versantur, qui aliquando relinquunt eos,
quos custodiunt, vt D. Th. ait, quod aliquando, nunc præci-
pue, vt regi adfent suo, eumque comitentur. Si enim multus
numerus curruum ignitorum. Eliseum circumdant, quot An-
geli Christum nunc circumdabunt? Certe non est numerus mi-
litum eius. Hic impletur illud Psal. Curru Dei decē milibus
multiplex, millia letantium, milibus Angelorum, mors ille scia-
tebat Christo ascendente.

Descen-

A Descendit pater, & Spiritus sanctus in nube, vt Christū sus-
cipiant, non quod loco moueantur, sed quod Deus qui in nu-
be apparere solitus erat, nunc similiter in nube Christo occur-
rat. Descenderunt in occursum eius vniuersi cali diæes, nullus
non venit, vt eum exciperet. Ingressus vero celos, eos penetra-
uit subtilitatis dote, donec in Empyrea deueniret, quod sedes
beatorum est, relinquebat tunc animas, quas secum deferabat
inter Angelos, & reliquos spirituum ordines, pro cuiusque me-
rito. Ipse verò ascendit super omnia corpora caelestia, super om-
nes celos, Paulus ait, ibique sedit ad dextram patris, tanquam
Salomon in throno gloriæ suæ, & tanquam Assuerus in solio re-
gni sui. Tunc summa cum letitia Angeli decantauerunt. Di-
xit Dñs Dño meo, sede à dextris meis. In mundo fuit in sinistra
quado illudentes ei, genu flexerunt, nūc sit in dextera, tūc illu-
debat genu flexerēs, nunc in nomine Iesu omne genu flecta-
tur. Tunc arundinē imposuerūt in dextera eius, nunc virgā vir-
tutis suæ emittet Dñs ex Siō, & reges eos in virga ferrea. Tūc
inimici exaltati, nunc ponam inimicos tuos scabellum pedum
tuorum, Tunc corona spinea coronatus, nunc verò, gloria, &
honore coronasti eū, & cōstituisi eū super opera manuum tua-
rū. Dexterā verò patris intellige potissimum locum in celo.

En Domine iam es eductus de carcere velut Ioseph, & muta
ta veste oblatas Pharāoni. Si fuisti peregrinus, iā in propria re-
measti. Nos ergo fratres demus primum locum in cordibus no-
stris Christo Domino. Super omnes celos ascendit ille, super
cor nostrū tollamus eum. Si aliquid diligitis præ Christo, illud
super eum collocas. Summa hec deordinatio est. Si terrā sur-
sum poneres, calum verò deorsum, an nō omnia peruerteres?
Maior verò peruerfitas est, cū Deum, sub creatura collocas. Lo-
cus Dei supremus locus est, ne illum inde deturbes. Ait Elias
Eliseo, pete à me, quod vis, antequam tollar à te. Sed quid ille
petit non vitā, non diuitias, sed spiritū duplicem, hoc tu à Chri-
sto pete. Sed ait Elias. Fiet tibi, quod petis, si videris me ascen-
dentem, si videris de homo, cum Deus à te recedit, quam miser,
& solus maneat, si clamas cum Eliseo, dabitur tibi spiritus Dei.
Clama ergo cum Psal. redde mihi letitiam, salutaris tui. Simili-
ter cum videris, à te Deū recēssisse, te non consolari, nec deuotio-

ne

12. 2. 9.

4. Reg. 7.
1. Cor. 9.

Psal. 26.
Esai. 63.

Hebr. 4.

Ephe. 4.

D. Tho.

4. Reg. 6.

Psal. 67.

Ephe. 4.

Psal. 109.

Psal. 6.

Gene. 41.

4. Reg. 2.

Psal. 56.

ne feruidum esse, vides Deum à se auferri clama, ora cum Eliseo, & dabitur tibi rursum, quia vidisti euntem Deum, & recedentem, ac doluisti, & clamaisti, & vides etiam ascendentem Christum, si eius ascensionem consideras, & locum quo abijt contemplaris, ut illic ascendas, & dirigas gressus tuos. Hæc ergo præsta, & videbis Christum ascendentem, & recipies eius spiritum duplicem, &c.

Dominica Infra Octauas Ascensionis.

Cum venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis à patre, spiritum veritatis qui à patre procedit, ille testimonium perhibebit de me, & vos testimonium perhibebitis, &c.
Ioann. 15. & 16.



VO nobis proponuntur hodierno Evangelio. Primum diuinitas, & maiestas Spiritus sancti. Secundum, tribulationes, ac persecutiones iustorum, quibus in mundo agendi sunt.

Primo ergo maiestas Spiritus diuini ostenditur, & eius mirabiles effectus, vt eum proximi simus eius aduetur, excitetur in nobis ingens illius desiderium, quo præparemur, ac disponamur, vt eum suscipiamus. Licet diuersa persona sit Spiritus sanctus à filio, sed eadem vtriusque natura est, idem ingenium. Cum in mundum venturus filius esset, voluit prius de fiderari, optari, ac vocari. Adeo vt eius nomen esset, desideratus cunctis gentibus, desiderium mundi, qui venturus est. Hinc Aggeus. Veniet desideratus cunctis gentibus. Et Iacob vocat illum desiderium collium æternorum. Ita diuinus spiritus, vt in mundum veniat, desiderari vult. Hinc de eo loquens Christus

Dominus

A Dominus ait, Si quis sitit, veniat ad me, & bibat, & flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dixit de spiritu, quæ accepturi erant credentes in eum. Prius sitim exigit, quam spiritum tribuat. Sitit valde Israel, & tunc aqua de petra profluxit. *Nume. 20.* Hinc etiam sapiens ait, Optaui, & datus est mihi sensus, inuocaui, & venit in me spiritus sapientiæ. Vt ergo ad nos veniat hic spiritus, optemus illum, inuocemus, & oremus, sic enim ab orationibus apostolis susceptus est. *Sap. 4.* *Asto. 2.*

Vt vero hoc in nobis excitetur desiderium, miras, & immensas diuitias huius spiritus Christus Dominus ostendit, dicens: *Cum venerit paraclitus, quem ego mittam vobis à patre, spiritum veritatis, qui à patre procedit.* Paraclitus est consolator, & aduocatus, quod diuinus spiritus consolator sit, manifeste patet, quoniam impleret cor mira dulcedine. Sed nihilominus dubitari potest, quomodo hic spiritus consolator sit, cum sit spiritus veritatis, veritas enim contristare hominem solet, potius quam consolari. Vt manifestum est in Herode, qui libenter Ioannem audiebat. Sed veritate audita eum decollauit. Quia sicut obsequium amicorum ita veritas odium parit. Hinc Paulus ait. Factus sum vobis inimicus, verum dicens. Referta spinis veritas est, nec eam capit auris hominum, etiã si à te petant, vt eis veritatem loquaris, nihilominus eam audire recusant. An non importunis precibus rogatus Micheas fuit, vt veritatem diceret? Vtitur ille ironia.

B Et iterum adiuratur, vt veritatem dicat, tandem eam dicit, & propterea alapa ceditur, in carcerem mittitur, vbi solam aqua & panis ei datur. Simile quid hominibus in hac re accidit, ijs, qui aqua benedicta se aspergi petunt, & cum in eos mittitur, oculos claudunt, & faciem auertunt. Ita veritatem tibi dici vis, & importune petis, quam cum audis, faciem auertis. Hinc Paulus ait, à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Quæ ergo ratione fieri potest, vt spiritus veritatis paraclitus sit, id est, consolator? Respondeo. Qui male agit, odit lucem, & hunc lux non consolatur, nec spiritus veritatis, sed spiritus mendacij. Epicurus philosophus suo tempore dictus est solatium mundi, & vniuersi homines eius figuram, & effigiem depictam, aut sculptam habebant domi, & in annulis etiam sculpebant, dicentes, eum solum se mundum timore, & tristitia va-

na. Et

Aggei. 2.
Gene. 49.
Ioan. 7.

Nume. 20.

Sap. 4.

Asto. 2.

Mar. 6.

Gala. 4.

3. Reg. 21.

Simile.

2. Tim. 4.

Ioan. 3.

vana. Et huius ratio fuit, quia docuit, nullā Dei esse prouidentiam circa mortales, nullūque ab eo timendum esse supplicium, atque ad eō liberē homines, & pro arbitratu agere posse. Hęc insignis fuit falsitas, nec contra fidem solum, verū & contra naturale lumē. Ostēditur verō falsitas huius doctrinæ, in eo quod improbos homines cōsolatur, veritas vero probis nō iniustus solatio est. Sicut ergo Epicurus mundanorū solatium fuit, ita Spiritus sanctus paraclitus iustorum est, consolator eorum. Hos enim veritas consolatur. Hinc Paulus. Vt per patientiam, & consolationem scripturarum spem babeamus. Vniuersa scriptura diuina, & fides nostra, quæ à spiritu veritatis processit, consolatio est iustorum, dum eis æterna bona præmittit, mala præsentia contemnere ostendit, & eximij fructus eis esse. Rectē ergo Spiritus sanctus paraclitus dicitur, id est, consolator, quia bonos consolatur.

Rom. 15.

D. Tho.
Rom. 8.

Sed videndum restat, quomodo Spiritus sanctus sit paraclitus, id est, aduocatus. D. Tho. ait. Aduocatum dici propter illud Pauli. Ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus in enarrabilibus. Id est, postulare facit. Sed notandum est, verbum græcum paraclin proprie significare adhortari ad aliquid, & patronum agere, à quo verbo paraclitus dicitur, quasi adhortator, admonitor, & præceptor, ac patronus in certaminibus virtutis, vt Euthimius ait. Hęc verō omnia Spiritus sanctus præstat. Dicitur etiam aduocatus, non quod pro nobis oret, id enim ipsi non conuenit, sed quod nos doceat omnia, quæ facere oporteat, vt causam vincamus, & à iudice absolquamur, quod etiam est munus aduocati. Et ad hoc pertinet, quod nos faciat postulare gemitibus in enarrabilibus.

Euthimius.

Addit Christus Dominus. *Quem ego mittam vobis à Patre.* Ostendit his verbis, à se etiam Spiritum sanctum procedere. Persona enim in diuinis nō mittit, nisi eā, quæ ab ipsa procedit. Cum verō addit, à Patre, significat, qui est apud patrem, tanquam illi consubstantialis. Theophilac. ait. A patre, id est, à probante patre, & simul mittente.

Theophi.

Cyril.
Chrysof.
Theophi.
Euthimius.

Spiritum veritatis; Cyril. ait. veritatis, id est, filij, qui paulo ante dixit, ego sum veritas. Sed Chrysof. Theophi. & Euthi. aiunt. Spiritum veritatis dici spiritum noui testamenti, vetus enim testamentum dicitur figura, & vmbra. Nouum verō ve-

ritas.

Aritas: ait ergo Christus, mittam vobis spiritū illū, qui reseruatus est nouo testamēto. Licet enim idem sit spiritus in vtroq; testamēto quātū ad substāriā, sed nō idē quātū ad copiā, & effectus. Vnde, Paulus. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore; sed accepistis spiritū filiorū, &c. Et demū dicitur spiritus veritatis, quia docet omnē veritatem necessariam salutis, sicut dicit Ioannes. 16. cum autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.

Rom. 8.

Ioan. 16.

Qui à patre procedit. Procedit etiam à filio, vt diffinitum est in Concil. Constantinop. 1. & Florentino, sed filius vniuersa, quæ autoritatis sunt, patri tribuit. A se vero etiam procedere ostendit, cum ait, se illum missurum, vt vero dicitur in Concilio Florentino sessione. 23. Non mittitur persona nisi procedat à mittente. Vt vero ostendat Christus Dominus spiritum sanctum nosse omnem veritatem, ait, qui à patre procedit, sicut Paulus ait. Quis enim hominum scit, quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est, ita quæ sunt Dei, nemo cognouit, nisi spiritus Dei, spiritus ergo à patre procedens omnia nouit, quæ patris sunt.

Concil.

Constan.

Conc. Flor.

1. Cor. 2.

Addit Christus Dominus, *ille testimonium perhibebit de me.* Quia cum descendat, dūtaxat in discipulos meos, mihiq; credentes, dans eis donum linguarum, & miraculorum potestati, ostendet veritatem meam.

Vis ergo desiderare Spiritum sanctum? attende, quæ dicta sunt. Ille est consolator, aduocatus, patronus, doctor, donum à diuina & infinita largitate procedens, & qui à patre, & me emanat consubstantialis nobis, spiritus, qui vos doceat omnem veritatem, qui noui testamenti donum est. His auditis agnosces infinitas huius spiritus diuitias. Cyprianus sermone de Spiritu sancto, ait. Hic spiritus ferebatur olim super aquas non quasi vehiculo egens, sed quas potius ipse ferebat. Huius sempiterna virtus, ac diuinitas cum inuestigari non posset à philosophis videntibus mirum mundi ordinē dixerunt, animā adesse vniuerso, quæ rebus cunctis præstabat vitam, locum, motum, nō agnouerunt hunc diuinum spiritum, qui hæc efficiebat, qui olim ferebatur super aquas, significans baptismum purificatē, & liberantem iustum Noe cum familia sua super aquas diluuij. Hic spiritus siccauit mare rubrum, vt transiret Israel sicco

Cyprian.

vestigio. Hic Dei digitus, ad quem pertingere non valuit magi A
ca leuitas in Aegypto. Hoc digito scripta lex est in tabulis. Hic
est spiritus, qui ornat caelos, & interiora hominis perficit.
Hic est spiritus duplex Eliseo datus, ad opus, & sermonem, do
ctrinam, & miracula, scientiam, & exemplum. Hic sapientia im
pleuit Salomonem, intellectu Daniëlem, Ioseph consilio, San
sonem fortitudine, Moysen scientia, Dauid pietate, Iob timo
re, & sanctorum animas omnimodis fecundat virtutibus, &
omnibus ecclesiae sacramentis interest, quae ipse efficit, & con
summat, haec Cyprianus. Et Greg. O mirus artifex, qui pastorem
reddis Psalmistam, puerum iudicem efficit fenem iniquorum,
persecutorem doctorem gentium, publicanum euangeli
stam, mirus profecto, qui haec in puncto nouit agere. B
Si ergo hic in te aduenerit, omnia mala auferet, omnia bona conse
ret, te perficiet, eum ergo desideras, eum ergo tibi dari clame
ribus magnis pete.

Greg.

Num. 11.

Aug.

Hunc hodie spiritum suis promittit Christus Dominus.
Cuius figura praecessit Numerorum. 11. ubi loquens Moyses Do
mino ait. Non possum solus sustinere omnem hunc popu
lum, quia grauis est mihi. Et dixit Dominus. Congrega mi
hi septuaginta viros de senioribus Israel, & auferam de spiritu
tuo, tradamque eis, ut sustentent tecum onus populi. Au
gustinus quaestione. 8. in Numeros ait. Hic spiritum accepit
pro donis spiritus sancti. Cum ergo Dominus, ait auferam de
spiritu tuo, significat, hucusque vniuersa tibi reuelabam, C
quia tu solus populum regebas, sed posthac multa, quae tibi
reuelaturus eram, eis reuelabo. Hucusque tibi imposueram
grande onus, & tibi ad illud portandum viros concedebam, nunc
sublato onere minores tibi vires restabunt. Nunc ergo de spiri
tu Christi Domini discipulis adiutoribus promittitur. Sed hac
diuersitate, quod Christo Domino nihil aufertur, quia ei non
est datus spiritus ad mensuram, & ipse per suos cuncta operatur.

Cyril.

Deut. 16.

Sed quid hoc recepto spiritu agere debeant, innotescit, di
ces, & vos testimonium perhibebitis. Cyril. ait esse imperatiuum
vos testimonium perhibete, nam futuro pro imperatiuo passim
vtiliter scriptura. Vt Deut. 16. Dominum Deum tuum timebis,
& illi soli seruias, & per nomen illius iurabis.

De secunda

A De secunda euangelij parte iam dicendum restat, quae sic ha
bet. Haec locutus sum vobis, ut non scandalizemini. Multa dixe
rat de persecutionibus, quas passuri erant, ne non praesens eos
turbarent. Absque synagogis facient vos. Synagoga locus erat
orationis, & concionis, qui ab ea pellebatur, quasi excommunica
batur, sed venit hora, ut omnis, qui interficit vos, arbitretur obse
quiū se praestare Deo. Quo manifeste ostenditur, summam suam
ram persecutionem, quia cum praetextu religionis, aliquis per
secutionem mouet, acerrimam illam praestat. Duo enim sunt, quae
hominem mitiorem reddere solent. Primum est hominum verecundia, &
timor. Secundum interna conscientiae reprehensio: haec ambo cessant,
cum persecutor putat obsequium se Deo praestare. Vbi nos legimus
obsequium, in graeco est latraria. Quasi dicat: putabunt se Deo sacri
ficiū gratissimum offerre, & opus maximae pietatis facere, ita Cyri.
Cyril.

Sed merito hic dubitari potest, cur voluerit Deus discipu
los suos tanta pati, & in vniuersum de omni fidei, cur voluerit,
ut omnes, qui pie volunt viuere in Christo, persecutiones pa
tiantur. Dubitatio haec, non recens, sed antiqua est. Et quam
Gedeon proposuit Angelo dicenti sibi. Dominus tecum viro
rum fortissimae, cui ille. Si Dominus nobiscum, quomodo tan
ta mala patimur? Et vniuersa disputatio inter Iob. & amicos il
lius, super hac re fuit, quod ille innocentem se dicebat, illi con
tra iustum affligi impossibile putabant, & ideo propter pecca
ta eum flagellari credebant, nec illum innocentem credere po
tuerunt, donec a Deo ipso id audirent. Et veteres quidem iu
stos multis vexatos tribulationibus ostendit Chrysol. lib. 1. de
Chrysol.

C stros multos vexatos tribulationibus ostendit Chrysol. lib. 1. de
providentia, in Abrahamo, Isaac, & Iacob. Magis tamen hoc
mirandum est, postquam ille de caelis venit, ut nos redimeret,
& a malis liberaret. Sicut enim cum Dominus descendit in ru
bum, ut liberaret Israel, magis a Pharaone oppressi sunt, & tri
bulati, ita postquam Deus homo factus nos redimere venit, fi
deles eius plus tribulati sunt. Et persecutionem pati, ac labores
sustinere beatitudinem ille appellauit. Et demum decreuit,
neminem filiorum dicere Benjamin, id est, filium dexterae, ni
si quem ecclesia mater diceret Benoni, hoc est filium doloris.
Putabat mundus veterum Messiam, qui esset sponfus gloriae,
& venit sponfus sanguinum, ut Moysi uxor ipsum appel
lauit.
Exod. 4.

Cyril.

2. Tim. 3.
Iud. 6.

Chrysol.

Exod. 3.

Matth. 5.
Gene. 35.

Exod. 4.

lavit. Et hac ratione ipsum reiecit Synagoga, quia non gloriam temporalem attulit, sed crucem, & dolorem. Quod in figura ostensum est Exodi. 4. cum dicitur. Et dimisit eum, postquam dixit, sponsus sanguinum tu mihi es, huius ergo dubitationis causas inquiramus.

Prima causa sit. Voluit nobis Deus beatitudinem æternam vendere voluitque nos negotiatores esse, qui emamus agrum in quo thesaurus est, Margaritã pretiosam. Hinc Ioãnes, suadeo tibi, emere à me aurum ignitum, ut locuples fias. Sed iustum pretium vel gratiæ, vel gloriæ, homo ex se ipso dare non potest, quia omne aurum in cõparatione eius arena est exigua, & ideo etiam si emamus illam, gratis nobis dari dicitur, & sine pretio. Hinc Esaias. Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite, venite, emite absque argento, & absque vlla commutatione vinum, & lac. Cũ ergo nullum possimus ex nobis dare iustum pretium, quia non sunt condignæ passiones huius temporis, ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis, voluit Deus ut summum, & maximum eorum, quæ possumus, daremus, ut vniuersa nostra traderemus. Unde ait. Vedit vniuersa, quæ habuit, ut emeret agrum, & Margaritã. Sed quid est illud, quod maximum est, inter ea, quæ homo dare potest? quid est illud, quo dato vniuersa dare dicitur? Certe passio est, plusquam actio. Ideo Paulus ait. Non sunt condignæ passiones, non dicitur, actiones, quia passio maior est actione, ait D. Tho. Hoc ergo, quod maximum est, à nobis dari voluit Deus, & merito, cum res omnium maxima nobis tribuatur thesaurus infinitus, Margarita inestimabilis. Nunc ergo conferò homo omne illud, quod pateris, cum æterna corona, & videbis nihil esse, sed momentaneum, & leue tribulationis nostræ immensum gloriæ pondus operari in nobis. Et quemadmodum cum pro eo, quod valet mille, petuntur à te decem, illa libenter das, dicisque, gratis tibi venditum, ita cum pro cælesti obtinenda gloria à te exigitur, sanguis, vita, nihil à te peti crede, sed gratis venditari tibi. Si ergo in Dei via tribularis, si lassaris, ne mireris, quoniam montem conscendis. Miserum plane est, descendere, & lassari, ut illi, qui dicunt. Lassari sumus in via iniquitatis. Sed cum ascendis in celum, quid mirum si lassaris. Etiam si per ignem, &

gladium

A gladium intres paradisum, venias in refrigerium, præciare te cum agitur. Etiam si ieiunus montem conscendas cum Elia, ut Deum videas, Si enim Iacob videbantur dies pauci, quos pro Rachele laborabat, quomodo tibi videntur dies multi, quos ponis, ut cælestem gloriam consequaris?

Secunda huius rei causa est. Postquam Deus pro homine passus est, voluit hominem pro illo pati, ne confusio opprimeret hominis vultum, si aliter res se haberet. Maximum quid, Deoque gratissimum pati est, cum hoc elegerit Deus, ut pro peccato generis humani ei fieret satis, & ut homo Deo reconciliaretur. Passo ergo in carne Christo Domino, eo afflicto, & effecto viro dolorum, confusio maxima homini foret, si non compateretur, sed delicijs afflueret. Egressus est olim David de Ierusalem, & nudis ambulabat pedibus, & operto capite, & flens, secuti sunt eum vniuersi ministri eodem modo ambulantes. Si tunc forte aliquis equo veheretur optimo, phaleris multis ornato, si ridens, si pretiosis indutus vestibus, an non verecundaretur, si sic incederet, cum videret regem pedibus nudis incedentem? Dixit tunc rex Ethai. Reuerte in Ierusalem, heri venisti, & hodie compelleris exire? Cui ille. Viuit Dominus, & viuit dominus meus rex, quia in quocumque loco fueris, siue in morte, siue in vita, ibi erit seruus tuus. Cum ergo in hoc mundo fuerit Christus Dominus afflicto, saturatus opprobrijs, quisnam qui eius se dicit esse, velit diuitijs, delicijs, & honoribus affluere? Qui dicit, se in Christo manere, debet, sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Attende, quid in simili causa præstiterit Vrias. Ait ad eum Rex, Vade in domum tuam, & laua pedes tuos. Et ait Vrias ad Dauid. Arca Dei, & Israel & Iuda habitant in papilionibus, & Dominus meus Ioab, & serui Domini mei super faciem terræ manent, & ego ingrediar domum meam, ut comedam, & bibam, & dormiam cum vxore mea? Per salutem tuam, & per salutem animæ tuæ, non faciam rem hanc. Pudeat membrum delicatum sub capite spinato esse, Bernardus ait. Descendit Deus ad rubum, & inter spinas versatur, indeque Moises vocat. Heret inter vepres aries in sacrificium offerendus pro

Isaac

3. Reg. 19.

3. Reg. 19.

2. Reg. 19.

1. Ioa. 2.

2. Reg. 11.

Bern.

Exod. 3.

Gen. 22.

Exod. 4.

Mat. 13.

Apoc. 3.

Esai. 55.

Rom. 8.

Mat. 13.

D. Tho.

2. Cor. 4.

Simile.

Sap. 3.

Isaac, & tu inter delicias eris? Esto potius tu inter spinas, vt illa, **A**
 cui dicitur. Velut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.
Cant. 2. Noli hic paradysum quærere, si enim in paradiso nos versari
 voluisset à primo paradiso nos non eiecisset, cum inde hominẽ
 expulit, ostendit, in hoc mundo paradysum non esse quærẽdũ.
 Ne ergo nobis vitio, atque opprobrio daretur, quod non pati-
 mur, cum Christus pro nobis passus sit, nos ille pati voluit.

Nec ab hac, quam diximus ratione, longe abest, quod nos
 pati voluerit, vt digni habeamur ea diuina menta, in qua sedet
 qui plura pro Deo passi sunt, vt merito eorum iungamur con-
 sortio, ne exhibemur ab his, & dicant nobis, in labore nobiscũ
 non fuerunt, cur coronæ participes erunt? An non verecun-
 dia afficiendus, & confusione implendus ille est, qui cum nihil
 passus sit, in eorũ consortium, & mensam recipi vult, qui pluri- **B**
 ma pro Deo sustinuerunt? Hispanæ historiæ memoriæ prodi-
 derunt, Rodericum de Viuar mensam fortium in domo sua cõ-
 stituisse, in qua solum sedebant strenui milites, qui egregia fa-
 cta in bello præstiterant. Cumque in ea mensa sedere voluisset
 illustri vir Martinus Pelaez, illud ei non concessit, sed in men-
 sa ipsius Roderici eum sedere fecit, donec egregia præstitit fa-
 cinora, & tunc mensa illa fortium dignus est habitus. In cælo
Luc. 22. mensa est illa, de qua Dominus ait. Vos estis, qui perman-
 sistis mecum in tentationibus meis, & ego dispono vobis reg-
 num, vt edatis, & bibatis super mensam meam. Huic mensæ
 prius affidet Christus Dominus, qui innumera in hac vita tor-
 menta sustinuit. Sedent ei proximi illi, qui permanserunt cum
 eo in tribulatione, & tentatione, participes tribulationis, & reg- **C**
 ni, sedent innumeri martyres, & omnes sancti, quos beatifica-
 mus, quia sustinuerunt. In eadem tu mensa sedere vis, inter eos
 locũ quæris qua fronte inter illos numerandus eris, si nihil pa-
 ti vis? Multa tibi nunc pati, videris, sed cum apparueris in con-
 spectu Christi, & sanctorum, & recenseri videas illorum passio-
 nes, quidnam tuæ apparebunt? Quemadmodum certamine
 cum hostibus feliciter confecto, & victoria parta, coram rege
 recenseri solent egregia facinora à militibus præstita, vt à rege
 accipiant coronas, & honores. Ita coram Deo optimo maximo
 recensentur in cælo fortia facta sanctorum. Cũ ergo audieris
 r. martyrum

Simile.

A martyrum triumphos, confessorum asperrimam vitæ rationem
 & denique eorum facta, qui fortes facti sunt in bello, qui castra
 verterunt exterorum, qui obturauerunt ora leonum, extinxe-
 runt impetũ ignis, effugauerunt aciem gladij, quæ tua facta nar-
 rabis, vt cum illis conferri merito possint? Vt ergo aliquid lau-
 de dignum, præclarumque nobis esset, quod coram tanto Deo
 & coram fortissimo illo senatu dici de nobis possit, passiones
 aliquas, certamina aliqua, si cet minora, reliquit nobis. Labora
 ergo vt bonus miles Christi Iesu, fortiter age, sustine paulis-
 per, vt socius laboris, sis etiam consolationis.

Tertia eiusdem rei ratio sit. Multas nobis voluit Deus tribu-
 lationes adesse, præcipue in legē gratiæ, vt nobis adsit materia
 plurimarum virtutum, quæ in tribulatione exercentur, fidei,
 scilicet, spei, charitatis, patientiæ, humilitatis, quibus præcipue **B**
 ornatur iustus, sitque in eo quasi altera Dei paradysus. Quam re
 exemplo hoc intelligere licebit. Fluit aliquando flumen maxi-
 mum alueo vno, & ripam rigat, & floridam reddit. Sed aliquan-
 do flumen in duo capita diuidi solet, & partem aliquam terræ
 cingit, quam insulam dicimus, quæ cum ex vtraque parte irri-
 getur fluminis aqua, arboribus, floribusque abundat, & locus
 est amenissimus, postea vero iterum duo capita fluminis in vnũ
 conueniunt. Audi quid persimile in beato Iob. Simul incede-
 bant Deus, & Iob, cum eũ consolabatur Deus, cum ei benedice-
 bat, & possessioni eius. Sic ille ait. Quis mihi tribuat, vt sim iux-
 ta menses pristinos, secundum dies, quibus Deus custodiebat **C**
 me, quando splendebat lucerna eius super caput meum, & ad
 lumen eius ambulabam in tenebris, sicut fui in diebus adoles-
 centiæ meæ, quando secreto Deus erat in tabernaculo meo, quã-
 do erat omnipotens mecum. En Deum & Iob simul inceden-
 tes. Sed diuidantur paulisper in duo capita, & derelinquat De-
 Iob paulisper, & tentari, ac tribulari permittat. Separati quodã
 modo sunt, sed non in perpetuum, quia cito conueniunt in
 vnum, & iterum eum consolatur Deus, & addit ei duplicia. Eo
 vero tempore, quo ab eo recessit, insula mirabilis facta est, quã
 in libro eius videre licet descriptam. Eo enim tempore eius in
 Deum fides, spes charitas, humilitas, patientia enituit, & parad-
 ysus Dei factus est, nihilque virtutis est, quod in eo nõ mire elu-
 cescat.

*Heb. 11.**Simile.**Iob. 29.*

Gen. 38. 39. 40. 41. ceat. En mirā nobis insulam, qua delectemur. En sanctissimo A Iob data materia omnium virtutum est. Simile huic intueri licet in Ioseph sanctissimo à quo Deus quodā modo recessit, cū eū vendi permisit, accessit postea, cum eum Dominū Aegypti constituit, sed dum recessit mirabilem nobis reliquit insulam, & ipsi materiam virtutum præbuit, tunc eius patientia, mā fuerudo, castitas, sapientia enituit. Simile in Dauide videbis, si attenderis. Recessit ab eo Deus cum permisit, Absalon in eum insurgere, & eo tempore nobis præclara reliquit exempla patientiæ, humilitatis, dilectionis inimicorum, etiam ipsius Absalon, & Semei. Postea verò Deus ei coniunctus est, cum regnum restituit. In tribulatione ergo homini exhibetur materia virtutum omnium, & hic est odor ille agri pleni, cui benedixit Dominus, quē odoratus est Isaac in vestibus primogeniti. Vestis quidem Christi Domini fordida, qua eum indutum Zacharias videt, passio illius est, hæc verò ager plenus est, quia ibi omnis plenitudo virtutis. Hac vero veste nos induimur, vt Iacob, vt benedictionē primogeniti capiamus. Cū tribulamur, tunc redolemus agrum plenum, quia omnium virtutum ornatur de core, omnium earum exercitio ditamur. Vnde Petrus. Vos autem curam omnem subinferentes ministrare in fide vestra virtutē, in virtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam in abstinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem: hæc enim si vobiscum adsint, & superent, non vacuos, nec sine fructu vos constituent in Domini nostri Iesu Christi cognitione. Vere de his, qui patienter multa tolerarit, dici potest illud Psal. Et dies pleni inueniuntur in eis. Hinc Paulus. Non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus, sciētes, quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem, spes autem nō confundit. Ecce innumera tribulationis bona. Cum ergo tribularis, & dicis Deo tuo, quod Psal. Vt quid Domine recessisti longe, despicias in opportunitate, in tribulatione? Deus quidē recessit à te. Sed attēde, quod non in perpetuum recedet, iterum conuenient duo fluminis capita quia post tempestatem tranquillum faciet, & post lachrimas exultationem infundit, Interim vero mirabilem in te insulam conficere vult, & virtutum omnium tibi materiam præbere, vt sis ei, fiasque hortus conclusus, nunc ergo humilitatis patientiæ, spei

Gen. 27.

Zach. 3.

2. Pet. 1.

Psal. 72.

Rom. 5.

Psal. 9.

A tiaz, spei fidei, & charitatis opera exerce, dicque cum Iob. Etia Cant. 4. si occiderit me, sperabo in eum. Aderit tibi cito Deus, sicut Iob. 13. adest mater puero eiulanti, quem tantisper dereliquit, sed vocata aduenit. Inuoca me in die tribulationis, eruam te, & honorificabis me. Psal. 49.

Dominica Infra Octauas Ascensionis.

The. Ille testimoniū prohibebit de me, & vos testimoniū perhibebitis, &c. Ioan. 15.

B X eo tempore, quo Christus Dominus cælos ascendit, singulari cura Maria ecclesiæ, & eius filijs adest in omni necessitate. Tum quia ei filius hæc demandauit curam, & cum vir à domo abest, vxor curam domus gerit. A hijt vir ecclesiæ via longissima sacculum pecuniæ tulit secum, in die plenæ lunæ reuerfurus. A hijt in cælum corpus deferens, in quo pecunia redemptionis nostræ, reuerfurus cum ecclesia plena fuerit, cū completus fuerit electorum numerus. Relicta est mulier Maria, vt domus Dei curam gerat. Tum etiam quia quando mater vnū ex filijs in statu collocauit, singularem reliquorum curam gerit vt res agat eorum. Videt iā Maria ex die ascensionis filiū naturale in præcipuo honore, ac statu, nec est quod de illo sit sollicita. Ideo nunc filiorum adoptionis singularem gerit curam, ad eam ergo accedamus orantes Ave Maria.

Duo nobis proponit hodierno euāgelio. Primū testimoniū illustre, quod de Christo Dño Spiritus sanctus dedit, & apostoli etiā reddiderūt, cū mundū fidei Christi subiugarunt. Secundū persecutiones, ac tribulationes, quas in hoc opere passi sunt: vtrumque expendere, nobis proficuū erit. Ex primo enim colligemus, mirabilem vim, quā Spiritus sanctus ijs dedit, in quos descendit. Et consolabimur in fide suscepta Christi Domini, cuius præclarum testimoniū est, victoria parta ab apostolis de vniuerso mūdo. Simul etiā instruemur de testimoniū fidei nostræ, quod reddere tenemur, vt dicere posim' ego ostēda tibi fi dem

Prover. 7.

Simile.

Iaco. 1.

dem meam ex operibus. Ex secundo vero colligemus, nobis aliquid pro Christo patiendum, quod nobis in gloriam cedet singularem.

Iam primum expendamus. *Cum venerit paracletus, quem ego mittam vobis à patre. Venire dicitur Spiritus sanctus, & mitti ratione effectus, quia noua operatus est in mundo. A patre vero dicit se missurum, quia sicut à patre habet filius esse, ita à patre habet, quod mittat Spiritum sanctum, sicut, & à patre habet, quod eum producat: pater ergo à se habet producere Spiritum sanctum, & illum mittere, filius vero à patre, ideo ait, mittam vobis à patre, ita Hil. li. 8. de Trinit. sic etiam filius creat à patre, quia creat simul cum patre, tamen creationis vim, & potentiam à patre habet. Quod ille explicat apud Ioannem, dicens. Nihil potest facere filius, nisi quod viderit patrem facientem. Habetur vero phrasis hæc in Genesi. Pluit (ait) Dominus à Domino sulphur & ignem super Sodomam, Dominus filius pluit vna cum patre, quia vna est actio, sed filius eam habet à patre, ideo dicitur Dominus pluere à Domino, sic explicat hunc locum Hilar. lib. de Synodis, & Concilium Sirmien. contra Arrium congregatum sub Iulio primo, ait. Si quis illud, quod scriptum est, pluit Dominus à Domino, non de patre & filio perceperit, sed & ipsū à semetipso pluere dixerit, anathema sit, pluit Dominus filius à Domino patre, hæc Concilium.*

Ille testimonium perhibebit de me, & vos testimonium perhibebitis. Quasi dicat. Licet vobis iniungam onus graue, vt mundum de me testimonium detis, cum fuerim crucifixus, cum vos illiterati, & infimi de mundo sitis, cum tanta vobis efficienda sint in hoc testimonio reddendo, idola, scilicet euertere, crucem exaltare, mundum mutare. Nolite hæc pauere quoniam Spiritus sanctus vobis adierit, qui hæc omnia facile efficere poterit, & me licet crucifixum clarificare testimonio suo, & vos infimos, & idiotas idoneos ministros facere noui testamēti, & mundum euertere, ac commutare.

Acto. 10.

Sed dubitas. Cur tot testimonia Christus, habere voluit? Propheta omnes de ipso testati sunt. Hinc Lucas. Huius testimonium perhibent omnes prophetae. Cum natus fuit, stella ei testimonium perhibet, & Magi, & Angeli, qui eum pastoribus annun-

Annunciant. Et statim Simeon & Anna loquebantur de illo omnibus. Deinde Ioannes baptista de eo testificatus est, & tota Trinitas in baptismo, & transfiguratione. Et demum nunc spiritus sanctus, & apostoli, quorum sum tot testimonia? Respondeo Rem esse difficillimam creditu, quod Deus homo factus sit, & crucifixus, cum hominem sola voluntate redimere posset. Vnde de Esaias ait, Domine quis credidit auditui nostro &c. Et homo incredulus est, durusque corde, ideo tot necessaria fuere testimonia, præcipue in re tanta, à qua salus omnium pendebar, & nihilominus plures increduli fuerunt, & sunt, postquam tot, & tam manifesta testimonia viderunt. De quibus Psal. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. Sed nunc apostolorum testimonium expendamus in fidelium consolationem, quo fidei nostræ veritas præcipue illustratur.

Sed prius supponendum est, Fidei nostræ fundamentum non esse aliud quàm Deum, primam veritatem, reuelantem nobis Christi mysteria, veritas autem prima decipi, aut decipere non potest. Est autem Deus verax, omnis homo mendax, vt Paulus ait. Et qui fide diuina credit, huic innititur fundamento. Vnde Ioannes ait. Qui credit in filium Dei, habet testimonium Dei in se. Vt vero sciamus, quæ à Deo reuelata sunt nobis, Ecclesia magistra est, cuius caput Romanus est pontifex. Hæc est columna, & firmamentum veritatis, vt Paulus ait, quia à spiritu sancto edocta est. Vnde ei Christus ait. Cum autem venerit

Cille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Vnde ad Romanam ecclesiam accedendum vobis est in omni re dubia. Cuius figura præcessit Deut. 17. Si difficile, & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris, & iudicium inter portas videris verba variare, surge, & ascende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, veniesque ad sacerdotes leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore, quæresque ab eis, qui indicabunt tibi iudicij veritatem, faciesque quodcumque dixerint. Ita nunc in omni re dubia ad Romanum pontificem accedendum, & eius iudicio standum. Credendum ergo nobis est propter Deum reuelantē, & Ecclesiam, quæ magistra fidei est in omnibus patendum. Sed nihilominus testimonia alia inquirenda nobis sunt, sine quibus crederemus, quibus tamen adhibitis magis infidelibus roboramur, & consolamur, & infideles conuincimus.

Ex his

Ex his verò illud præcipuum est, quod hodierno euangelio A
 declaratur. Testimonium, scilicet, Spiritus sancti, & Apostolo-
 rù, quod de Christo Domino reddiderunt, quo mundum ma-
 tauerunt, eumque vicerunt, & ad Christi Domini pedes deie-
 cerunt. Victoria ista Euangelij contra vniuersum mundum, cù
 ministri euangelij essent numero pauci, infirmi, pauperes, illi-
 terati. Contra vero mundi sectatores innumeri, potentes, sa-
 pientes, diuites, manifeste ostendit fidei nostræ veritatem esse
 adiunctã, quæ omnia vincit, ac superat, contra quam, nec regis
 potentia, nec mulierum vires, nec vini fortitudo præualuit.

3. Esd. 3.

1. Cor. 1.

1. Cor. 1.

1. Cor. 4.

Luc. 12.

Matt. vlti.

Sed diuersitatem horum exercituum, & armorum vtriusq;
 libet intueri, pugnam, & tandem exitum rei, & certaminis vi-
 ctoriam. Exercitus diuersitatem ostendit Paulus. Videte voca-
 tionem vestram fratres, quia nõ multi sapientes secundum car-
 nem non multi potentes, non multi nobiles, sed quæ stulta B
 sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapientes, & infirmã mũ
 di elegit Deus, vt confundat fortia, & ignobilia mundi, & con-
 temptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, vt ea, quæ sunt de-
 strueret. Sapientia mundi in apostolis non erat. Vnde Paulus.
 Placuit Deo, per stultitiam prædicationis saluos facere creden-
 tes. Nobilitas non eos cõmendabiles mundo reddebat, imo vi-
 les, & abiecti erant tanquam piscatores, quos infimos de plebe
 Plutarchus dicit. Tales denique, de quibus Paulus. Puto enim,
 quod Deus nos apostolos nouissimos ostendit, tanquam mor-
 ti destinatos, tanquam purgamenta huius mundi facti sumus
 omnium per ipsa vsque adhuc. En infirmam sortem alterius
 exercitus. Cui idde militum paucitatẽ, duodecim enim Apo-
 stoli fuere, & pauci discipuli, quæ ratione eos dicebat Christus C
 Dominus pusillum gregem.

In altero vero exercitu innumeri sunt milites. Eũtes in mũ-
 dum vniuersum, dux ait, prædicate euangelium omni creatu-
 ræ. Petrus Apostolus irruit in Pontum, Bithiniam, Galatiã, Ro-
 mam, Ioannes Euangelista in totam, Asiam Paulus in Iliricum
 Capadociam, Antiochiam, Cyprum, Iacobus maior in Hispani-
 as, Iacobus minor in Iudeã, Thomas apostolus in Indiã vniuer-
 sam, Philippus in Syriã, & Scythiã, Bartholomæus in Armeniã,
 & Licaoniã, Matthæus in Aethiopiã, Mathias in Iudeã, Simõ in
 Mesopo-

A Mesopotamiã, Thaddeus in Persiã, Andreas in innumeras regio-
 nes. Et tandem in omnem terram exiuit sonus eorum. Et
 denique in hoc exercitu sunt vniuersi mundi sapientes, nobi-
 les, potentes, diuites, vniuersa philosophia Græcorum, potẽtia
 Romanorũ, & omniũ regũ terræ. Mira disparitas exercitũ,
 pauci agni contra innumeros lupos, vrsos, leones. Ecce ego mit-
 to vos, sicut agnos inter lupos, Christus ait. Locustæ vel potius
 formicæ in elephantos, pygmæi in gigãtes, columbæ simplices
 in aquilas grandes. Nec vero in secundo exercitu homines dũta-
 xat sunt, sed vniuersi dæmones, qui duces agunt. Hinc Paulus.
 Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed
 aduersus principes, & potestates, aduersus mundi rectores, te-
 nebrarum harũ, contra spiritualia nequitia in cælestibus. Et de
 demone dictũ est. Non est potestas super terrã, quæ cõparetur
 ei. Vnde si superãdi sunt, de super terrã necessaria potestas est.

Luc. 10.

Eph. 6.

Job. 40.

Si inæqualitatẽ exercitũ ostẽdimus maximã, non minorẽ
 ostẽdemus armorum diuersitatem, quibus dimicant. Arma
 mundi sunt, sapientia eius, eloquentia, potentia, minæ, terro-
 res, promissa vana, innumera tormenta, delicia, diuitiæ, volup-
 tates, his enim omnibus aduersus sanctos mundus dimicauit.
 Prioris vero exercitus Dei arma sunt, pati, non resistere ma-
 lo. Illi dicunt, occidamus, hi dicunt, moriamur. Illi dicunt, per-
 sequamur, hi dicunt, persecutionem patiamur. Hæc explicans
 Paulus, ait. Maledicimur, & benedicimus, persecutionem pati-
 mur, & sustinemus, blasphemamur, & oblectramur, & inferius
 C ait. In laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in pla-
 gis supra modum, in mortibus fræquenter, in labore, & ærũna
 in vigilijs multis, in fame, & siti, in ieiunijs multis, in frigore &
 nuditate. Et alios monens antesignanus Paulus ait. Non vos
 defendentes charissimi, sed date locum iræ, sententijs in se la-
 tis consentientes, nullis humanis fauoribus utebantur in sui
 defensionem, sed dicunt, propter te mortificamur tota die, affri-
 mati sumus sicut oves occisionis. Vnde Paulus, Sancti ludibria
 & verbera experti, in super & vincula, & carceres, lapidati sunt,
 secti sunt, in occisione gladij mortui sunt.

1. Cor. 4.

1. Cor. 11.

Rom. 12.

Psal. 43.

Heb. 11.

Vidim⁹ exercitũ discrimẽ, & armorũ. Restat pugna vidẽda.
 Super quã re contendunt? quæ belli causa est? Infirmi poten-
 tiores

tiores vincere curant in difficillimis. Contendunt enim eis sua adere, ut à proavis acceptam religionem deserant. Deos suos nō colant, imo ut dæmones abominentur, quos patres patriæ dicebant, quibus accepta referebant vniuersa sua bona. Credant vero Deum trinum, & vnum. Adorent crucifixum in ligno, captiuent intellectum in obsequium fidei. In moribus contendunt ut crucem tollant, se ipsos abneget, patiantur libenter, mortem oppetant. Qui vult venire post me, abneget semetipsum, tollat crucem suam, & sequatur me. Et qui amat animam suam perdet eam, ut omnem fugiat voluptatem, mūdum relinquat. Veni separare filium aduersus patrem, & filiam aduersus matrem, ut pauperes sint, ut lugeant, ut mites, ut persecutiones patiantur. Contra vero mundus concedit, quæ carnem defectat, quæ appetitui placent, quæ voluntati propriæ consonant. Promissæ etiam retributiones ab utroque exercitu diuersæ admodum sunt, nam mundus coram oculis proponit mercedem suam, diuitias voluptates, honores, Christus vero ait. Merces vestra copiosa est in cælis, & regnum meum non est de hoc mundo.

En exercituum diuersitatem. Visi non sunt in mundo duo exercitus adeo diuersi, ac dispares in omnibus, in numero, potentia, viribus, armis, mercede, & ratione pugnandi. Attende ergo nunc miraculum maximū christianæ religionis, ut Augustinus ait. Pauci, infirmi ignobiles, ignorantes vicerunt plurimos, fortes, nobiles, sapientes, atque potentes. Pauci vicerunt plurimos. Infirmi fortes, Ignorantes vicerunt sapientes, & commisso prælio breui tempore Romanum imperium Christo se subiecit. Et expoliatus est fortis armatus athletæ, & armis suis, & impletum est illud Pauli. Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones obturauerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugauerunt aciem gladij, conualuerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello caltra verterunt exterorum. Dæmonum templa & simulacra diruta sunt, & Christi erecta. Sapientes vincerunt ad sapientiam, & priorum ignorantiam suam accusauerunt. Et tandem hæc est victoria, quæ vincit mundum, fides nostra, ut Ioannes ait. Quis nūc dubitare valeat, tam insignem victoriam Deo auxiliante partam esse? Quis dubitet veritatem pugnassemus pro fide Christi? Hanc

verò.

A vero victoriā, quam de lupis, & leonibus reportaturi erant agni, prædixerat multis retro seculis Esaias. Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hædo accubabit, vitulus, & leo, & ouis simul morabuntur, & puer paruulus minabit eos: vitulus, & versus pascetur, simul requiescent catuli eorum quia repleta est terra scientia Dñi. Quibus verbis significat propheta, doctrina Christi efficiendū hoc in mundo esse, ut agni, & oues vinceret ferocissima animalia, & ea redderet mansueta, quod effici nequaquam poterat nisi Deo id operante. Id ipsū alijs verbis ostendit Esa. Lupus, & agnus pascetur simul, & leo, & bos comedet paleas, & serpenti puluis panis eius: non nocent, neque occidit in vniuerso mote factio meo:

Cū vero mirabiles effectus cernimus alicuius instrumenti, ad quos virtute sua pertingere nequaquam poterat, querimus principalem causā, cui illos tribuamus. Sic cū per Apostolos mūdum mutari videamus, nec id ipsos proprijs viribus effectisse, Deū in eis operante agnoscimus, qui est mirabilis in sanctis suis. Hinc fit ut illud, quod opprobrio dabatur religioni Christianæ, in eius cedit gloriā singularē. In fidei cōtumeliā dicebatur à mūdi sapientibus, quod eā prædicassent pauperes, piscatores, idiotæ, nō reges, aut sapientes. Ita filio Iosaphat patris eius Abenir dixisse, Damascenus tradit in eius historia. Sed id ipsum eximia esse laudē nostræ religionis, Iosaphat princeps ostendit, dū tā debilibus instrumentis tā illustri victoria reportata est. Si enim victoria Gedeonis, David, Iudith, & similes Deo tribuunt, quia supra vires pugnantium erat, multo magis Deo tribuenda euāgelij victoria. Si enim pauci agni leones plurimos superarent, cui dubium esset, vi diuina id effectum? Sola ergo veritas, & diuina vis hoc opus perfecit.

Ostenditurque veritas illius Pauli quod infirmum est Dei, fortius est omnibus hominibus. Huius vero rei figura præcessit in subuersione Hierico, cuius muri fortissimi ceciderunt tubis resonantibus, ita Apostolis prædicantibus idololatria cecidit, quo facto ostensum est, quod Psal. ait, Dñs dabit verbū euangelizantibus virtute multa. Tantū hoc miraculum esse August. ait, ut sufficiens sit ad fidei confirmationē, etiā si nullū aliud effectum fuisset. Recipi enim in mundo vniuerso fidem, quæ in moribus appetitui nostro non conuenit, adeo difficilis in his, quæ speculatiua sunt, adeo aduersa hominum ingenio, & consuetudini,

K

& per

Luc. 9.

Mat. 5.

Mat. 5.
Ioan. 19.

Aug.

Heb. 11.

1. Ioh. 5.

Esai. 11.

Esai. 65.

Damas.

1. Cor. 7.

Iosue. 7.

Psal. 67.

Aug.

& per paucos, & infimos prædicata, vere mutatio hæc dexteræ A
 excelsi est. Merito ergo suus Chr̄s ait, Spiritus sanctus testimo
 niū perhibebit de me, & vos testimonium perhibebitis. Hinc
 Dominus per Eſaiam. Vere vos testes mei, dicit Dominus.

Eſai. 34.

Sed in hoc Apostolorū testimonio, illud notandū est. Nō ver
 bis solis, & miraculis ipsos testimonium perhibuisse vesitati, sed
 præcipue vita perfecta, & sanctissima, qua mirabiles mūdo effe
 cti, testes redditi sūt omni exceptione maiores. Hoc testimonium

1. Pet. 3.

à fidelibus Pet. exigebat, cū ait. Mulieres subditæ sint viris suis,
 vt & si qui nō credūt verbo per mulierū cōuersationē sine ver
 bo lucrifiant, considerantes in timore sanctā cōuersationē ve
 stram. Quibus verbis apparet, quanta sit vis virtutis, & vitæ ho
 nestæ, cum satis esset conuertēre eos, qui apostolicæ prædicatio
 ni, & miraculis nō credebant. Et in eadē rē ait Paulus. Nūquid

1. Cor. 3.

egēmus comendatitijs epistolis ad vos, aut ex vobis, epistola
 nostra vos estis, scripta in cordibus nostris, quæ scitur, & legit
 ab omnibus hominibus, manifestati, quod epistola estis Christi,
 ministrata à nobis, & scripta non atramento, sed spiritu Dei
 viui. Sanctā vitam discipulorum vocat Paulus epistolam comē
 datitiā Christi, & sui ipsius, quā ab omnib⁹ sciri, & legi affirmat,
 quia hoc testimonium omnes recipiūt homines ab omnib⁹ intel
 ligitur. Hoc testimonium fidelium petijt Christus à patre, cū

Ioan. 17.

ait. Oro pater, vt sint vnum, sicut ego & tu vnum sumus, vt cre
 dat mundus, quia tu me misisti. Vere si fideles Christi legē ser
 uarent, quæ in Charitate consistit, si vnum inter se essent, vni
 uersō mūdo essent admirationi, & impleretur illud Eſaiæ. Om
 nes, qui viderint eos, cognoscent illos, & dicent, hi sunt semen,
 cui benedixit Dominus. Et tunc bonus Christi odor essent, ei
 que testimonium perhiberent illustre. Hinc effectū est, vt plu
 rimi ad fidem venirent initio ecclesiæ, quia fidelium sanctā con
 uersationem videbant. Et ideo Iulianus apostata, vt refert hi
 storia ecclesiastica, scripsit sacerdoti Idolorum, curaret, gētes
 virtutem colere, hæc enim ratione fides Christi crescebat, &
 augebatur indies.

Eſai. 61.

— Vis ergo ò homo, quicūq; sis, testimonium Christo dare? vis fi
 dei testis esse fidelis exemplum præbe bonorū operū domesti
 cis tuis, & omnibus reliquis, & eris sagitta Dei acuta, vt populi
 sub eo

Histo. eccle.

A sub eo cadant. Miram enim vim exemplū habet, vel in bonum
 vel in malum. Hac ratione, ait Eſaias, mundum non conuerti
 ad Deum, quia fideles iustitiam non operantur. Iustitiam, ait,
 non fecimus in terra, ideo non ceciderunt habitatores terræ. *Eſai. 26.*

Iā secundū, quod initio proposuimus, videamus, persecutio
 nes, scilicet, & tribulationes, quas in hoc reddendo testimonio
 passuri erant Apostoli. De quo in secunda parte euangelij.

*Hæc locutus sum vobis, vt non scādalizemini, absque Synagogis
 &c.* Mirū profecto, est quæ sint illa, quæ suis Deus in hoc mū
 do parauit, imo & promisit. Tribulationes, persecutiones, audi
 has, quasi maximū quid promittētē Christū Dñm, Amen dico *Mat. 10.*

B vobis, nemo est, qui reliquerit domū, aut fratres, aut sorores,
 aut patrē, aut matrē, aut filios, aut agros propter me, & propter
 euāgeliū, qui nō accipiet cētes tātum, nunc in tēpore hoc do
 mos, & fratres, & sorores, & matres, & filios, & agros, cū perse
 cutionibus, & in seculo futuro vitā æternā. En persecutiones
 promittit quasi mun⁹ maximū, ergo Dei donū tribulatio est? est
 certe, audi dicētē. Vobis datū est, nō solū vt in eū credatis, sed

Philip. 1.

etiā vt pro illo patiamini, vbi videtur tribulatio donū Dei est? mul
 tis quidē. Prior ratio sit in perampli, & magnifici ædificij parte
 præcipua, & nobiliori null⁹ lapis collocatur nisi elaboratus sit,
 & quo plus elaboratur, eo in digniori ædificij parte collocādus.
 Diuina illa Hierusalem ædificatur vt ciuitas viuis ex lapidibus. *3. Reg. 6.*

Simile.

C Ibi vero malleus, & omne ferramentum non auditur, sicut nec
 in templo Salomonis, quia sicut lapides, priusquam in tem
 plum deducerentur elaborati omnino erant, ita priusquam in
 cælestem deducaris Hierusalem, hic elaborandus es, hic po
 liendus, vt tanto ædificio dignus habearis. Elaboraris vero tri
 bulationibus, & persecutionibus, sic enim Ecclesia ait. Tun
 sionibus pressuris expoliti lapides, suis coaptantur locis per ma
 nū artificis, disponuntur permanfuri sacris ædificijs. Lapis
 angularis huius ædificij Christus Dominus est, & hic elabora
 tus fuit innumeris pressuris & doloribus, sic Maria, sic baptista,
 sic omnes apostoli, sic demū omnes, qui Deo placuerunt, per
 multas tribulationes trāsierūt fideles. Quid ergo miraris, si tu ru
 dis, & ineptus lapis elaboreris, vt tanto ædificio dignus sis? Si
 cut ergo

eut ergo lapidi, cum politur, iniuria non fit, imò ei magnum A beneficium confertur, ita tibi tribulatio à Deo datur, & promittitur tanquam donum, regula vero, ad cuius mensuram elaborandi sumus, crux est Christi quæ est calamus ille menfuræ, quo vir metitur ædificium apud Ezechielem. Ibi superbus inuenit regulam humilitatis, cui debet conformari, videns, quod humiliavit se Dominus IESVS CHRISTVS V que ad mortem, mortem autem crucis. Ibi impatiens regulam inuenit. Ibi avarus, qui sua non dat, cum Christus se ipsum det. Ibi qui corpori indulget, videbit, qua ratione illud tractare debeat.

Ezech. 40. Gregorius in Ezechielem ait. Aliter Deus conspicit tribulatum, & aliter eum, qui non tribulatur, in afflicto enim videt imaginem filij sui, quem vnice, & tenere diligit, & sic dulcissimis oculis eum intuetur, eique afficitur. Hinc sapiens. Dis B
ciplinam Domini filii mi ne abicias: nec deficias, cum ab eo corripis, quem enim diligit Deus corripit, & quasi pater in filio complacet sibi, en quomodo patris amantissimi oculis eum respicit Deus, qui tribulatus est, signum est diuinæ filiationis tribulatio. Quod si extra disciplinam estis, non estis filij, castigat enim omnem filium, quem recipit, vt Paulus ait, & quem diligit. Si ergo insigne aliquod nobilitatis tanti in mundo habetur, & ideo honoris causa crux in pectore gestatur à nobilibus, quæ ratione signum diuinæ filiationis, Dei amoris nõ magnificandum est? Nec verò tribulatio solum est signum diuinæ filiationis secundum præsentem iustitiam, sed etiam di C
uinæ, & æternæ prædestinationis, quod summam homini ingenerare letitiam debet. Tribulatus enim sub Christi vexillo est. Augustinus. Boni in hoc mundo malis permixti sunt, quia nunc grex est ecclesia ouium & hircorum, sagma congregans bonos, & malos pisces, arca continens triticum, & paleas, arbutum rosas, & spinas habens. Sed in hoc dignosces bonos, ac malos, quod Christus oues suas signat tau, cruce, scilicet, & tribulatione, demon verò suos delictijs, & omni luxu. Hinc Paulus. Qui sunt Christi, Carnem suam crucifixerunt. Et apud Ezechielem saluandi signantur tau, quæ littera antiquis fuit crux, vt Hieronymus ait. Et sanguis in Agypto ponitur

August.

Galat. 3.
Ezechie. 9.
Hierony.

in

A in superliminaribus eorum, qui percutiendi non erant. Et fani culos coccineus datur Raab in signum, ne domus ipsius diripiatur, & pereat. Cum diripienda ciuitas aliqua militibus traditur, si dux velit domum aliquam immunem esse, vel sibi seruari, ponit paruum aliquod, vexillum in domus ianua, quod cum milites vident, vltius progrediuntur, nec domum illam diripiunt. Sic cum Christus Dominus in te ponit crucis vexillu, tribulationem aliquam, signum in te posuit, quo significat, te sibi seruari, nec à demonibus diripi velle. De hac re gloriatur sponsa, cum ait. Ordinauit in me Charitatem, vbi plures legunt, iuxta hebraicam veritatem. Posuit in me vexillum charitatis. Vere crux vexillum charitatis est, quia signum diuini amoris in nos, & quia signu est, in quo infinitam suam charitatem Deus ostendit, cum ergo signum hoc in te erigit, te ad ipsum pertinere ostendit. Gloriare ergo in tribulatione. Cum viam difficilem, ac dubiam ingrederis, & plurimum tua interest, ab ea non deuiare, & data tibi sunt signa certa viæ, si illa reperias, lætaris, sin minus tristaris. Viam in cælum agis, quanti tibi referat, non declinare ab hac via, eamque rectam tenere, nullus sermo sufficit enarrare, signa verò rectæ in cælum viæ audi. Per multas tribulationes oportet, nos introire in regnum cælorum, cū 3
hec signa repereris, gaude. Super lectum suum collocat Elias 4.
fuscitandum puerum, & super lectum Elisei Sunamitis filiu ponit, vt fuscitetur, si ergo in lecto Christi, qui crux est, te videris, fuscitandū te crede, & resurrecturū in iudicio cum bonis.

Secunda ratio sit, per tribulationes Deus ducit suos, vt viā C in cælum celerius agant, & à mundi amore arceantur, si enim prospera, ac dulcis via esset, nunquam eam finire vellet, & his quæ mundi sunt oblectati cælestia nequaquam suspirarent. Descendit Deus, vt liberet Israel ex Agypto, & ducat eum in terram promissam, & cum dicit, se descendisse, vt liberet eum, tunc maxime affliguntur, tunc flagellantur, tunc paleæ non datur. Vt quid ò Domine hæc afflictio? num sic liberandus Israel est? Probe Dominus nouit, quid factu opus sit, scit enim tam ex corde Israelitas diligere Agyptum, vt licet afflicti, & oppressi in eo essent, nihilominus cū ab eo recessissent, & viā cœpissent terræ promissæ, in Agyptum reuerti, & in eo mane

K 3 re

Exod. 12.
Iosue. 2.
Simile.

Canti. 2.

Simile.

Acto. 14.
3 Reg. 17.
4. Reg. 4.

Exod. 3. 4.
5. 6. 7. 6.

re vellent, quid obsecro, facerent, si ibi blāde, & humanissime tractati fuissent, nullus certe eorum in terram promissam iret. Conquereris, & ais, multa in hoc mundo patior mala, supra modum, supra virtutem grauior. Te vrgeo, cum hic tribuleris, nihilominus mundum diligis, in eo perpetuo manere velles, si nihil tibi mali esset. Quid faceres, quando in cælum suspirares? quando hinc migrare cuperes? Volens ergo Deus nos in cælum properare, mundum cōtemnere, hic nos tribulari vult. Sicut enim Iacob in patriam non redit, donec faciem Labani immutatam vidit, & verba filiorum Labā durā audiuit, ita nos cælestis patriæ non recordaremur, si cuncta hic nobis prospera essent. Cum Angeli dicerēt ad Loth Sodomam euertendā, recedere ab ea non vult, nisi vim passus ab angelis, quid obsecro faceret, si audiret, multa bona in Sodomis futura?

Gen. 31.

Gen. 19.

Sed ais, vidimus, cur Deus suos tribulari velit, sed qua ratione mūdus eos persecutus est? quid mali ab eis mundus accepit ut in eos insurgat (Ait Christus Dominus. *Hæc facient vobis, quia non nouerunt patrem neque me.* Sic Pharaeo aiebat. Dominū non cognosco, & Israel non dimittam. Certe si mundus Deum agnosceret, summo in pretio eius filios haberet, & vestigia pedum eorum deoscularetur, sed quia Deum non agnoscit, non magnificat iustos, imo eos persequitur. Sicut enim vbi agnoscitur Hispaniæ rex, magno in pretio habentur eius filij, & cum audis, hic filius est regis Hispaniarum, eum reuereris, vbi vero rex non agnoscitur: nec eius filij honore ducuntur, ita plane in hac re accidit. Iustus Dei filius est, qui Deum nouit, iustum honorat. Hinc Psalm. *Mihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus, & idem Psalm. de iusto loquens ait. Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus, timentes autem Dominū glorificat, qui verō Deū nō agnoscit, nec iustos reueretur.* Hinc Ioānes, Mūdus nō nouit nos quia nō nouit Deū, imo vero cū mundi factio Deo aduersa ac contraria sit, sicut insurrexit in Christum Dominum, cum in mundo fuit, ita in Christos eius armatur. *Sed hæc ait, locutus sum vobis, ut cum venerit hora eorū reminiscamini, quia ego dixi vobis.* Noli imparatus esse, tibi dictum iam est per multas tribulationes intrandum tibi in regnū æternum esse, &c.

Exod. 5.

Simile.

Psalm. 138.

Psalm. 14.

2. Ioan. 3.

In festo

In festo Pentecostes.

The. Factus est repente de cælo sonus tanquam aduenientis spiritus vehementis, & repleuit totam domum, vbi erant sedentes, & apparuerunt illis dispersite lingue tanquam ignis, seditque supra singulos eorum, & repleti sunt omnes spiritu sancto, &c. Acto. 2.

B



PRAESENTIBVS iam aureis sæculis, quibus anni sterilitatis finē erāt accepturi, & incepturus annus benignitatis, & copiae, annus placibilis, & acceptabilis de quo Psa. *Benedices coronæ anni benignitatis tuæ, & cāpi tui replebuntur vbertate.*

Psalm. 64.

Christi corona est huius anni, eo benedicto sumis benedictionibus, omnes nos benedicti sumus omni benedictione in cælestibus in Christo, ut Paulus ait. Vel benedices coronæ anni benignitatis tuæ, id est, anno benignitatis tuæ per coronam, per circuitum, ut omnis annus legis gratiæ, gratia repletus ostendatur, de quo etiam Psalm. *Valles abundabunt frumento, & pinguescent speciosa deserti, clamabunt, etenim hymnum dicent.* Præsente etiam eo tempore, quo ostendenda erat vis grani illius, in terram seminati, Christi Domini, sicut ille ait. Si autē mortuū fuerit, multū fructū afferit. Si enim in fructu, qui vltimè ad Christi ascensum apparuit, terminaret vis grani illius, merito dubitari posset, esset ne Deus granū illud. Reliquit enim paucos discipulos infirmos, & imperfectos, quales etiam alij puri homines, reliquerant. Et tanta res quanta fuit, Deum de cælo descendere, inter homines conuersari, mortē oppetere, tam paruo fructu inde suscepto termināda nō erat, tēpore ergo illo adueniente, quo sæcula mūdi aurea incipiebant, quo ostēdēda vis grani diuini, in terra seminati, in vberissimo fructu, & fructus

Ephes. 1.

Psalm. 64.

Ioan. 12.

K 4

vberissimo

vberimus redemptionis Christi in copia gratiæ, quo vniuersi A
si regeneratio aduenit, quo vniuersus mundus mutandus erat
in aliū, vt dicere Pau. posset. Si qua ergo noua creatura. Vetera
transierūt, ecce noua facio omnia. 2. Cor. 5. & Esa. 43. Ne memi-
neritis priorū, & antiqua ne intueamini, ecce ego facio noua,
& nunc orientur, vtique cognoscetis ea. Ponam in deserto
viam, & in inuio flumina, & glorificabit me bestia agri, draco-
nes, & struthiones. Quia dedi in deserto aquas, flumina in in-
uio, vt darem populo meo, electo meo.

Simile.

Vt congruum conueniensque esset initium abundantia: tā-
tā, vberimique fructus, mittitur hodie Spiritus sanctus in igne.
Sicut enim cū ager hominis pigri, incuria illi, plen' est spinis,
phamnis, & omni inuiti arbuſto, nullūq; reddit fructum bonū,
vt hunc tribuat abundanter, cum illum excolere agricola B
vult, primum igne illum succendit, & omnis spina absumitur,
omnis malitia ab agro tollitur, aperiturq; terra, vt facile possit
elaborari, & omnis eradicari radix inuitis, tunc iactum semē
reddit tricesimum, sexagesimum, & centesimum fructum.
Qualis obsecro erat mundus ante Christum Dominum, ni-
si ager ille pigri, repletus spinis, & omni arbuſto inuiti. Quid
faciet noster agricola, volens illud feminare optimo semine,
vt maximum referat fructum? Mittit hodie ignem de cælo in
Apostolos, vt illi per vniuersum mundum hunc deferant ignē
quo mundus ardeat, & omnis ab eo malitia tollatur, om-
nis spina absumatur, vt fructum multum referat. Non
legisti illud. Ignem veni mittere in terram: & miram vim
ignis huius. Eo terra præparata est semini euangelij, eo C
omnis thamnus absumptus, omnis sublata herba inuitis,
error omnis abijt, idola ciecta, vitia eradicata, & verbo di-
uino feminato innumeris orti fideles, lilia virginum purpu-
ræ rosæ martyrum, turmæ eremitarum, vitam diui-
nam agentium. Impletumque est illud Esaï. Lætabitur de-
serta, & inuia, florebit solitudo, & germinabit. Tunc
Christus granum sinapis minimum omni semine, creuit
in arborem grandem, ad quem venerunt omnes cæli aues,
omnes sapientes terræ.

Ideo dies iste lætissimus, Ecclesiæ est, vt illa osten-
dit

A dit verbis, summam explicantibus lætitiā; dicens. Per Eccles.
Christum Dominum nostrum, qui ascendens super omnes
cælos, sedensque ad dexteram tuam, promissum Spiritum
sanctum hodierna die in filios adoptionis effudit, qua prop-
ter profusus gaudijs, totus in orbe terrarum mundus, exul-
tet. Gr̄as inquit, tibi agimus Pater æterne per Christum Do-
minum nostrum, qui cum è mundi huius carcere processis-
set, & in regiam tuam peruenisset, non est nostri oblitus, re-
bus prospere succedentibus, sicut pincerna oblitus est Io-
seph in carcere positi. Sed nobis Spiritum sanctum misit, Gene. 40.
qua ratione summis, profusisque gaudijs mundus lætetur.
Et merito: hodie enim impletur illud Genesis primo, Spi-
ritus Domini ferebatur super aquas. Tunc quidem incubabat

B spiritus Domini super aquas; vt gallina super oua, dans Gene. 1.
aquis vim plura gignendi. Nunc idem spiritus incubat
aquis multis, quæ sunt populi multi, linguæ multæ, in
noui mundi generationem. Hodie diluuium peccatorum
hoc spiritu terminare voluit, sicut olim spiritu suo dilu-
uium terminauit aquarum Genesis octauo. Adduxit Do-
minus spiritum super terram & cæperunt aquæ minui. Est
enim Spiritus sanctus ventus vrens, siccans mare vitio-
rum, vt via sit transeunti Israeli in terram promissam. Quo
sublato diluuium, impletur illud Esaï. 57. Non enim in
sempiternum litigabo, neque vsque ad finem irascar, quia
spiritus à facie mea egredietur, & flatus ego faciam. Ho-
die noster Elias ascendens mittit nobis pallium suum spiri-
tum duplicem. Quia charitas Dei diffusa est in cordibus
nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Duplex
vero datur Apostolis spiritus, sibi & alijs. Hodie ascen-
dens nubecula parua, quasi vestigium hominis pluuia sua irri-
gat vniuersam terram, prius siccā, implens illud Psalmi.
Pluuia voluntariam segregabis Deus hæreditati tuæ: in-
firmata est, tu vero perfecisti eam, Nec dare potuit am-
plius hodie cælum, quam dedit, nec terra amplius desi-
derare, aut petere, hanc pluuia summa subsequuta est abun-
dantia gratiæ. Hodie impletur illud Apocal. 8. Accepit ange-
lustrubulum aureum in manu sua, & impleuit illud de igne
altaris,

altaris, & misit in terram, & facta sunt tonitrua, & voces, & fulgura, Christus enim magni consilij Angelus orans Patrem, in terram mittit ignem, quo terra commouetur, & succeditur, huius rei historia hodie proponit ecclesia ex Luca Acto. 2.

Chryf.

Dum complerentur dies Pentecostes. Euangelium hodiernum epistola est, ait enim Chrysol. acta Apostolorum esse euāgelium Spiritus sancti, sicut reliqua euangelia sunt Christi euāgelia. Ait ergo Luc. Dū complerentur dies Pentecostes, quod

Exo. 19.

erat Iudæorum Pascha, in memoriam legis datę. Exo. 19. quādo descendit Deus in igne & sonitu super montem Sinai. Magno vero mysterio lex & eius consumatio eadem die mittitur: fuit enim legis datio figura eius, quod hodie per Spiritum sanctum factum est. Tunc descendit Deus in Sina, in igne, & sonitu, nunc in montem Sion in igne, & sonitu de cælo. Tunc in tabulis lapideis lex scripta fuit digito Dei, nunc in cordibus

Hier. 31.

hominum digito suo, spiritu suo legem scribit. De qua rē Hierem. 31. sic loquitur. Ecce dies venient dicit Dominus, & feriam domui Israel, & domui Iuda, scædus nouum, non secūdum pactum, quod pepigi cum patribus eorum in die, qua apprehendi manū eorū, vt educerē eos de terra Aegypti. Sed hoc erit pactū, quod feriam cū domo Israel. Dabo legē meā in viscerib⁹ eorū; & in corde eorū scribā eā, & ego ero eis in Deū, & ipsi erūt mihi in populū. Quod Spiritu sancto, veniēte effectū est, per quē diffusa est charitatis lex in cordibus nostris. Horū

Exo. 24.

verō figura præcessit Exo. 24. in lege à Deo data Moyfi bis. Primo namq; Deus legem Moyfi dedit in tabulis lapideis scriptam & tum tabulā, tum scripturā à Deo effecta fuerant. Has vero tabulas fregit Moyses ad radices montis, nec iratus Deus est quod tabulas à se datas fregerit lex enim illa vetus prius data frangenda erat, & cessare debuit. Licet vero audacia nimia illa visa fuerit, quod tabulas fregerit legis, non tamen eum reprehendit Deus, quia id in mysterio factum est cessationis legaliū. Sed deinde præcipit Deus Moysē in ieiunare, & tabulas præparare, in quib⁹ Deus digito suo legē scribat, sed Domine cur nūc tu nō præparas tabulas, sicut prius, sed ab homine præparari vis? Certē quia secūda lex scribēda erat in hominū cordibus per Spiritū sanctū, corda verō præparanda erant ab homine. *Homini enim*

Anim est, præparare animam, vt sapiens ait, licet enim & hoc opus sit gratiæ, est tamen etiam hominis, cor præparare & Deo offerre, vt in eo lex inscribatur: quid Apostoli sunt, nisi viui codices, in quib⁹ legem Dei poteris legere? quorū vita nihil est aliud nisi euangelij lex, quā homines admirati sunt, iuxta illud Psalmi, cōturbati sunt omnes, qui videbant eos, & timuit omnis homo, & annūtiauerunt opera Dei. Tanta enim fuit in eis doctrinę grauitas, vitę sanctitas, prodigiorū magnitudo, vt omnes timerent, & mirarentur, talis omnis fidelis esse deberet, vt omnes qui viderint eos cognoscant illos, & dicant, hi sunt semē, cui benedixit Dominus, vt omnes Dei legē, in vita fidelium scriptā legant, nec enim Spiritus sanctus solis Apostolis datus est, sed etiam nobis, vnde Ioel. Effundā de spiritu meo super omnē carnem, sicut enim defuncto Ionatha. 2. reg. 9. ait Dauid, agnosces se beneficijs eius deū. Putas ne, est aliquis, qui remanserit de domo Saul, vt faciā cum eo misericordiā propter Ionatham? Et cum nosset filiū ei superesse licet claudū, eum suscipit, etiam in mensam suam. Sic æternus pater agnosces se obstrictum Christi meritis, quærit eos qui ad Christū pertineat, in quos effundat spiritus sui dona. Si Christi es, libentissime in te effundet pater spiritū suum; tantum suscipe illum, & domū cordis para. Addit vero Lucas.

Pron. 16.

Psal. 63.

Esa. 61.

Ioel. 2.

2. Reg. 9.

C *Tanquam aduenientis spiritus vehementis.* Quam aliter nunc Deus venit, ac ante veniebat 3. Reg. 19. Ecce spiritus grandis, & fortis, subuertens montes, & conterens petras, & non in Spiritu Dominus, & post spiritum cōmotio, & non in commotione Dominus, & post commotionem ignis, & non in igne Dominus, & post ignē sibilus auræ tenuis, & ibi Dominus venit. Sed nūc non sic, sed venit Dominus in spiritu vehemēti, in cōmōtione in igne qua in rē multa signatur primū, abūdātia diuini spirit⁹, quę nūc datur post Chri passionē, cū ante parcedaret, quasi sibilus aurę tenuis. Hoc dixit Ioā. 7. Nōdū erat Spirit⁹ datus, quia Iesus nondū erat glorificat⁹, hinc etiā Es. 4. si abluerit Dñs sordē filiarū Sio, & sanguinē Ierusalē lauerit de medio eius, in spiritu iudicij, & spiritu ardoris, & creauit dñs super omnē locū mōtis Sio, & vbi intocatus est, nubē per diē & fumū, & splendorē ignis flāmaris in nocte, super omnē enim gloriā protectio. In hoc mōte Sio, quē prædixit Es. venit Spirit⁹ sanct⁹ qui

3. Reg. 19.

Ioel. 7.

Esa. 4.

qui nobis est nubes, & ignis, vt antiqua columna, protegens ab æstu vt nubes, inflammans vero tanquam ignis, vt vero hic spiritus daretur primum abluendæ erant fordes animarum Christi sanguine, tunc Christo clarificato spiritus copia danda erat. Secundum, venit spiritus vehemens, vt ostendat effectum maximum, quem in mundo efficiet, venit enim ad subuertendum montes, conterendum petras, & immensa alia opera, ac stupenda. Cum de Sansone mira scriptura cõmemorat, vt interfectionem mille virorum, ruptionem funium, ac cathenarum, & similia, præmittit hæc verba. Irruit spiritus Domini in Sanson, quo facto omnibus præualebat, nil ei resistere poterat. Sic modo irruit spiritus vehemens in apostolos vt nullus eis resistere valeat. Ego dabo vobis os, & sapientiam, cui non poterunt resistere, nec contradicere omnes aduersarij vestri. Esa. 27. qui egrediuntur impetu à Jacob, florebit, & germinabit Israel, & implebunt faciem orbis semine. Vt ergo impetu egrediantur, & fortiter in mundum irruant, venit spiritus vehemens. Iud. 6. Descendit primum ros in vellus Gedeonis, sine strepitu, sed deinde descendit in terrâ, cū sonitu. Sic ait Bernar. Primū descendit Christus in vterū virginis sine strepitu, sed deinde vniuersā terrā. cū strepitu Apostolicę prædicationis, & miraculorū, quæ duo pulchre explicat Psal. (ait Bernar.) cõcordās cū figura Gedeonis, descēdet sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillātia super terrā cū strepitu, scilicet, Quo significat Spiritū sanctū nobis dari ad magna, & mirabilia opera, vt tā fortes hoc spiritu euadam⁹, vt nobis nullus resistere valeat, spiritus robustorum, quasi turbo impellens parietē Esa. 25. Fortia nobis aggredienda, hic spiritus demonstrauit, non timere eos, qui corpus occidunt, nulla vinci difficultate, quomius perfecta capiamus, ideo spiritus vehemens dicitur.

Tanquam ignis. Sine igne Domus magna esse non potest, de antiqua domo Dei dictum fuit, ignis in altari meo semper ardebit. Illa vero tugurium fuit, regia Dei domus Ecclesia est, de qua Propheta, ò Israel quam magna est domus Domini. Sine igne ergo domus ista magna esse non potest, fuerat Christus eius ignis, vnde Esa. Saluator eius velut lapis accēdetur, sed lapis de hoc in cælū sublato, vt cælestē illuminaret Hierusalē quoniam

Iud. 15. & 16.

Luc. 21.

Esa. 27.

Iud. 6.

Bernar.

Psal. 71.

Leui. 6.

Baru. 3.

Esa. 62.

A quoniam lucerna eius est agnus, ne sine lumine ecclesia maneret mittitur Spiritus sanctus, qui ignis, & lumen Ecclesiæ sit, de quo Psal. Ignis à facie eius exarsit, carbones succēsi sunt ab eo. Facies Patris Christus Dominus est: de quo dicitur ostēde faciem tuā, & salui erimus, arsit ignis Spiritus sancti ad intra in corde patris & filij ab æterno, cum mutuo se diligunt. Nō videmus nunc, quomodo ignis hi cardeat, cum hoc viderimus, beati erimus. Sed nunc videamus quomodo exardeat, quomodo ad extra prodierit, id enim significat ignis à facie eius exarsit, id est extra arsit: exarsit in corde Apostolorū, eos illuminās, & inflāmas pri⁹ viles carbones erāt, sed Spiritu sancto, carbūculi facti sunt pretiosi, fulgentes, vt illuminent vniuersum mundum, vere ea mutatione ostensum est, in eos spiritum aduenisse, sic ad Saul loquitur Samuel. Infiliet in te spiritus Domini, & mutaberis in virum alterum. Mutatio ista signum est diuini spiritus, Bernardus in cant. Quomodo agnoscere potero huius spiritus præsentiam? Nōn oculis, quia colore caret, non auditu, quia sonus non est, non olfactu, quia sine odore est, cognoscam ergo illum mutatione cordis mei, cum à terreno illud cæleste factum video, è carneo spirituale. Hic enim huius spiritus effectus est, si hanc in corde tuo mutationem videris, spiritum tibi adesse crede, si liber à passionibus es, hunc habes spiritum, quia vbi spiritus Domini ibi libertas. Si cælestia suspiras, hunc habes spiritū, hic enim spiritus bonus deducet me in terram rectam.

C Descendens vero in igne ostendit quis sit, quod Deus, & quæ persona, quod tertia Trinitatis persona sit, & tandem quid in nobis efficiat, & quomodo à nobis oporteat conseruari.

Primo ostendit se Deū, dū in igne venit. Fuit enim adeo familiare Deo in igne apparere, vt perpetuo sic apparuerit, in rubo Moysi apparuit in igne, & deinde ei semper in igne apparebat, Deut. 4. Ostendit tibi Deus ignem suum maximum, & audisti verba eius de medio ignis, & Exod. 24. Erat autem species gloriæ Domini, quasi ignis ardens super verticem montis, in conspectu filiorum Israel. Adeoque familiare Deo erat in igne apparere, vt diceret, Deus noster ignis consumens est, & Dei in igne erat ignis veniens. Hinc

Apo. 21.

Psal. 17.

Psal. 79.

1. Reg. 10.

Bernar.

2. Cor. 3.

Psal. 192.

Exod. 3.

Deut. 4.

Exo. 24.

Den. 4.

Hinc. 3. Reg. 18 ait Elias Deus, qui exaudierit per ignem, A ipse sit Deus, & respondit omnis populus, optima propositio. Composuit ergo sacrificium Elias, & ipsum aqua infudit ter, & orans ait, Domine Deus Abraham, Isaac, & Israel, ostende hodie, quia tu es Deus Israel. Cecidit autem ignis Domini, & vorauit holocaustum, & ait populus, Dominus ipse est Deus, & ignis lambit vniuersam aquam. En figuram expressam eius, quod hodie factum est. Erant Apostoli sacrificium Deo quidem oblatum, sed aqua timoris plenum descendit de celo ignis Spiritus sancti, absumpsit sacrificium, omnem aquam timoris lambit. Perfecta charitas foras misit timorem. Procedunt qui delituerant, loquuntur linguis publicæ, qui nec mutire audebant, columbæ mutatae sunt in aquilas, agni in leones, & hoc igne cælesti factum est, vere Dominus ipse est Deus, iam aquæ igne ardent, vt petebat Esa. 64. En impletum illud Abdia. 1. Et erit domus Iacob ignis, & domus Ioseph flamma. Hinc vero nobis discendum est vt Deus in corde nostro seruetur, cum seruari oportet eo modo quo ignem cum defecerint ligna, extinguetur ignis Sapiens ait. Cum defecerit oleum extinguetur lucerna. Sic cum defecerint in te bona opera ignis charitatis peribit, quia fundamento caret. Sæpe hoc experimeto agnouisti, cum bonis operibus nõ attendis, cum sacramenta non frequetas, cum oratione nõ colis, continuo in peccata prolaberis. Cura ergo ignem Dei in corde seruari bonis operibus admotis, vt nutrimeto. Sic nos monet Pet. 2. Can. c. 1. Qua propter fratres magis satagite, vt per bona opera certam vestram vocatione, & electione faciatis, hæc enim facientes nõ peccabitis aliquando. En fructum bonorum operum, non peccare aliquando. Hic est rosarii fructus, hic eleemosynæ, hic sacramentorum, & vere maximus fructus, quia, vt Propheta ait. Hic est omnis fructus, vt auferatur peccatum.

Secundo in igne apparens, ostendit, nõ solum, quod Deus est, sed quod tertia persona Trinitatis est, Spiritus sanctus qui amor est, vel procedens per amorem. Amor enim ab omnibus dicitur ignis: tertia ego persona Trinitatis merito igne declaratur, cū per amore Patris & Filij procedat. Voluit Deus ostendere amorem

Esa. 64.
Abdia. 1.

Prouer. 26.

Simile.

1. Pet. 1.

Esa. 27.

A amorem suum in nos, & plura contulit beneficia. Huius amoris signa, nunciam non amoris signa nobis dat, sed amorem ipsum. Quod est, ac si amicus, adeo tibi esset amicissimus, vt non contentus plura exhibuisse dilectionis signa, tandem & cor suum tibi daret, quo te diligit, spiritum tribueret, quo amaret. Immensus hic amor esset, & immense pro eo reddenda gratia, hinc Paulus. Gratiarum Deo super inenarrabili dono eius, vere inenarrabile donum est Spiritus sanctus, nihil inenarrabile nisi Deus. Parum fuit o Domine in conspectu tuo quod filium miseris, nisi etiam Spiritum sanctum nobis donares? Dedit Deus homini in corpore præcipua duo, caput, & cor, vt dicit Gregorius Nisenus lib. de homine, vt hæc respondeant duabus potentijs anime, intellectui, & voluntati, cor voluntati, caput intellectui, hinc est quod speculantes capite laboramus, amantes corde mouemur. Similiter duo præcipua dedit Ecclesie suæ, Christum in caput, Spiritum sanctum in cor. Melius caput habere non potuit, vt intelligeret, quam Dei sapientiam. Tanto verò capiti tantum debebatur cor, vt amaret scilicet Spiritus sanctus. Sic impletur illud Pauli. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. En cor, quo diligas, Arist. 2. de partibus animal. & D. Tho. 1. p. q. 31. dicunt corpus hominis elatum esse, vt celum conspiciat, reliquorum verò animantium curua, quia cor hominis calidissimum est, fursum eleuans corpus, reliquorum animantium cor frigidum, non potest eorum corpora eleuare. En quid diuinus spiritus efficiat in eo homine, cuius cor est. Diuino enim calore fursum eum erigit, vbi Christus est, in dextera Dei sedens, altis mitit cognitiones. E contra peccator, cui cor nõ est diuinus spiritus, oculos suos statuit desigere in terram. Auerterunt oculos suos, ne viderent celum, neq; recordarentur iudiciorum iustorum. Vt dicit de peruersis senibus, quod mire Spiritus sanctus expressit in Nabuchodonosore. Cui cor ferè datum est, & quasi quadrupes ambulauit scænum, vt bos, comedit, donec cor hominis datum est ei, & oculos leuauit in celum, quid miser habet peccator, nisi ferè cor, quo solum terrena nouit cogitare? Et cibus brutorum vti?

Sicut

Simile.

2. Cori. 9.

Nisenus.

Rom. 7.
Aristo.
D. Tho.

Psal. 18.
Dau. 9.

Thren. 1. Sicut ergo ignis sursum ascendit, sic diuinus amor, diuinus A spiritus mentem ignit, & sursum leuat, vt iam non terrena sapiat, de cælo misit ignem in ossibus meis, & erudiuit me. Mira profecto Dei liberalitas, dum homini filium dedit, & nunc spiritum suum itidem tribuit. Si prodigum Domine dicimus eum, qui omnem profundit substantiam suam, an non prodigus ipse, es qui non substantiâ solum, sed & te ipsum profundis, filium tuum tribuens, insuper & Spiritum sanctum? quasi res nihili esset, sic eum effundis. Effundam de spiritu meo super omnem carnem. Effundere est largissime tribuere. Profudisti vniuersam substantiam pro homine dedisti deinde filium, & illum consummasti, vel consumpsisti, vt dicitur Hebræ. 6. Consummatus factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ. Nec contentus es, quod filiū consumpseris, nunc iterum Spiritum sanctum quasi consumis effundes illum in nos, quis talem non miretur amorem.

Joel. 2.

Heb. 7.

Acto. 19. Sed nunc ego vos interrogo cum Paulo Acto. 19. Si Spiritū sanctū accepistis credentes? At illi dixerūt ad eū, sed ne que si Spiritus sanctus est, audiuius. Pluuia descendit de cælo voluntaria, omnem terram irrigans, de qua sapiens, spiritus domini repleuit orbem terrarum. Num vel guttam accepisti? Totus mundus igne ardet, & tu frigidus es? quid huius rei causa esse potest? Vtique illa, quam assignat hic spiritus Sap. 1. Spiritus disciplinæ effugiet fictum, & aufert se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu, & corripitur à superueniente iniquitate. Si habes spiritum huius mundi, Spiritum sanctum non potes accipere. 1. Cor. 2. Nos non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est. De hoc Spiritu sancto Christus loquitur quem mundus nō potest accipere. Si cut enim formæ duæ, in vna materia esse non possunt, sed vna alteram expellit, ita duo spiritus esse in te nequeunt. Similiter qui in carne sunt Deo placere non possunt, vt ait Paulus, quia spiritū habent carnalem: sic ille loquitur. Non permanebit spiritus me^o in homine, quia caro est. Eijce ergo à corde tuo carnē & mūdi spiritū, & malignū demōnē vt ingrediat Spirit^o sanct^o spiritus Christi, spiritus adoptionis filiorum Dei in quo clames Abba

A Abba pater. Dic è miser homo tantum despicias bonum? Orasti ne illū, vt ad te diuertat? rogasti? clamasti? lacrymas in hoc fu disti? Quomodo sine bono tanto viuere potes?

Vere desiderari ille vult, si quis sitit, ait Christus, veniat ad me, & bibat, & flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant, credentes in eum. Audi miram superabundantiam spiritus, non iam gutta eius datur, sed flumina fluent à bibente, sed prius siti hunc spiritum. Omnes sitientes venite ad aquas. Prius sitit Israel, quam ex petra aqua procedat, audi Ecclesiam nunc clamantem vt tu similiter clames. Veni sancte Spiritus, veni pater pauperū, veni dator munerum, veni lumen cordium. O lux beatissima,

B reple cordis intima, tuorum fidelium. Sine tuo numine nihil est in homine, nihil est innoxium. Hoc vento quam facile properamus in patriam nostram. Spiritus tuus bonus, deducet me in viam rectam, hinc Christus. Sedite in ciuitate, donec induamini virtute ex alto. Sine illo enim ambulare non possumus, sed proprio grauamur pondere, vt sedeamus. Sed si insufflauerit ille, viam mandatorum curris, omnia te iuuant vt in cælum petas, omnis herba, & vilissima quæque in cæna sunt tibi diuini amoris. O beatissimus aer, è felicissimus vêtus, qui in cælu nos ducis, de cælo procedit aura ista, & in cælum ducit. Anima hoc informata spiritu omnibus superior rebus est, omni ornata

C tur bono cū huic spiritui vnitur. Sed quomodo dicemus mirabile hanc vnionem animæ cum hoc diuino spiritu? quo nomine compellabimus illam? Dicemus ne incarnationem? abfit. Est tamen ei valde similis, est enim desponsatio animæ cum Deo, vt sint iam vnum Deus, & animā. In incarnatione facta est vnio in persona, hic non est vnio personalis, sed illi valde assimilatur. Sicut enim verbum diuinum regit humanitatem assumptam, sic Spiritus sanctus animam quam inhabitat, est illi pater, magister, dulcedo, consiliarius. Ille docebit vos omnem veritatem, quid amplius homo desiderare possit? Inuoca ergo illum, voca, clama cum sapiente Sap. 7. Optaui, & datus est mihi sensus, inuocaui & venit in me spiritus sapientiæ, & præposui illa regnis, & sedibus, & diuitias nihil esse dixi in comparatione illius. Hoc spiritu recepto fiet in te, quod olim in Adam

Io 4. 7.

Esai. 55. 1.
Num. 20.
Eccles.Psal. 142.
Acto. 1.

Gene. 2.

Inflauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam uiuentem, cum ante vile esset figmentum, simile quid in te efficietur, & illud, quod Ezechielis. 37. Introduxit me in campum plenum ossibus, & ait, fili hominis putas ne, uiuent ossa ista? Ecce ego intromittam in vos spiritum, & uiuetis, à quatuor uentris ueni spiritus, & inflata super interfectos istos, & reuiuiscant. Tales apostoli erant, ossa arida, sed ueniente spiritu uixerunt, sic tibi contingeret. Ora ergo cum Psal. Emitte ergo spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ.

Psal. 102.

Venit enim hic diuinus spiritus in mundum, ut vitam daret ossibus aridis, ut cordibus nostris vim infundat, quæ prius arida erant, sicut Psal. ait, Aruit cor meum. Aridum fecerat cor nostrum ignis concupiscentiæ carnis, sed nunc adest alter ignis, qui spiritum adiuuet contra carnis concupiscentias, ne succumbat. Sicut enim olim Deus ex nomine Sarai literam abstulit, nomini uero Abrahæ addidit. Vnde Sarai dicta est Sara, & Abrahâ dictus est Abraham, ita nunc diuinus hic spiritus, carnem mortificat, ab ea aufert superflua, minoremque reddit, spiritum uero

Psal. 101.

auget, & crescere facit, ut carne sit superior. Sicut ergo olim ait scriptura, Facta est longa cõcertatio inter domum Dauid, & inter domum Saulis. Dauid proficiens, & semper se ipso robustior, domus autem Saul decrescens quotidie. Ita cum longa fuerit concertatio inter carnem & spiritum, diuino adueniente spiritu de cælis, spiritus noster se ipso robustior factus est, & crescens quotidie, caro uero decrescens, & uiribus minorata.

Gene. 17.

Bernar. Ser. 64. in Cantica. Mira profecto diuini spiritus uolentia, summa cum suauitate, & mira eius suauitas summa cum uolentia, redditurque nobis iam cum hoc spiritu fluuius ille paradisi, in quatuor diuisus capita. Hic enim spiritus illuminat intellectum, accendit uoluntatem, roborat irascibilem, frenat concupisibilem, quo facto redditus nobis paradisi denuo est, impletumque illud Psal. Emitte spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ, iam enim desertum erit in Charmel, & uelut in paradisi. Audi Esaiam gaudium onagrorum, pascua gregum, donec effundatur super nos spiritus de excelsis, & erit desertum in Charmel, & Charmel in altum reputabitur, & habitabit in solitudine iudicium, & iustitiam Charmel debet.

2. Reg. 3.

Quasi dicat, Desolatio maxima erit, ita ut pascua gregum fiant onagris in gaudium, ut scilicet feræ sint, ubi greges ante pascebantur. Sed mala ista durabunt, donec effundatur spiritus de excelsis, Tunc enim mala uniuersa finem accipient, tunc ex deserto fiet Charmelus fructibus abundans, & solitudo replebitur iustitia. Si ergo te uideas deserto similem, si à passionibus superatum, si à carne calcatum, ora ut ueniat in te hic diuinus spiritus, quo præsentem omnem uastitatem finem accipiet, quo exicatur mare Rubrum, quasi uento uenti. Illo enim naturæ nostræ infirmitas pellitur, caro superatur, & gratia demum recuperatur, &c.

Bernar.

Gene. 2. In quatuor diuisus capita. Hic enim spiritus illuminat intellectum, accendit uoluntatem, roborat irascibilem, frenat concupisibilem, quo facto redditus nobis paradisi denuo est, impletumque illud Psal. Emitte spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ, iam enim desertum erit in Charmel, & uelut in paradisi. Audi Esaiam gaudium onagrorum, pascua gregum, donec effundatur super nos spiritus de excelsis, & erit desertum in Charmel, & Charmel in altum reputabitur, & habitabit in solitudine iudicium, & iustitiam Charmel debet.

Gene. 2.

Psal. 103. In quatuor diuisus capita. Hic enim spiritus illuminat intellectum, accendit uoluntatem, roborat irascibilem, frenat concupisibilem, quo facto redditus nobis paradisi denuo est, impletumque illud Psal. Emitte spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ, iam enim desertum erit in Charmel, & uelut in paradisi. Audi Esaiam gaudium onagrorum, pascua gregum, donec effundatur super nos spiritus de excelsis, & erit desertum in Charmel, & Charmel in altum reputabitur, & habitabit in solitudine iudicium, & iustitiam Charmel debet.

Psal. 103.

Esai. 32. In quatuor diuisus capita. Hic enim spiritus illuminat intellectum, accendit uoluntatem, roborat irascibilem, frenat concupisibilem, quo facto redditus nobis paradisi denuo est, impletumque illud Psal. Emitte spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ, iam enim desertum erit in Charmel, & uelut in paradisi. Audi Esaiam gaudium onagrorum, pascua gregum, donec effundatur super nos spiritus de excelsis, & erit desertum in Charmel, & Charmel in altum reputabitur, & habitabit in solitudine iudicium, & iustitiam Charmel debet.

Esai. 32.

Quasi dicat, Desolatio maxima erit, ita ut pascua gregum fiant onagris in gaudium, ut scilicet feræ sint, ubi greges ante pascebantur. Sed mala ista durabunt, donec effundatur spiritus de excelsis, Tunc enim mala uniuersa finem accipient, tunc ex deserto fiet Charmelus fructibus abundans, & solitudo replebitur iustitia. Si ergo te uideas deserto similem, si à passionibus superatum, si à carne calcatum, ora ut ueniat in te hic diuinus spiritus, quo præsentem omnem uastitatem finem accipiet, quo exicatur mare Rubrum, quasi uento uenti. Illo enim naturæ nostræ infirmitas pellitur, caro superatur, & gratia demum recuperatur, &c.

114

Quasi

Quasi dicat, Desolatio maxima erit, ita ut pascua gregum fiant onagris in gaudium, ut scilicet feræ sint, ubi greges ante pascebantur. Sed mala ista durabunt, donec effundatur spiritus de excelsis, Tunc enim mala uniuersa finem accipient, tunc ex deserto fiet Charmelus fructibus abundans, & solitudo replebitur iustitia. Si ergo te uideas deserto similem, si à passionibus superatum, si à carne calcatum, ora ut ueniat in te hic diuinus spiritus, quo præsentem omnem uastitatem finem accipiet, quo exicatur mare Rubrum, quasi uento uenti. Illo enim naturæ nostræ infirmitas pellitur, caro superatur, & gratia demum recuperatur, &c.

Esai. 14.

B

Feria. II. Pentecostes.

Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret. &c. Ioan. 3.



C

Gricola, qui locationis contractu præditus à Domino accepit, tristari maxime solet, cum steriles anni sunt, in quibus fructum colligere non ualet, ut Domino prædij debitum tributum soluat, & se, suamque familiam alere possit. Sed cum adest annus ita abundans, ut collectis ex agro fructibus uniuersa debita soluere possit, & ipsi remanet, unde familiam suam alat, præcipuo gaudio lætatur. Plantauerat Deus vineam, & locauerat eam agricolis, hominibus scilicet, præcesserant hucusque anni steriles, in quibus homo Deo satisfacere plene non potuit, nec peccati debita soluere, nec sibi æternam præparare cibum, mirum non est, quod mundus tristis fuerit, Sed nunc profusis gaudijs totus in orbe terrarum mundus exultet, quoniam adest annus benignitatis, in quo ut Psal. ait, ualles abundabunt frumento, & ideo homines clamabunt præ lætitia, etenim hymnum dicent. Iam Christi meritis, & satisfactione Deo persoluere possumus uniuersa nostra debita.

net, unde familiam suam alat, præcipuo gaudio lætatur. Plantauerat Deus vineam, & locauerat eam agricolis, hominibus scilicet, præcesserant hucusque anni steriles, in quibus homo Deo satisfacere plene non potuit, nec peccati debita soluere, nec sibi æternam præparare cibum, mirum non est, quod mundus tristis fuerit, Sed nunc profusis gaudijs totus in orbe terrarum mundus exultet, quoniam adest annus benignitatis, in quo ut Psal. ait, ualles abundabunt frumento, & ideo homines clamabunt præ lætitia, etenim hymnum dicent. Iam Christi meritis, & satisfactione Deo persoluere possumus uniuersa nostra debita.

Psal. 64.

biti. Iam præcesserunt vacua, & egena elementa, & adfunt diuina sacramenta gratiam continentia, qua viuere possimus, & vitam consequi æternam. Ininitium huic anno datum est spiritum diuino descendente, sed à Maria hæc omnia bona ininitium habuerunt, eam oremus, &c.

Accersit sacratum tempus, quo Deus mundo ostendere uoluit infinitum amorem, ac dilectionem suam. Cum sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, dono filij dilectionem ostendit. Stulti, & insensij philosophi in mundo fuere, qui putauerunt, in Deo nostro dilectionem non esse. Dic nobis ò dñe, quodnam tibi ingenium est? quæ natua conditio? an sine dilectione es, auferus, & durus? Vis ò homo Dei tui ingenium nosse? Audi. Deus simplicissimus est, imo beatitudo ipsa, hæc uero esse non potest sine dulcedine, ac requie, dulcedo uero, ac requies sine amore esse non potest, unde nec beatitudo. Et ratio huius est, quoniam dulcedo, ac delectatio oritur ex possessione eius, quod diligimus. Hinc est, quod Deus sine dilectione esse non potest, imo qui est summæ beatus, & ipsa beatitudo, summæ diligit. Et sicut esse omnium creaturarum, si cum diuino esse conferatur, nihil est, quia diuinum esse est esse per essentiam, reliquorum esse est per participationem. Ita beatitudo reliquorum, si cum Dei beatitudine conferatur, beatitudo non est, ita dilectio creaturarum omnium, si cum diuina dilectione conferatur, dilectio non est. Agnosce ergo ò homo Dei tui ingenium, ac naturam, quæ eius modi est, ut in sua substantia, atque essentia amorem contineat, ita ut sine dilectione Deus non esset, & qui dilectionem ab eo auferret, substantiam illius tolleret. Hoc probe nouit Ioannes cum dixit. Deus charitas est, non ait, Deus diligit, est amans, sed est ipsemet amor, est Deus infinita dulcedo, & bonitas, uide, si sciet diligere, qui est ipsa dilectio. Maxima hæc homini consolatio est, cum Deo huiusmodi agere, ei inseruire, sicut dulce tibi est, cum parentibus, & amicis conuersari, à quibus te diligis. Hanc suam naturam hodie mundo ostendit dominus, mittens Spiritum sanctum, qui ab infinito patris, & filij amore procedit, & ideo amor à sanctis dici solet. Sicut ergo ea in Deo est cognitio, ut producat infinitum filium, ita ea est dilectio, ut per eam producat Spiritum sanctum. Et hæc sunt

Deo

A Deo ab æterno operationes ad intra cognitio, & amor. Hic Dei amor infinitus, qui est ipsa Dei substantia; quo nos ille diligit, effecit, ut tantum donum nobis concederet, ut filium unigenitum daret.

Hoc in Euangelio hodierno ostenditur, quod licet de solo dono unigeniti filij loqui uideatur, tamen de dono Spiritus sancti etiam loquitur. Non solum enim filium nobis datum dicit, sed etiam amorem erga nos immensum: Spiritus uero sanctus amor dicitur, quia ab amore procedit, utrumque ergo donum explicat, cum dicit. *Sic Deus dilexit mundum, &c.* dator munerum pater est, donum datum filij est, amor, quo datur infinitus est, Spiritus sanctus, scilicet, in omnia infinita, infinitum enim donum procedere non potuit, nisi ab infinito amore, qui nobis etiam dari debuit, ut filius daretur.

B Ut uero hoc fiat manifestum, notanda est doctrina philosophorum. Amor est causa omnium donorum, & est primum donum, quod amico damus. Hinc Plato, & philosophi antiqui dixerunt, (ut refert D. Thom. hic) Deorum amorem causam rerum omnium extitisse. Et ita res se habet: quicquid enim Deus condidit, bonitate, & amore ductus condidit. Et in omni gratuita donatione primum quod donas, amor est, qui est causa reliquorum donorum, diligis amicum, & ei beneficia præstas multa, sed primum beneficium est dilectio illa, quam ei gratis præstitisti. Ita plane Deus noster nos diligit, & deinde plura in nos beneficia confert, sed primum, quod contulit beneficium, amor est, quo nos gratis dilexit, & ex hoc dono amoris processit, ut nobis filium, & reliqua daret. Hic ergo amor, qui est primum omnium donorum, est Spiritus sanctus, æqualis patri & filio, & substantialis amor, qui, ut diximus amor appellatur, quia ab amore procedit. Et ideo Spiritus sanctus donum dicitur. Donum Dei altissimi. Et Petrus in actibus. Effudit hoc donum, quod vos uidetis. Sed qua ratione Spiritus sanctus singulariter dicitur donum? respondeo. Donum est gratuita, & in debita donatio, illud uero quod omnino gratis, & sine ullo debito damus, amor est, & quod nobis Deus gratis concessit,

L 3

amor

D. Tho.

Acto.

amor est, & dilectio, reliqua omnia, quæ amicis damus, postquam eos diligimus, & quæ nobis Deus præstat, postquam nos dilexit, non omnino gratis dantur, & indebita sunt, licet enim gratis dentur ei, qui recipit, tamen quodammodo debita sunt, amori, & dilectioni, quæ primum data fuit. Amor verò, qui priori loco datus est, omnino gratuito datur, nec vlllo modo debetur, ideo singulariter Spiritus sanctus donum dicitur, vide *D. Thom. 1. p. q. 38. art. 2.*

*D. Tho.**2. Cor. 9.*

Inenarrabile profecto donum concessum nobis hodie est. De quo Paulus, Gratias ago Deo super inenarrabili dono eius, vere summum donum, & primum donum, & inenarrabile donum. Ostendat olim Deus amorem in homines, dans beneficia, quæ signa amoris sunt, nunc verò, non iam amoris signa dat, sed ipsum amorem, qui in corde occultus esse solet, nunc palam factus est, & nobis datus. In quo Deus similem se amico præbuit, qui cum plura beneficia amico dederit, his omnibus non contentus, cor ipsum, in quo amor est, à pectore extrahes, amico dono dat, quod summi amoris indicium esset, nec vllus vnquam præstitit amicorum, Deus verò illud dedit, cum spiritum suum, nobis dedit, merito profecto dicitur Spiritus sanctus donum per antonomasiam, *D. Thom. 1. p. q. 38. arti. 2. sic explicat id, quod diximus. Donum est proprium nomen Spiritus sancti, quia donum est datio irredibilis, secundum philosophum, id est, quod non datur intentione retributionis, & sic importat gratuitam donationem, ratio autem gratiæ donationis est amor, ideo enim damus gratis alicui aliquid, quia volumus ei bonum, primum ergo, quod damus ei, est amor, quo volumus ei bonum. Vnde manifestum est, quod amor habet rationem primi doni, per quod omnia bona gratuita donantur vnde cum Spiritus Sanctus procedat vt amor, procedit in ratione primi doni. Vnde August. 15. de Trinit. ait, per donum, quod est Spiritus sanctus, multa propria dona diuiduntur membris Christi.*

*Simile.**D. Tho.**Aug.**Deut. 4.*

Ex dictis patet, quantum nos sibi deuinxerit Deus, cum dedit nobis spiritum suum, *Deut. 4. ostendit beneficia Israelii concessa, vt eum in officio contineret, dicens. Dilexit patres tuos, & elegit eos, de cælo audire fecit vocem suam, vt erudiret te, & in terra*

A & in terra ostendit tibi ignem suum maximum, & audisti verba illius de medio ignis. Et propter hæc beneficia dictus est populus ille, dilectus. In crassatus est dilectus, &c. Sed multo potiori iure populus Christianus dilectus dici potest, cui data est lex gratiæ, & innumera Spiritus sancti dona, & ipse denumdonorum author Spiritus sanctus datus est, & visus in igne in terra, quasi si amico dares, non dona solum, sed animam tuam, & spiritum tuum. Data hodie Ecclesiæ sunt maxima dona, sed non ea tantum, sed & ipse Spiritus sanctus datur, qui est donorum author. Vnde *D. Thom. 1. p. q. 43. art. 3. vbi ait, fuisse errorem, quorundam dicentium, ipsum Spiritum sanctum non dari, spiritus ergo diuinus datur, non quod gratia, & charitas sint ipse Spiritus sanctus, sunt enim habitus ab eo effecti, sed quia ipse Spiritus sanctus à nobis possidetur fide viuua, & charitate, & ipse vnitur animæ ineffabili quadam vnione, quæ similis quodammodo est ei, qua verbum diuinum hypostatica vnitum est humanitati. Qua ratione Paulus ait, Qui adhæret Domino, vnus spiritus est. Sicque verum est, illud Pauli. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Ex hac vero mirabili, & intima spiritus diuini vnione, multa dona, & gratiæ in animam redundant, sicut ex vnione animæ ad corpus multi sensus. Et sic hodie Christus Dominus hoc spiritu dato sponfam ditauit, & donauit suam miris donis. Et similis factus est viro nobili, qui peregrinam ambulans regionem despiciatur alicui sceminæ, cui dat munera aliqua, & annulos, vel armillas aliquas, non tamen adeo pretiosa dona dat, quia à patria longe abest, dicit verò sponsæ, nunc in patriam proficiscor meam, & cum in illam venero pretiosissima mittam dona, vestes ornatissimas, quibus, vt decet, orneris. Desponsatus Ecclesiæ Christus Dominus est, dum in terram venit, sed quasi peregrinus hic ille fuit, aliqua dedit Ecclesiæ suæ dona, sed non adeo pretiosa. Discedens verò in cælum ait. Cum venero in patriam meam, mittam tibi pretiosissima dona. Hinc Paulus. Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus, dona, quibus mire ornauit Ecclesiam suam, dedit enim abundantem, ac copiosam gratiam, & deinde gratias omnes gratis datas, prophetiam, donum miraculorum, gratiam sanita-*

*Deut. 32.**D. Tho.**1. Cor. 6.**Rom. 5.**Simile.**Ephe. 2.*

Ier. 2.

tum, linguarum donum. Vere magna nobis, & pretiosa promissa donauit. Nec mirum, cum Spiritum suum nobis dedit, Effundam de spiritu meo super omnem carnem, Ier. ait. Emphaticam magnam continet verbum illud, de spiritu meo, quasi diceret, dabo vobis spiritum meum, animam meam, cor meum, quod si hoc dono, quid vobis non donabo? quam gratiam negare potero?

Gene. 2.

Sed vt diuitias, quas hoc spiritu dato, in nos effundit, amplius faciamus manifestas, norandum est. Cum spiritum suum nobis Deus dedit, donauit simul vitam suam. Spiritus enim est qui viuificat, & vitam ei donat, cui iungitur. Et sicut corpus sine anima non viuit, sic anima sine hoc spiritu mortua est, sed hoc suscepto spiritu viuit. Formauit Deus de limo terræ hominem, si sic eum reliquisset, homo nõ esset, sed statua, & effigies hominis. Ideo spirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem recepto illo spiritu factus est homo, & viuens redditus est. Sicut ergo per animam habet homo esse naturale, & vitam naturalem, ita esse supernaturale, & vitam supernaturalem habet ab hoc spiritu diuino. Et sicut recedente anima deficit esse naturale, & vita hominis, & vniuersa vitalia opera, ita hoc spiritu recedente a nobis, deficit supernaturalis vita, abeunt vniuersæ virtutes, & earum operationes, Et sicut homo mortuus nõ est homo, nec opera hominis exercet, imo turpis, fædus, & abiectus est. Sic abominabiles facti sunt peccatores, sicut ea, quæ dilexerunt, quia hic diuinus spiritus recessit ab eis. Cum ergo nobis dedit Deus spiritum suum, dedit diuinam suam vitam, tu aspirando, das spirituales esse homines. Sicut inspirauit in faciem Adæ, & dedit naturalem vitam, ita cum hunc spiritum spirat, dat supernaturalem vitam, & constituit diuinum hominem. Hinc Spiritus sanctus viuificator dicitur. Credo in Spiritum sanctum, Dominum, & viuificantem. Sicut ex luteo homine inspirando fecit hominem viuum, ita hoc diuino spiritu dato efficitur diuinus homo. Quam verò diuinus homo reddatur hoc spiritu, & quanta in eum bona veniant, colligi facile potest ex magnitudine ac excellentia huius spiritus. Si enim humana anima corpori admodum, quod lutum ac vile est, adeo pulchrum reddit, & viuens, quid non

A non faciet diuinus spiritus infinitus in bonitate, in anima cui vnitur? Quod si deuinctus homo est Deo suo, quia ei dedit animam, qua viueret, quæ obsequia ei non debet; quia dedit spiritum diuinum? Recte Augustinus ait. Qui tibi non in seruit Deo meus pro creationis beneficio, dignus est gehenna, sed qui tibi non obsequitur pro beneficio reparationis, redemptionis, & spiritus diuini ei dari, non vno dignus inferno est, sed multis, nec vlla inferni pœna fatis est tantæ ingrati- tudini.

Aug.

Ex dictis vero colligi potest. Si hunc habeas spiritum, spiritualis es, & opera tua spiritu plena erunt: si hoc spiritu careas, caro es, & opera tua nihil sunt. Oratio tua mortua est & eleemosyna sine fructu, & fides ipsa mortua est in semetipsa, si hic spiritus absit. Hinc Paulus, qui in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem in carne non estis, sed in spiritu, si tamen spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Quod si spiritus eius, qui suscitauit Iesum a mortuis, habitat in vobis, qui suscitauit Iesum Christum a mortuis, viuificauit & mortalia corpora vestra propter inhabitantem spiritum eius in vobis. Optime Paulus ait. Qui in carne sunt, Deo placere non possunt, carnem appellat, non substantiam, & naturam carnis, sed vitam carnalem, quæ spiritui aduersatur. Qui hac vita viuit, Deo non potest placere, opera illius mortua sunt. Sicut ipse mortuus est. Ex quibus tandem Paulus colligit. Ergo fratres debitores sumus, non carni, vt secundum carnem viuamus, si enim secundum carnem vixeritis moriemini, Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Quasi dicat. Sicut cum Adam recepit naturalem spiritum, quo bruta excessit, deuinctus fuit, vt viuat rationi consentanea vita. Ita spiritu diuino recepto tenetur homo viuere vita diuina, & supernaturali. Hinc Paulus. Si spiritu viuimus, spiritu & ambulamus. Sicut homo excedit bruta, ita fidelis, qui spiritum Christi accepit, excedere debet reliquos homines, cum excedat vita, & spiritu, superare etiam eos tenetur operibus. Hinc Christus Dominus. Si diligitis eas, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis, nonne ethnici hoc faciunt? Quasi dicat, alia & iuge maiora præstare tenetur Christi discipulus, quàm ethnicus.

Rom. 8.

Gala. 5.

Matt. 5.

L 5

Hinc

1. Cor. 3. Hinc Paulus Corinthios carpit, dicens, cum enim sit inter vos zelus, & contentio, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis?

1. Cor. 2. Præterea, cum nobis Deus dedit spiritum suum, dedit nobis sapientiam suam, quia hic est spiritus sapientiæ, & intellectus. Paulus ait. Quis hominum scit, quæ sunt hominis, nisi spiritus eius, qui in ipso est? ita quæ Dei sunt, nemo cognouit, nisi spiritus Dei. Hic spiritus diuinus scrutatur etiam profunda Dei. Et quemadmodum homo secreta sua manifestat, cui vult, ita Deus spiritu suo manifestat secreta cui vult. Hic spiritus prophetas docuit, prophetas tu inspirasti, & in symbolo dicitur. Qui locutus est per prophetas. Hinc Paulus. Loquimur sapientiam inter perfectos, quam nullus principum huius mundi cognouit, nobis autem reuelauit Deus per spiritum suum. Hoc verò promisit Christus Dominus. Ille docebit vos omnia, & Spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem. Hinc Iob. Inspiratio omnipotentis dat intelligentiam. Hinc Christus Dominus. Ego dabo vobis os, & sapientiam, cui non poterunt contradicere, & resistere omnes aduersarij vestri non enim vos estis, qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Hic spiritus efficit hominem consiliarium, ut sit Deo à consilijs, & à secretis consilijs, cum scrutetur etiam profunda Dei. Hinc Sapiens. Quæcumque sunt abscondita, didici, omnium enim artifex docuit me sapientia. Est enim illa spiritus intelligentiæ subtilis, acutus, certus, suavis, securus, omnem habens virtutem, omnia prospiciens, & qui capit omnes spiritus, hæc vltima verba dicit, quoniam hoc diuino spiritu reliqui omnes spiritus probantur, an ex Deo sint. Hic diuinus magister idiotas piscatores fecit Apostolos, & magistros mundi. Hic eos docuit vniuersas scripturas. Hic vim dedit, ut mundum, & eius sapientiam superarent. Hic eis dedit ignitas linguas, ut ignirent hominum corda. Felices discipuli, qui tanto magistro digni fuere. Beatus homo, quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum, sapientior enim euadet, quam omnes Athenienses, & sapientes mundi. Timuit Moyses, cum eum Deus mitteret ad Pharaonem, & ait. Obsecro Domine, non sum eloquens ab heri, & nudius tertius. Orig. homil. 3. in Exod. & Basil. aiunt. Intellexit Moyses

1. Cor. 2. rudita-

Ioan. 14.

Iob. 31.

Luc. 21.

Sapie. 7.

Psal. 93.

Exod. 3.

Orig.

Basil.

Aruditatem, & imperitiam suam, postquam cum Deo locutus fuit, licet enim eruditus esset omni sapientia Aegyptiorum, & eloquentia incomparabili (ut Orig. ait) cum Deum loquentem audit, dicit se loqui nescire. Sicut rusticus brutis comparatus sapiens videtur, sed sapientibus collatus, ostendit imperitiã suam, ita omnis humana sapientia coram Deo stultitia est. Ideo Moyses ait. Eloquens non sum, noli me mittere, ut negotia tua pertractem.

Cui ait Deus. Quis fecit os hominis, aut quis fabricatus est mutum, & surdum, videntem, & cæcum? Perge igitur, & ego ero in ore tuo, & docebo te, quid loquaris. Sic Christus ad Apostolos suos dixit. Non estis vos, qui loquimini, sed spiritus patris vestri, &c. Sine hoc verò spiritu nihil nos scire possumus, quod proficuum sit. Hinc Sapiens. Difficile æstimamus, quæ in terra sunt, & quæ in prospectu sunt, inuenimus cum labore, quæ in cælis sunt, quis inuestigabit? sensum autem tuum quis sciuit, nisi tu dederis sapientiam, & miseris Spiritum sanctum tuum de altissimis? Sed iam nunc misit hunc diuinum spiritum, ut sciamus eum, & profunda illius. Felices nos, ad quos tantus spiritus missus est, ut nos doceat, & sapientia sua repleat. Aiebat & propheta. Beati sumus ò Israel, quia quæ Deo placent manifesta sunt nobis. An non beatissimi nos, quibus lex gratiæ data est? Iam per agnum liber apertus est, qui septem sigillis claudabatur, id enim Spiritu sancto misso perfecit. Hic liber mandatorum Dei, & lex quæ est in æternum. Omnes, qui tenent eam, peruenient ad vitam, qui autem dereliquerint eam, in mortem. Conuertere Iacob, & apprehende eam, ambula per viam ad splendorem eius, & lumen illius. Hæc Baruc vbi supra. Sed quis hæc omnia docet? Certe vnctio docet vos de omnibus, ut Ioannes ait.

Nec verò ex his colligas, Spiritum sanctum immediate, per se ipsum cunctos docere de omnibus, licet enim aliquos sic doceat de aliquibus, sed aliqua docet per alios, quos efficit lucem mundi, docet verò etiam te omnia illa, dum docet, ut ad illos accedas, à quibus docendus es. Sicut Saulum misit ad Ananiam. Hic etiam spiritus nos docet, ut rectis oculis omnia intueamur, quæ in mundo sunt, & ex illis nobis proficias considerationes.

Sap. 9.

Baruc. 4.

Apoc. 5.

Baruc. 4.

1. Ioan. 2.

Act. 9.

derationes colligamus. Hic docet nos sapienter colligere, & argumentari, sicut contra spiritus mendacij docet impios male colligere, & cum eadem sint principia bonis, & malis in intellectu, bonus recte colligit Spiritu sancto edoctus, contra peccator male arguit spiritu ductus mendacij. Audi improbbs sic colligentes, exiguum, & cum tædio est tempus vitæ nostræ, venite ergo, fruamur bonis, quæ sunt. Et iterum. Comedamus, & bibamus, cras enim moriemur. Nō sic colligit spiritus Dei, sed aliter. Audi Paulum, qui non spiritum huius mundi accepit, sed spiritum qui ex Deo est. Tempus itaque breue est, reliquū est, ut qui habent uxores, tanquam non habentes sint, & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur. Eodē modo colligere docet Psalms. Noli æmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitates, quoniam tanquam scænum velociter arescent. Ex diuina misericordia & bonitate colligit peccator facile esse, in Deum peccare, & ideo sine timore iniusti pertrant mala, quia non cito profertur in peccatores sententia. Iusti cōtra diuino edocti spiritu inde colligunt, Deo obsequendum. Hic etiam spiritus dat iustis scientiam sanctorum, prudentiam, scilicet, qua diriguntur in operibus suis, ut recta videant, & opere impleant, scientia enim sanctorum prudentia est. Quæ ratione iusti sapientes dicuntur, licet scientias naturales nō hauerint, quia sciunt, quid facto opus sit, & quid in omnibus sit operandum. Cōtra peccator stultus dicitur, licet scientijs abundet, quia hic, & nunc quid operari expediat, non nouit. Nec prospicit.

Hæc omnia, quæ hucusque diximus, ostendit Spiritus sanctus, dum in igne venit, ignis enim amor simillimus est, & ei sæpe confertur, ignis etiam viuax est, lumen præstat. Et tandem hic diuinus spiritus tanquam ignis condit, ac atemperat nobis alimentum, quo pascendi sumus. Sicut igne condiuntur cibi hominum, & apti redduntur digestionī, & nutritioni. Vniuersa quatuor elementa deseruiunt consistentiæ mixtorum. Tria locō, & situ eorum, terra, scilicet, aqua, & aer. Vnum vero deseruit condimento ciborum, ignis scilicet. Sed quomodo hic diuinus ignis, & spiritus cibos animæ condiat, exponendū nobis est. Animæ nostræ cibus verba sunt Christi Domini, &

eius

Aeius opera. Non enim in solo pane viuūt homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Multa verba Christus dixerat, multa opera præstiterat, quibus homines aliter poterant, & nutriri. Sed donec Spiritus sanctus adfuit, donec igne suo ea condiret, non erant aptus cibus hominis, nec illum nutriebant, & ideo venit hic ignis, ut ea condiret, & aptum cibum efficeret. Ideo de paschali agno dictum erat. Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, sed asium tantum igne. Non enim nutrit Christus homines, nisi igne Spiritus sancti condiatur. Hinc verba, & opera Christi parum Apostolis profuere, parum eos nutrire, donec spiritus hic diuinus adesset. Hinc ad eos ait ipse. Ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quæcunque dixerō vobis: condita illis Spiritus diuinus dedit, & digestionī apta. Tunc virtus verborum, & operum Christi manifesta facta fuit. Hinc Paulus. Nos non accepimus spiritum huius mundi, sed spiritum, qui ex Deo est, ut sciamus, quæ a Deo donata sunt nobis. Id est. Ut ponderemus, & æqualiter pensemus diuinas misericordias nobis collatas. Et ideo Christus Dominus ait. Ille testimonium perhibebit de me, ille me clarificabit, quoniam Spiritus sanctus mundo dedit æstimationem, ponderationemque operum Christi, & verborum ipsius. Hoc spiritu adueniente Christi Domini mysteria ponderata ab hominibus sunt, ut extra se fierent, & diceretur de eis. Musto hi pleni sunt. Et certe vino illo nouo pleni erant, **C**de quo Christus ait. Mittendum esse in nouos vtres. An non musto pleni, qui in contumelijs gaudent? quos nec parentum amor, nec vllus terrenorum detinere potest affectus? An non extra se facti, & musto pleni, qui in carceribus, prunis, crucibus! & inter feras cantant, & lætantur? O mirabilem vini potetiam! multi feruorem! Calcatus fuit in passione botrus ille, à quo hoc prodijt vinum, prius enim spiritus non erat datus, quia **I**ESVS nondum erat glorificatus. Id est, nondum cruci affixus, ut Chrysostronus exponit. Sed calcato botro vinum copiosius exiuit, quod implet vtres, & homines ebrios reddit.

Hic ergo diuinus spiritus mundo exposuit verba, & facta Christi. Hoc est illud. Ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia. Id est. Ille explicabit, explanabitque omnem meam doctrinam.

Sap. 2.

1. Cor. 15.

1. Cor. 7.

Psal. 36.

Eccl. 2.

1. Cor. 12.

1. Cor. 12.

1. Cor. 12.

1. Cor. 12.

Matth. 4.

Exod. 12.

Ioan. 14.

1. Cor. 2.

Ioan. 14.

Acto. 7.

Mat. 2.

Ioan. 7.

Chrys.

Ioan. 14.

Simile.

Rom. 9.

Esai. 10.

doctrinam. Sicut enim epistola, quæ notulis breuioribus scripta est, & literis obscuris, quæ vulgo dicuntur cifras, indiget interprete, qui eam explanet. Ita verba Christi Spiritu sancto indigebant interprete. Quoniam verbum abbreviatum fecerat Dominus super terram, vt Esaias ait, & Paulus, qui ait. Verbum consummans, & abbrevians. Vere verbum Christi consummans est, qui ad perfectum homines adduxit, sed simul breue est. An non verbum infinitum abbreviatum est, cum in humanitate inclusum est? Quis hoc breuiatum verbum explicabit? Spiritus sanctus, qui ipsum clarificauit. An non breue verbum Evangelica lex, quæ vnico verbo dilectionis cuncta complectitur, quis eam explicabit? Spiritus diuinus. An non abbreviatum verbum B fides nostra est, quæ paruo symbolo continetur, quis eam explicabit? Spiritus sanctus, qui per Apostolos eam mundo vniuerso prædicauit, & hoc verbum nobis omnibus condidit, vt nutriamur, & crescamus in virum perfectum.

Feria Tertia Pentecostes.

Ego veni vt vitam habeant, & vt abundantius habeant. Ioann. 15.

August.



Vgustius in sermone huius festi ait. Post insignem victoriam, qua Christus de morte triumphans, in dexterâ Dei sedet, mittit hodie Spiritum sanctum. Quam inestabilis pietas redemptoris, hominem portauit ad cælum, & Deum misit ad terras, quâta est auctori cura pro institutione facturæ suæ. Ecce iterum noua de supernis medicina mittitur. Ecce iterum infirmos suos per se ipsam maiestas visitare dignatur. Ecce iterum humana diuinis miscetur, vt beneficia, quæ saluator inchoauit, Spiritus sanctus consummet, & quod ille

A quod ille redemit, iste sanctificet, quod ille acquisiuit, iste custodiat. Adfuit ergo hodie, non solum per gratiam operationis, sed per præsentiam maiestatis. Atque inuasa, non iam odor balsami, sed ipsa substantia sacri defluxit unguenti, vt ex eius fragrantia totus orbis impleretur. Hæc Augustinus. Hoc verò facto Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis misericordiam commendauit suam, factus enim nobis est dulcissimæ, & amantissimæ matri similis, quæ cum filio lac dederit vno verbum concessit, & ille momorderit, & unguibus discerpserit illud, non illa indignatur filio, sed alterum verbum concedit, vt lac fugat. Quasi duo verba patris sunt filius, & Spiritus sanctus, concessit mundo filium, quem male tractauit, discerpserit, & perdidit in passione. Nunc spiritum suum sanctum mittit, vt impleatur illud Prophetæ. Ecce ego declinabo super eam quasi fluuium pacis. Ad ubera portabimini, & super genua blandientur vobis. Vt hoc diuino verbe lac gratiæ fugamus, oremus Mariam, &c.

Exponenda primum nobis est Euangelij litera difficilis. Eiecerant Pharisei à Synagoga cæcum, cui Christus Dominus visum restituit, dicentes, Christum seductorem esse, similemque quibusdam pseudochristis, qui paulo ante præcesserant. De quibus Acto. 5. & Iosephus lib. 30. antiquit. c. 4. & 5. Et ideo illos, qui Christum sequebantur, errare, & velut hæreticos censendos, & ideo à Synagoga separandos, & à fidelium numero, censere. Vult nunc Christus Dominus oppositum ostendere, & duas contrarias veritates opponere falsitatibus Iudeorum. Prior est. Se non solum seductorem non esse, imo omnes illos seductores esse, qui per ipsum non intrant, illos verò esse legitimos pastores, & prophetas, qui per ipsum intrant. Secunda est. Eos, qui in eum credunt, non solum non esse extra numerum fidelium, imo nullum posse fidelē esse nisi qui in eum credit & per eum intrat. Ait ergo, qui non intrat per ostium in ouile ouium sed ascendit aliunde, ille fur est, & latro, qui autē intrat per ostium, pastor est ouium. Quasi dicat. Hæc differt pastor à latrone, quod pastor intrat in ouile per ostium, nihil timens, nec volens latere. Sed fur septa, aut macerem transiit, quia latere vult. Pastor ergo huic ostiarum aperit, & oues vocem eius audiunt, & proprias voces vocat nominatim, &c.

Simile

Esai. 66.

Acto. 5.
Ioseph.

Aug. *tim, & educit eas.* Ostiarius aperit pastori, non latroni, oues vocem eius agnoscunt, & ille eas ad pascua ducit, August. tracta. 45. & 46. dicit, Christus ostium est, per quod legitimi pastores intrare debent. Ostiarius vero, aperiens intranti per hoc ostium Spiritus sanctus est, qui dona sua concedit ei, qui per Christum intrat, in eum credens, hic enim ostiarius aperit scripturas veris pastoribus, dat auctoritatem, & facultatem gubernandi, efficiens pastores, & doctores, & veri pastoris vocem oues audiunt, & ille eas educit ad pascua. Præcedit etiam oues ipse, quod subiungit Dominus dicēs, & ante eas vadit, & oues illum sequuntur, quia sciunt vocem eius, alienum autem non sequuntur. Pastor præcedit gregem, ut viam doceat ad pascua solet etiam sequi gregem, ne aliqua ovis pereat, aut recedat à gregē. Hinc de David dicitur in Psal. De post fatantes accepit eū. Aliquando vnus pastor gregem præcedit, & alius sequitur. Vtrumque vero Christus præstat, præcedit nos tanquam dux, ut nunc ait, verbo, & exemplo nos docens. Hinc Hierē, & ego non sum turbatus, te pastorem sequens. Subsequitur verò, dum gregem videt, ei prospicit, deuiantes reducit. Vtrumque verò prælatus præstare tenetur.

Psal. 77.
Hiere. 17.
Hoc prouerbiū dixit illis Iesus, illi autem non cognouerunt, quid loqueretur eis. Prouerbiū parabolam vocat, cuius reconditum sensum non perceperunt Iudei. Et ideo dignatus est de minus illud explicare, ideo subiussit, *ego sum ostium ouium.* Nul-
P. 103
104
lus Dei ovis dici potest, nisi per me intret, in me credat, mihiq; adhereat, & ideo cæcus, quæ à Synagoga eiecistis, male eiectus est, quoniam per me intravit, & ideo ovis est. Vos verò licet videamini præcipuum in Synagoga tenere locum, Dei tamen oues non estis, quia per me non intratis, sicut ergo ostium sum pastorum, ita & ouium. *Omnes, quotquot venerunt, fures sunt, & latrones.* Restrīgenda est hæc sententia per præcedentē, ut sit sensus. Omnes, qui venerunt ante me, dicentes se ostium esse, dicentes se Christos esse, fures fuerunt. Dicit verò hoc propter Theodā, & Iudā, de quibus habetur Acto. 5. & alios pseudochristos, de quibus multa Iosephus. Sed quia quod vnuer-
105
saliter Dñs ait. Omnes, quotquot venerūt, fures fuerūt, Dubitū est, quomodo concludatur propheta, & veri pastores ab hac sen-
tentia,

Aug.
Iere. 23
Hieron.
Alexan.
A tentia. August. libro quinto contra aduersarium legis, & prophetarum, c. 4. ait excludi illo verbo, *venerunt.* Quia veri prophetæ non veniunt, sed misi sunt, pseudoprophetæ veniunt à se ipsis iuxta illud Ieremiæ. Non mittebam prophetas, & ipsi currebant, non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant. Idem dicit Hierony. super Osee. 7. & ante eos Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromatum ut venire dicatur, qui à se ipso, non à Deo misus est. Vel ut diximus, per superiorem sententiam restringitur qui venerunt, & non per me, ut ostium intrauerunt.

Acto. 9
B Sed non audierunt eos oues, quia veri pastores non erant, & licet aliqui eos audierunt, tamen statim euauerūt omnes, & perierunt, ut dicitur in actibus, nec oues erant, qui eos sequuti sunt. Et si aliqui iusti ignorance eos audierunt, sed cito ab eis recesserunt. *Ego sum ostium, per me si quis introierit, saluabitur.* Quasi dicat. Impositores ostium sunt, sed macelli, per quod intrantes oues iugulantur, ego verò ostium sum ouilis. Et sicut in ouili tutæ sunt, & securæ oues à lupis, ita si quis per me introierit, saluus erit, quia in ouili erunt, non in macello. *Et ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet.* I. est. In ouili, & extra ouile inuenient pascua oues meæ, vel in omni sua actione, & opere interiori, & exteriori dirigetur, & prosperabitur ovis iuxta illud Psalm. Omnia, quæcunque faciet, prosperabuntur. Phrasis est Hebræa, ingressum, & egressum appellare omnia negotia, & opera hominis. Hinc Ioab ait ad David: Ignoras Abner filium Ner, quoniam ad hoc venit ad te, ut deciperet te, & sciret exitum tuum, & introitum tuum, id est, omnia opera tua, & negotia, siue quæ secreta sunt, siue quæ manifesta. Et 3. Reg. 3. Ego sum puer paruulus, ignorans ingressum, & exitum meum, id est, ignorans, quid agere debeam, siue in his, quæ ad me, siue in his, quæ ad regni administrationem pertinent. Et Psal. Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum, id est, vniuersa tua opera dirigat.

Psal. 1.
2. Reg. 3.
3. Reg. 3.
Psal. 120.
C Augustinus tracta. 44. ait, per exitum opera exteriora, per introitum opera interiora, intelligi. Vel per ingressum intelligitur introitus in ecclesiam militantem, per egressum mortem, per quam in cælum ingreditur ovis Christi, & utrobique pascua inueniet, *fur venit, ut macet, & perdat, ego veni, ut vi-*

tam habeant, & vt abundantius habeant, vt scilicet, vitam gratiæ habeant, & hanc abundantem, & perfectam, & vitam demum gloriæ. Vita verò ista gratiæ nobis data est per Spiritum sanctū, sicut vita naturalis per spiritum, quo corpus informatur. Abundans etiam gratia data fuit in aduentu Spiritus diuini. Huic enim tempori reseruata à Deo erat abundans, & præcipua gratia.

Aug.

Sed merito dubitari potest, ait Aug. cū Christus venerit, & mortuus fuerit, & resurrexerit propter iustificationē nostram, & vt vitam habeamus, & abundantius habeamus, vt quid necessē fuit, vt Spiritus sanctus mitteretur. Respondeo, ait Aug. Primum, experientia manifesta ostendit, necessarium fuisse Spiritus diuini aduentum. Prius enim quam ille veniret, Christi discipuli infirmi in fide erant, timidi, rudes, vt ad eos cælestis magister dixerit. Multa habeo, vobis dicere, sed non potestis portare modo, cum autē venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Prius cum eum videbant ambulātem super mare, dicebant, phantasma est. Iam dicunt, erat lux vera, quæ illuminat omnem hominē. Et tandē Paulus nomine omnium Apostolorum ait. Et si cognouimus secundū carnem Christū, sed iam non nouimus. Prius Petrus ad vocem ancillæ negauit, & vim vi repellere curauit, euaginans gladium, & percutiens seruum sacerdotis. Postea verò ad eum fuit constans, vt flagellis cæsus, iussusq; non prædicare Christū, concilio vniuerso responderit, obedire oportet Deo, magis quā hominibus. Et sæpius docet in suis epistolis illud, quod Paulus ait. Nō vos defendentes charissimi, sed date locum iræ. Et deniq; ebrii vino illo cælesti ibant gaudentes à conspectu concilij, quia digni habiti sunt, pro nomine Iesu contumeliam pati, & vniuersa caduca, & peritura relinquunt, omnia arbitratres stercora. Annon vixi pleni, qui paupertatem eligunt præ diuitijs? labores præ voluptate? inimicos amplectuntur, & diligunt, libenter passiones subeunt vniuersas? Hæc omnia ante aduentum huius spiritus visa non fuerant in mundo, ait Aug. quo necessitas aduentus illius efficitur manifesta.

Sed obiectioni occurrēdū est initio propositæ. Ad hæc omnia non erat Christus satis? Vbi diuina sapientia, & brachiū Domini

mini

Amini manum posuerat suam, quid necesse fuit, venire spiritū, vt perficiat ea, quæ Deus fecerat? Maximè cū ille dixerit, cōsummatum est, quibus verbis ostendit, hominis reparationem omnino perfectam. Respondetur ergo, non ideo Spiritus sanctus venit, quia in Christo non fuerit copiosa redemptio, nec quia ipse non potuerit discipulos omnino perficere, quia sicut vna est natura diuinarum personarum, vna est & potētia, ac virtus. Sed ea de causa missus est Spiritus sanctus, vt suauitas diuinæ prouidentie magis eluceret, & dilectio in homines magis ostēderetur, & vt nos sibi maximè deuinciret, decuit vt tres personæ diuinæ operarētur salutem nostram, & huic operi perfectio nis nostræ incumberent. Pater misit filium suū, filius carnē suscepit, & salutem nostram, & vniuersa bona meruit, Spiritus sanctus omnia bona in nobis operatur, & efficit. In omni negotio est initium, medium, & finis: pater æternus initium dedit hominum saluti, mittens filium. Medium operatus est filius, nos redimens. Consummationem dedit Spiritus sanctus, nos sanctificans. Deuincti ergo sumus Beatissimæ Triunitati, dum illa nostræ incūbit salutem, & quæque persona ea re, quæ ei singulariter attribuitur. Patri tribuitur autoritas, & potentia hac vsus est in salutem nostrā mittens filium. Filio tribuitur sapientia, hac ille vsus est inueniens difficillimi solutionem, duas naturas cōiungens in vno supposito, & nos redimens. Spiritui sancto bonitas tribuitur, & hæc ostendit efficiens in nobis vniuersa bona, quæ Christus meruit. Hæc autem omnia operatur vnus, atq; idem spiritus, diuidens singulis, proxt vult, vt Paulus ait. In hominis curatione se gesserunt tres diuinæ personæ ad eum modū, quo in sanando infirmo se habet medicus, pharmacopola, & qui infirmorū curā gerit, qui infirmarius dici solet. Medicus medicamēta ordinat, pharmacopola ea efficit, infirmarius ea applicat. Ita pater salutem ordinauit nostram Christus eam perfecit, Spiritus sanctus medicamenta adhibuit nobis.

Cū Christus dixit. Consummatū est, intellexit, perfectā esse redēptionē nostrā, sed deest adhuc illi applicatio. Vniuersam gratiam, quā Spiritus sanctus dedit, meruit Christus Dominus, sed illā Spiritus sanctus operatur. Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Nec fa

M 2

tis, nos

Ioan. 16.

Matth. 14.

2. Cor. 5.

Ioan. 18.

Acto. 5.

Rom. 12.

Acto. 5.

I. Ioh. 19.

I. Cor. 12.

Simile.

Iere. 7.

tis, nobis est Christi redemptio, si nobis non applicatur. Ideo qui fidelis est, & de Christi Domini redemptione gloriatur, au-
diat illud Iere. Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes, templum Domini, templum Domini est. Israelitæ, cum moribus peruersi essent, satis sibi putabant esse, quod tēplum Domini apud eos esset, sed hoc satis eis non esse propheta ostendit, nisi dirigant vias suas. Ita nunc plurimi gloriantur, quod fidem habeant, quod Christū credant, & hoc tēplum diuinū teneant, & eius redemptio copiosa sit. Sed verba mendacia hæc sunt. Nihil enim tibi proficiet Christū habere redemptorē, si ei, vt mēbrum viuum, nō vnjaris, vt meritorū illius particeps sis, hoc vero Spiritus diuin⁹ efficit, qui nos palmite viti vnit, vt ab ea vim participemus, audi Paulum id dicentem. Siquis spiritū Christi non habet, hic non est eius. Et Ioannes ait. In hoc scimus, quia in ipso manemus, & ipse in nobis, quoniam de Spiritu sancto suo dedit nobis. Nihil certe damnationis est ijs qui sunt in Christo I E S V, qui non secundum carnem ambulant, sed hoc à Spiritu sancto efficitur.

*Rom. 8.**1. Ioan. 4.*

Ea verò, quæ nunc diximus, subiecto exemplo, atque figura manifesta fient. Fuit Assuero triclinium fœminarum, quo ducebantur virgines eius sponsæ, in ea verò dona fœminarum innumera erant, quæ ad ornatum mulierum pertinebant, præpositus erat illi domo Egeus Eunuchus, qui ornamenta præbebat virginibus, vt ipsæ postulabant, quicquid enim ad ornatum pertinentis postulabant, accipiebant. En ea, quæ superius diximus in figura ad viuum expressa. Animæ fidelium sponsæ, sunt regis cælestis, & in eius domum, quæ est Ecclesia, ducuntur, vt tandē intrent cū eo ad nuptias. Beati, qui ad nuptias agni vocati sunt. Sed ornandæ sunt animæ, vt Dei cōspectu dignæ habeantur. Hinc Ioānes. Venerunt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit se. Sed quæq; anima recipit ea ornamenta, quæ petit quia quæ volueris, dabit tibi Deus de ijs, quæ ad animæ ornatum pertinent, de reliquis nō item. Christus Dominus tricliniū est, in quo infinita gratia, merita, & deniq; vniuersa bona sunt, ab eo, vt capite, accipere nos oportet omnia, quia de plenitudine omnes accepimus. Sed præpositus hui⁹ domus, qui singulis distribuit dona ista, Spiritus sanctus est. Ipse ostiarius est, qui ianuam

*Heser. 2.**Apoc. 19.*

A qui sanctam domus huius aperit, & in eam recipit, quos vult. Ipse se clauem habet infiniti thesauri, & diuidit singulis prout vult. Christus turris est David, in qua omnis armatura fortium, sed spiritus diuinus nos induit his armis. Et quemadmodum vt ornarentur virgines Assueri, in triclinium intrabant, ita quos spiritus diuinus ornat donis suis, introducit in triclinium, Christoque vnit, ostium domus aperit, vt eum in domum recipiat. Sic cum ea factum, sponsa gloriatur. Introduxit me rex in cellam vinariam, & ordinauit in me charitatem, vnit nos Christo spiritus diuinus, & sic omnia illius bona participamus. Et sicut Spiritus sanctus est nexus, & vinculum patris, & filij, ita est nexus Christi, & membrorum ipsius. Est ergo Christus author bonorum omnium nobis, est etiam Spiritus sanctus, Christus tanquam is, qui meruit, Spiritus sanctus tanquam qui illa applicat nobis, & ideò necessarius eius aduentus fuit. Et sicut Christus venit, vt vitam habeant homines, & vt abundantius habeant, ita venit Spiritus sanctus, vt vitam habeant, & vt abundantius habeant. Fœlix mundo aduentus, in quo mors regnabat ab Adam, sicut enim eius culpa in nos deriuata fuit, ita & illius pœna, mors scilicet. Vniuersum genus hominum inuenit Christus peccato, & morti obnoxium, sed venit ille, vt vitam habeant, &c.

Sed ais. Vellem animam meam ornari præcipuis donis Spiritus sancti, qua arte id assequi potero? Respondeo, si præparaueris animam tuam, recipies Spiritus sancti dona, sicut hodie Apostoli, non quidem ad æqualitatem, sed proportionem. Illi enim acceperunt primitias huius spiritus. Vnde Paulus. Nos primitias huius spiritus habentes. Sicut ficus profert primum grossos suos, quæ sunt fic⁹ grãdiore, deinde profert ficus minores, ita gratia primum Apostolos, qui Gigantes sunt, deinde reliquos iustos, qui inferiores sunt. Iam ergo ficus protulit grossos suos, vt sponsa ait, cum Apostolos germinauit. Et sicut malogranatum profert malogranata maxima, quæ dicuntur primi floris, deinde alia profert minora, quæ ad prima non perueniunt. Ita Apostoli principes super omnem terram constituti sunt, ad quos reliqui non perueniunt, sicut capiti nullum membrum æquari potest. Videamus ergo, quæ receperint

*Cant. 4.**Cant. 2.**Rom. 8.**Cant. 2. Simile.*

Apostoli ab hoc diuino spiritu, illa nanque nos recipimus pro captu nostro.

Ante huius spiritus aduentum erant Apostoli sapientia, & fortitudine pueri, sed eo adueniente facti sunt viri perfecti, vis illos pueros videre? Audi dicentem. Cum essem paruulus, loquebar vt paruulus, sapiebam vt paruulus, quando autem factus sum vir, euacuaui, quæ erant paruuli. Quasi pueri erant Apostoli, dum ea, quæ ad rem non attinebant, interrogabant Christum. Sic enim interrogant, Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel. Timidi, & infirmi, ac debiles erant similes pueris. Sed hoc diuino spiritu suscepto viri sapientissimi facti sunt, vt dicant, Sapientiam loquimur inter perfectos, quâ nullus principû huius mundi cognouit. Et iterû. Secundû diuitias gratiæ eius, quæ superabundauit in nobis in omni sapientia, & prudentia. Omnium loquuntur linguis, en sapientiam. Fortitudinem verò miram eis dedit. Iam non est delitescere, non abscondi, sed in palam procedunt, & vniuersum aggrediuntur mundum.

Id ipsum in nobis videre licet, puer es, inscius, & ignorans, scintilla habes luminis, sed multis ignorantibus admixtam, magna reputas, quæ coram Deo nihil sunt, times, vbi periculum nullum est, vane conturbaris quasi puer, doles nimium de temporalium amissione quando dolendum non esset, spiritualia damna non curas, ecce puer es. Veniat ergo Domine spiritus tuus, vt nos viros efficiat. O lux beatissima reple cordis intima tuorum fidelium, cum lux diuini spiritus animæ affulserit, tenebræ pelluntur, fides rutilat, & splendet maximè, sapientia, & prudentia clarescit, vt recte iudicet, terrena nihili ducat, æterna magnificat, & quæ prius homo timebat, tanquam iumentum, quod vane terretur, videt, timenda, & declinanda non esse, timebat frequentiam sacramentorum, orationem, vitam asperam, nunc ea amplectenda videt, & qui prius Deo rebellis, & inobediens erat, nunc cum Samuele ait. Loquere Domine quia audie seruus tuus, vir factus vires, & fortitudinem accipit ad vniuersa peragenda bona. Hic enim spiritus est ille de quo sæpe diuina scriptura meminit, dicens, fortitudinem dedisse ducibus à Deo electis. Sic Iudic. 6. dicitur. Spiritus Domini induit Gedeon. Et hoc spiritu factum est, vt paucis militibus, & absque armis innume-

Aros Madianitas superaret. Sic etiam de Sampson dicitur, Spiritus Domini irruit in Sampson, & diripuit leonem. Et Iudic. 7. Factus est spiritus Domini super Iephte, & vniuersos Dei hostes profligauit. Hoc eodem spiritu Apostoli induti sunt, vt in vniuersum mundum pugnarent. Hoc martyres, & pueri, & puellæ, vt tormenta vniuersa contemnerent. Impletumque est illud Sophonias. In die illa dicit Hierusalem, noli timere Sion, non dissoluantur manus tuæ, Dominus Deus tuus in medio tui fortis, ipse saluabit. Ad Sion loquitur verba ista, quia in monte Sion Apostoli erant inclusi propter metum Iudeorum, sed veniente spiritu procedunt palam. Ideo ad eos Christus Dominus ait. Ne inde procedant, donec induantur virtute ex alto. Nunc hac virtute induti sunt, nunc arma accipiunt in pugnam. Gaudium Domini est fortitudo nostra, Neemias ait, hoc gaudium diuinus hic spiritus est. Vnde Sophonias vbi supra ait. Lauda filia Sion, iubila Israel, lætare, & exulta in omni corde filia Hierusalem, quia sanctus dies Domini est. His prophetæ vocibus concinit Ecclesia dicens. Quapropter profusus gaudij totus in orbe terrarum mundus exultet. Adest ergo nobis dies sanctus, & sanctificator, lætemur in eo, & induamur hac virtute ex alto, vt omnem superemus difficultatem. Est tibi nunc maximus labor, vel difficultas vt opus aliquod bonum præstes vel vt peccata vincas, & ab eis te exuas, vel vt vehementes passionibus, & affectibus superes, vel vt in virtute proficias, adest accessusque lætissimus tibi dies, quo induaris virtute ex alto, vt nihil tibi resistere valeat. Fac quod olim Sampson cæcus, qui orauit Dominum. Restitue mihi Domine fortitudinem meam, & columnas concussit, & templum Dagon euertit, & inimicos occidit. Ora tu similiter Dominum, vt mittat ad te spiritum hunc fortem, vt hostes tuos superare valeas, hoc enim spiritu vniuersa facile perficere poteris.

Deinde Spiritus sanctus donis suis, vt D. Tho. ait, animam reddit facile mobilem à Deo, & in hoc dona à virtutibus distinguitur, verba D. Thomæ 1. 2. q. 68. ar. 1. sunt. Ad distinguendum dona à virtutibus, debemus sequi modum loquendi scripture, in qua nobis traduntur, non quidem sub nomine donorum, sed magis sub nomine spirituum. Sic enim dicit Esaias. Recquiescet super eum spiritus

Spiritus sapiētiae, & c. ex quibus verbis manifeste datur intelligi, quod ista septem enumerantur ibi, secundum quod sunt in nobis ab inspiratione diuina: inspiratio autem significat quandam motionem ab exteriori. Est enim considerandum, quod in homine est duplex principium mouens, vnum quidem interius, quod est ratio, aliud autem exterius, quod est Deus, vt Philosophus dicit in capite de bona fortuna. Manifestum est autem, quod omne, quod mouetur, necesse est proportionatum esse motori: & hæc est perfectio mobilis in quantum est mobile, dispositio qua disponitur ad hoc, quod bene moueatur à suo motore. Quanto igitur mouens est altior, tanto necesse est, quod mobile perfectiori dispositione ei proportionetur. Sicut videmus, quod perfectius oportet esse discipulum dispositum ad hoc quod altiore doctrinam capiat à doctore. Manifestum est autem quod virtutes humanæ perficiunt hominem, secundum quod homo natus est moueri per rationem in his, quæ interius vel exterius agit. Oportet igitur inesse homini altiores perfectiones, secundum quas sit dispositus ad hoc, quod diuinitus moueatur. Et istæ perfectiones vocantur dona, non solum quia infunduntur à Deo, sed quia secundum ea homo disponitur, vt efficiatur prompte mobilis ab inspiratione diuina. Sicut dicit Esaias. Dominus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico, retrorsum non abij. Et Philosophus etiam dicit in capite de bona fortuna, quod his, qui mouentur per instinctum diuinum, non expedit consilium secundum rationem humanam, sed quod sequantur interiorem instinctum, quia mouentur à meliori principio, quam sit ratio humana. Et hoc est, quod quidam dicunt, quod dona perficiunt hominem ad altiores actus, quam sint actus virtutum, hucusque D. Thomas. Est ergo proprius effectus Spiritus sancti, & donorum ipsius animam facilem reddere diuinis inspirationibus, vt facile præstet, quæ Deus voluerit eam præstare, red datur anima his donis tenera, blanda tractabilisque, vt à Deo dirigatur in operibus suis. Pessima animæ dispositio est, cum dura est diuinæ voluntati, ei repugnans, & aduersa. Hinc Samuel Sauli ait. Quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere. Hanc duritiæ, & pernicitiam odit

Esai. 5.

1. Reg. 15.

A odit, execraturque Deus. Hinc Paul. tu autem secundum duritiam tuam, & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei. Petit multa à te Deus, & tu ei negas assensum, & rebellis Deo tuo es, inuerecundus ei, nec villo modo vrbanus, iram Dei prouocas eo facto. Attende nunc duritiam tuam, vt eam agnoscens remedium adhibeas. Audis plures conciones, & eis auditis nihil opere præstas, sed vt plurimum ais, recte ille dicit, sed nihil eorum agis. Quoties audisti, diligite inimicos vestros? quoties vanas & superfluas vestes relinque das, delicias vestigiendas, vanum honorem contemnendum, & similia multa, quæ aure surda audisti? Similis efficeris obstinato dæmoni, an non recte ad te dicitur, quod Stephanus ait. **B** Dura ceruice, & incircuncisi cordibus, & auribus, vos semper Spiritui sancto restitistis, sicut & patres vestri. Bernar. lib. 4. de consideratione ad Eugenium ait. Duri cordis proprium est, de peccatis non dolere, inspirationibus diuinis non moueri, minis Dei non terri, aduersitatibus, & reprehensione in peius proficere.

Initium ergo omnis boni nostri est, facilitas acquiescendi diuinæ voluntati. Sicut enim in naturalibus, vt terra recipiat influxus cælestes, oportet eam lationibus superioribus subdi, ita in gratuitis oportet nos Deo subijci, ei obedire, eique in promptu esse, vt ab eo gratiam suscipiamus, quæ de sursum est, descendens à patre luminum. Hanc vero facilitatem qua simus à Deo facile mobiles, operatur in nobis Spiritus sanctus donis suis. Hinc orat Ecclesia. Flecte quod est rigidum. Sicut enim humani corporis membra flecti possunt, & sic homini seruiunt, si vero flecti nequeant, paralitica sunt, & operi inepta, ita de anima philosophandum est. Virtutes morales reddunt voluntatē, & appetitum obedientem rationi in his operibus, quæ ratio dicat faciēda. Sed dona, animam faciunt obedientem Deo in operibus, quæ ille à nobis exigit super omnem rationem.

Hæc in animam facilitatem efficit diuinus spiritus donis suis, sed præcipue charitate, quam in cordibus nostris infundit, sicut enim ignis ceram lique facit, vt facile in diuersas formas efformetur, & ipsum etiam ferrum, vt in diuersas possit mutari figuras, sic amor animam blandam reddit, dulcem, ac tractabilem, vt

M 2

de eg

Rom. 2.

Acto. 7.

Bern.

Simile.

Simile.

Cant. 5.

de ea facere possis, quæ volueris. Hoc experientia nobis com-
 pertum est, & illa testatur, quæ ait, anima mea liquefacta est, ut
 dilectus loquutus est. Pro cuius intelligentia notandum, Chari-
 tatem veram esse amicitiam hominis ad Deum, nõ metapho-
 ricam. Vnde sicut in humana amicitia est amicorum conuersa-
 tio, mutua colloquia, mutua dona, mutux obsecrationes, ita in
 amicitia hominis cum Deo, sunt colloquia multa, & dulcissi-
 ma, iam anima Deum obsecrat, & ab eo aliqua petit. Iam Deus
 ab anima exigit alia: atque alia, iam Deus de anima conqueri-
 tur, quod aliqua bona non præster, iam anima dulces, Deo que-
 rimonia repræsentat, quod ei non adsit, quod dona tam cito
 non concedat. Ait ergo sponsa, liquefit anima mea, cum spon-
 sum dilectum audio. Liquefacta verò anima dilectione qua-
 tuor habet oratione aduersa ijs, quæ diximus propria esse duri-
 cordis. Primo enim dolet maximè, si in peccatum, etiam leue
 prolabitur, reprehendit se, castigat se, proponit vniuersa vitare
 peccata. Secundo, facile suscipit diuinas impressiões, & inspira-
 tiones, quasi cera blanda sigilli effigiem, annuit vniuersis, que
 Deus petit, quia eum diligit, dicitque cum Paulo Domine quid
 me vis facere, & cum Psalm. Paratum cor meum Deo, paratum
 cor meum. Et impletur in ea diuina illa promissio per prophe-
 tam dicta. Auferam à vobis cor lapideum, & dabo cor carneū.
 Quasi proditiõnem putat, quod velit Deus aliquid, & illa illud
 nolit. Vnde ait. Cibus ræus est, ut faciam voluntatem eius, qui
 misit me. Tertio tremit ad Dei minas, & dono timoris re-
 pletur, ut Esaias ait. Et tandem tribulatione, & repre-
 hensione proficit diuina, liquefiat ergo spiri-
 tus noster hoc diuino igne, &
 eius charita-
 te, &c.

In festo

Acto. 9.
 Psal. 56.
 Ezech. 36.
 Ioan. 4.

Esai. 9.

A In festo Sanctissimæ Tri- nitatis.

*Them. Euntes docete omnes gentes, bapti-
 zantes eos in nomine patris, &c.
 Matt. vltim.*



E Saias. 6. cap. vidit Deum in solio excelso & su-
 blimi, & quia id ipse dixit, occasione huius im-
 pius Manasses, cuius erat patruus Esaias, ipsum
 terra diuidi iussit quasi blasphemum, quod
 Deum se vidisse affirmauerit, qui secun-
 dum legem inuisibilis dicitur. Sed reli-
 cta impietate Manasse, quid propheta viso Deo dicat, audia-
 mus, vix mihi, quia tacui, quia vir pollutus labijs ego sum, & re-
 gem dominum exercituum vidi oculis meis, quasi dicat. Te-
 neor loqui, cum tantum viderim Deum, teneor tacere, quia
 polluta labia mihi sunt, quid agamus, veniat de cælo Seraphim
 & forcipet tollat de altari prunam, & tangat linguam, ut loqui
 possit de tanto Deo, ut id in nobis efficiat Maria, oremus hu-
 militer.

Naturale hominum desiderium cognoscendi Deum suum,
 principium, & causam, atque omnium finem, fuit maximum,
 ut experientia docet, in tot Philosophorum laboribus super hac
 acquirenda cognitione, propter quam multi diuitias, & hono-
 res, ac voluptates contempserunt, & ut liberius huic vacarent
 inquisitioni, solitudines plurimi abiere. Et beati à philosophis
 dicebatur, qui metaphysicè operam dantes cognitioni primæ
 causæ incumbebant. Quibus concinit Hieremias. Hæc dicit
 Dominus, non gloriatur sapiens in sapientia sua, & non glorie-
 tur fortis in fortitudine sua, & non gloriatur diues in diuitijs
 suis, sed in hoc gloriatur qui gloriatur scire, & nosse me. Et Sa-
 piens,

Esai. 6.

Hier. 9.

Sapie. 9.

Sapie. 9.

Simile.

piens, nosse enim te consummata, iustitia est, & scire iustitiam, & virtutem tuam, radix est immortalitatis. Et ratio idem manifestat desiderium. Si enim homo naturaliter scire desiderat minora, quid maiora, quid artificem suum, quid illum, cuius ipse imago est? Si enim imago sensum haberet, quid magis, optaret, quam pictorem suum agnoscere? maxime si non solum ab ipso depicta, sed & eiusdem esset forma, & species. Homo Dei est tum factura, tum imago, quid magis scire desideret quam Deum? Hoc ergo nunc agamus paulisper, quod in cælo perpetuo à nobis agendum est, scilicet de Deo agere, eum agnoscere.

¶ Sed qua ratione à vobis attentionem poscemus? Omnis ratio in hac re nobis suppetit. Solet enim ad hoc adduci materiae difficultas, necessitas, utilitas, & delectatio, quæ omnia modo conueniunt. Primo difficultas, quam & ipsi etiam philosophi agnouerunt. Licet enim Deum esse sit naturaliter notum, sed modus essendi illius difficillimus cognitu est nostro intellectui. Hinc Aristoteles dixit. Sicut oculus nocturæ ad lumen solis, sic intellectus noster ad manifestissimam naturæ. Sicut enim sol maximè in se visibilis propter oculorum nostrorum debilitatem difficile conspicitur, ita Deus summæ entitatis, & perfectionis ob intellectus imperfectionem difficile intelligitur. Vnde philosophi dixerunt metaphysicam, in qua Dei scientia traditur, vltimo omnium scientiarum addiscendam vt difficillimam. Hinc Cicero de natura Deorum refert, Simonidem philosophum interrogatum à principe, quid Deus esset, petijisse triduum, vt illud cogitare posset, & indagare. Quo elapso sex dierum spatium petijt, & illis elapsis, duodecim, & sic duplo plures petebat semper, rationemque reddens, dixit. Quo magis Deum cogito, eo incomprehensibilior mihi apparet. Ecce Deus magnus vincens scientiam nostram, Iob ait. Necessitas verò, & utilitas huius cognitionis ex dignitate materiae facile colligi potest. Tanto enim est excelsior scientia, quanto obiectum nobilius, vnde scientia hæc in immensum reliquas, superat. Dicit verò Aristoteles lib. i. de cælo, & de partibus animalium capite vndecimo, hæc natura nobis insitum, quod de magnis, & altissimis rebus pauca, & male scire, delectat magis, quam de inferioribus scire multa, & certissimè, vnde de Angelis, & cælis, ait, aliqua nosse delectat magis

Aristo.

Iob. 36.

Aristo.

A magis licet solum topice sciantur, quam de elementaribus multa scire. Ea verò quæ de Deo fide traduntur, etiã certissimè à nobis agnoscuntur. Cum ergo ea, quæ nobis dicenda sunt de Deo, sint altissima, & fide certissima, cognita summa lætitia, voluptate, ac vtilitate tractanda erunt. Hinc Psalmus. Letetur cor querentium Dominum. Nobilitas verò, & perfectio, quam hac cognitione assequimur, magna est. Hæc est differentia, ait Aristoteles, inter obiecta sensuum, & intellectus, quod sensuum obiecta, quando excedentia sunt, corrumpunt sensum, vt magna lux, gradis sonus, nimium calidum corrumpunt oculos, auditum, & tactum. At obiecta intellectus excedentia non solum non corrumpunt, imo nobilitat, perficiunt, atque fortè eum reddunt. Vnde cum de diuina cognitione agimus, diuini reddimur. Sicut Moyses ex Dei confortio quasi alter Deus descendit luce plenus, ita vt non possent filij Israel in eius faciem intendere, sicut neque in Dei faciem. Maxima ergo nobis utilitas prouenit ex diuinorum cognitione. Vnde Aristoteles decimo Ethicorum refert, Simonidem quendam suasisse, prætermittendam diuinam cognitionem, dicentem, humana sapiat homo, contra quem dicit Aristoteles. Imo debet homo ad diuina, & immortalia aspirare quantum potest.

B Plura à nobis dicta sunt, vt vos reddamus attentos. Nunc in pelagus hoc immensum descendemus, & Dei cognitionem trademus, vt homini possibile est. De vnaquaque re tria nosse consideramus. An sit, quid sit, qualis sit. His cognitis, omnia quæ agnoscere possunt de re nouimus. Hæc ergo de Deo nostro videamus.

C De primo. An sit Deus, naturaliter id notum est, & omnis creatura id clamat, dicens, ipse fecit nos, & non ipsi nos. Imperfectio enim, & participatio essendi, quæ in creaturis est, ostendit fontem esse indeficientem essendi, à quo hæc promanat. Vnde nulla est adeo barbara natio, quæ non habeat pro cõperito Deum esse, licet multi verum Deum non agnoscant. Cadit in terram puer, & continuo dicit, heu Deus meus. Vides tibi imminere discrimen, continuo dicit, Deus mihi auxilietur. Idem dicit Turca, idem Iudæus. Quis ergo puero dixit,

Psalm. 104.
Aristo.

Exo. 34.

Aristo.

Psalm. 99.

dixit, Deum esse? quis omni barbaro id ostendit? Sigil-
lata est veritas hæc in cordibus nostris impressa mentibus à
natura. Et qui dicit acui nauticę, vbi sit Helice, astrum
boreale quę non quiescit donec eo se dirigat, ille omnium
cordibus dixit, Deus est. Qui agno ostendit, quę sit
mater eius, vt ei adhæreat, ille nobis dixit, Deum esse, cui
adhærere nobis bonum est. Non potest homo viuere absque
Deo. Per paucos dies visum est Israeli, Deum ipsi non esse,
quia Moyse fecerant in montem, & dicunt ad Aaron. Fac
nobis Deos, qui nos præcedant, sine Deo enim esse non
possumus, sit nobis Deus, vel ligneus, vel aureus, aiunt Is-
raelitę, Deus enim est refugium in omni necessitate, virtus
in omni periculo, firmamentum in omni labore, & cum
Deus sit nullum est malum quod remedio careat. Cum enim
omnis creatura deficit, nec potest tibi succurrere, aut non vult
Deus adest, qui te subleuet. Hinc Psalmus, pater meus, &
mater mea dereliquerunt me, Dominus autem assumpsit me.
Ideo dicit Israel, fac nobis Deos, qui præcedant nos, sine Deo
enim vitra progredi non valemus. Quid ad hæc dicit, qui sta-
tum ingreditur sine Deo, nec petit, vt Deus præcedat? qui ne-
gotia ardua molitur Dei oblitus? Sicut ergo hedera per ter-
ram serpit, dum non inuenit arborem, cui innixa ascendat,
fursumque leuetur, sic anima donec Deum inueniat, cui in-
nixa vt dilecto ascendat, dimissa iacet, eo inuento ascensiones
in corde suo disponit.

Sed licet naturali lumine, & fidẽ teneamus Deum esse,
aliquas tamen ad hoc rationes congeramus, quo res mani-
festior fiat. Sed obijcis, ad quid hæc, cum omnes id fatea-
mur, & dicamus cum Augustino in confessionibus, facilius
dubitarem, viuere me, quam viuere veritatem illam æternam,
cuius sempiterna virtus, & diuinitas in suis operibus dignosci-
tur: nihilominus rationibus hæc veritas ostendenda est, in eo-
rum vtilitatem, qui speculatiue fatentur Deum esse, practice
tamen in corde illud negant. De quibus Paulus, verbis faten-
tur se nosse Deum, factis autem negant. Et Palmus. Dixit insi-
piens in corde suo, non est Deus. Sed quis hoc dicere potest
adeo absurdum? imo forsitan tu es, qui hoc dicis, ego nec audi

Pau-

A Paulum. Eratis illo tempore sine Christo, alienati à conuer-
satione Israel, & sine Deo in hoc mundo. Sed quisnam sine
Deo est illi plane, de quibus idem Paulus ad Titum ait, eramus
enim aliquando & nos insipientes, & increduli, errantes, ser-
uientes desiderijs, & voluptatibus varijs in malitia, & inuidia
agentes, odibiles, odientes inuicem. Quis est sine Deo in hoc
mundo? Quis est qui dicit in corde, non est Deus? Qui vitam
agit, ac si Deus non esset, qui desiderijs suis obedit non Deo.
Sic ille, Ecclesiastes. 2. Omnia, quę desiderauerunt oculi
mei, non negavi eis, nec prohibui cor meum, quin omni vo-
luptate frueretur, & oblectaret se in his, quę præparaueram, &
hanc ratus sum partem meam. Vides seruum Domino non obe-
dientem, sed vagantem, dicis, hic herum, aut Dominum non
habet, qui audacter peccat, ac si Deus non esset, hic dicit in cor-
de suo, non est Deus Hieremias. 23. Ecce turbo Domini-
cę indignationis, & tempestas erumpens super caput impio-
rum veniet, putas ne, Deus; è vicino ego sum, & non Deus de
longe? si occultabitur vir in absconditis, & ego non videbo
eum, dicit Dominus. Nunquid non cælum, & terram ego im-
pleo? qui sic libere agit, ac si se ipse fecisset, & ea quę possidet,
haberet, & se, & non à Deo, hic dicit, non est Deus. Sic ille, ad
quem Ezechielis. 29. Ecce ego ad te Pharao Rex Aegypti dra-
co magne, qui cubas in medio fluminũ tuorum, & dicis meus
est fluuius, & ego feci memet ipsum, ponam fręnum in ma-
xillis tuis. Qui sic in temporalibus sollicitus est, ac si sola sua in-
dustria alendus foret, nec in Deo suo sperat, hic dixit, non est
Deus qui peccato cõmisso nihil timet, nihil cauet, hic dicit nõ
est Deus. Sicut qui occidens hominem, non timet sed libere
in publicum procedit, hic dicit, non est iudex.

¶ His ergo omnibus ostendere oportet, Deum esse, vt quod
fide tenent, oculis etiam videant, & videntes se Deum habe-
re, vitam in melius mutant. Vis nosse ò homo, quia Deus
est? Audi rationem, qui fidem mortuam habes. Prima ratio sit
ex D. Thoma prima parte, quæstione secunda. Quæque crea-
tura perfectionem habet certa in mensura, & secundum diuer-
sas naturas ac species alia est alia perfectior, & sublimior, su-
perior continet perfectionem inferioris, & aliquid addit.

Hic

Psal. 72.

Exod. 32.

Psal. 26.

Simile.

Aug.

Tit. 2.

Psal. 13.

Ad Tit. 3.

Hier. 23.

Ezech. 29.

D. Tho.

Hic primo loco sunt elementa super quæ sunt mixta virtute continentia elementa, super hæc viuentia, super hæc animantia, super hæc homo, super hunc Angelus, super hunc superior Angelus. Et ideo metaphysici dixerunt, essentias rerum esse sicut numeros, quia sicut numerus superior continet inferiorem, & aliquid addit, sic in rerum naturis contingit, & cum processus in infinitum non detur, deueniendum tandem est ad vnum supremum, quod perfectius est cunctis, & omnia virtute continet, & hic est Deus. Idem etiam colligitur ratione sumpta à rerum productione, in qua deueniendum est ad vnum primum principium omnia efficiens atque mouens.

Psal. 18.

Cicero.

Simile.

Ex mundi etiam huius mirabili opificio idem manifeste colligere licet. Vt colligit Psalmus. Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius, &c. Mirabile enim hoc opificium opificis artem ostendit: quod hoc exemplo Cicero declarat libro de natura deorum. Agente te viam per desertum aliquod, offendis forsitan aulam regiam mire compositam, atque ornatam, quasi domum Salomonis, interrogas, quo pacto tanta ibi constructa sit domus, diciturque tibi, casu mons quidam cecidit, & ex eius ruina, hæc tanta domus fabricata est, irrideres eum, qui hoc tibi persuaderet, mirum enim domus opificium ostendit manifestè, opificem præclarum fuisse, qui tanto ordine cuncta collocauit, hocque manifestum esse dices. Ita profecto qui considerauerit attente mundi huius magni opificium, terræ hortum maris stagnum, cælos mire ornatos, stellarum varietatem, motus eorum contrarios, & concinnos, manifestum esse dicet, summum opificem hæc cõposuisse, nec enim casu tanta res effici potuit.

Psal. 138.

Simile.

Nec solù ex mundi huius magni opere id licet colligere, sed etiam ex mundi parui officio, ex hominis scilicet structura, in quo plura sunt mirabilia propter quæ ait Psal. Mirabilis facta est scientia tua ex me. Primo inspicere animæ præclarâ effigiem, & ex ea colliges summum illius artificem, quemadmodum, enim si puerum videres manu gestatam imaginem pulcherrimam interrogatusque, cuius hæc imago est, à quo est depicta diceretque puer, à me picta est, dices, hoc neuiquam, verum est,

eximij

A eximij artificis hoc opus est, sic plane mira animæ nostræ vis, mirum eius artificium opificem cælestem exprimit. Secundo conspice corpus, & ex eius ordine, ac opificio Deum colliges esse, sicque cum Galenus agnouit qui inspecto corpore humano in partes inciso, eius ordine miro considerato, dixit. Non erant alij Deum suis hecatombis (quod erat sacrificium centum bouum) ego eum honorabo, agnoscens eius infinitam potestiam, sapientiam, & bonitatem, potentiam quidem quæ tale opus perfecit, sapientiâ, quæ sic illud ordinauit, bonitatè, quæ tam large se effudit. Idem etiam ex alia qualibet creatura colligere potes, vt colligit Psaltes, cum ait: Quam magnificata sunt opera tua domine, nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ vir insipiens non cognosceret, & stultus non intellet hæc: adeo enim sapienter vniuersus mundus, & minima eius pars fabricata sunt, vt sapientia humana tale quid excogitare non potuerit. Hinc sapiens non est adijcere, nec minuere ad opera Dei, nec est inuestigare magnalia eius.

His vero, qui his rationibus Deum esse non agnoscunt, aliâ rationem, quâ id agnoscant, proponere Deus solet, & hæc est infirmitas grauißima in quam qui incidunt, statim dicunt Deus est, confessarium vecant ac citissime animam componunt. Cognoscant, quia nomen tibi Dominus, tu solus altissimus super omnem terram quoniam cognitio hominis confitebitur tibi, &c. terribili, & ei qui aufert spiritum principum, sic olim impius Antiochus Deum agnouit, eius vim expertus, vnde ait, iustum est subditum esse Deo, & mortalem non paria Deo sentire. Sic se facturum minatur Christus Apocalypsis secundo, cum fornicaria muliere dicens, dedi illi tempus, vt pœnitentiam ageret, & nõ vult pœnitere à fornicatione sua. Ecce ego mitto eam in lectum, & qui mæchantur cum ea in tribulatione maxima erunt, & scient omnes Ecclesiæ, quia ego sum scrutans renes, & corda: grauem morbum minatur, quo agnoscent omnes Deum esse: in tribulatione murmuris doctrina tua eis, Esaias ait.

Primum manifestum iam est Deum scilicet esse iã, secundum videamus quis est hic Deus quis modus essendi illius est. Primum creaturæ nobis ostendunt, ideo dicitur notum Dei. Sic Paulus ait, quod enim notum est Dei, manifestum est in illis.

N

manifestauit

Galenus.

Psal. 91.

Psal. 72.

2. Mach. 7.

Apoc. 2.

Esai. 26.

Rom. 1.

manifestauit enim illis De^o. At hoc secūdū creaturæ nobis nō dicit, nec ex eis id colligere possum^o. Arcanū Dei est, & adeo arcanū, vt nulla sit creatura adeo excelsa, quæ mysteriū hoc viri b^o naturæ assequi possit, hoc est, Trinitatis, vnitatisq; mysteriū, de quo, & similib^o scriptū est, plurima supra sensum hominis ostēsa sunt tibi. Et ratio hui^o Deū, qui cognitio, quā de Deo nūc habem^o, nō est in ipso Deo, hæc enim patriæ cognitio est, sed in creaturis, in his vero apparet, Deum esse, bonū esse, sapiētē esse, atque potentem, non tamen quod trinus sit, quia non vt trinus hæc fecit, sed vt vnus, ideo creaturæ Trinitatem nō ostendunt. Sicut enim visa pulchra imagine, dicis, optimū esse illius artificem, si verō interrogaris, num artifex statura procerus, an pusillus sit, albus, aut niger, Hispanus an Gallus? id dices, te ex pictura colligere nequaquam posse, quia non illam fecit vt Hispanus, nec vt albus, aut magnus, sed vt pictor, ideo hoc solū ex tabula, colligere licet: Sic ergo De^o mūdū cōdidit, nō vt trinus, sed vt vnus, quia opera ad extra Trinitatis sunt in diuisa, ideo cognoscitur in illis vnus & sapiēs, ac potēs, nō vero trinus, hoc enim sola Dei reuelatione cognoscere possumus. Nunc ergo interrogas me, quis est Deus? quis modus essendi illius? Excelsior cælo est, & quid facies? profundior inferno, & vnde cognosces? longior terra mensura eius, & latior mari. De Deo solus ille dignè loqui potest. Sed adhuc nos loqui vult, ei nos commendemus, & in mare longius prouehamur. Non semel voluit Deus pānis inuolui, & fæno, nunc etiam cū humanis verbis explicari vult, iterum vilibus pānis, & fæno ob uoluitur. Quis ergo Deus est? Vnus est, & trinus est: Vnus natura, sapientia, bonitate. Trinus personis, tres sunt personæ sed vnus est Deus, vnus sapiens, vnus potens, vnus bonus quo modo ergo tres, personæ, non dij? Sed quid est inquis persona? Audi, ego, & tu duæ personæ sumus, cum tamen vna sit species & natura; quomodo ergo duæ personæ, cum vna sit natura? aliquid sine dubio in me est, quod non est in te, quod me diuersam constituit personam. Sed ais, quid est in patre quod non sit in filio? omnia, ait filius patri, mea tua sunt, sapientia, bonitas &c. Vt hoc intelligas exemplum audi. Inueni ego sciētiam aliquam ingenio meo, non alterius doctrina, hanc ego

Ezechi. 3.

Simile.

Iob. II.

Matth. II.

Simile.

A te doceo scientiam, & ego, & tu eam alteri tertio communicamus, eadem est scientia in tribus, nihil nouit vnus, quod alter ignoret, tantum vnus nouit, quantum tres, sed hoc est in hac scientia diuersum, quod in me est à me, quia à nullo accepi, in te est à me, quia à me didicisti, in tertio est à nobis duobus. Si vero scientia illa natura mea esset, quam tibi dedissem, & ambo alteri tertio, eadem tunc esset in tribus natura, sed ea quam diximus diuersitate. Hoc vero in Deo nostro sic se habet, vt diximus, in quo idem est esse, scire, posse & reliqua omnia. Hæc ergo scientia & natura in patre est à se ipso, nec enim ab alio recipit. In filio eadem est, sed à patre per intellectū accepta. In Spiritu sancto à patre & filio per amorem, & hac ratione tres sunt personæ sed non tres dij, non tres domini, quia vna singularissima natura, scientia, potentia, & bonitas est in tribus personis, ideo vnus Deus, vnus Dominus, vnus sapiens.

B Sed iam processiones explicemus, atque personas. Tres personæ sunt Pater, Filius, Spiritus sanctus, pater est in diuinis, & filius, ergo generatio, sed non carnis, sed spiritus, generat enim etiam Spiritus, an non audisti spirituales esse filios, quos in Christo Iesu per euangelium generat pater spiritalis, quos etiam parit? Sic ergo spiritualiter Deus generat, & maxime ille generat. Audi dicentem per Esaiam. 66. Nunquid ego, qui alios parere facio, ipse non pariam, dicit Dominus, si ego qui generationem cateris tribuo, sterilis ero? Filius Deo patri est, cui ait. Ex vtero ante luciferum genui te. Et filius meus est tu, ego hodie genui te. Ratio est manifesta. Omnis perfectio est in Deo ponenda, est autem naturalissimū omni viuenti perfecto generare (ait Aristoteles) sibi simile: ergo hoc in Deo ponendum est. In creaturis diuisæ perfectiones sunt, non omnes in qualibet sunt creatura. Hinc cū spiritualib^o dedisset De^o incorruptionē, negauit generationē: esset vero maxima Angeli perfectio, si alium angelū generaret per intellectum. Viuenti vero sensibili, cui non dedit incorruptionē, concessit generationē, Deus vero, vt omnium rerū summā vtrūq; haberet, & incorruptionem, & generationē. Secundū id erat necessarium diuinæ infinite bonitati, cuius propriū est

1. Cor. 4.

Esai. 66.

Psal. 109.

Psal. 2.

Arist.

se effundere, infinitæ vero bonitatis est, infinite se communicare, quod cum creaturis non fiat, ad intra se debuit effundere in filium. Diuersæ ergo personæ sunt pater, & filius. Sicut diuersa signa sunt in sigillo, & in cera eadem prorsus lineæ sed hac diuersitate, quod in cera sunt receptæ à sigillo, sic in filio omnia à patre, sic eum vocat Paulus, qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius. En ergo Deo filius est hinc

Paul. heb. 1.
Prover. 30.

Prouerbiorum. 30. vilio, quam loquutus est vir, cum quo est Deus, quod nomen est eius & quod nomen filij eius si noster. Sed inquiris, quomodo generatur hic filius à patre? Deus intellectum habet infinitum, quo se omnino cognoscit, & comprehendit, cognoscens ergo se generat filium sibi omnino similem. Sed ais non hoc intelligo, audi, tu similiter generas sapientem: memorare nunc patris tui absentis, vel mortui, memorare domus, quam non vides, inspicere intra te, & videbis tibi præsentem patrem, vel domum, sed quomodo præsens tibi esse videtur, cum sit absens. Respondent philosophi, hanc intellectus nostri vim esse, vt cum intelligit producat verbum mentis, quod est naturalis imago rei intellectæ quod præsens cum sit intellectui, facit tibi rem apparere præsentem. Si ergo hæc nostri intellectus vis est, vt cum rem intelligit, producat similitudinem rei, quam intelligit quid obsecro miraris, quod Deus se intelligens producat similitudinem sui ipsius intra se? Sed hæc est differentia inter Deum producentem verbum, & nos, quod nostrum intelligere non est esse nostrum, sed est accidens quoddam, ideo verum quod producit, accidens est, in Deo vero intelligere est ipsa Dei substantia ideo producit substantialis filius imago patris. Et sicut verbum, quod tu producis, in te manet, sic verbum patris apud patrem manet, verbum erat apud Deum, ergo verbum hoc Deus est, nihil enim in Deo est quod non sit Deus. Quodammodo tantam rem videtur sub odoratus Aristoteles, qui ait, omne generans generat sibi simile, & sibi vnum in natura, & addit, quo generans est perfectius, eo generat magis sibi vnum, & simile. Ex quo sequitur, cum Deus generans sit infinite perfectus, generat filium sibi infinite similem, & vnum talis Dei filius, qui vnum in natura in diuidua cum patre est.

Ioan. 1.

Aristot. de generat.

Sed quo

A Sed quomodo procedit Spiritus sanctus? Respondetur. Sicut per intellectionem producitur in intelligente similitudo rei intellectæ, sic per amorem ait D. Tho. producitur affectus quidam, & inclinatio, ac propensio in rem amatam. Cognoscit pater filium, & filius patrem cognitione comprehensua, nemonouit patrem nisi filius, nec filium quis nouit nisi pater: videt quisquam in altero infinitam bonitatem, diligunt se mutuo amore infinito: ex hoc amore procedit Spiritus Sanctus, qui ideo dicitur nexus, & vinculum vtriusque, tantus est amor, quantus est Deus. Quis prope hunc infinitum ignem esset, vt vel scintillam caperet? Cum mutuo se diligunt duo amici, duo producuntur amores, ac hic vnus Spiritus sanctus procedit, quia vnica est voluntas patris & filij.

B Sed ais non omnino penetra hæc, que dixisti. Nec ego vellem, te omnino hæc penetrare, refert Epictetus, plura fecisse discipulis verba, vt declararet Deum, & illi dixerunt, non plene se intellexisse, quibus respondit, si omnino ego declarassem Deum, vel ego Deus essem, vel quem declarauis, Deus non foret. Cum plene intellexeris hoc mysterium, beatus eris, imo nec tunc comprehendes, nollem ego mihi in Deum, quem tu comprehenderes: vt enim Deus sit, infinitus oportet sit, quem videro caperet intellectus tuus, infinitus non esset. Sicut ergo vas paruum non capit mare vniuersum, sic nec intellectus Deum, vt ostendit Angelus Augustino curati hoc penetrare mysterium, exemplo pueri in parua foueam curantis vniuersum mittere mare. Nec pede calcabis mare, nec Deum comprehendes, quia ineffabilis Deus est. Tertulianus initio de trinitate ait. Sicut optimum solis est lumen, sed si tanquam aquila directe fixis que oculis id volueris contemplari, oculos laedes, ac perdes, sic de Deo agere optimum est, sed velle assequi & comprehendere, periculo plenum, ac discrimine. Altiora te ne quaesieris, & fortiora te ne scrutatus fueris, sapiens monet: scrutator enim maiestatis opprimetur à gloria, vt Salomô ait.

Restat videndum, quod tertio loco proposuimus scilicet qualis sit Deus, quæ eius attributa. Est Deus abusus essendi, vt significat nomen Ioua, in quo infinitæ perfectiones, quarum quælibet infinita, & omnes vna sunt, qualis est Deus meus, ais in

N 3 terrogat

Simile.

torroga omnem creaturam, & illæ tibi ostendent Deum tuum, & dicent qualis sit, non omnino, sed ex parte. Nō ne tibi quandoque contigit, cum agrum petis videre aquæ riuulum, dicere quæ, ascendamus sursum vsque ad fontem, vnde iste procedit riuulus. Simile quid nunc age, vt peruenias in Deum tuum.

Sap. 1.

Attende quidquid boni in creaturis videris auium cantus, florum pulchritudinem, diuitias metallorum, dulcedinem ciborum, omnia hæc riuui sunt à Deo plenissimo fonte procedentes, omnia ista loquuntur ea, quæ in Deo sunt, omnes creaturæ sunt voces ipsum manifestantes, ideo Sapientia. 1.

Leuit. 6.

Hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis, omnia enim Deum laudant. Ait Dominus. Ignis in altari meo semper ardebit Leuiti. 6. quia in corde tuo Dei amor semper ardere debet. Frigidus es vel tepidus, vis accendere hunc ignem? accipe

ligna, omnis creaturæ lignum est, quo ardet, incenditurque diuinus hic amor, quia omnis illa beneficium Dei est, & omnis si militèr ostendit aliquid diuinæ bonitatis, est enim Deus lux super omnem lacem, sapor super omnem saporem, bonitas super omnem bonitatem, & denique fons perennis, à quo vniuersa bona, quæ in creaturis sunt promanant. Quem admodum solet intra montis cauernas contineri maxima vis aque, gutta vero defluunt per rimulas montis, quas degustamus sitientes, sed si mons aperiretur sitientibus, & videremus, pelagus aquæ interius latens, ibi verò sitim sedare possemus. Est Deus noster pelagus bonitatis, & pulchritudinis, infinite, intra creaturas ille est, in illis vero solum guttas conspiciamus, ex hoc pelago prodeutes, quas degustates aliquo modo reficimur, sed si nobis concederetur pelagus ipsum degustare, ac videre, ibi plene sitim extingueremus. Satiabor, cum apparuerit gloria tua, quæ

*Simile.**Psal. 16.**Psal. 35.**Cor. 2.*

torrente voluptatis tuæ potabis eos, nunc solum guttas videmus, nunc cognosco ex parte, vt Paulus ait, non totum sed partem, non pelagus, sed guttas. Hoc verò miris verbis sponsa nobis exposuit, dicens. En ipse stat post parietem nostrum prospiciens per cancellos, prospiciens per fenestras, quasi dicat. Nō cum plene video, sed sicut videtur illum, aut rosam, cum abscondita partim sunt sub arundinibus quod vulgo dicitur (tras vn enenado) Congregatur hic vniuersi homines, & ab illis omnibus

A ego interrogo, quid diligitis o mortales. Hic dicit, diuitias, ille honores, ille voluptates. Sed iterum interrogo, qua ratione hæc diligitis, quisque dicet, in eo, quod ego diligo, inuenio, nescio quid bonitatis, pulchritudinis & excellentiæ, quod me trahit, vt illud diligam, sed te nunc vrgeo, si res, quam diligis, huius pulchritudinis, & excellentiæ te allicientis haberet; non quod habet solummodo, sed duplicem, num illam diligeres? Dices, duplo magis eam diligerem, si enim ratio dilectionis crescit, crescit & dilectio. Sed si centies tantum haberet, quid ageres? dices, centies tantum eam diligerem, si millies tantum millies, si infinitum huius perfectionis possideret, hic sisteres, dicens, si infinite possem eam diligere, infinite diligerem, sed quia infinitum amorem habere non possum, totum cor totam animam, vniuersas vires in ea amanda impenderem. Sed

B o stulte, ecce qualis est Deus tuus, quem non diligis, hic quem modo diximus. Vide quidquid boni in creatura est, & illi adde infinitum, & Deum dixisti, pulchritudo te allicit, pulchritudo infinita Deus tuus est, thesaurus te delectat thesaurus infinitus Deus est, delectatio infinita. De' est, honor tibi placet, honor infinitus Deus est, potentia, sapientia, fortitudo, hæc & omnia bona in Deo infinita sunt, quomodo ei cor totum non tribuis, quomodo eum obliuisceris. Populus vero meus oblitus est mei diebus innumeris, per prophetam ipse ait. Vere si infiniti essent angeli; si infiniti homines, & vniuersi Deum agnoscerent, quantum anima Christi agnoscat, & amarent quantum anima Christi amat, non satis dilecta, & agnita maneret diuina bonitas, & conquereretur, non se agnosci, & diligi vt oportet, nisi adesset ipse Deus, qui se comprehendens, cognoscit, quantum cognoscibilis est, & diligit quantum diligibili est. Sed rursu interrogas, quis est, & qualis De' meus? Certe is, in quo viuunt omnia, quæ in creaturis solu depicta sunt. hic intelligit Augustinus illud Ioannis. 1. Quod factum est, in ipso vita erat. Accidit aliquando eximium pictorem sic flores, vel fructus in tabula depinxisse, vt aues cæli ea videntes putarint vera esse, & ad ea venerint, vt pascerentur sed picta esse, attendentes nec in eis cibum reperientes

*Hier. 2.**Ioan. 1.**Aug.**Simile.*

inde auolant, vt verâ quærant escam. Diuinus ille pictor pe-
nicillo suo sic ea, quæ in ipso viua sunt, in creaturis efformauit,
vt viua illa appareant; honor videtur verus; diuitiæ veræ; de-
lectatio vera, sed certe figuræ sunt, non rei veritas, præterit fi-
gura mundi huius, Paulus ait. Vis manifesta ratione agnosce-
re, non hæc vera bona esse, sed picta, eo saltem sensu vtere,
quo auis, quæ non inueniens cibum in depicta imagine, verâ
escam quærit. Attende ergo tu, quod nõ ibi inuenis cibum,
non satietatem, non quietem, hoc ergo attendens, ad Deum
tuum euola, qui est verum bonũ qui est solidus cibus, in quo
solo quiescere potes.

In festo sanctissimæ Trini.

*Euntes, docete omnes gētes, baptizantes eos in no-
mine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.*

Matth. 28.



CONQUERITVR Dalila de Sampso-
ne, & ait, quomodo dicis, quod amas me, cum
animus tuus non sit mecum, noluisti dicere, in
quo sit maxima fortitudo tua, non hæc poterit
Ecclesia Christi sponsa ei dicere, diligit illam
plusquam Sampson Dalilam, & ideo ait. Omnia, quæ audiui
à Patre meo, nota feci vobis. Cuius rei veritas hodie manifesta
fit, cum summum secretum, & quod secretum secretorum di-
ci potest, ei aperte reuelet, mysterium scilicet Trinitatis. Hu-
ius verò mysterij cognitio propria est Ecclesiæ, eiq; à Deo
referuata est, vt Basilus dicit libro 2. contra Eunomium, &
Cyrillus libro nono in Ioannem capite 30. Nam licet aliqui Pa-
tres antiqui mysterium hoc cognouerint, sed pauci. Christo-
nim Dominò referuatum erat, plura mysteria Ecclesiæ suæ reue-
lare, vt ipsi etiã veteres Iudei senserunt, referente Galatino li-
bro 2. de arcanis fidei. c. 1. quia Messia tempore implendum erat il-
lud

I. Cori. 7.

Iud. 16.

Ioan. 13.

Basil.
Cyril.

Galat.

A lud Esaiæ. Repleta est terra scientia Domini, sicut aquæ maris
operientis. Cum enim hoc sit gratiæ, & amicitia tempus, nunc
mysteria omnia, & secreta reuelanda erant, sed vt dignis oculis
tantam valeamus mysterium intueri, gratia illos illuminari
oportet, &c.

Breuis quidẽ euãgelij litera est, sed mysterijs abundas sumã
enim cõtinẽs totius nostræ religionis. Primũ enim ostẽdit Chri-
Dni dignitatẽ, & excellentiã potestatiẽ, dũ ait, *data est mihi omnis
potestas in celo, & in terra.* Et hac potestate mittit discipulos in
vniuersum mūdũ, vt eum ei subijciant, sicut ipse, vt celi posses-
sionẽ capiat, ascẽdit. Vnde ait, *euntes ergo, docete omnes gētes.*
Vt impleatur illud Psal. *Dabo tibi gentes hæreditatẽ tuã, & pos-
sionẽ tuã terminos terrę.* Deinde ostendit primũ sacramẽtũ,
quod ianua est reliquorũ, dicẽs, *baptizantes eos.* Deinde myste-
riũ Trinitatis explicite tradit, in cuius inuocatione baptisimus
perficitur, dicẽs, *in nomine patris, filij, & spiritus sancti.* Hoc ve-
ro mysteriũ basis, ac fundamẽtũ est nostræ religionis, & fidei.
Quia vero fides sine operibus mortua est, nec satis est ad salutẽ
nri ad sit obseruatio mandatorũ, addit, *Docentes eos, seruare om-
nia, quacunque madaui vobis.* Omnia vero dicit, quia qui offen-
dit in vno, factus est omnium reus, vt Iacobus ait. Sed quia hæc
mandatorum obseruatio sine Christi gratia esse non potest, &
opus conuersionis mundi sine excellentiã Christi Domini au-
xilio effici nõ poterat, addit, *ecce ego vobiscum sum omnibus die-
bus, &c.* quasi dicat. In diuino Eucharistiæ sacramẽto vobis præ-
sens ero, & iterũ auxiliũ meũ, perpetuo vobis aderit, vt mundũ
expugnare possitis, & mandata implere mea. Ecce literã euã-
gelij, & summam totius Christianæ religionis.

C Nũc de Deo nostro trino, & vno agẽdũ nobis est, qui the-
saurus est desiderabilis, de quo, apud Matth. dicitur. Simile est
regnũ celorũ thesauro abscondito in agro. Multa in hac rem,
& præclara Rupertus dicit libr. 1. de glorificatione Trinitatis.
Quod Deus noster thesaurus sit probatione nõ eget, est enim
infinitus thesaurus, est omnẽ bonũ, quod Moyse se ostensurũ
promittit dicens, ostendã tibi omnẽ bonum. Et tantus thesau-
rus iste est, vt explicari non possit. Vnde angelus eũ represen-
tans ait. *Quid quæris nomẽ meũ, quod est mirabile? Id ipsum*

N 5 dixit

Esai. 11.

Psal. 2.

Iaco. 2.

Mat. 13.

Rupertus.

Exo. 33.

Iud. 13. dixit Angelus ad Iacob. Et inter Messia nomina Esaias hoc nura-
Gen. 32. merat, mirabilis. Et inde est, vt plura nomina habeat, nec tamé
Esai. 9. omnib⁹ his valeat explicari. Tātus est Deus noster, vti omnes
 creature verterentur in linguas, eū explicare nequaquā possent.
Prouer. 21. Tātus hic thesaur⁹ est, vt magnitudinis eius nō sit finis. Hic est
August. thesaurus ille desiderabilis, qui requiescit in tabernaculo iusti,
 quo solo ditissimus est, etiā si omnibus alijs careat. Hinc Aug.
 Qui te Dñe habet, beatus est, licet reliqua nō habeat. Et si reli-
 qua omnia habet, & te nō habet, beatus nō est. Et si te, & om-
 nia alia habet, beatus est; non quia reliqua habet, sed quia te ha-
 bet. Et tantus denique hic Deus est, vt amplius non sit, aut ex-
 cellentius Deus cum vniuerso mūdo, quam Deus solus. Si-
Psal. 143. cut enim lineā maiorem nō reddes addito puncto, ita si Deo ad-
 dideris vniuersas creaturas, punctū, aut nihil te addidisse crede. **B**
 Merito Psal. ait. Beatus populus, cuius Dñs Deus eius. Te hunc
 interrogo, est ne tibi De⁹ possides Deū? Ais, credo, & cōiectu-
 ris teneo, me in gratia Dei esse, nec reprehendit me cor meū,
 nulli⁹ lethalis mihi consci⁹ sum. Sed multa alia mihi desunt, nō
 est mihi salus, substātia, honos. Nō ista cures, solo Deo diues,
 & beatus es. Si verò tibi Deus nō est, licet vniuersa, que in mū-
 do sunt, habeas, nihil te habere crede, nihil boni habeas. Solus
Prouer. 3. Deus desiderabilis thesaurus est, quia omnia, quæ desiderātur,
 huic non valent cōparari, vt sapiens ait. Non ait, Deū maiore
 esse reliquis omnibus, sed illi cōparari nō posse reliqua omnia.
 Vnū enim cōparari potest cū mille, sed finiti ad infinitum nul-
 la est proportio, aut cōparatio. ¶ Vere totus desiderabilis De⁹
Euseb. noster est, tanquā infinitus thesaurus. Hinc est, quod Eusebius
 lib. 2. præparationis euāgelicæ c. 8. ait nomē Theos (quod est
 Deus) deriuari à nomine significāte amorē, & reuerētiā, quia
 statim cū auditur Deus, dilectione, desiderio, ac reuerētia affi-
 ci nos oportet. An nō hoc in nobis, dolēdū est, quod auditis ar-
 gēto, & auro, & lapidib⁹ preciosis, ea cōcupiscim⁹, nec Deo au-
 dito eū desideram⁹? quid expeti, aut exoptari, potest nisi Deus?
Acto. 17. Thesaur⁹ ergo De⁹ est, sed absconditus, qui lucē habitat inac-
Esai. 45. cessibilē. Vidit arā Paul⁹, cui titulus erat. Ignoto Deo, & ait, hic
 est De⁹, quē ego vobis annūcio. Propri⁹ Deo titulus est, ignot⁹
Esai. 6. De⁹. Hinc Esai. Vere tu es De⁹ abscondit⁹, De⁹ Israel. Saluator. Id
 eodē

A eodē Propheta Dei faciē velatā à seraphinis asserit. Posuit te-
 nebras latibulū suū. Vt ergo eū inueniam⁹, fidei lumē nobis cō-
 cessit, qua dirigimur, vt Deū inuenire possimus, & allequamur
 ea, quæ de Deo lumē naturale ostendit sine errorū admixtione
 & omnes, etiā indocti, ea assequi valeant. Simul etiā vt ea attin-
 gamus, quæ natura asse qui non valet de Deo, vt mysteriū Trini-
 tatis, & circa ista fides se habet ad modum perspicilliorum ocula-
 rāū, quibus longe distantia videre possumus. Hæc vero recon-
 dita mysteria omnibus, etiā infimis de ecclesia, propalari vo-
 luit. Cōmune id fuit omnibus religionibus, Latinis, Græcis, ac
 barbaris aliqua mysteria suæ religionis sublimia solis sacerdoti-
 bus, & principib⁹ reuelare, reliquis vero de populo abscondere.
 Hoc fecerunt Parthi, Medi, A Egyptij, Phrygij, Asiatici, Afri-
 cani, Clemēs Alexand. ait, Pythagorā, & Platonē, qui leges rei
 publicæ dederunt, occulta, & mysterijs plena quædā inuolute
B dixerunt, vt sine magistro sciri ea non possent; præceperuntq;
 vt solis principibus, & sacerdotibus ea exponeretur. Et cū De⁹
 legē Moyfi dedit, (aiūt peritissimi Hebræi, Orig. & Hilar.) præ-
 cepit, vt populo eam proponeret. Sed altissima mysteria in ea
 recōdita soli Aarō, & Iosue exponeret, & ille successoribus suis.
 Hinc gratias agit Dauid Deo. Incerta, & occulta sapientiæ tuæ
 manifestasti mihi. ¶ Sed cum in lege gratiæ præcipuam dile-
 ctionē Christus in Ecclesiā declarare voluerit, abscondita myste-
 ria vniuersis reuelauit. Vnde omnibus loquitur. Iā non dicam
 vos seruos, sed amicos, quia omnia, quæ audiui à patre meo no-
 ta feci vobis etiā altissimū eorū, quæ Deus nouit, Trinitatis, sci
C licet, mysteriū, omnib⁹ voluit esse notū. Impletūq; est illud Hie-
 rem. & nō docebit vltra vir, proximū suū, & vir fratrem suū dicēs,
 cognosce Dominum, omnes enim cognoscent me, à minimo
 vsq; ad maximum, iam enim repleta est terra scientia Domini.
 Sed quia hic thesaurus absconditus dicitur, inquirēdū est, vbi
 sit absconditus, Christus Dñs ait, in agro absconditū esse, mirabilis
 profecto absconditio, nō in cubiculo, nō intra cubiculū, vbi cōsue-
 terūt homines thesauros abscondere in thecis, sed in agro, in pro-
 patulo, vbi omnib⁹ pateat. Sicut, alicubi ait. Ego flos cāpi, & liliū
 cōualliu, nō flos hortorū, qui cōclusi esse solēt, sed cāpi, qui om-
 nib⁹ patet. Quomodo ergo absconditū dicit, quod in manifesto
 est? Id

Clemens.

Orig.
Hilar.

Psal. 50.

Ioan. 15.

Hier. 31.

Mat. 13.

Cant. 2.

Sapie. 13.

est? Id ostendemus, si primum dixerimus, quis sit ager, in quo absconditus est. Primo ager iste mundus est, mundiālis hæc machina, in qua si legere noueris, Deum poteris legere, & inuenire, quia ut sapiens ait, à magnitudine speciei creaturæ potest cognoscibiliter creator horum videri. Quod si ordinem mirum, qui in solo corpore hominis est, attenderis. Deum eius auctorem facile agnoscere poteris. Hinc Psal. Mirabilis facta est scientia tua ex me. Sicut enim viso horologio (maximè si tibi ostenderetur illud, quod nostra tempestate Ianelus fecit in quo cælorum motus vniuersi continentur) & eius miro artificio, manifeste colliges, præcipuum artificem illud fabricasse, ita qui mirum mundi huius ordinem, & humani corporis constitutionem tot partibus compati, viderit, agnoscet Deum summum eius opificem. Hinc Psal. Cæli enarrant gloriam Dei, &c. Et iterum. Psalm. Qui extendis cælum sicut pellem, &c. & producens fœnum iumentis. Legendus ille Psalm. est, qui miram Dei artem in mundi opificio describit, & tandem ait. Quam magnificata sunt opera tua Domine, omnia in sapientia fecisti. Sed quid nam est, extendis cælum sicut pellem? Olim antequam papyrus inueniretur, scribebatur in membranis, & pellibus animalium, præcipue hircorum Herodotus ait, in pellibus hircorum scribi solere, cum sicce essent, & ideo dicebantur bibli, & quia colligebantur, & complicabantur, dicebantur volumina. Nunc ergo Psal. ait. Extendis cælum, sicut pellem, quia sicut extensa pellis ostendebat ea, quæ in illa scripta erant, ita cæli enarrant Dei gloriam, in illisque ut in pellibus scripsit Deus magnalia sua. Hinc Esa. ait. Et complicabuntur, sicut liber cæli. Et Ioannes ait. Ecælum recepsit. Sicut liber inuolutus sicut enim colligebat, & complicabat pellis scripta, ut nihil appareret eorum quæ in illa scripta, aut depicta erant, ita iudicij ultimi tempore complicandi cæli sunt, deerit eis lux, influentia, pulchritudo, quibus prius Dei magnificentia ostendebat. Erunt ergo tunc quasi liber inuolutus. Nunc vero extensa pellis hæc est, & in ealegre possumus Dei magnalia.

En ergo Deum thesaurum absconditum, & manifestum. Absconditus est, quia in creaturis latet, nec videtur, sed manifestus, quia in omni creatura illum inuenire poterimus. Est ergo ignorantibus absconditus, sed consideranti in propatulo. Sicut enim virga

Moisi

A Moisi iam virga est, iam coluber, ita res fidei faciles, & difficiles, manifestæ, & occultæ. Quod in moralibus, & speculatiuis verum habet. Durum est iugum, & suauis. Durum videtur odium sui, sed sua res est, si attendas sic magis te ipsum diligere, ac conseruare. Dura mors, sed facilis, si attendatur laborum finis. Durus videtur sermo de Eucharistia, sed facilis, si attendatur diuina potentia, & amor. Difficile Trinitatis mysterium sed facile, si testimonia illius attendas.

Nec solum creaturæ ostendunt Deum esse, sed etiam quod altissimus est, perfectissimus, & fons bonorum omnium Aug. in confes. & Gerson sermone de Trinitate, sic alloquuntur animas suas. Existi o anima mea per quinque sensus tuos, ad contemplanda omnia, quæ sunt. Dic mihi aliquid de Deo meo, nunc inuenisti illum, dic mihi, vbi pascat, vbi cubet in meridie, ne vagari incipiam, eum quærens. Respondet anima, inuestigavi Deum, & non inueni, vidi terram, & interrogavi, an Deus meus esset, & respondit, non, sed factura Dei, interrogavi mare, aerem, ignem, cælum, & omnia similiter dixerunt, profertentia indigna se esse Dei nomine. Unde dicunt. Ipse fecit nos, & non ipsi nos in nobis multæ imperfectiones, & mutationes, in Deo vero omnis est perfectio, super nos ergo ascende, ut Deum quæras. Ascendi superius, & inspexi me, & vniuersos angelos, & ipsi etiam dicunt, non sumus Deus. Quia in nobis potentia, & mutatio est, Deus vero actus purus est omni ornatus perfectione.

C Vbi ergo Deum meum inueniam? si enim eum inuenero, inueniam vitam, & felicitatem, si non inuenero, fletus mihi erit perpetuus: Fuerunt mihi lacrimæ meæ panes die, ac nocte dum dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus. Sed in his ipsis creaturis Deum inueni commemorantem, ipse fons est, à quo omnia bona creaturarum fluunt, ipse intra eas latens eis præstat esse, & consistere, & ea quæ sub ipso erant, replebant templum, ut Esaias ait, ex diuina etenim infinita abundantia nobis parum relinquatur boni, & omnis creaturæ perfectio gutta est, vel mica ex Dei mensa procedens. Quem admodum enim cum in aula regia nuptias rex facit filio suo, multa in regales nuptias parantur tum vestes, tum conuiuia. Aliqua tamen superflua sunt, tum ex cibis tum ex vestibus, quæ minimi sunt momenti, & illa per fenestras

proijciuntur

*Aug. Gerso.**Psal. 41.**Esa. 6.**Simile.**Psal. 18.**Psal. 103.**Erodatus.**Esa. 34.**Apoc. 6.*

proijciuntur, vt ea colligat primus, qui illac transferit, accedūt a pauperes, & infimi de plebe homines, & illa maxima auiditate arripiunt, putantes aliquid esse magnum, cum tamē fere nullius sint pretij. Ita plane nobis accidit, in cælo regales sunt nuptiæ, ibi Dei mensa abundans, ibi gloriæ vestes cōficiuntur. Nobis vero reliquæ proijciuntur, & ea, quæ sub ipso erant, replent mundum. Sed quid hæc omnia sunt? certe nihili ea Deus habet, cū ea proijciat, vt quisque pro arbitrato ea colligat, & vsurpet. Ostēdit enim ille, quā paruo pretio ea habeat, dū fidelibus, & infidelib⁹ peccatorib⁹, & iustis ea ex æquo relinquat, nec enim inimicis ea concederet, sed filijs seruaret, si magna essent.

Quis ergo Deus noster est? is plane, qui infinita continet bona, qui infinite perfectus est, nihilque in eo est, quod mirabile non sit, vnde ei canunt seraphini, sanctus, sanctus, sanctus. Tātus De⁹ noster est, vt semper illi debitor sis, siue ab eo recipias. Que ei aliquid dones, Etiam si ei inseruias, debitor efficeris, & obsequia illi præstita debita sunt maxima, & quo maiora præstiteris, eo magis ei debes, si obsequia ei præstas beneficium maximum tibi ille confert, si ea suscipere velit, & cum plura præstiteris, ei gratias referre debes, & genibus flexis dicere, gratias tibi ago quia voluisti me tibi obsequi, ac ministrare. Ita loquitur Abrahā. Si inueni gratiā in oculis tuis, ne transeas seruu tuum, sed afferam paxillum aquæ, & lauētur pedes vestri. Quasi maximum sibi præstitum beneficium putauit, quod ab eo obsequium sibi exhiberi pateretur Deus. Qua re maximus Deus ostenditur, cum tantus sit, vt ipsi ministrare nobis gloriosum sit, & expetendum, & loco beneficij habendum. Principes terræ, quasi Dij haberi volunt, & ideo, cum alicuius famuli ministerio vtuntur, beneficium ei conferre magnum putant. Sed re vera illud non ita est. In solo Deo id verum est, deberent vero principes Deum imitari in eo, quod ministrorum indigentia, & necessitati subuenirent, sicut Deus: sed id non præstant.

In agro creaturarum Deum thesaurum absconditū vidimus iā alium agrum contemplemur. Præcipue in agro diuinæ scripturæ hunc inueniemus thesaurum; ait Rupertus vbi supra, ager vero dicitur diuina scriptura, quia in publico est, & in manifesto

Gene. 18.

Rupert.

manifesto, & cunctis hominibus facilis lectu. Licet enim adeo est profunda aliquando, vt in ea natent elephantes. Sed adeo est etiam aperta, vt agni eam transuadare possint, vt August. ait. Et ideo vt Rupertus notat, Psal. ait, Dominus narrauit in scripturis populorum. Id est in scripturis, quæ ab omnibus populis legi possunt. Scripsit Plato, & Aristoteles, sed eorum scripta populorum dici non possunt, simplices enim à se repellunt anfractibus, & difficultatibus. Non sic diuina scriptura, vnde Habacuc ait. Respondit mihi Dominus, & dixit. Scribe visum, & ex plana eum super tabulas, vt percurrat, qui legerit eum id est, vt magna cum facilitate legatur, quæ enim necessaria saluti sunt, aperte, & manifeste in scriptura diuina traduntur.

In hoc ergo scripturæ agro absconditus est thesaurus, Deus noster trinus & vnus. Sed in qua parte huius agri? Respondet Rupertus, in vniuersa scriptura ab initio vsque ad finem. Mirabilis profecto abscondio, dum in toto agro reperitur, quod absconsum est, diuinam hanc esse veritatem ostendit, quod eā dixerint diuersi scriptores, diuersis temporibus, & locis. Opus plane diuinum hoc est, de quo ipse gloriatur, cum ad Iob ait. Num quid coniungere valebis micantes stellas Pleiades, vbi Grego. 29. moral. c. 27. sic explicat. Illæ stellæ Pleiades dictæ sunt à pluralitate, vulgo dicuntur (*las fiere cabrillas*,) quæ ita inter se sunt coniunctæ, vt simul diuixæ sint, nec vlllo modo iungi valeant, nisi eas Deus coniungat. Gregor. quid micantes septem Pleiades sunt, nisi sancti, qui nos in tenebris huius mundi septiformis spiritus gratia illustrant, qui ab initio mundi ad prophetandum missi, in aliquo coniuncti, & in aliquo diuisi sunt, disiuncti loco, quia non se contingunt, sed coniuncti ordine, luce, & influxu. Sic sancti disiuncti loco, & temporibus fuerunt, sed simul micant, quia veritatem vnā prædicant. Quam diuersis temporibus Abel, Esaias, & Ioannes apparuerunt, diuisi quidem tempore, sed non luce, non prædicatione. Nam Abel Christi passionem significans, agnum in sacrificium obtulit. De quo loquens Esaias ait, sicut agnus coram tōdente se obmutescet. De quo etiā Ioānes dicit, ecce agnus Dei. Ecce diuersis temporibus missi, sed cōcorditer de Christi passione, & innocentia sentiētes eundem agnum

Aug.
Psal. 86.

Habac. 2.

Iob. 38.
Greg.Gene. 4.
Esai. 53.
Ioan. 1.

num Ioannes ostendendo, Esaias præuidendo, Abel offerendo locutus est, & quem Ioannes in ostensione, quæ Esaias in locutione, hunc Abel significando in manibus tenuit. Quia vero quomodo Pleiades de Christi humanitate concorditer sentiant, diximus, dicamus, quomodo de Trinitate concorditer luceant. Diuersis temporibus Moyses, Dauid, Esaias, Ioannes, Paulus & multi alij mundo luxerunt. Sed nullus ab altero diuersum sensit, quia, & si semetipso non nouerant facie, sed idem cognouerant ex diuina reuelatione, Moyses enim initio Genesis Trinitatem ostendit, cum dicit. In principio creauit Deus caelum, & terram, & spiritus Domini ferebatur super aquas, quia pater per verbum quod est principium, omnia fecit, & Spiritus sanctus super omnia facta ferebatur. Et Psalmista ait. Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus, & metuant eum omnes fines terræ, ter Deum nominat propter tres personas dicit vero, metuant eum, propter essentia unitatem. Et Esaias idem mysterium edoctus à Seraphinis audit, sanctus, sanctus, sanctus. Addit vero Dominus Deus propter unitatem essentia. Et Ioannes ait. Tres sunt: qui testimonium dāt in caelo, pater, verbum, & Spiritus sanctus, & hi tres vnū sunt. Et Paulus, ex ipso, & per ipsum, & in ipso sūt omnia, & vt unitatē essentia ostēdat, addit, ipsi gloria in secula seculorū. Quasi ergo in vno loco Pleiades sitæ sunt, quia de Deo cōcorditer sentiūt, & tamē se ipsas nō tangūt, quia tēporibus & locis diuersi sunt.

Locus est celebris de hoc mysterio, & de incarnatione verbi apud Esaiam. Vbi loquens Deus filius ait, non à principio in abscondito locutus sum, ex tempore antequam fieret, ibi eram & nunc Dominus Deus misit me, & spiritus eius quibus verbis Deus missus & Deus mittens, & spiritus eius ostēditur. Et Pleiades sibi concinentes. Quod bene Ezechielis. 1. describitur, qui cum diuersi generis animalia videre se diceret, adiungit, Iunctæque erant pennæ eorum alterius ad alterum, quia licet diuersa animalia sint, sed vno sensue eorum voces ligantur, & licet vnus, omnia rationabiliter agendo, sit homo, alius, nihil mundi formidando, sit leo, alius, se offerens viuam ostiam Deo sit vitulus, alius contemplatione se in alta rapiendo, sit aquila, tamen omnes alas habent, quibus se in alta erigendo, &

Ado, & in diuinis mysterijs pertingendo, se pertingunt. Quia vero sic omnes illos conformare, diuina virtus est, recte à Deo dicitur, nūquid valebis coniungere micantes stellas Pleiades? vt ego, qui vnus omnia impleo, atque in unitatis sensu electorum mentes implendo coniungo, hæc Greg. & Leo Papa in sermone de transfiguratione ait. Quid hoc stabilis, quid firmitus verbo, in cuius prædicatione veteris, & noui testamenti concinit tuba, & cum euangelica doctrina antiquarum protestationum instrumenta concurrunt? ad stipulatur enim sibi inuicem vtriusque fœderis pagina.

Diuina ergo scriptura nobis tradit, Deum nostrum vnū essentia, trinum personis. Hesiodus (vt refert Eusebius libro. 5. præparationis Euang. c. 15.) posuit in sola terra triginta mille Deos, de qua re plura Aug. in libris de ciuitate. Sed præcipui philosophi horum Deorum vanitatem agnouerunt, docuerunt que vnū esse Deum, inter quos præcipuus fuit socrates, qui propterea neci traditus fuit, quia vnū Deum docebat, vt Plutarchus ait. Et eadem ratione Anaxagoras persecutiones passus est. Refert etiam Eusebius, libro quinto præparationis euang. c. 10. Platonem idem sæpe dixisse, & ad Dionysium epistolam scripsisse, in qua aiebat. In hoc agnosces epistolas meas, quas magno scripsi studio, ad amicos mihi charissimos, quod in illis initium erat hoc nomen, Deus, cuius nominis virtus magna mihi est manifesta. In reliquis vero epistolis iocosus Deos nomino vulgi condescendens errori. Et manifesta ratione naturali cognoscitur, vnicum esse Deum, Deus enim infinite perfectus est, ergo vnus duntaxat est, quia si plures essent, aliquis eorum aliquid haberet, quo alij carerent, & ideo infinite perfecti non essent. Idem ostendit D. Thomas. 1. p. q. 11. ar. 3. ex ordine, & unitate vniuersi, quæ enim diuersa sunt, in vnū ordinem non conuenirent, nisi ab aliquo vno ordinarentur, Deus ergo, qui ea connectit vnus est.

Ex hac Dei unitate colligendū est, vt ei placeamus, si enim eum irritamus, non relinquitur nobis Deus alius, cui adherere possimus. Si rex Hispaniæ tibi irascitur, diuertere poteris ad regē Galliæ, vel ad alium regem, sed si Deus iratus tibi fuerit, nō est Deus alter, ad quem confugas, si in infernū te trudit nō est

Gen. 1.

Psal. 66.

Esai. 6.

1. Ioan.

Rom. 11.

Esa. 48.

Ezech. 1.

Leo.

Eusebius.

Aug.

Plutar.

Euseb.

D. Tho.

qui te cripiat. Hinc ille. Videte, quod ego sim solus, & non fit alius Deus præter me, ego occidam, & ego viuere faciam, & nõ est, qui de manu mea possit eruere. Hinc Psal. Quia nec ab oriẽte, nec ab occidente, nec à desertis montibus, auxilium scilicet vobis esse poterit, quoniam Deus iudex est. Hinc Esaias. Quid facietis in die visitationis, & calamitatis de longe venientis, ad cuius confugietis auxilium? Hinc Hieremias ait. Filia populi mei accingere cilicio, & conspergere cinere, luctum vnigeniti fac tibi, planctum amarum. Qui plures habet filios, licet vnus moriatur, luget aliquo leuamine, quia alij ei restant, sed qui vnicum habet filium, & eum amittit, nulla leuatur consolatione, sed amare flet. Ita si Deum per peccatum amisisti, fac vnigeniti planctum, quia nullus tibi Deus reliquus est, ideo eum recuperare cura.

Simul etiam præclare nobiscum actum est, dum vnicus Deus nobis est quia vnus est cui placere debemus, nemo enim potest duobus Dominis seruire, & ideo nec pluribus Dijs, ideo illi soli seruias, cui si placeas, nihil desiderandum restat. Quando vero audis illud Pauli. Sunt Dij multi, & Domini multi, & sepe in scriptura Deos dici sacerdotes, reges, & iustos, hæc sic accipe, vt eos credas, Dei vices in terra gerere, eius personam agere, quo doceris, magna apud eos reuerentia esse, illique intelligant, quam similes Deo esse debeant in iustitia, & sanctitate, & beneficentia in omnes, iusti vero Dij dicuntur propter diuinæ naturæ participationem, quam per gratiam habent, vt Petrus ait. Ex quo colliges, quanta res gratia sit, quæ ita hominem extollit, vt Deus dicatur, & sit.

Sed Deus noster trinus etiam est in personis. Hæc distinctio necessaria in Deo erat, vt sit in Deo amicitia, sine qua beatitudo constare non posset. Hinc Boetius. Nullius rei sine consortio iucunda est possessio, & Cicero de Amicitia ait. Licet de honoribus & diuitijs diuersæ fuerint opiniones, & plures ea reiecerint sed de Amicitia omnes consentiunt, necessariam esse. Vnde si aliquis omnibus bonis ditatus in deserto loco solus constitueretur, vbi bonis omnibus frueretur, sed sine socio, & amico, beatus nequaquam esset, nec perfecte frueretur bonis illis, cum solus esset. Et hinc Architas Tarentinus aiebat. Si homo in cælum vsq;

vehere-

A veheretur, vnde omnia naturalia videret, & cælestē, & terrenā pulchritudinē cerneret, insuaue ei hoc esset, si amico careret. Huic cõsonat illud Genes. Nõ est bonū, hominē esse solū, faciamus ei adiutoriū simile sibi. Ne ergo solus, ac solitarius Deus non esset sit, diuersitas personarū fuit necessaria, Ricar. li. 3. de Trinitate ait. In Deo est omnis bonitas, & perfectio, ergo est amicitia nec satis est amicitia in creaturas, quæ ab æterno nõ sūt, Deus autē æternus est. Est vero in Deo amicitia summa, ac infinita, quia amicitia cõciliare solet bonitas, pulchritudo, cõsanguinitas, similitudo, hæc vero omnia in diuinis personis infinita sūt. Producit pater filiū, & alter in altero videt summā bonitatē, pulchritudinē, & vnitas tāta inter eos est, vt vnū in natura sint, & quisq; infinitū alteri amorē videt, & ideo infinita eorū est amicitia, vbi vero in finito amor, ibi infinitū est gaudiū re dilecta præse, ibi infinita beatitudo. Hanc vero infinitā dilectionē patris, & filij in amore parētū Deus adumbrare voluit, qui re vera mirabilis est. Quid mirabilius amore Dauid in Absalō, pro quo mori cõcupiuit? Et in animatibus eadē dilectio cernit dū ab ore cibos tollat, vt filijs dēt, & Pelicanus sanguinē filijs dat in cibū. Hæc quidē dilectionē Deus parētibus dedit, vt filiorū educationi prouideret, simul vero voluit imaginē proponere infiniti amoris sui in filiū. Est vero in hoc dissimilitudo, quod maiori dilectione parētes filios prosequunt, quā filij parētes. In Deo vero nõ sic, sed sicut pater in finita dilectione filiū diligit, ita vicissim filius patrē, & sic ambo vt vnū principii spirant Spiritū sanctū. Quod si lætatur Dominus in operibus suis, & mūdo cõdito requieuit, & lætatus est, & ait diuina pietia, & delectabor per singulos dies, ludēs corā eo omni tēpore, quale erit diuinū illud gaudiū, quod pater cum filio, & Spiritu sancto habet? Hinc Arist. 12. meta. Dei beatitudinē in sui ipsi cõtēplatione posuit. His Deus ante mūdi cõstitutionē attēdebat sui cognitioni, ac amorī. Cū ergo amici sit lætari de bonis amicitia, tāquā de suis, si Deū diligis o homo hæc Dei tui gloriā cõsideras lætare, & ei cõgaude, ac cõgratulare, & quo plus Deū dilexeris, eo plus cõgaudebis eo diuino spectaculo inspecto. Et sicut diuinę personæ se diligunt, se mutuo cõspiciētes, sic homo pro mōdulo suo eas diligit, & gaudet, & hoc factō in cõuiuio Trinitatis cum Trinitate beatissima epulatur, eiq; dici potest illud. Intra in gaudium.

Deut. 32.

Psal. 74.

Esai. 10.

Hier. 6.

Mat. 6.

1. Cor. 8.

2. Pet. 1.

Boet.

Cicero.

Gene. 2.

Ricar.

Prouer. 8.

Arist. 12.

Mat. 21

Plotinus.

Psal. 90.

Luc. 19.
Ezech. 8.

1. Cor. 8.

gaudiū Dñi tui, quia idē obiectū est nostrā, & diuinā beatitudinis. Sed Plotinus philosophus in libro de Pulchro ait, qui diuinę felicitatis particeps esse vult diuinam puritatem, & diuinos mores imitetur, vt deiformis efficiatur. Audiamus ergo Psalmonentē. Nō erit in te Deus recens, nec adorabis Deū alienū; ego enim sum Dominus De⁹ tuus, sed qui nā dij sunt recētes, & alieni? Deus noster æternus est, & noster est, alij vero Dij recētes sunt, quia ex tēpore sunt, & alieni, ac inimici nobis sunt; alieni etiam, quia vt Dominus ait, si in alieno fideles non fuistis &c. aliena omnia temporalia sunt, & qui ea colunt, Deos alienos colunt. Huius modi Dij illi erant, quos apud Ezechielem quidam colebant. Quorundam Deus venter est, aliorū vero honor, aliorū diuitiæ. Sunt Dij multi, & Domini multi, sed nobis vnus est Deus, Paul⁹ ait, quia hic sol⁹ sanct⁹ hic solus altissim⁹.

In festo Sanctissimæ Trinit. Concio Tertia.

The. *Baptizantes eos in nomine patris, filij, & Spiritus sancti.* Mat. vltimo.

Tertul.



TERTULIANVS initio librorum de Trinitate, ait, sicut dulce lumē solis, & proficuum oculis est, sed si illum aspicere velis fixis, immotisque oculis in discrimen maximum veniēt. Ita de Deo C agere dulce, & proficuum homini est, sed si diuina mysteria comprehendere voluerit, periculo plenum est. Quia vt sapiens ait. Sicut qui mel multum comedit, non est ei bonū, sic qui scrutator est maiestatis opprimetur à gloria. Hinc etiam Sapiens monet. Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris, sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper. Ideo diuinorum scientia cum timore tradenda, & audienda est. Hinc Sapiens. Ne festinet os tuum, vt de Deo loquaris, quia tu es in terra, Deus in cælis. Sicut enim mel dulce est, & laudre, sed si eo satieris, euomes illud, ita Deus noster dulcis est, & rectus

Prouer.
Eccle. 3.

A & rectus, sed tentandum non est, illum cōprehendere, hoc enim est melle satiari, quod nobis discrimen afferet maximum. Hinc Sapiens. Mel inuenisti, comede, quod sufficit tibi, ne forte satiatus euomas illud. Mel hodie inuenimus, dum Dei scientia nobis proponitur, sed vt parcissimus, & in mensurā gomor hoc Manhu colligamus, opus nobis est diuina gratia, quam Mariæ intercessione impetrabimus.

Prouer. 25.

Cui nam sanctorum diem festum hodie agimus? Deo nostro. De hoc nobis hodie agendum est, & vere dignū, & iustū est, vt aliquando in terra de eo sermonem habeamus, de quo in cælo semper nobis agendum est, ibi vero de Deo solum sermonem habebimus. De alijs sanctis plura dicere solemus, in eorū celebritate nomen, magnitudinem, antiquitatē, opera, hæc hodie de Deo dicamus, quod est nomen eius, aut quod nomen filij eius si nolti? Deus dicitur, quotannis præcessit? A Etern⁹ est. A seculo, & vsque in sæculum tu es Deus, quam fuit, & est magnus, magnitudinis eius non est finis. Ecce Deus magnus, vincens scientiam nostrā. De reliquijs Dijs gentium vilissima, & abiectissima tradita sunt, & memoriæ mandata. De Deo vero nostro nihil dici potest nisi magnum, & infinitum. Quis ergo de Deo tanto loquetur? Solus Deus se comprehendit, seque perfecte nouit, & ideo solus ille perfecte de se loquitur, locutus vero de se bona est, cum verbum diuinū dicendo produxit. Cum dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te, tunc se ostendit infinitū. Creatura vero imperfecte Deum cognoscit, vnde imperfecte de eo loquitur. Ais vero, dic mihi, quis est hic Deus meus? hoc nosse cupiebat Moyses, cum diceret. Ostende mihi faciem tuam vt sciā te. Quasi dicat. Dic mihi, quis sis. Ad quem Deus. Non poteris videre faciem meam, non enim videbit me homo, & viuet. Ecce inquit, est locus apud me, & stabis supra petram, cumq; trāsibit gloria mea, ponam te in foramine petræ, & protegam dextera mea, donec transeam, tollamque manum meam, & videbis posteriora mea, faciem autem meam videre non poteris. Non est huius vitæ, Deum videre facie ad faciem. Est vero locus in terrā, vnde Deus videri potest, non facie ad faciem, sed per speculum in ænigmate, locus hic petra est, quæ vel Christus, vel Deus

Prouer. 3.
Psal. 40.
Psal. 144.
Iob. 36.

Psal. 2.

Exod. 33.

Ecclesia, vel fides est, quæ verâ Dei cognitionem tradit. Vnde posteriora Dei videre licet. Sed quæ sunt posteriora Dei? effectus plane ipsius, opera eius. Quis sit Deus in se, videbis in cælo, nunc vide, quis sit Deus tibi, Deus est, qui tibi præstitit vniuersa, quæ habes bona, siue maxima, siue minima, siue naturalia, siue gratuita: & sic eum dicere poteris largitor omnium bonorum, benefactor tuum. Ais quis est Deus meus? qui te diligit infinito amore. ac si nihil diligeret præter te, qui te in visceribus habet, qui nec ad momentum obliuiscitur tui. Fuiſti aliquando in angustia, in labore in dolore? Deus est, qui te eripuit, voca ergo eum refugium tuum, liberator tuum, virtutem tuam. Quis est Deus? qui tibi pater est, & tibi prouidet, tui curam habet vt pater, coram quo nullus pater dicendus est, qui est tibi mater, & tãquã mater blãditur tibi, cui nulla valet mater conferri. Qui est tibi magister, & docet te, vnus est magister vester Christus, qui est tibi pastor bonus, medicus, & sanat omnes infirmitates tuas, & tãdẽ erit Deus omnia in omnibus, omnia tibi est, in quo viuimus mouemur, & sumus, ex his colliges, præcipua dilectione à te Deum diligendum. ¶ Sed ais hæc posteriora Dei sunt, hæc quæ diximus efficit ille, sed quis in se ipso est? Dicat hoc ipse, lucem habitat inaccessibilem, ideo eius faciem seraphini velant, quia comprehendere nequit, tãta eius celsitudo est. Conueniẽter vero huc nos colimus Deum magnum, quem cum maxime cognoueris, nihil eius attigisti, cui cum præcipue in seruiſeris, dicas, seruus inutilis sum. Vere magnus Dominus, & laudabilis nimis. Vt vero aliquid sui explicaret, interrogati Moysi nomẽ eius, dixit. Ego sum, qui sum, qui est misit me ad vos. Pulsas ianuam, & audis, quis es, & tu respondes, ego sum, nõ bene dixisti, solus Deus dicere potest, ego sum, sicut Moysi dixit, ego sum qui sum. Ponit ibi nomẽ ineffabile Ieoua, quod nulli vnquam creaturæ comunicauit, ego sum cuius essentia est esse, qui sum abyssus essendi, & sum ipse esse, & ideo semper fui, sum, & ero. Ego sum, coram quo nullus esse dicitur, & nullus bonus, quia bonitas, & esse creaturarum, si mihi cõferat, nihil est, sicut stelle coram sole nõ apparerent. Potentia sua tribuit Deus esse, & bonitatem omni creaturæ, sed pulchritudine, & magnitudine sua illa aufert. Sicut sol tribuit lumẽ stellis & tamẽ illud aufert præsentia sua, faciẽs vt nõ appareat, ita coram diuina pulchritudine nihil pulchrum, imo nihil est. Ego sol sum, qui sum. Finge nunc, nullam à Deo conditam creaturam præter animam

tuam.

A tuam, quid tunc cogitares: certe Deum, quia licet aliud velles cogitare, nõ esset. Quid loquereris? Deum, quid diligeres? Deum quia licet aliud velles loqui, aut diligere, nihil esset præter Deum. Cum ergo ait, ego sum, qui sum, hoc significare voluit, & idem est, ac si diceret, tantus ego sum, vt nihil sit, quod cogitare, loqui, desiderare, aut diligere oporteat præter me, quia alia non sunt coram me.

Sed tantus hic Deus quis in se est, & qualis. In Dei cognitione se mundus habuit ad eum modum, quo viatores, qui in motu viam agunt noctu, & cum strepitum audiunt, dicunt, quis illac venit? Vnus ait, nullus venit, sed arbores sunt, quas videmus. Al

Simile.

ter ait, viatores plures sunt, alter vero, qui acutioris est visus, ait tres sunt, qui veniunt, Ioanes, Petrus, Paulus. Sic nunc Deum manifeste nõ videmus, sed illius effectus sentimus, sicut spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis, sed nescis, vnde veniat, aut quo vadat, sicut ergo ais, aer est licet eum non videas, vides tamen eius effectus, strepitum, motum navis, & similia. Ita licet Deum non videamus nunc, sed eius effectus manifeste videtur.

Ioan.

Vnde manifeste colligitur, Deum esse. Sicut cum dulcem audis harmoniam, licet cantores non videas, dicis tamen, ibi eos esse. Ita harmonia mundi huius ostendit facile Deum primum motorem. Ille superbos, & arrogantes humiliat, ille humiles consolatur, ille in tribulatione positos leuat, ipse timore te percutit, ipse dulcedine replet. Cum ergo hæc homines attende-

Simile.

rent, quidam dixerunt, nullus illac venit, casu hæc fiunt, Deus primus opifex nõ est. Dixit insipiens in corde suo, nõ est Deus, hi profecto vanissimi fuerunt, vt Sapiens ait. Vani sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei, & de his, qui videtur bona, nõ potuerunt intelligere eum, qui est. Nec operibus attendentes, agnouerunt, quis esset artifex, sed aut ignem, aut spiritum aut citatum aerem, aut gyrum stellarum, aut nimiam aquam, aut solem, & lunam, rectores orbis terrarum Deos putauerunt. Pauci profecto fuere, qui Deum esse negauerunt, est enim adeo euidens vt pauci hac in re errauerint, vnde & insipiens qui dixit nõ est Deus corde dixisse, nõ ore, Psal. ait, adeo enim erat insignis falsitas, vt nõ fuerit ausus verbis eam manifestare. Alij vero dixere, plures sunt Diij, videbant enim innumerabiles Dei effectus. Nec credentes

Psal. 137.

Sep. 137.

Psal. 137.

Deū maximū esse, & plurib⁹ attēdere posse, sed diuinā capacita-
tem humanæ similem æstimantes, dixerunt, plures oportere
Deos esse, vt vnus vni attēderet rei, alter alteri, vnus cælis, alius
terre, alius mari, alius aeri. Sed recta ratio naturalis, & fides præ-
cipue, qua longe posita certissime videmus, dicit, vnum Deū
esse, & fides addit Trinitatem personarum, dicens esse Deum
patrem, Deum filium, Deum Spiritum sanctum.

Gre. Naz. Audi ergo ò Israel, Dominus Deus tuus Deus vnus est, nec
vero vnus est eo modo, quo tu vnus homo es. Sed alia singula-
ri ratione, quam explicat Gregorius Nazianz. in . 3. Chronica
Theologica, dicēs: Hoc Deus vniuersas creaturas superat, quod
vna simplicissima essentia complectitur infinita attributa, & cū
esse habeat infinitum, illud esse vniuersam continet perfectio-
nem. In creaturis diuersa est iustitia à misericordia, potentia à
bonitate; in creatore vero, ita ista omnia vnita sunt, vt vnita di-
ci non possint, sed vnum, quia vnicum omnia illa sunt. Et hæc
vnitas diuinarum perfectionum, & attributorum procedit ex
infinitate cuiuslibet. Iustitia enim Dei, cum sit infinita, infinite
perfecta, & esse ipsius effunditur in misericordiam, sapien-
tiam, potentiam, & omnia illa continet, nec aliquid perfectio-
nis est, quod non in se contineat, & amplectatur. Et ita longis-
sime abest à diuina misericordia, quod cōtraria sit iustitiæ, qua
cū illa vnum est, & illam continet, tanquam quæ infinitè perfe-
cta est. Sic etiam diuina misericordia, cum sit abyssus essendi
infinitus complectitur iustitiam, potentiam, sapientiam, & reli-
quas omnes perfectiones. Quælibet diuina perfectio Oceanus
est, & abyssus infinitus, continens vniuersas congregationes
aquarum, vnde quælibet est totus Deus. Hinc sæpe August.
ait. Noli de Deo infima cogitare, putans partem illius esse iu-
sticiam, aliam partem misericordiam, aliam potentiam, aliam
sapientiam, sed totus Deus est iustitia, totus misericordia, to-
tus potentia, totus sapientia. Et hæc vnitas diuina eminens ostē-
ditur in diuinis operibus; cum misericordiā præstat, sic eā præ-
stat, ac si totus misericordia esset, & nihil haberet præter miseri-
cordiā, quia verè totus ille misericordia est. Sic cū vltiones adhi-
bet, tot⁹ iustitia apparet, quia tot⁹ iustitia est. Et sonitus ac effi-
caciter operatur, ac si totus potentia esset, quia totus potentia est. Et
ita suau-

A ita suauiter, & ordinate vniuersa disponit, ac si totus sapientia
esset, quia totus sapientia est. Huius vero vnitatis diuinæ exem-
plar in natura, & in arte nobis relictum est. In natura quidem
exemplum est in lapillo, qui dicitur Opalus, qui inuenitur in
ripa Indi fluminis. De quo Plinius libro. 37. cap. 6. ait, esse pre-
tiosissimum inter omnes pretiosos lapillos, quia illum depin-
xit Deus miris coloribus, ea mixtione ac veritate mira, vt di-
uersi colores in eo appareant. Cum enim acceperis Opalū, &
hac parte illum inspexeris, albus apparet, quasi nix, & nihil præ-
ter albedinem in eo videbis. Si alia parte eum aspexeris, appar-
et similis carbunco ardens, & flammæ emittens. Si vero alia
parte eum consideraueris, apparet purpureus quasi lapis pyro-
pus, qui vulgò dicitur rubi: & tandem si alia ex parte eum vide-
ris, apparet totus viridis, similis smaragdo. En exemplar Dei
nostri pretiosus lapillus est, quem vt habeamus, omnia relin-
quenda nobis sunt. Sicut ille fecit negotiator, vt Margaritam
emeret. Vnus Deus est, & summe vnus, sed multiplex apparet.
An non de diuino spiritu ira Sapiens ait, omnium artifex do-
cuit me sapientia, est enim in illa spiritus intelligentiæ, sanctus,
unicus, multiplex, omnem habens virtutem, qui capiat omnes
spiritus, Deum hunc inspexit Moyfes, & apparet illi similis
carbunco, ignis ardens, vnde ait, Dominus Deus tuus ignis cō-
sumens est. Et similem Deum videns Dauid pronunciat, misera-
tor, & misericors Dominus, patiens, & multum misericors, an
non totus albus apparet? Aspicit eum Esaias, & vindictam iu-
stitiæ attendens ait, Quare rubrum est vestimentum tuum, en
similem Pyropi. Vider illum Ioannes, & ait. Et iris in circuitu
sedis similis visioni emaragdi, en multiplex est diuinitas, &
vnica. Simile aliud ars nobis manifestat. Arte enim perspecti-
uè ducuntur aliquando lineæ super tabulam eo ordine, vt si ta-
bulam consideres hac parte, appareat mons horribilis: si illa
parte inspexeris, apparet hortus mille ornatus floribus. Hac par-
te apparet facies hominis irati, & furibundi, illa vero facies dul-
cis, blanda ac amās. Si huc vsque pertingere potuit humana ars,
vt vnica picturā a deo diuersam faceret, quid miramur in Deo
nostro hoc ipsum inueniri? Plane Deus noster vnus est, non
solum quia vna eius natura, & potentia est, sed quia omnia, quæ
in illo

*Similia.**Plinius.**Sapi. 7.**Deut. 4.
Psal. 102.**Apoc. 4.*

in illo sunt, vnum sunt, solum personæ distinctæ sunt, reliqua vero, vnum, & vnicum.

Ioan. 17.

Hanc diuinam vnitatem nos imitari Christus Dominus voluit, cum patrem orans ait. Oro, vt sint vnum, sicut ego, & tu vnum sumus, vt credat mundus, quia tu me misisti. Summum fidei mysterium est, vnitatis naturæ in tribus personis, summum ecclesiæ miraculum est, vnitatis credentium, quod miraculum Christus petit à patre, vt credat mundus, quia venit Deus vnus in mundum, vt hanc efficeret vnionem. Exauditus vero Christus est, vt Lucas ostendit, dicens. Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna. Da mihi ciuitatem, in qua vniuersi ciues perfecta charitate inter se vniti essent, miraculū mundi esset, & ad eam vndique concurrerent homines, vt eam viderent. Simul etiam hanc vnitatem, & diuersitatem, quisque fidelium in se ipso habere curet, vt iustus sit, & misericors, terribilis, & humilis, magnanimus, & benignus. Licet enim hæc virtutum officia inter se contraria appareant, non tamen sunt sed conuenientia valde. Inimicum diligendum à nobis Christus præcipit, & patrem, & matrem odio habendam, sed vtrunq; agere per discretionem valemus, ait Gregor. Vt & diligamus proximos, & eos, quos aduersarios in Dei via habuerimus, fugiendo, & nesciendo vitemus. Sic etiam humiliter, & modesta de nobis sentire debemus. Simul vero dicitur cum Paulo, omnia possum in eo, qui me confortat: benigni proximis sumus, Deum vero cõtinentibus terribiles, & austeri. Pro diuersitate ergo personarum, & negotiorum diuersos nos exhibeamus, cum tamen vnum semper simus. In charitate enim radicati, & fundati, quæ vnica est, plures ramos virtutum diuersarum germinamus, qui multi, & vnum sunt multi inter se, sed in charitatis radice vnum. Et sic similes nos præstabimus reginæ illi, de qua Psal. assistit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate, vnus vestitus aureus nobis esse debet, vna charitas, sed circumdata varietate virtutum.

Sed iam ad Trinitatem personarum explicandam veniamus. Est Deus trinus in personis. Cuius rei integra cognitio à natura esse non potest, sola fides diuina hoc mysterium docet ideo Greg. Nil. de Trinit. ait, sicut Abraham reliquit pueros ad radi

Greg.

Philip. 4.

Psal. 44.

Greg. Nil.

A ad radices montis, & solus cum Isaac montem ascendit, & sicut Moyses solus ascendit in nebulam, ita nunc deferenda ratio naturalis est, & fidei soli innitendum, non quod contra rationem hæc sint, sed quia illam superet. Plures antiqui philosophi hoc mysterium attigisse videntur. Cuius ratio fuit, quod mysterium hoc ab his didicerunt, quibus Deus reuelauit. Sicut enim nunc explicite vniuersæ reuelauit ecclesiæ, ita olim aliquibus patribus aperuit. Primo parenti mysterium hoc ostendit in somno illo, vel sopore, non enim somnus ille vulgaris, ac naturalis solus fuit, sed fuit sopor propheticus, vt nomē hebræum, Tardema, significat, & nomē grecum ecstasis, quod septuaginta trāstulerunt, manifeste declarat. Deinde præcipuis patribus reuelatum hoc mysterium est, vt ipsi scriptis suis testati sunt. Ex doctrina ergo horum patrum didicerunt Ethnici, quæ de hoc mysterio memorie prodiderunt. Id vero Deus voluit olim ab ethnicis dici, vt cum Apostoli mysterium hoc prædicaret, non adeo difficile appareret. Ita Euseb. li. 11. præparationis euang. c. 10. vbi multa de hac re testimonia cõgerit, & Iust. Martyr in parænesi ad gentes, Lactantius, & Clem. Alexan. Qui inter alia referunt. Tule regem Aegypti interrogasse Serapim quid est Deus? Respondit, est Deus, cui addit verbum, & spiritus qui æternus sunt, & vnus in essentia, & Trimegistus dixit celebre illud. Monas genuit Monadem, & in se suum reflectit amorem. Plat. in Epimenide manifestis verbis de Trinitate loqui videtur, & Plotinus eius discipulus in lib. de tribus hypostasibus, & Numenius lib. de bono, & Amilius Platonius, (vt refert Aug. & Euseb.) ait. Initium Euangelij Ioannis literis aureis scribendum, & Arist. lib. 1. de celo ait, in numero ternario perfecto debere Deum coli. Hoc etiam mysterium agnouerunt antiquissimi doctores hebrei, qui Christum præcesserunt, & dixerunt, significari in nomine ineffabili Iehoua. Vt refert Gal. li. 2. de arcanis fidei. c. 10. 11. & 12. Huius vero mysterij manifestam notitiam ostenderunt in nomine duodecim literarum, & in nomine quadraginta duarum literarum, quibus explicabant nomē ineffabile Iehoua, quod quatuor constat literis. Nomē enim duodecim literarum erat pater, filius, & Spiritus sanctus: nomē vero quadraginta duarum literarum erat, Deus pater, Deus filius, Deus Spiritus sanctus, & non tres dii, sed vnus Deus. Et huius mysterij figura fuit, quod Iacob contigisse memoratur, qui supposuit tres lapides capiti, & mane vnicum lapidem inuenit. Hoc vero ipsa criptura innuit, quæ ait. Lapidem supposuisti nocte,

Gene. 2.

Eusebius.

Iustinus.
Serapis.Trimegistus.
Plato.Plotinus.
Numenius.

Galati.

Gen. 28.

mane vero lapidem tantum nominat. Huius vero rei præclarum exemplum nobis Deus voluit ob oculos poni, inuentum in corpore beatae Clare de monte Falcō. Virgo illa deuotissima Christi domini passionē iugiter fuerat meditata, & in corde illius post mortem inuenta est crucifixi Christi effigies, cum omnibus passionis insignibus: Eadē virgo mysteriū Trinitatis altissime contēplata cum esset, nō solū sibi lucē acquisiuit, quā hoc mysteriū agnosceret plenius, sed & nobis eā reliquit. Aperto enim eius pectore inuenti sunt tres lapides, eiusdem magnitudinis, pōderis, atq; figuræ, in quibus hoc mirū est, quod eiusdem pōderis vnus est, ac tres, & eiusdem tres ac vnus, qui lapilli hodie omnibus ostenduntur, in quibus Trinitatis diuinę effigies, & vestigiū est. ¶ In homine tanquā in Dei imagine, vestigiū mysterij huius habemus, homo namq; intelligens verbū producit, quod est similitudo rei intellectę, & per amorem efficit in se inclinationem, & propensionem in rem amatam, & ideo solus homo inter inferiores creaturas Dei imago dicitur, quia Dei repræsentat faciem, de qua re vide multa dominica vigesima secunda post Pentecostē. Deus ergo se intelligēs verbū producit, Pater & Filius se mutuo diligētes spirant Spiritū sanctum. Altissimus certē hic modus essēdi Dei, & incōprehēnsibilis, sed nō ideo nō credēdus, imō hac ratione credibilis magis, quia de altissimo altissima credi oportet, & quæ superēt intellectū nostrū. Et quia veritas ista huiusmodi est, ideo credenda magis. Nec præcipimur hæc intelligere, sed credere, aliquando ista videbimus, & dicemus illud Psal. Sicut audiuiimus, sic vidimus in ciuitate Dei nostri. Nunc vero posuit tenebras latibulum suum. De-

Psal. 47.

3. Reg. 19.

quæ

A quæ ad tabernaculum pertinebant, & ideo opertum erat tabernaculū, & omnia utensilia eius inuoluta ferebantur. Ideo Bethsamtæ perierunt, quia arcam Dei curiose inspexerunt. Si comprehendere Deum vis, & curiose aspicere, eum vis captiuum tuum esse, perdet te, sicut arca Philistęos, qui eam ceperunt. Magis nos captiuos Dei esse oportet, captiuantes intellectum in obsequium Christi, vt Paulus ait.

1. 1. reg. 6. 1

B Cum beatus Dionysius plures vias excogitaret cognoscendi Deū in libro de diuinis nominibus, per remotionem, & negationem, per causalitatem, & eminentiā. Tandē vltimā viā proponit, quæ omnium altissima est, dū Deū agnoscimus incōprehēnsibile, & nihil esse omnia, quæ de Deo excogitare valemus, si cū diuina eius essentia conferantur. Et hac via, ait, ascendimus cū Moyse in nebulam ad videndū Deū, sicut enim nebula abscondit res ab oculis nostris, sic cū Deū à nostra cognitione remotissimū credimus, Deum in nebula videmus. Et in capite secundo mysticę theologię ait. Oremus Deum nostrum, vt nos recipiat in lucidissimam tenebram, vt negatione scientiæ, & visus agnoscamus eum, qui omnem superat sciētiam, & visum. Quoniam niam nescire, & non videre, est altissima scientia, & visus.

2. Cor. 13. 2. Dionys.

C Vis nosse quis, qualis, quantusq; est Deus tuus? Tārus est, vt qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non obseruat, mendax sit, vt Ioannes ait. Præclare Ioānes his verbis nobis exposuit, quātus Deus noster sit. A deo bonus Deus noster est, vt impossibile sit, perfecte eum agnosci, & non diligi. Vnde qui dicit, Deum agnosco, & eum non diligit, & mandata eius non obseruat, mendax est. Qua ratione Deus dicitur à Græcis Theos, à verbo Ethin, quod significat vrere, vt Damasc. ait libr. 1. cā. 12. quia cum auditur Deus, ignis interiora nostra comburere deberet, dum ardentissime diligeremus infinitam illam pulchritudinem, deperiremus infinitam eius bonitatem, & amorē, ideo enim dicitur, Deus noster ignis consumens est. Vis ergo nosse Deum? ne fueris hac in re curiosus nimium, sed eū dilige, mandata eius obserua. Ita sapiens mōnet, vt initio concionis diximus. Altiora te ne quæsieris, &c. sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper, & hoc est, quod hodierno euangelio Christus Dominus ait. Docentes eos, seruare omnia, quæcunq; mandauimus vobis

1. Ioan. 2.

Damasc.

Deut. 4.

Eccl. 3.

Eze. 1.

vobis fidem simplicem tene, mandata Dei instanter operare. Animalia illa Ezechielis pennas habebant, quibus in altum eleuabantur, sed sub pennis manus, fide in altum eleuatur homo, sed manus habeat, quibus præcepta Dei impleat.

Simile.

Vis iterum nosse, quantus sit Deus tuus? Tanta eius pulchritudo est, tanta bonitas, vt omnium hominum, & angelorum, imo ipsius Dei gloria sit, diuinam illam, & infinitam Dei pulchritudinem intueri. Finge nunc, imaginem aliquam esse, quam videns homo per mille annos non satiaretur eius visu, nec eam fastidiret, nihilque aliud vellet, omnia reiiceret, solo imaginis conspectu contentus, regna repudiaret, honores delicias, & diuitias contemneret, diceretque, fatis mihi est huius figuræ conspectus. Et si in ignem eum conijcias, dolore non affligitur, tanta illius imaginis pulchritudo est, vt eius conspectus omnem dolorem auferat. Diceres forte, hunc hominem dementem esse, & extra se factum. Sed si idem accideret omni homini omni angelo, quanta illius imaginis pulchritudo esset? Hæc Dei nostri species, & pulchritudo est, vt impossibile sit non diligere ab eo, qui eum viderit, etiam si liber arbitrio sit, vt homo, & angelus. Nec ab eius dilectione ad punctum cessare potest, qui eum videt, sic illa diuina bonitas, & pulchritudo eos rapit. Sed & hoc, quod diximus, parum est, quoniam conspectus Dei beatos facit homines, & angelos, nec in æternum fastidiunt, nec aliud volunt, aut desiderant, fatis illis est diuinus conspectus, omnia alia arbitrantur stercora. Nullo dolore affligi poterunt, fugiet dolor, & gemitus ab eis, etiã si inferni ignes admoueris. Mira profecto Dei bonitas, mira eius pulchritudo.

Vis iterum ò homo nosse, quantus sit Deus tuus? tantus ille est, vt minimum peccatum admitti non debeat etiam pro immenso bono omnium creaturarum. Si nunc per impossibile tibi diceretur. Si mendacium leue dicas, vel aliud peccatū, quod veniale peccatum sit, perpetraveris, vniuersi homines salutem consequentur æternam, & ipsi etiam damnati ab inferis reuocabuntur, & in cælum conscendent, si vero hoc leue peccatū nõ admiseris, vniuersi homines in infernum trudentur, & ipsi etiã beati, qui in cælo sunt, inde cadent, vt fulgur in infernū: si recta ratione vtereris his auditis, dicere debes, peccatū veniale non commi-

commi-

A committā, etiã si vniuersi homines danādi sint, etiã si eo admissio, vniuersi saluādi essent. Et ratio huius est, quoniã tātus Deus no ster est, vt leuissīma, & minima offensa in eū faciēda nõ sit, etiã si intersit bonū vniuersarū creaturarū, quia omnia alia nihil corā illo sūt, & pro bono vniuersi nec in minimo Deº lædēdº est, sed potius omnia in nihilū vertēda. Quid ad hæc dicet, qui nõ leuia solum, sed ingētia crimina admittit facili de causa? An hic Deū nouit? ¶ Vis iterū, atq; iterū nosse, quis est Deus tuus? Cū eū videris, agnosces, creaturas omnes nihil esse, si cū eo cōferā tur, Aug. dicit cognitionem matutinam eam, quam habent an geli creaturarum in verbo, & vespertinam eam, quam habent creaturarū in ipsis creaturis, quia illa multo clarior, & illustrior

Aug.

B est. Finge nūc hominem in spelunca delitescentem, qui nullā rem mundi huius vidisset, sed solum inspexisset vmbas rerum omnium, quæ illac pertransirent. Videt ille vmbam hominis equi, leonis, auis, & his vmbis inspectis philosophatur de eis, & multa scribit de vmbis. Sed omnis illius scientia, & disputatio circa vmbas versatur, & earum differentias, dicens, hæc maior est, illa aptior, hæc huius figuræ, illa illius. Si hic homo ex spelūca eductus res ipsas videret, quarum solum vmbas cognouerat, quam diuersa cognitione, & scientia potiretur. Hoc ipsum nobis accidet cum Deum viderimus, vmbas eius nunc conspiciamus, cum creaturas videmus. In ipso vero contemplabimur veritatem harum, tunc videbis, & afflues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuū. ¶ Vis iterū nosse, quis sit Deus tuus? tātus Deus tuus est, vt si te perfecte diligere velis, oporteat, vt Deū plus diligas quā te, tunc enim vere te diligis, cū Deū plus diligis quā te, quia sine illo nihil tu esse potes. Vt solis radius sit, oportet primū solē esse, & radius ipse, vt sit, plus diligere debet solē, quā se. Sic etiã & riuulus fontē, à quo oritur. Sic & omnis creatura naturaliter plus diligit Deū, quā se, quia omnis illa à Deo pēdet vt radius à sole, riuulus à fonte. Et si per impossibile Deus nõ esset, omnis creatura deficeret, ideo Deus dicitur fons vitæ, quoniam apud te est fons vite, Psa. ait. Vis ergo ò homo bonū tibi, vis tibi cuncta prospera, dilige Deū tuū, quoniam diligentibus Deū omnia cooperantur in bonum. Si vero volueris plus te diligere, quā Deum perdes te, & bonū tibi nõ erit. Nõ erit bonū impio. Hinc etiam agnosces, quis sit Deus, non potes, in eum peccare

Simile.

Psal. 35.

Rom. 8.

Eccle. 8.

peccare, quim magis te lædas, quam ipsum. Et summū Dei supplicium in hominē est, permittere, vt in Deū pecces. Hinc Psa. Appone iniquitatē super iniquitatē eorum. Et iterū fiat contra Dñm semper. Sed incongrua hæc maledictio videtur, fiat contra Dominū semper: an nō congruētius malediceret, si diceret, fiat Dñs, cōtra illos, semper? Recte David ait. Nō enim est summū malū pœnæ malū, quod Deus infert, cū sit cōtra hominē, sed summū malū culpa est, qua homo efficitur cōtrarius Deo. Tantus De⁹ est, vt summū malū hominis sit q̄ cōtrarius sit Deo suo. ¶ Ex dictis demū colligit illud Sapiētis. Glorificate Dñm quātum potestis, superuasebit adhuc. Benedicētes Dñm, exalta te illū quantū potueritis, maior est enim omni laude, ne labore tis, nō enim comprehendētis. Cōprehendere Deū, impossibile est, laudare, & efferre Deū, vt ille dignus est, nec homo nec sup̄ prem⁹ Seraphin⁹ potest. Sed nec vlla creatura effici potest adeo altior, quæ id valeat, solus De⁹ perfectē se nouit, solus se cōprehēdit, & dignā sibi laudē tribuit. Quis hāc tā sublimem naturā diuinę maiestatis nō miretur? quis attonitus non heret, cū hāc infinitā abyssum essendi contēplatur? quis tāte maiestati nō seruiat? Hinc Psa. confitebor tibi, quia terribiliter magnificatus es. Vbi Chrysof. Simile cōtigit Prophetę, quod his, qui exaltissima rupe immēsum mare cōsiderant, qui attoniti herēt. Sic David vidēs infinitā abyssum Deū ait. Confitebor tibi, laudato te, quia terribiliter magnificatus es, id est, quia immēsa diuinitatis tuę gloria mentē meam perterruisti. Hinc demū colligēdū desiderium vidēdi Deū nostrū. Audi Moysen. Ostende mihi faciē tuam. Videmus nūc posteriora Dei. Quia eū non plene cognoscimus, sicut homo per scapulas nō plene agnoscitur: petamus ergo, & desideremus faciē videre cū sponsa. Ostende mihi faciē tuam. Et cū Psa. Ostende faciē tuā, & saluērimus. Audiui⁹ de te multa. Et ideo sicut Rebecca, relicta patria properamus ad te, & sicut regina Sabba. Audiui⁹ exploratores prospera nunciantes de beata patria, ideo suspiramus ad illā. Facti sumus vt turtures gementes, donec inueniamus te, vt prodigi desiderantes patris domum, vt Absalon desiderans videre faciē patris. Ideo concupiscit & deficit anima mea in atria Domini. Ideo & vos similes hominibus expectātibus Dominū suum, quando reuertatur à nuptijs, vt Christus Dominus ait, &c.

In festo

A In festo Corporis Christi.

The. Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Ioan. 6.



CVM Hierusalem virorum plaudentium clamoribus perstreperet, tubarumque clangoribus tota ciuitas personaret, eo quod regia corona in signiretur Salomon, ad aures vsque Adoniæ suorumq; clamor peruenit, & ait Ioab 3. Reg. 1. Quid sibi vult clamor ciuitatis tumultuantis, & respondit Ionathan, Dominus noster rex David regem constituit Salomonem, & vnixerunt eum in Sion, & ascenderunt inde lætantes, & insonuit ciuitas: hæc est vox quam audistis. Si modo interrogas, quis est clamor ciuitatis? quid sibi volunt tot festiua gaudia? tot Ecclesiæ triptudia? Certe Christum regem constituit pater, vultque vt omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem, & præcepit, vt ei omnes genu flectant, & adducitur huius rei causa per vias publicas, & merito. Si enim in Aegypto adoratur Ioseph, quod frumentum condiderit in tempus sterilitatis, quid non in Ecclesia adoretur Christus dans nobis panē de cælo verum, & hunc in magna copia? Vere hæc dies boni nunciij est, si tacuerimus, sceleris arguemur. 4. Reg. 7. Hoc erat tunc nuncium, summam frumenti copiam post magnam famem adesse. Simile hodie nuncium vobis defero. Famelico mundo panem de cælis copiosum aduenisse: merito sceleris arguemur, si tacuerimus. Sed de re tanta vt digne loquamur, necessaria nobis gratia est. Regius Psaltes ait. Mirabilia opera tua, & anima mea cognoscer nimis, id est. Multa habebit, quę cōsideret, & scrutetur, quia in minimo Dei opere, vel formica quidē sunt mirabilia tāta, vt vniuersa philosophia ea nō fuerit esse quanta, quę obsecro erūt in summo Dei opere, incōpēdio, & memoriali mirabiliū? de quo Psa. Memoriam fecit mirabiliū suorū, escā dedit timētibus se. Hic Psa. 110. maximē verū habet illud Iob. Qui facit magna, & inscrutabilia.

P

abique

abque numero, quia innumera sunt miracula in hoc diuino sacramento.

De quibus duo dicamus. Primū qua ratione Christus hoc dato sacramēto, voluit sibi satisfacere. Secundum quomodo nobis etiam voluerit in omnibus adesse. Sibi quidem fecit satis in duobus, nobis item in alijs duobus. Sibi in honore carnis suae, & in desiderio se effundendi, nobis in desiderio cordis nostri, & in omni necessitate. Hæc omnia videamus.

Primū quidem hoc sacramento satisfecit sibi, reddito eo honore carni suae, quæ reddi oportebat. Voluit & merito corpus suum maximè honorare, quod ignominijs suae, passionis fuerat summe depressum, implēs illud Esa. 60. Pro eo quod fuisti derelicta, & odio habita, ponā te in superbiā sæculorū, gaudiū in generatione, & generationē, & sic publicè istę supplicationes, quibus Christ⁹ adorād⁹ ab omnib⁹ defertur per vias, eo tēdūt, vt nos corpori illi⁹ ablat⁹ in passione, nūc restituatur. In passione per publicas vias ductus est, ab horto in domū Anę, inde in domū Caiphe, inde ad Pilatū, inde ad Herodē, inde ad Pilatū, inde ad Caluariū, & summa cū ignominia & blasphemijs, agebat tūc quod Helisæus 4. Reg. 4. suscitaturus mortuū, ambulabat huc atq; illuc, ita suscitaturus humanū genus ambulabat Iesus huc atq; illuc summa ignominia, nunc verò ei restituitur honos, dū ducitur publice, vt ab omnib⁹ adoretur multis festiuis gaudijs. Sic quondā restitutus est honos Iosepho in Aegypto, cuius fama fuerat maculata, & mendaces ostēdit Pharaō, qui maculae rūt eū vt Sapiēs ait, & ad hoc ducitur super currū Regis, & vt ei gratiæ exhibeātur pro frumēto. Sic ergo nunc cū Christo sit, & honos ei restituitur in passione ablat⁹, & ideo in hoc sacramēto manere voluit carnē suā, vt in eo ab vniuerso adoretur mundo, quæ in passione abiecta fuit, & simul gratiæ referuntur pro tanto nobis concesso cibo.

Sed vt perpēdamus, ad quā celsitudinē in hoc sacramēto caro Christi sit euectā, notandū est, ad summā eam euectā celsitudinē, quando Ioā. 1. dicitur Verbū caro factū est. Quo enim alt⁹ eleuari potuit, quā vt in eodē supposito sit cū diuina natura? In finita hæc eleuatio est, & per quā adoratur humanitas illa adoratio ne, quia ipse Deus, quia nō est ei aliud suppositū quā diuinū. Sed

audeo

A audeo dicere in hoc sacramento, quadā ratione amplius adhuc eleuatam Christi carnē, quam in incarnatione, & sublimius ascendisse, & ratiō est, quoniā in incarnatione licet eleuata sit humana natura, vt in eodē supposito subsistat cū diuina, tamē natura humana inferior mansit, & licet in eodē supposito, tamen diuina est caput, humana pedes Christi. Caput Christi Deus, ait Paulus, & præcipua Christi natura diuina est, illa domina est, illa principatū obtinet, humana verò serua est, illi obedit, ei subditur. At verò licet natura diuina absolute, & simpliciter in se cōsiderata, semper sit altior, & excellētior quā humana, in hoc tamen sacramento, & eius ordine sic caro eleuatur, vt sit prior quā diuinitas, & adest quidē priori ratione, & primo loco, caro Christi, quia ex vi sacramenti. Diuinitas verò adesse voluit per concomitantiam, vt carnem associet, & honoret, quasi ancilla esset, cum sit domina.

Quod vt intelligas notāda est doctrina Cōcilij Tridentini, & omniū doctorū. In hoc sacramento quædā esse præcipua ratione, & ex vi verborū consecrationis, quædā verò per cōcomitantiam. Primò & præcipue, & ex vi verborū est sub specie panis Corpus Christi, sub specie vini sanguis Christi: per cōcomitantiam verò, quia corpus nūc est cū sanguine anima ac diuinitate, hæc omnia veniūt, & sunt sub specie panis. Similiter sub specie vini est sanguis Christi, corpus anima, & diuinitas, sed sanguis ex vi verborū, reliqua per cōcomitantiam sunt, quia modo simul sunt. Sed si in intriduo mortis Christi aliquis Apostolorū consecraret, sub speciebus panis esset corpus sine sanguine, & anima, & sub speciebus vini, sanguis sine corpore, & anima, quia tūc illa separata erāt, diuinitas verò semper adesset, qui separata nō fuit. Licet ergo anima in se cōsiderata potior sit carne, tamē in ordine huius sacramēti caro est potior, voluitq; Deus sic carnē honorare, vt esset hic superior, & anima eā concomitaretur, quasi pedisequa. Simile quid diuinitati cōtingit, quæ licet in se cōsiderata superior sit, in ordine tamē huius sacramēti posterior est carne, quā illa concomitatur, & honorat. Præcipue enim caro hic aduenit, mirabilis profecto carnis exinanitio in passione, cū ver-

1. Cor. 11.

Conc. Tri.

Psal. 21.

Esa. 53.

nes cælos, non solū super Seraphin. Non solū sub pedibus eius collocat, quæ creata sunt, sed & ipsa etiā diuinitas in hoc sacramēto, & eius ordine concomitatur carnem vt pedisequa, & ei quodāmodo cōciliatur, ei primū cōcedit locū, sibi secūdū vsurpat. Sed quia res ista ita est admirabilis, vt humanū captū superet, amplius exēplis est illustrāda. Primū sacrum sacerdos simplex facit, adest ei episcopus patrinus. In se cōsideratis personis, & absolute, episcopus dignior est, sed in eo actu missæ noue, præcipuū sacerdos est, episcopus verò eius adiutor, & cōcomitans. Similiter in baptismo, vel nuptijs, est rex patrinus. Præcipua quidē in se persona regis est, & dignior baptizato, aut sponsio, at in eo actu potior spōsus, aut baptizatus, & rex solū est cōcomitans, & honorās illū. Mira plane exaltatio humiliātis se, cui similitudine exhibebit in cælo ijs, qui hic se humiliauerint, cū, vt dicitur Luc. Transiens ministrabit illis, quasi seruus esset, cū Dñs sit omnium. Vt ergo hęc carnis suę exaltationē ostenderet, nō ait. Ego sum cibus sed caro mea vere est cibus, sanguis meus vere est potus. Hęc enim sunt, quæ præcipue in hoc sacramēto sunt, sibi ergo plene abūdeq; satisfecit in honore carnis suę, hoc ex hibito sacramēto, dum in eo carnē suā adorari facit, ab vniuerso mundo. Quo facto ei ablatus honor restituitur & præterea supremum ei tribuit honorem Deus, & primum locū, dum hic caro præcipuo loco est, diuinitas verò secundo.

Secūdō verò Christus hoc instituit sacramentū, vt suo satisfaceret amorī petēti, pro nobis gemitibus in enarrabilibus. Petitur amor ab amāte, donec plura amato: nec quiescit, donec amato donetur, q̄ amorī equalis sit, amor Dei Deo est, infinitus est, nō quiescit, donec se ipsum homini donet. Reliqua enim dona amorī equali nō erāt, ipse equalis est amorī suo. En dō homo infinitū Dei in te amorē, quē ex dono colligere potes, q̄ infinitū est, hinc illud factū est q̄ Dñs ait. Sic Deus dilexit mundū, vt filiū suū vnigenitū daret. Sed filius datus est in incarnatione vniuerso mūdo, nūc verò in hoc diuinissimo sacramēto datur idē filius cuiuslibet hominum. Quo facto infinitas ostendit dilectionē, non solum in vniuersum mundum, sed etiā in singulos homines, vt quisque dicere possit. Qui dilexit me, & tradidit se pro sum mihi. Ideo panes propositionis hūc figurātes diuinū panē,

I. Reg. 21.

calidi

A calidi semper erant in conspectu Dei, vt ardentem, flagrantem que amorē ostenderent, qui hoc sacramento nobis ostenditur. Quod vocat Chrysi. incarnationis extētionē, & merito. Hypostaticē vnitū est verbū diuinum corpori, & animę Christi Domini, nō sic decebat vniri singulis corporib⁹, & animabus nostris. Adinuenit diuinus amor vnionem alteram illi valde similem, per quam singulis hominibus vniret, & vnio illa hypostatica quodāmodo ad omnes extenderetur. Hoc verò fecit vnita illa sibi humanitate, & illi conglutinando, & adiungendo omnes homines in hoc diuino sacramento. Sicut cum magnes attrahit ad se ferrum, illud ferrum aliud ferrum ad se trahit, secūque vnit, hoc secundum dicitur magneti vnitum, licet nō immediate sed medio primo ferro. Sic ergo diuinum Verbum magnet est ad se omnia trahens, traxit primum humanitatem illam Christi, secūque vnit, illa verò omnes homines ad se trahit, & secū in hoc diuino sacramento vnit, sicutque omnes vniti dicuntur verbo diuino media Christi humanitate. Quid est homo Domine, quia sic magnificas eum? nō mihi cū paulo minus ab Angelis, & hoc in natura, non in gratia, iam enim quasi Angelum eum tractas, & das ei Angelorum etiam. Panē Angelorum manducauit homo. Cum Hester vocauit Amam cap. 5. in conuiuium tanti illud fecit, vt conuocatis consanguineis & amicis diceret. Regina Hester nullum alium vocauit ad conuiuium cum Rege præter me. Quanta gloria nostra dō fides, cum ad hoc conuiuium solum nos vocamur, vt panem cæli mānucemus: quo facto immensum in nos effudit Deus amorē suū, & quicquid infinitus ille postulabat amor, pro omnino homine effectum est, nihilque iam illi faciendum restat ex parte doni dati, nihil enim amplius dari potest nobis à Deo, & hoc credo respexisse diuinum spiritum, in illis verbis Gen. 27. quæ Isaac ad Esau loquitur. Frumento & vino stabiliui eum, & ultra hęc fili mi quid tibi faciam? Quasi dicat. Nihil superest faciendū, nihil residuū est quod tibi dem, quando dedi frumentū & vinum, omnia dedi, quæ dare poteram, nihil mihi restat dandum. Vt enim quando Christus nobis concessit corpus, & sanguinem sub speciebus panis, & vini nihil ei restat dādū, nihil est amplius, quod diuinus amor petere possit, vt nobis detur,

Chrysi.

Simile.

Psal. 77.
Heste. 5.

Gene. 27.

similit.

Zacha. 9.

non est Deo melior esca, quam ea, quæ nobis concessa est. Et hoc est illud Zacha. 9. Quid enim bonum est eius, aut quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines? Dixerat propheta multa bona, quæ Ecclesiæ christi-
 næ Deus cõferebat, quæ vt credibilia appareant, ait. Quid enim bonum est eius, scilicet Dei. Illud enim eius, masculinum est, vt ex Græco patet, nec ad Ecclesiam refertur, sed ad Deum. Quasi dicat. Quid bonum, aut quid pulchrum Deus habet, nisi frumentum quod Ecclesiæ contulit, vinum quod ei dedit, vt virgines pullulent in ea. Quando ergo Deus hæc contulit Ecclesiæ, mirum videri non debet, quod alia conferat. dona, quod est idẽ argumentũ cũ eo quod Paulus facit. Qui proprio filio suo nõ pepercit, sed pro omnib* nobis tradidit illũ, quomodo nõ cũ illo omnia nobis donauit? In hoc ergo diuino sacra-
 to, nobis Deus cõtulit omne bonũ quod habebat, nihil ei pla-
 terea dandũ restat. Suo ergo amoris plene satisfecit dono suo.

Rom. 8.

Sed iam restat secundum quod initio proposuimus. Quomodo votis ac desiderijs nostris satisfecerit, simul etiam omnido-
 stra necessitati, & desiderio nostro, se exhibens aman-
 tissimum, & clementissimum Regem, ac desideratissimum, se-
 que donans, vt desiderium omne compleat. Et quidem mi-
 rum valde est, quod Deus velit cum hominibus conuersari,
 2. Paralip. 6. Ergo nõ credibile est, quod Deus habitet cum ho-
 minibus super terrã? Si cælum, & cæli caelorum te capere nõ pos-
 sunt, quãto magis, domus hæc quæ edificatur? Et sapientes Chal-
 dæi dicunt Nabuchodonosori. Exceptis dijs, quorum non est cõ-
 uersatio. Esse Deũ intus in omni creatura na-
 turali ratione, manifestũ est, nec id est mirabile, est verò & ma-
 ximum, quod velit eligere sibi peculiarem domum, quasi popu-
 li vicinus, habeatq; domum peculiarem, & annumerari pos-
 sit vicinis oppidi. Hoc vere miram Dei ostendit humanitatem,
 ac benevolentiam, quam mirum in modum auget, quod non
 in ecclesia solum sit, sed in omni oppidulo ecclesiæ. Si tã esset
 beneuolus, ac amans suos rex, vt non contentus in regia sua es-
 se in medio regni, vbi curia est, modum ex cogitando adinuen-
 ireret, quõ præsens esset omni ciuitati, omni oppido regni sui,
 mirus hie esset amor, mira omnino dilectio. Sed si neque hoc

Danic. 2.

Simile.

contentus

A contentus modum vltra adinueniret, quo in omni domo regi-
 ni sui habitaret cum vnoquoque ciuium suorum; res hæc esset
 omnino incredibile, quod tanta dilectione suos prosequere-
 tur, vt id efficere cogere-
 tur. Quod si nec hoc contentus esset, domo modum inueniret, quo intra viscera omnium suorum
 habitaret, vnusque efficere-
 tur cum eorum quolibet, immen-
 sum ostenderet amorem talis princeps, amor talis nunquam
 visus est. Sed iam apparuit benignitas, & humanitas saluatoris
 nostri Dei, qui non solum Ecclesiæ suæ adesse voluit vno in lo-
 co, implens illud. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vs-
 que ad consummationẽ sæculi. Sed infinita sua sapientia mo-
 dum adinuenit, hoc diuinum instituens sacramentum, vt esset
 in omni oppido, vel minimo Ecclesiæ suæ, in omni domo, &
 tandem in omni fidei suo habitaret intra corpus eius, adherens
 cordi, & visceribus eius. O amoris excessus nimius, o dilectio-
 nis immensitas. Vere nunc ciuitas Ecclesiæ gloriosissima est ta-
 li ciue, tali habitatore, tali rege. Ezech. 48. describit miram ci-
 uitatem, omni bono refertam, omnibus affluentem diuitijs,
 sed descriptionem concludens ait. Et nomen ciuitatis illius
 ex illa die, Dominus ibidem. Quasi dicat Dominus esse ci-
 uem illius ciuitatis, Dominum ibi commorari hoc est, quod
 ei nomen tribuit, quod eam inclutam facit, ac illustrem, Quid
 enim Ecclesiam illustrem facit, quid eam grandem efficit præ
 omnibus populis, nisi diuinissimum hoc sacramentum? Pro-
 pter hoc de Ecclesia merito dici potest. Non est alia natio tam
 grandis, quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut Deus no-
 ster adest nobis. Notanda verba illa, natio tã grandis. Hoc enim
 grandem nationem facit, quod Deus in illa sit, & inhabitet, &
 tam propinquus nobis sit, vt intra nos habitet, nullus verò deo-
 rum sic fuit appropinquans suis. Hoc est nomen ciuitatis huius
 Dominus ibidẽ, quidquid habeat ciuitas, quicquid habeat ani-
 ma, si Deum non habet, nomen non habet, nihil habet, & nihil
 est. Beatus populus, cuius Dominus Deus eius. En Dei in nos
 immensum amorem, summam dilectionem? Sed tali, ac tam
 benigno principe agnito, quid desiderare possumus, quid de-
 optare? utique illi vniri, vnum cum eo esse. Cant. 5. inter-
 gata sponsa. Qualis est dilectus tuus ex dilecto, quis sic
 adiurasti

Titum. 3.

Matt. 23.

Ezech. 48.

Dent. 4.

Psal. 138.

Cant. 5.

adiurasti nos? Postquam illius pulchritudinem ostendit, sic ille
 tim, concludit. Totus desiderabilis, talis est dulcius meus. *In*
de in cap. cum Marthe. §. distinguendum, de celebratione mis-
sarum dicitur, Christum dixisse in consecratione corporis, &
sanguinis sui, illam particulam enim. Hoc est enim ille, &
 Euangelistæ non memorent. Quasi dicat. Accipite & com-
 medite, hoc est enim corpus meum, quod si sumis desiderare
 debetis, si me agnoscitis, quia totus sum desiderabilis. *Job. 3. v. 17.*
de se in Christi personam agens ait. Si non dixerunt vitiabere
naculi mei, quis det de carnibus eius vt saturemur. Quia huic
 mysterio optimo iure ecclesia in officio applicat, quæ verba
 D. Thom. in Job, & Grego. sic explicant. Tam dulcis Job erat
 domesticis suis, tam amabilis, vt de eo dicerent, quod vulgo di-
 ci solet de homine dulcissimo. *O qui se se comiesse este homine a*
bocados. Si bene Christum nosset homo, hoc sæpè dicere debe-
 res: Quis det de carnibus eius vt saturemur. Audierat maxime
 de sponso suo (ait Ambr.) sponsa, quod sapientissimus, ditissi-
 mus, fortissimus esset: sed nondum veniebat, nondum eiungi
 dignabatur, quod illa moleste ferens ait. Osculetur me osculo
 oris sui. Quasi dicat. Fiat iam desponsatio, veniant nuptiæ agni,
 veniat & complectatur me. Si tu ergo Christum desideras, cū
 sponsa, si ei vni optas, si carnibus eius saturari cupis, audi quid
 illi dicunt. Accipite, & comedite, hoc est corpus meum, me
 integrum cape, quem vnica in buccella tibi trado. En desiderium
 nostrum implerem, in quod implendum hoc institutum est sa-
 cramentum. Tanto verò nobis datur sacramento, licet Deum
 enixe desideremus, iam aliquomodo quiescere possumus, an-
 xietatemque cordis tollere. Quemadmodum enim qui fame,
 vel siti maxima laborat, anxius est, nec quiescit, sed si ei porri-
 gas aquæ vas, vel cibum manu tenere liceat, licet adhuc fame,
 vel siti vexetur, anxietas tamè cessat possessione rei concupite,
 licet nondum eam degustet, quia nouit se posse continuo gu-
 stare. Anxius es d. homo pro Deo tuo, sitis eum, esuris eum, sis
 curille, qui ait. Sitiat anima mea ad Deum fontem viuum. *Id*
hoc tibi datur sacramento pignus gloriæ habes, futuræ gloriæ.
 Nobis pignus datur ecclesia ait. Iam manu tenes aquæ vas, iam
 cibum coram te vides præparari, noli anxius iam esse, licet sit
 bundus

Iob. 3. v. 17.

Iob. 3. v. 17.

D. Tho.
Gregor.

Ambr.

Simile.

Mt. 23.

Abundus & famelicus sis. Quomodo verò sacramentum hoc pig-
 nis sit gloriæ æternæ laudi. Amos. 2. Super vestimentis pigno-
 ratis accubuerunt iuxta altare, Christus verò sine vestimentis
 crucem ascendit. Por vestimenta operæ in diuina scriptura in-
 telliguntur, vt ostendit vestis nuptialis, & illud. *Quis tempo-*
re vestimenta tua sint candida. Christus ergo mundavit, quia
 sua opera nobis reliquit, quæ illi necessaria non erant. Tu vide
 ne nudus inueniaris in monte, indiges enim operibus tuis, &
 operibus Christi, vs salutem consequaris. Beatus qui custodit
 vestimenta sua, ne nudus ambulet, Ioan. ait. At Christus, qui
 nullo suo opere indiguit, omnia nobis reliquit, ait Cyril. *ideo*
B nudus in cruce leuatur. Quia verò officia iusti in hac vita futu-
 ra erant, & præmia in alia voluit nobis pignus illarum relinque-
 re, donèc in cælo se nobis præberet. Hoc verò pignus opera il-
 lius sunt, & eucharistiæ sacramentum. Et Paulus etiam dicit Spi-
 ritum sanctum pignus esse æternæ hæreditatis. Super hoc pig-
 nus, super has vestes, super hanc humanitatem nobis in sa-
 cramento relictam, oportet nos inniti, vt impleamus illud
 prophætæ. Super vestimentis pignoris accubuerunt iuxta
 altare.

Vltimum nobis videndum restat, quomodo hoc sacra-
 mento omni nostræ necessitati subuentum sit. Prior hominis mili-
 taris necessitas est vt arma habeat præclara, quibus cum hoste
 possit contendere. Vt ergo optima præclara, ac fortissima arma
 nobis Deus daret, hoc instituit sacramentum, quod inter om-
 nia spiritualia arma præcipuum nobis est. Cuius mirabilis figu-
 ra præcessit 1. Reg. 21. ait Dauid ad Achimelech sacerdotem. Si
 habes hic gladium aut hastam ad manum, da mihi, & dixit sa-
 cerdos. Ecce hic gladius Goliath Philistæi, quem occidisti in cæ-
 po Therebinti, est inuolutus pallio post ephor, si istum vis tolle-
 re tolle, & ait Dauid non est hic alter similis, da mihi eum. Cō-
 tenderat Dauid cum Philistæo, & licet funda, & lapide eum de-
 iecerit, sed gladium Goliath effudit è vagina eius, quò ipsius Phi-
 listæi caput amputauit, in cuius fastoris egregij memoriam
 gladius ille seruatus est in sanctuario, inuolutus pallio post
 ephor, quod erat ex lino albo. Hanc verò præclaram gladium
 esse, affirmat Dauid, cui nullus similis inueniatur, triumphauit
 rat olim

Amos. 2.

Matt. 23.

Eccles. 9.

Apoc.
Cyril.

Ephe. 1.

2. Cor. 1.

1. Reg. 21.

rat olim de mundo Dæmon, eum deiecerat, sed quo gladio? uti
 que carne nostra, quæ gladius est dæmoni, hac uniuersum mû-
 dum superauit, cum omnis caro corruperat viam suam, hac
 Gene. 6.
 Gene. 19.
 quinque ciuitates, ac demum omnem deiiciebat hominem, li-
 cet sapientem, vt Salomonem, licet fortem vt Sansonem, licet
 sanctum vt David. Venit Christus decertare cum dæmone, sed
 quo gladio eum iugulat? certe gladio ipsius, assumpsit carnem
 nostram, & in ea ipsum superauit, & caput eius contriuit, & am-
 putauit. In tanti facinoris perpetuam memoriam, caro hæc ser-
 uatur perpetuo in ecclesia, in uolura accidentibus albis panis.
 Nunc ergo bellum ingrederis cum dæmone, inermis es? vis
 præclara arma? en gladium Goliath, en carnem Christi qua victus
 & superatus est dæmon. Nō est huic similis gladius, ad omnem
 vincendam tentationem, accede ad eucharistiam, nullus gla-
 dius huic similis, ad expellendam in aduersis tristitiam, accede
 ad eucharistiam, non est huic remedia simile. Imbecillises,
 vt inimicos insequaris, accede, manduca, cape in hoc cum
 1. Reg. 14.
 Ionatha, quo aperti sunt oculi eius, & vires accepit, vt ho-
 stes insequeretur. Sed mirum est, ais, quod idem sit gladius, &
 panis. En Christus panis est vitæ, quomodo ergo gladius? Præ-
 clare id posse esse ostendam, vide panem alium multo hoc in-
 feriolem, qui & panis, & gladius fuit. Videbam, ait quidam, pa-
 nem subcinericium volui in castra Madian, & ea penitus
 Iud. 7.
 delere, ait alter. Non est hoc aliud, nisi gladius Gedeonis. Pa-
 nis ille subcinericius, etiam gladius fuit, delens castra Madian.
 Noli ergo mirari, si hoc diuinum sacramentum, & panis sit vite
 animæ tuæ, & gladius contra inimicos tuos. En arma militiæ no-
 stræ, potentia à Deo ad destructionem omnium munitionum,
 de quo Psalm. Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos
 qui tribulant me, accedamus ergo ad hanc mensam, ex qua pro-
 dimus ignem spirantes, dæmonibus terribiles, vt Chrysol. ait.
 Chrysol.
 Psalm. 77.
 Hiero.
 Agnoscunt enim arma, quibus ipsi victi superatique sunt. Hæc
 est mensa illa fortium, vbi legimus in Psalm. Panem Angelo-
 rum manducauit homo, legit Hieronymus. Panem fortium
 manducauit homo. Sicut enim fuerunt inclyti duces, qui mō-
 fas constituebant, in quibus solummodo fortes sedebant, vt
 manducarent, vt sic milites curarent, fortiter agere, vt digni
 essent

A essent tali mensa, (hoc in Hispania fecit Rodericus de Viuar,
 dictus Cid Ruydiaz). Sic vt in prælio spirituali fortiter aga-
 mus proposita nobis à Deo, est mensa fortium eucharistia, ad
 quam nisi fortis accedere non debet. Nunc ergo illud tibi di-
 co, quod Angelus Eliæ. Surge, comede, grandis tibi restat via.
 Ponderat Hieronymus, Angelus est, qui comedere suadet,
 3. Reg. Hieron.
 qui enim tibi suadet communicare, Angelus tibi est. Si sic co-
 mederis, non timeas Iezabel, quia hæc mensa contra omnes
 inimicos tibi est auxilium & arma. Cyprianus sermone de eu-
 charistia ait. Cum fideles timore persecutionum vrgebantur,
 ad eucharistiam accedebant, & in ea refecti animum resume-
 bant, timoremque pellobant, &c. Nullus nobis formidandus
 B hostis est præcedente nos duce nostro, de quo Esaias. Ecce te-
 stem populis dedi eum, ducem ac præceptorem gentibus, si ve-
 ro ille abesset, merito timeremus. Hinc cum promississet Domi-
 nus Moyse, missurum se Angelum coram illo, ait Moyses. Si
 non tu ipse præcedas, non educas nos de loco isto, in quo enim
 scire poterimus ego, & populus tuus inuenisse gratiam in ocu-
 lis tuis, nisi ambulaueris nobiscum, vt glorificemur ab omni-
 bus populis, qui habitant super terram, & dixit Dominus, &
 verbum istud, quod locutus es, faciã. Præcedit nos Christus Do-
 minus, in columna ignis, & nubis, ignis ipse est, nubes verò in-
 terposita accidentia sunt, ne opprimamur à gloria ipsius. Deo
 C nos præcedente, quis pauca? Cum plurimi Philistei, venissent
 2. Reg. 5.
 contra David, ait ad eum Dominus, cum audieris sonitum cla-
 moris gradientis in cacumine pyrorum, tunc imbis prælium,
 quia tunc egredietur Dominus ante faciem tuam, vt percutiat
 castra Philistijm. En dux noster coram nobis egreditur Domi-
 nus in cacumine pyrorum, Glossa ait, in Hebræo loco pyro-
 rum, haberi sentium, quæ gradiabatur Dominus super idola
 Philistijm, quæ steru digna sunt, vel pyrus, ait glossa, dicitur
 à pyr, quod græcè est ignis, & sic in cacumine pyrorum graditur
 quia super celsitudinem sanctorum, hæc glossa. Ecce nunc Chri-
 stum Dominum super cacumina sanctorum, super capita sacer-
 dotum, dum eleuatur in altari, vt nobis auxilio sit, tunc Domi-
 nus nos præcedit, vt inimicos expugnet, impleturque illud
 Psalmi. Et erit firmamentum in terra in summis montium.
 quo loco

Cyprianus

Esai. 55.

Exod. 33.

2. Reg. 5.

Glossa.

Psalm. 72.

quo loco pro nomine illo firmamentu, Hebrais est, pissathbar, A quod Hierony. transtulit memorabile triticum, & Paulus Burgenfis, & Titel. aiunt in translatione Chaldaica haberi. Et erit placenta, vel placentula tritici in capitibus sacerdotum, & ita aiunt plures doctissimos magistros Hebraeorum transferre. Nil verò apertius dici potuit, de hoc diuino sacramento, & sacrificio, in cacumine ergo pyrorum, in capitibus sanctorum, & sacerdotum procedit Dominus, vt hostes nostros debellet, nobisque adsit. Ne ergo timeamus inimicos, sed viriliter agite, & confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in Domino, &c. Ea verò, quæ diximus, vulgatæ editioni non dissonant, cum enim ait. Et erit firmamentum in tetra in summis montium, per montes sanctos viros, & sacerdotes accipere. Firmamentum verò ad panem pertinet, iuxta illud Psalmi, & omne firmamentum panis contriuit, eoque panis cor hominis confirmet, vt Psalmi ait.

Hieron.
Burgenfis.
Titel.

Psal. 104.
Psal. 103.

In festo Corporis Christi.
Concio Secunda.

The. Caro mea vere est cibus, & sanguis meus, vere est potus, &c. Ioann. cap. 6.



Et donum eximium esse hoc diuinissimum sacramentum, & ex infinito profectum amore, Ecclesia agnoscit, ideo laeta, & laudans in manibus illud hodie deservit omnibusque ostendit. Et sicut Rebecca Gene. 24. in manibus deservabat aureas, & armillas, quas ei dederat p̄cura tor Abraham, illas ostentans, sic hodie Ecclesia, tanto accepto à Christo munere, illud omni mundo ostendit, Ruth. 2. Col- legit,

Gene. 24.
Ruth. 2.

A legit Ruth spicas in agro Booz vsque ad vesperam, & isuenit hor dei quasi ephi mensuram, idest, tres modios, quos portans reuerfa est in ciuitatem, & ostendit socrui suæ. Simili ratione hodie ostendit Ecclesia, quid in agro dominico collegerit, tres modios, corpus, animam, & diuinitatem Christi, quæ Bernar. dicit esse tria farinæ sata, quæ Maria commiscuit sua gratia, hanc vt obtineat nobis precemur.

Berna.

Nullum non mouit lapidẽ Deus noster, vt à nobis diligere tur, & ad hoc immensa in nos cõtulit beneficia, quæ quasi vi nos traherent ad sui amorem. Et huius rei gratia cum multa homini dedisset, tandem se ipsum dedit, vltra hoc nihil illi restabat dandum, Ephe. 5. Christus dilexit Ecclesiam, & tradidit semet ipsum pro ea. Et ad Galat. 2. in fide viuo filij Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Postquam se Christus dedit nobis, nihil restabat ei, quod daret, nec nobis quod petere possemus, quid ergo iam nobiscum agat diuina bonitas? ex parte rei data nihil restabat dandum, nihilominus tamen adiuuenit modos diuersos, quibus se nobis exhiberet, & ex se ipso diuersos conficit cibos, vt diuersa fercula sui ipsius nobis proponat. Quemadmodum cum in domum tuam repente diuertit hospes à te maxime dilectus, & honori habitus, cumq; velis ei multa dare fercula, solum inuenies in domo tua cibum vnum, ex eo ergo præcipis fieri plura fercula, diuersa arte eundem con-

Ephe. 5.
Galat. 2.

Simile.

cedo cibum, sicque amplam ei proponis cœnam. Postquam se Deus nobis dedit, aliud non habet, quod dare possit, ideo se ipsum dat mille modis, pluribus, diuersisque rationibus nobis copatum, & in omnibus his summum ostendit amorem, factus est nobis via, veritas, & vita, fit pastor, sacerdos, sacrificium, pater rex, frater, medicus, doctor, dux, factus est nobis iustitia, sanctificatio, & redemptio. O diuina bonitas quot vteris adiuuentionibus, vt nobis sis omnia, vt te diligamus. Notas facite in populis adiuuentiones eius, Esai. ait, vt sic ab omnibus diligatur, si sponsa diligit sponsum, tu sponsus es noster, si filius patrem, tu pater es, si ouis pastorem, tu pastor es, nunc ergo Domine tu qui manna es, habens omnis saporis suauitatem, & ideo in diuersa potes trahi fercula, fac de te tandem ferculum dulcissimum, & amantissimum, ostende amorem tuum maxime, vt

2. Cor. 1.
Esa. 12.

nullo

nullo modo tibi cor resistat, faciam libenter, *caro mea vere est cibus*, quo ostendit summam, & ardentissimam charitatem suam, dum nobiscum mirabilem efficit vnionem, qualem facit cibus cum comedente.

Sed dubitas quomodo Deus tantus potest esse hominis esca? & infinitæ substantiæ cibus, quomodo aptus esse potest infirmo homini? Respondetur, quomodo cum propter infirmitatem cordis indiget homo grano succini, quod vulgo dicitur ambar, quod si integrum sumeretur, ac solum, occideret sumentem, propter nimiam fumositatem, sed accepta alquitira, & sacaro, cum his succinum conteritur, & efficitur sacari torta, quæ dicitur vulgo, *Alcorza*, quam sumens vim succini sentis, quia in ea est, nec nocuumentum infert, imo cordi prodest, & continuo odorem succini, spargis. Sic Deus noster infinitus cibus, nec homini aptus, vt cibus hominum conueniens esse possit, exinaniuit se, factus homo, & amplius exinaniuit se, sub speciebus huius sacramenti positus, fitque lac ex alimento solido, vt pueri cibus conueniens sit. Edis ergo Deum in speciebus panis, sub quibus Deus est, veluti succinum sub sacari torta, quasi mutato habitu, sed continuo hoc sacramento recepto sentis intus diuinam virtutem cor confirmantem, continuo redoles Deum tua conuersatione, & colloquio, de qua re Ioel. 2. & implebuntur areæ frumento, & redundabunt torcularia vino, & oleo, & reddam vobis annos quos comedit locusta, bruchus, & rubigo, & eruca, fortitudo mea magna quam misi in vos, & comedetis vescentes, & saturabimini, & laudabitis nomen Domini Dei vestri, qui fecit mirabilia vobiscum, & non confundetur populus meus in sempiternum. Loquitur propheta de gratiæ lege, vnde promissiones istæ spiritualium fructuum sunt. Precesserat ergo legis sterilitas, in qua solum erant egea, & vacua elementa, sed venit iam fortitudo magna patris ad nos missa, filius eius, qui est patris fortitudo, hic factus est cibus noster accommodatus nobis sub speciebus panis & vini, de quo ait, fortitudo mea magna, quam misi ad vos, & addit, comedetis vescentes, id est epulantes, parabitur vobis grande conuiuium quia caro mea vere est cibus, vel aliter comedetis vescentes, quia duo sunt in hoc sacramento. Primum, exteriora illius, quæ fides

Ades profitetur, mirabilia, quæ in eo sunt, quæ fide intelligimus, hæc comedetis vescentes, id est, vorantes ea sine masticatione. Sicut dicitur Exod. 13. de agno paschali, caput cum pedibus vorabitis, vorare est sine masticatione glutire, comedetis ergo festinanter, ea, quæ fides profitetur, quod accidentia sine subiecto sunt, quod magnus sub paruis speciebus, quod Christus in qua libet earum parte, hæc festinanter deglutienda sunt. Secundum verò, quod est in hoc sacramento, est Christus latens, hoc verò comedetis, vescentes id est, considerantes maiestatem Christi, quam recipitis, dijudicantes hunc panem à vulgari pane, quia caro mea est cibus animarum vestrarum, ego enim instituto sacramento eucharistiæ, ea vobis coaptabo incibum, & potum, **B**ideo cum magna reuerentia percipite.

Sed veritatem istam, caro mea vere est cibus, quam initio proponit Euangelij probat tribus rationibus, quæ sequuntur in Euangelio, quibus expositis, series vniuersa Euangelij perspicua manebit.

Prior ratio illa est, *qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo*. Sicut enim cibus, vniri debet cibato, & cibatum cibo, vt vnum in alio sit, & a diuicem se contineant, sic qui me manducat, in me est, & ego in eo. Audiuimus per sepe, Christum nobis datum à patre esse, & datus quidem nobis est in incarnatione, natiuitate, & passione, cum pro nobis ista operatus est, sed hæc donatio consummatur, perficitur que in eucharistiæ sacramento, cum cuilibet fidelium totus tribuitur Christus in cibum, quia tunc in te manet, & tu in illo. Licet enim per alia sacramenta & bona opera Christus noster efficiatur, sed complete fit noster hoc sacramento, quod ideo dicitur communio, & sacramentum vnitatis, quia per illud maxime Christo vnimur, ideo alia sacramenta hoc respiciunt vt sine quo in hoc summa fit vnio, non per gratiam solum, sed realiter per præsentiam corporis Christi. Hæc verò vnio explicatur maxime, dum cibus dicitur, multa quidem hominis esse dicuntur, sed nihil sic hominis est, ac cibus, quo nutritur. Tua est domus, quia eam incolis, & tua hæreditas, quia eius fructus capis sunt tua accidentia, quæ in te sunt, quia ijs denominaris, est tua manus, aut pes, quia partes sunt tui. At cibus est tuus, quia ille totus est

tus efficitur tu ipse, penetrat te totum cibus, quō aleris, & à capite ad pedes vsque tibi coniungitur, omnem pēntrās tui corporis partem, vnde cibus est oculus tuus, est manus tua, est pes, est denique omnia, quia intime omni parti tuæ coniungitur, nihil tui separatim à cibo est, est quidem manus separata à pede, & oculo, sed non à cibo, dicere ergo Christum se cibum, est dicere summam cum homine vnionem, quam hoc sacramento perficit, est dicere in eo nos omnia habere, esse manus nostras, pedes, oculos, & denique omnia. Hic merito vsurpare potest anima illud sponsæ. Dilectus meus mihi, nihil speciale dicit, quod sit, quia omnia est. Hanc mirabilem vnionem, quæ hoc sacramento perficitur, declarat Cyrilus Alexandrinus lib. 10. in Ioanem, cap. 13. dicens. Sicut enim si quis liquefactæ ceræ alia ceram infuderit, alteram cum altera per totam commisceat, necesse est, sic qui carnem, & sanguinem Domini recipit, cum ipso, ita coniungitur, vt Christus in ipso, & ipse in Christo inueniatur. Simile quodam modo apud Mattheum comperies. Si mile est, ait, regnum celorum fermento, quod acceptum abscondit mulier in farinæ fatis tribus. Sicut parum, vt Pau. ait, fermenti totam massam fermentat, sic paruula benedictio, totum hominem in se ipsam attrahit, & sua gratia replet, hæc Cyrilus. Quod vt nobis Ecclesia significet aquam in calicē mittit, quæ intime vino coniuncta, in illud vertitur, vt sic nos in Christum conuerti designet. Hicque impletur illud Pauli. Erunt duo in carne vna, ego autem dico in Christo, & in ecclesia. Hilar. 8. de Trinitate, hanc vnionem naturalem appellat, quia realiter, & vere caro Christi nobis coniungitur.

Ex qua doctrina duo nobis colligenda sunt. Primū, sicut in cibo corporali, quia omnia replet, omnia penetrat, habet homo omnia, habet oculos, pedes, manus, & reliqua omnia, sic in Christo recepto hoc sacramento, habet homo omnia, vt sit Deus omnia in omnibus, omnem ergo interiorem pascit hominem, auget fidem, accendit charitatem, roborat spem, omnem denique interiorem hominem confirmat. Reliqua sacramenta suos habent peculiare effectus, reliqua virtutum exercitia singularibus virtutibus inseruiunt. Sed hoc sacramentum, vt cibus omnia perficit, vniuersale omnium est remedium. Et licet habeat

suum

Asum peculiarem effectum, vt vitā scilicet cōseruare, & augere, vt cibus, sed quia fons omnium bonorum Christus hic realiter est, & cibus efficitur, ad omnia deseruit. Reliqua sacramenta nobis sunt, sicut pes, aut manus, sed hoc veluti vniuersum est corpus, ad vniuersa se extendit, ad quæ alia sacramenta, tanquam omnibus superius, ad vniuersa inquam, quæ gratiam respiciunt, merito proinde figuratur illo manna, de quo Sapiē. 16. substantiam enim tuam, & dulcedinem, quam in filios habes, ostendebas, & deseruiens vniuscuiusque voluntati, ad quod quisque volebat, conuertebatur, Augustinus in Psalm. 34. Panis est panis, non vinum, caro est caro, non panis, aurum non est argentum, sed Christus in eucharistia omnia est tibi. Ex quo sequitur, hic fieri miraculum grande, quod cum vnicum ferculum proponatur, est tamen conuiuium regium, quia est omnis cibus, merito proinde Christus ait, *caro mea vere est cibus*, illum enim vere cibum corporis diceremus, qui esset omnis cibus, omnem habens saporem, omnem vim ciborum, & virtutē vt manna, hac ergo ratione Christus vere cibus est, quia intime nobis vnitus est, omnia nobis, & omnem in se habens virtutem, omnia nobis confert bona.

Secundum verò ex hac intima vnione cibi, nobis colligendum illud est, quam graue sit piaculum, quam ingens crimen, in Christum peccare, & ab eo separari vnquam per peccatum, postquam illum suscepisti in eucharistia. Quod hoc exemplo discere poteris. Si nunc crudelis tyrannus à te separare vellet omnem cibum, quem hoc anno comedisti, crudelissimam in te carnificinam exercere deberet, partem enim oculorum, partem pedum, partem manuum, & deniq; partem ex omni parte corporis à te deberet auferre, quod summe esset crudelitatis, hoc verò necessarium esset, si cibus à te separandus foret, quia ille te totum penetrauit. Attende nunc, quam cum Christo Domino feceris vnionem, cum sacramentum vnitatis recepisti, ille cibus tuus in te versus quodammodo est, & tu ab eo etiam in ipsum conuersus es, non tu vertes me in te, sed ego te in me, dixit Augustinus: vnitum te Christo, crede à capite ad pedes vsq; vna estis caro ambo, quomodo nunc à Christo separandus es, separas à te Christū, quasi separas partē oculorū tuorū, partem

manuum,

Cant. I.

Cyril.
Simile.

Matth. 13.

Ephē. 5.
Hilar.

Sap. 16. 1

August.

Simile.

August.

manuum, pedū & totius corporis tui, si à Christo separaris, cui incorporat⁹ es, quasi partē oculorū ipsius extrahis partē manū, partē pedū, & deniq; partē totius corporis ei⁹, quia tu caro es de carne eius, & os ex ossibus eius, an non hęc detestāda crudelitas? quādo ergo dignus Corpore Christi fact⁹ es, caue peccatū. Tollēs Christo membrū faciam membrum meretricis; ablit inquit Pau. membrum eius factus es, dum cōmunicasti, hic vt palmes Christo viti conionctus, caue separationē, fuge diuisionē.

Secunda ratio, qua Christus ostendit se vere cibum, est que sequitur in Euangelio. *Sicut misit me viuens pater, & ego uiuo propter patrem, & qui manducat me, & ipse uiuet propter me*, qua si dicat veri cibi est, vitam dare illum sumentī, ego vero dabo vitam, non qualem eumq; sed similem vitæ meæ, qua uiuo propter patrem, vere ergo cibus sum, Cyril. lib. 4. cap. 18. Hilarius, lib. 8. de Trinitate, Chrysolto. Homil. 46. hęc verba de Christi vita diuina exponunt. Et est sensus. Ego uiuo vt Deus eadem vita, qua pater uiuit, & sic me genuit personam distinctam, vt vita, & substantia vna sit, sed illa uiuit pater à se, ego à patre accepi eam æterna generatione, ad hoc ergo ego in mundum ueni, & corpus meum vobis incibum traço, vt sicut ego vitam diuinam habeo à patre, ita vos vitam gratiæ, & gloriæ à me habeatis, vt sicut anima corpus viuificat, cui vnitur, ita caro mea vos viuificet vobis vita, mirabilis planè vita gratiæ his verbis exprimitur, & mirabilis huius sacramenti effectus quo *Dij efficiuntur*. Quod optimo exemplo declarat Beatus Iacobus. Suscipite, ait, insitum verbum, quod potest saluare animas vestras, vt vero insitionem verbi intelligas, attende. Vt ex arbore infructifera fructiferam reddas, inseris eam. Ex oleastro sic cōficiēs oliuam, omnes eius ramos tolle, & partem oliuę infere in oleastro, fiet vnum ex oleastro & oliua, & ascendunt rami non oleastri, sed oliuæ, fructumque reddet oliuæ. Ad quid putas Christum descendisse in mundum, in montem feracem, refertum arboribus syluestribus, ac infructiferis, nisi vt oliuas infereret. Annon sic ait Paulus. Si tu cum oleaster esses, inferius es in bonam oliuam, & confors pinguedinis eius factus es. Christus oliua est, de qua Psa. Ego autem sicut oliua fructifera, qui à no-

1. Cor. 6.

Cyril.
Hilar.
Chryso.

Iacob. 1.

Roma. 11.

Psal. 51.

A qui à nobis in eucharistia susceptus, inseritur in nobis, & sic ex monte oleastrorum factus est mundus, mons oliuarum. Inuenit Deus Syluestrem, & infructiferum hominem, præcidit ramos illius, vanas cogitationes, & desideria, inserit in eo Christum, eucharistia ei data, & viuit iam homo. Vita diuina, fructum dat oliuæ, cogitationes cælestes, desideria diuina, fit Deus quidam paruus, sapit, quæ Dei sunt, potens in omni bono. Omnia possum in eo, qui ne confortat. En veritati redditum illud Christi Domini dictum. *Qui manducat me uiuet propter me*. Et ne tibi hoc nouum appareat, audi prophetā hęc loquentem Ezechi. 17. Et fumam ego de medulla cedri sublimis, & ponam de vertice ramorum eius tenerum, & plantabo super montem excelsum, & eminentem, in monte sublimi Israel plantabo illud, & erumpet in germen, & faciet fructum, & erit in cedrum magnam. Tenerum ramum assumpsit Christum Dominum decedro sublimi patre scilicet & plantauit illum in montibus, & factus est mons cedrorum mons, & congregatio Deorum. Ego dixi Dij estis. Contremitt lingua, pauet cor tanta re audita, quod si nomen dumtaxat tremere facit, quid rei veritas faciet? non enim titulum solum nobis Deus dat, sed rem. Mirum hoc ac stupendum, audis à vili alchimista modum esse, quo ex ære aurum conficias, & illud probare vis. Dicitur tibi à Christo, hac esca suscepta è terreno te vertendum in cælestem, ex homine in Deum, & hoc non probas? Siquis nunc nunciaret vobis, cibus in terra esse, quo vescentes in reges vertebantur, qua auiditate current homines, vt hoc cibo vescerentur? En ò homo cibus, quo in regem, quo in Deum conuertendus es, curre, festina, frequenta. En ergo quod dixit Iacobus, Christum insitum esse verbum, in nobis enim inseritur, cum eum in eucharistia suscipimus.

Secunda horum verborum explicatio est Ambrosij lib. 4. de fide. cap. 5. Basilij lib. 4. contra Eunomiū, vt hęc Christi verba, *ego uiuo propter patrem, &c.* Referantur ad vitā, qua humanitas Christi viuit vita diuina propter vnionē hypostaticā, & propter infinitā gratiam, & gloriam, quam suscepit à patre. Sic, ait

Ezech. 17.

Psal. 81.

Simile.

Ambros.
Basil.

Q 2

Qui uiuit

Qui manducat me, viuet propter me, incarnatio ergo verbi diuini exemplar est huius mysterij. Nihil sic explicat Christum cibum, ac Deus homo. Vt homo viuat, Deus factus est homo, vt homo viuat, Christus factus est cibus, vt homo Deus sit verbū carnem assumpsit, vt tu sis filius Dei, caro mea vere est cibus, sicut in igne accendis lucernam, & illa accensa plures accedit, sic Christi caro accensa est diuinitate, & illa accensa nos omnes incendit, illa viuut diuina vita, accensa à diuinitate, ita tu ad eam accede, & viues vitam diuinam. Vt hoc aliquomodo intelligere possis, cogita, si cum verbum in mundum venit, & vnam humanitatem assumpsit, assumeret omnes, quotquot erant, & fuerunt humanitates, quilibet homo Deus esset. Et Deus vnus in omnibus permaneret. Sicut vna est anima, licet in diuersis corporis partibus, ita vnus Deus esset, licet pluribus humanitatibus esse suum cōmunicaret, tunc omnes illę humanitates viuerent vita diuina, & eadem vita, & diuina persona viuerent, ac subsisterent, pulcherrimum hoc videretur si ita factum esset. Sed id omnino non decebat, quid ergo facto opus fuit? Hoc plane, vt vna assumpta humanitas, omnibus hominibus coniungeretur, eisq; communicaret diuinā suam vitā, vt sicut illa viuut propter Deū, nos viuamus propter illā, & hoc efficitur hoc diuino sacramento, vt iā nō vita tua viuas, sed vita Christi, iam te exuas, & in Deum muteris, recedas à te, & in Deū transferaris. Pulsas aliquando ianuā aliquam, nec qui tibi respōdeat, forsan vicinus audit te pulsantem, & interrogat, quem quæris? tu respondes, Petrum quæro, ille ait, non hic commoratur iam, alibi habitationem posuit suam, eras quidem in te, cū secundum carnem viuebas, sed hoc sacramento factus es extrate, & in Deum translatus, *in me*, inquit, *manet*, iam tunc non reperiris in carne, in ludo, in comessionibus, sed in spiritualibus exercitijs. Hoc est illud Pauli. Viuo ego, iam non ego, viuut verò in me Christus. Sicut qui pulsans domū putat, ibi esse Petrum & inuenit Ioannem, in me manet, & ego in eo, habitauit in te ante dæmon, nunc Christus habitat, habitabas in carne nunc in Christo.

Tertia horū verborū explicatio, quę ex textu gręco colligitur *ego viuo propter patrē, & qui manducat me, viuut propter me* idest,

A idest, sicut ego viuo patri, sic qui manducat me, viuut mihi. **M** sit me pater in mundū, & ego patri viuo, quia eius gloriā, & voluntatem in omnibus quęro, in nullo mihi viuo, & si patri nōn viuerē, omnino non viuerē, sic qui manducat me, viuut mihi, nō sibi in omnibus me quæret, & gloriā meā, non suā. **O** indigni sacerdotes, qui hoc animo sacerdotiū accepistis, vt vobis viuatis, & ideo celebratis, nōn vt Christū manducetis, sed vt temporalia habeatis, quibus vobis indulgeatis. Qui dixerūt, vt **Psal.** ait. **H**ereditate possideamus sanctuariū Dei, Deus meus pone illos vt rotā, & sicut stipulā ante faciē vēti, negotiationē fecistis sacerdotiū, dicentes, quid vultis mihi dare, vt sim sacerdos, vt **sa** **crū** celebrē, qui ergo māducas Christū, illi viuē, nō tibi, omnia in gloriā Dei facite, talis enim vita tua esse debet, qualis est cibus, quo vteris. Sed qualis est cibus? Potuit alio nos nutrire cibo, quam quo ipse nutritus sit. Sed tamen quia caput, & mēbra eodem vtuntur cibo, nec alius est cibus capitis, alius membrorū, ideo cum vita Dei sit diuina, & cibus Dei sit ipse Deus, nos Christi mēbra eodem sumus alendi cibo, licet aliter atque aliter condat, & aptetur. Sicut enim filium infantem eodem pascis cibo, quo tu vteris, lenior quidem infanti paratur, quam tibi, & grandioribus filijs, Deus quidem clarē vitus cibus sibi est, & beatis, qui lumine glorię grādes iam effecti sunt, nos vero infantes Deam sub speciebus manducamus, vere adipe **C** frumenti satiat nos Deus, Deo scilicet ipso. Sed tali, tantoque cibo digni effecti, viuamus soli Deo, vitamque instituamus celestem, cuius rei exemplar videre licet **Daniel. 1.** Præcepit rex, **de** filijs Israel, & de femine regio, & tyrannorum, introduci pueros, in quib⁹ nulla esset macula, decoros forma, & eruditos omni sapientia, cautos scientia, & doctos disciplina, & qui possent stare in palatio regis, & constituit eis Rex annonam per singulos dies de cibus suis, & de vino, quod bibebat ipse. Sic de filiis elegerit Deus vt hoc susciperent sacramentum eos, in quibus nulla macula, quia sine peccato ad hoc accedendum est sacramentum. Sicut enim cibus viuentium est, mortuus enim cibo non eget, ita hoc sacramentum viuorum est. Eruditi etiam sint scientia, vt sciant discernere hunc cibum à vulgaribus cibus, & cum in eum finem enutiantur, vt in celo perpetuo co-

Simile.

Psal. 82.

Simile.

Simile.

Psal. 147.

Danie. 2.

Simile.

Gala. 2.

-tuo coram Deo sint, voluit Deus, vt cæli edificant linguam. Ad
 hæc verò omnia cibum illis præstat, quem ipsemet manducat,
Hic est panis, qui de cælo descendit. De cælo descendit cibus hic,
 de cælesti mensa ad terrenam, licet aliter sit hic, & ibi paratus,
 & per singulos dies hunc tribuit cibum, quia panis quotidiana
 -nus est, non annuus, sic intelligunt sancti illud, panem nostrum
 Conc. Trid. quotidianum, & Concil. Trid. sessio. 2. c. 6. ait. Optaret qui-
 dem sancta Synodus, vt singuli fideles, singulis missis astantes
 communicarent, non solum spiritali affectu, sed etiam sacra-
 mentali eucharistiæ perceptione, quo ad eos sacrificij huius fru-
 ctus yberior perueniret. An tibi apparet minimum beneficium
 quod hæc mensa tibi indies concedatur? 2. Reg. 9. ait David
 2. Reg. 9. ad Miphiboseth. Faciens faciam tecum misericordiam propter
 Ionatham fratrem tuum, & tu comedes panem in mensa
 mea semper. Qui adorans ait, quis ego sum seruus tuus, quia
 respexisti super canem mortuam similem mei? si tanti fecit
 Miphiboseth regis mensam, quanti facienda Dei mensa est? En
 ergo diuina nobis vita viuendum, qui diuino nascimur pane,
 & humores diuini in nobis generandi sunt, apti, ac conuenien-
 tes cibo, quo alimur.

Tertia demum ratio, qua Euangelium concluditur, illa
 est. *Hic est panis qui de cælo descendit, non sicut manducauerunt*
patres vestri, manna, & mortui sunt, qui manducat hunc panem,
viuet in æternum. Optima ratio, qua Christus probat, carnem
 suam vere cibum esse, cum enim cibi effectus sit vitam dare, 3
 ille verissimus cibus est, qui hanc dat in æternum, quod manna
 nullo modo fecit, mortui enim sunt omnes, qui illud man-
 ducauerunt, nec eius vi, aut virtute vnquam resurgent, at caro
 Christi vitam dat æternam, & resuscitabit mortalia corpora
 nostra. Hoc modo lignum vitæ dici poterat verus cibus, quia
 vitam in æternum conferuabat, sicut Dominus ait. Ne ergo su-
 mat de ligno vitæ, & viuat in æternum, eijciatur eum de para-
 diso. Illud verò lignum, eiusque fructus figura fuit huius sa-
 cramenti, & diuinæ sapientiæ, quæ in eo later, iuxta illud sapi-
 entis, lignum vitæ est his qui apprehenderint eam, & qui tenuerint
 illam, beati, sicut ergo illa est perfecta, & vera medicina,
 quæ radicibus tollens morbum, salutem stabilem dat. Vnde

non

A non est medicina tibi aquæ calix, quo ad modicum refrigeraris
 & continuo peius habes, ideo temporalia vere cibus non sunt,
 quia licet ad modicum refrigerium præstent, statim tamen
 illis habitis peius te habebis. Simile quid loquutus est Christus
 Samaritanæ. Qui biberit ex hac aqua, sitiet iterum, qui autem
 biberit ex aqua, quæ ego dabo ei non sitiet in æternum. Ille vere
 esset potus, qui omnino sedaret sitim in æternum ergo caro
 Christi vere cibus est, qui famem in æternum tollit, & vitam in
 æternum dat, licet enim ad tempus moriatur, qui illum cibum
 susceperit, tamen postea vi illius resuscitandus est in vitam eter-
 nam, Sicut dixit hoc capite Christus Dominus, qui manducat
 meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam
 B & ego resuscitabo eum in nouissimo die.

Ex quibus tandem nobis colligendum est, auide, & fre-
 quenter ad hoc accedere sacramentum. Est aliquando filius
 dilectus vnice patri suo, in cuius salutem oportet præparari
 potum auro, & gemmis, alijsque pretiosissimis refertum, præ-
 parat hunc potum pater, omnem consumens substantiam, vt
 filio periclitanti vitam tribuat. Quis nam tam amens, vt pocu-
 lum hoc recuset, in cuius hauustu vita consistit, & quod vt parare-
 tur, innumeri sunt consumpti thesauri? Dedit Cleopatra Anto-
 nio potum, in quem margaritam infudit, cuius erat pretium im-
 mensum, sed quid illud poculum est collatum calici nostro? Calix
 meus inebriat quæ præclarus est, ait Psa. verè præclarus, vere præ-
 clarus, cum in eo sit ille de quo dicitur, in quo sunt om-
 nes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei, omnis thesaurus cæle-
 stis in hoc calice est, vere præclarus est. Quis ergo hunc salutis
 calicem non capiat, in cuius potionem vita nostra est, & æterna
 vita? viuat in æternum, & in quo tot sunt insumpti thesauri?
 Attende ait Chrysostomus. qua auiditate pueri vbera matrum su-
 gunt, vide qua deuotione latus tu Christi fugeres, hac accede-
 re debes, ad hoc sacramentum.

Sed dubitas qua ratione Ecclesia non præcipit, nisi post annum
 sumi? In hoc diuino conuiuio illud plane contingit, quod in
 alio quod huius figuram gessit Hester. 1. de quo sic ait diuina
 scriptura, nec erat, qui nolentes cogeret ad bibendum, vinum

Q 4

enim

Conc. Trid.

2. Reg. 9.

Gene. 3.

Prou. 3.

Simile.

Ioan. 4.

Ioan. 6.

Simile.

Psal. 22.

Colof. 2.

Chrys.

Hester. 1.

enim optimum omnibus proponebatur, quod ex se satis allicie
 bat vt biberetur. Talis cibus nunc tibi proponitur, & potus, vt
 necesse non sit, cogi homines, vt illum capiant, quin arcendi
 potius essent, tantum eorum deberet esse desiderium. Sunt
 enim dulces cibi, à quibus arcendi potius sunt homines, quam
 ad eos inuitandi. Sic loquitur Sapiens. Fili mel inuenisti, ob-
 miede quod sufficit, ne forte fatiatus euomas illud, quibus ver-
 bis nō inuitat, vt mel comedatur, sed potius vt tēperate edatur,
 monet. Cum ergo Christus Dñs, qui in hoc sacramēto est mel
 sit, mel dulcissimum diuinitatis in cera humanitatis, mel Iona-
 tha, quo aperirētur oculi, vt hostes superentur nō homines co-
 gendi erant, vt illud susciperēt, sed potius arcendi. Sed quā fre-
 quenter inquiris, hoc vtar sacramento? Dico tibi sicut pro ste-
 machi diuersitate, & caloris, alius indiget hoc, vel illo cibo, ita
 pro caloris diuini diuersitate, pro charitatis, & deuotionis di-
 uersa ratione, alius plus, alius verò minus hoc debet frequētare
 ministeriū. Hoc vero cōsilio spiritualis medici, cōfessoris scilicet
 cet peragendū est. Timuerat Dauid in domum suā diuertere ar-
 cā Dei, videns supplicium Oza, quod eā tetigisset, ideo eā addu-
 xit in domum Obededō. Sicut enim arca illa Philisteis & Oza
 fuit mors, iustis vita, sic hoc sacramentum mors est malis, vi-
 ta bonis. Et sic dicitur 2. Reg. 6. Timuit Dauid dicēs. Quomo-
 do ingredietur, ad me arca Dñi, & noluit eā ad se diuertere, sed
 ad domū Obededō. Nūciatumq; est Dauid quod benedixisset
 Dñs Obededon propter arcā, & tunc illā in domum suā addu-
 xit, & qui timore perculsus eā primum repulit, postea amore ad
 se reuocauit, D. Th. ait, bonus quidem timor est, sed melior est
 charitas, vnde accedere frequenter, melius est simpliciter, quia
 hoc ex amore procedit, sed accede timorate, & reuerēter, sicut
 accessit Moyses ad Deum, vocatus ad spinas sine calceamentis,
 vt pauide accederet.

Timendum valde, si nō accedis, ne forte deficias in via, quia
 alimento sublato homini vires deficiunt, si vero accedis, vt de-
 bes, innumera tibi bona permittuntur, ex his quæ dicta sunt col-
 ligenda facile. Quid enim est communicare, nisi effici Christi
 membrum, ei adherere, omnia bona illius participare, in Deum
 te cōuertī, diuina vita donari? Quid est cōmunicare nisi certū
 te reddi,

Simile.

Prouer. 25.

2. Reg. 6.

D. Tho.

Exod. 3.

A te reddi, vt in hac vita patitur, ea tibi bona applicari, quæ Chri-
 stus in cruce tibi meruit, & omnia, quæ Christi sunt tua esse, si-
 cut Christus tuus est? quid est cōmunicare, nisi potum accipe-
 re fortissimum, qui te cōfortet. Selet aliquādo cōfici potus ex
 auro, gemis, & alijs preciosis, qui hominē cōfortat, cōtra omnē
 debilitatem, similiter cōfici solet ius cōfortans, sic nobis datur
 potus hic, in quo virtus est omnis lapidis pretiosi animā cōfor-
 tans, panem māducas fortiū, quis his auditis nō accedit, quis bo-
 na Christi recipere recusat? quis ei vniri non appetit?

Sed ais, sæpe ego cōmunicauī, nec tot bona expertus in me
 sum. Id ego facile credo. Vide an tibi contingat, q̄ puero, qui
 præclaro cibo nutritur in patris mensa, sed illi nil proficit, quon-
 iam inde egressus, terrā manducat, quæ illi maximum nocua-
 mētum affert. Vide ne tibi simile cōtingat, si nō digne accedas
 ad hoc sacramentum, si inde surgens terrena tibi sapiunt, & cō-
 uersatio tua in terra est, quid mirum nō tibi proficiat cælestis ci-
 bus? Dijudica ergo corpus Dñi, preparare in occursum Dei tui,
 digere cibum calore charitatis, & à terrenis, & caducis cibus ab-
 stine, qui te perdunt, & in interitum ducunt, & tunc vim exper-
 rieris huius cælestis panis, qui vere cor hominis confirmat, qui
 dat delicias regibus, qui est frumenti ad eps, qui est pinguis, &
 super substantialis panis, qui dat vitam æternam, &c.

Sed quia inter omnes huius diuini sacramenti figuras præ-
 cipua fuit māna, quod longe superatum à veritate ostendit Do-
 minus, dicens, non sicut manducauerunt patres vestri māna, &
 mortui sunt, &c. De eo lōgius nobis differendum est. In primis
 dubitat Augustinus, quæ nam hæc diuersitas sit, quia qui mā-
 na spiritualiter manducauerunt, vt Moyses, & Iosue, mortui
 sunt corpore, sed non spiritu, id verò ipsum accidit manducan-
 ti carnem Christi etiam fide viua, animo quidem viuit, corpore
 vero moritur, vbi ergo diuersitas? Respondetur, māna vitam
 spiritualement animæ non præbebat, quam dat caro Christi, &
 hæc vita æterna est. Insuper addit Chrysostomus, Māna non
 dabat vitam corpori æternam, caro vero Christi eam præbet,
 quia ratione Christi corporis à nobis suscepti resuscitata sunt
 corpora nostra in vitam immortalem. Ita enim Christus ait,
 qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet
 vitam

Simile.

Simile.

Chryst.

Ioan. 6.

vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Sicut enim cibus vetitus. Ad eum attulit mortem, licet non statim, sed suo tempore exsoluendam, ita Christi caro dat corpori vitam æternam, licet non statim, sed suo tempore perficiendam in nouissimo die scilicet.

Vidimus diuersitatem, nunc attendamus vnitatem, ac convenientiam inter Corpus Christi & manna. Prima sit, quod manna panis fuit quotidianus, ita eucharistia panis est quotidianus, quem præcipue petimus, cum oramus, panem nostrum quotidianum da nobis hodie, quem ideo super substantialiam dixit Matthæus. Ideo sub speciebus panis nobis relinquitur, qui quotidianus est cibus omnium, & non sub speciebus rei aliæ cuius raræ. Sed forsitan aliquis dicet, ergo quotidie mihi communicandum est, certe quantum est ex parte panis quotidianus est, sed dispositio nostra non patitur, ut quotidie nobis panis hic detur, qui enim manna quotidie colligebant, ante lucem prodibant, ut illud colligerent, si enim sol ortus esset, manna deficiebat, ac liquefiebat, nec in causa erat facilitas resolutionis illius, igne enim non deficiebat, sed mysterij causa significandi ideo hanc illius proprietatem admirans Sapiens, ait, quod enim ab igne non poterat exterminari, statim ab exiguo radio solis calefactum tabescebat, ut notum omnibus esset, quoniam oportet præuenire solem ad benedictionem tuam, & ad ortum lucis, te adorare. Ille ergo quotidie communicare potest, qui præuenit solem, qui de mane vigilat ad Deum, hac ratione solis radijs liquefieri manna voluit Deus, qua ratione multis sacerdotibus crediderim expedire ab continentiam ab hoc cibo, qui nulla adhibita præparatione, nulla facta gratiarum actione, quotidie ad altare accedunt, de quibus Malachias ait, ad vos sacerdotes, qui despicitis nomen meum. Et dixistis, in quo despeximus nomen tuum? offertis super altare meum panem pollutum, & dicitis, mensa Domini despecta est. Panis viuus pollutus in se non potest, despectus esse nequit, sed illum despicit, & mensam despectam dicit, qui ad altare accedit, ac si ad vulgarem mensam accederet, qui Christum irreuerenter sumit. Si ergo in mensura colligendum erat manna, & qui plus colligit,

Matth. 6.

Sapient. 16.

Malach. 1.

A legit, vidit vermibus scaturisse, non cibi natura, sed Dei voluntate, quia in sabbatum custodiebatur illæsum, & in vna, sed ut mysterium innueret, pro mensura deuotionis hunc cibum sumendum, quod si ultra debitos limites sumatur, non solum non proficit sumens, sed deficit, & quasi cibus corrumpitur, non in se, sed sumenti.

Deinde manna omnem continebat saporem, & ideo omnis cibus erat, ut ait Sapiens, ita Christus in eucharistia, ad quod quisque vult, conuertitur. Illud præterea manna salutiferum erat, & ideo quo tempore eo vsi sunt Israelitæ, non erat in tribus eorum infirmus, ut Psaltes ait. Ita Christi caro non solum pascit, sed sanat, medicamen est salutis. Deinde manna frangebatur mola, siue terebatur in mortario, & coquebatur in olla & fiebat ex eo tortula saporis, quasi panis oleati, quibus significatur, ut nobis Christus panis fieret, confractum in passione doloribus fuisse, & igne charitatis decoctum, & sic factam nobis hanc tortulam, quam in manibus sacerdotum percipimus.

Mirabilis plane diuina adinuentio plena miraculis, quæ omnem superant rationem, & cuius vestigium inuenire ratio non potest, sed mirabilior Dei in nos charitas, ac benignitas, qua trahendi sumus, ut tantum cibum dignemur gustemus, &c.

C

(. . .)

Domi-

Dominica Infra Octauas Corporis Christi.

Them. Homo quidam fecit cenam magnam.

LUC. 14.



Psal. 67.

MAGNA his diebus cœna, ac conuiuium proponitur, & vndique magnum, tum ex parte Dei qui conuiuium parat. Parasti in dulcedine tua pauperi Deus, tum ex parte eius, quod paratur in cibũ, cœna magna e. Et stadeo magna, vt cũ dixerit Dauid parari in dulcedine à Deo, quid pareretur, nõ sit ausus dicere, quia explicari non potest: Est etiã magna cœna ex parte eorũ, qui ad eam inuitatur, quia iusti omnes inuitati sunt, qui principes, & reges terræ sunt, hinc Ecclesia, vere panis filiorum, non mittendus canibus. Sed vt hanc cœnam contemplari possimus, necessaria lux cœlestis est, nõ enim naturali lumine videri potest. Ideo cœna dicitur, quæ nocte fit, non prandium, quod media luce, quia euidentia hic quærenda non est, vt Manichæi volebant in rebus fidei esse, satis nobis esse debet obscura cognitio fidei, tanquam lux cœnæ. Excusant se nunc, ne in hanc veniant cœnam quidam, & ideo reprobatur à Deo. Sicut olim noluit venire Vasthi vocata ad regis conuiuium, & ideo reijcitur, tanquam inobediens. Non sic Maria, ancilla Domini, adest illa huic cœnæ, & nos omnes vocat dicēs. Venite comedite panem meum bibite vinum, quod miscui vobis, illa nobis hunc cibum parauit, illa gratiam obtinebit, vt eo digni habeamur, ad eam ergo accedamus.

Heste. 5.

Psal. 47.

Psal. 76.

Solum Deum nostrum magnum esse, ratio, & scriptura diuina testatur. Hinc Psalm. Magnus Dominus, & laudabilis nimis. Et iterum. Quis Deus magnus sicut Deus noster, qui in altis habitat? Reliqua omnia parua sunt. Vnde cœna ista magna aliud esse non potest quam Deus, si enim aliud esset cibus, parua cœna esset,

Ana esset, nec satiari posset comedentes. Deus ergo cibus huius cœnæ est. Hinc ipse ait. Hic est panis, qui de cælo descendit. *Ioan. 6.* Sed ais, ergo in cælo panis est, quia inde ad nos descendit? est certe, quia in cælo vita est, & hæc alimẽto suscepto cõseruatur. Possimus dicere aliquomodo Dei vitam cibo cõseruari, viuunt enim ille vita diuina, & cibus illius ipsemet est, quæ comedere dicitur, dum agnoscit, & diligit se ipsum. Proprie tamen loquẽdo Deus cibo non vitur, cum enim cibus sit extrinsecus sumptum alimentũ, Deus comedere nõ dicitur, nec cibo vti, quia sibi ipse cibus est, nec ab extrinsecò vitam suam cõseruat.

B Omnis verò creatura cibo eget, quia exterius alimentũ quærunt. Vnde ipsi etiã Angeli, qui vita diuina viuunt, Deum suscipiunt vt alimentum, & cibum, quo reficiuntur vsque ad satietatem. Reliquæ omnes veritates, ac bonitates cibi sunt intellectus, & voluntatis, sed satiari nequeunt: infinitæ veritatis, ac bonitatis singulare est, vt omnino impleat intellectum, & voluntatem. Qui replet in bonis desiderium tuum, ait Psalm. Cum ergo vita beata hoc cibo cõseruetur, merito Christus ait. Hic est panis, qui de cælo descendit, quam sit dulcis cibus hic beatis, dici pro dignitate non potest.

Psal. 102.

C Hoc diuino cibo reficiebat Deus Angelos in cælo, quos in cœnam magnã vocauit, & sedere secũ fecit in eadem mensa, & eodem vti cibo, & ex eadem arbore, qua ipse, fructus colligere. De quo Raphael ad Tobiam ait. Ego cibo inuisibili, & potu, qui ab hominibus videri non potest, vtor. Exclusus ab hac mensa homo fuit per quinque mille annos, & quia cibum mortis gustare voluit, cibum vite amisit. Vnde Raphael ait. Qui ab hominibus videri non potest, clausa ianua illa cœlestis homini est, solum angelicos spiritus inuitauit Deus, vt hanc cœnam magnam gustarent.

Tobia. 12.

Sed adfuit mundo gratiæ, & misericordiæ tempus, & aperta est homini ianua, vt in hanc cœnam magnam ingredi posset. Et sicut Assuerus tertio anno regni sui fecit grande cõuiuium cunctis principibus, & pueris suis, ita post quã præcessit primus annus legis nature, & secundus legis scripte, adfuit tertius legis Euãgelicæ, in quo venit Christus Dñs, vt ad hanc cœnam magnã vocaret nos. Gustauit anima eius huc diuinũ cibũ in capite diuina illius

Hester. 1.

na illius mensę sedens, cum ab instanti conceptionis Deū vidit, dulcissimus illi cibus fuit. Desiderauitq; fratres suos, homines scilicet, in illud conuiuium ducere. Sicut Ioseph fratribus grande exhibuit conuiuiū. Vnde ait. Ego dispono vobis regnū sicut disposuit mihi pater, vt edatis, & bibatis super mēsam meā in regno meo. Sūmo verò desiderio desiderat Christus Dñs, nos in hac videre mēsa, vt simus sicut nouellę oliuarū in circuitu mensę eius. Vis hoc desideriu oculis tuis subijciam? Attēde. Solent dilecti filij hora mortis parētibus aperire desideriu cordis sui, & illis cōmendare rem p̄cipuē ab eis dilectam. Cū proximus morti Christus Dñs esset, patrem alloquitur, nosq; illi cōmendat, tanquam sibi dilectos, & illi aperit desiderium cordis sui maximum, dicens. Pater, quos dediſti mihi, volo, vt vbi sum ego, & illi sint, vt videant claritatē meam. Hęc mea voluntas pater est, & adeo efficax, vt mortem oppetam, vt illa impleatur, hęc verò est, ego discedo in regnum tuum, vt sedeam in mensa tua, veniant & ipsi in hanc cęnam, fruantur cęlesti cibo. En quod hodie in Euangelio dicitur, *homo quidam fecit cęnam magnam, & vocauit multos.*

Ecce vocationem nostram fratres, quis hęc spernat cęnam? quis mundi mensam adibit spreta Dei mēsa? Sub mensa Adoni bezech septuaginta reges erant, colligebantq; ciborum eius reliquias, quibus similes peccatores sunt, qui sub mēsa mēdi sunt, & sub brutorum mensa, colligentes ea, quę supersunt brutis. Annon sub hac mensa dissipator ille filius erat, qui cupiebat saturari de filiquis porcorum, & nemo illi dabat? Annon peccator sub mensa mundi est, dum colligit fęces terrę, & animaliu? Quid enim aurum, argentum, & metalla sunt, nisi terrę fęces? Quid serica vniuersa nisi excrementa vermium? His verò fęx diuini calicis seruata est, de qua Psal. Veruxta men sęx eius non est exinanita, bibent omnes peccatores terrę.

Est verò in terra cęna alia magna, ad quā nunc inuitamur, diuina scilicet eucharistia. Pro vitę diuersitate diuersi sunt cibi, hinc alius cibus spiritualium, & alius corporalium, & alius hominis, alius brutorum. Cum ergo diuinam vitam suis conferre voluerit Christus Dñs, vt sint, & dicatur Dij, diuinū eis parauit cibum, se ipsum. Vere cęna magna illa est, in qua Dei caro

nobis

A nobis proponitur, magna quidem, non quantitate, sed virtute. Vnde gloriantibus Iudeis de cibo eis concessio à Deo māna, scilicet, Christus Dominus ait. Hic est panis, qui de cęlo descendit, non sicut manducauerunt patres vestri manna, & mortui sunt, qui manducat hunc panem viuet in æternum.

Est ergo hęc cęna magna pluribus de causis. Prior est, quia Deus, qui maximus est, nobis in cibum datur. Cęna illa magna esset, in qua in cibum daretur vnica auis phenix, vel in qua daretur margarita vnica pretiosissima, quę in mundo esset, sicut Antonio Cleopatra dedit. Magna ergo cęna nostra est, in qua datur nobis in cibum Deus ille homo factus, qui vnicus, & singularis est, singulariter sum ego, donec transeam, qui solus habet immortalitatem, qui est illa pretiosa margarita, quā vt haberet prudens mercator, vendidit vniuersa, quę habuit. Secunda eiusdem rei ratio est. Cęna ista magna dicitur, quia cibus, qui in ea proponitur, omnem continet saporem, & ideo in vnico cibo omnes cibi proponuntur. Magnum plane conuiuium pręstitit Deus Israeli, cū manna dedit, licet enim vnicum videretur proposuisse ferculum, sed in eo omniem cibum dedit, dum omnium escarum saporem continebat. Hinc Sapiens ait. Paratum enim panem de cęlo pręstitisti eis sine labore, habentem in se omne delectamentum, & omnem saporis suauitatem, substantiam enim tuam, & dulcedinem tuam, quam in filios habebas, demonstrabas, & voluntati vniuscuiusq; deseruiens, ad quod quisque volebat, cōuertebatur. Eucharistię figuram expressam in manna, manifestum est. Illud omnem saporem continebat, & ideo non vnus cibus erat, sed omnes cibi. Ideo Psal. & pluit illis manna ad manducandum, panem cęli dedit eis, panem Angelorū manducauit homo, cibaria misit eis in abundantia, cum vnicum cibum dedisset, ait, cibaria, missa in abundantia, quia in vno cibo plures cibi cōtinebatur. Ita ergo Christus Dñs omnis cibus est, quia omnē continēs saporē. Et factus est nobis pater, māter, spūs, & tandē dilectus meus mihi, vt spōsa ait, quid verò illi se nō exprimit, quia vniuersa est, sicut ipse vniuersale est bonū, & qui in cęlo est omnia beatis, in terra est omnia viatoribus: idem enim illis, & nobis cibus est, licet diuerso modo paratus, Aug.

ait.

Gene. 42.
Luc. 22.

Ioan. 16.

Ind. 5.

Luc. 15.

Psal. 74.

Ioan. 6.

Psal. 140.

Matth. 13.

Sap. 16.

Psal. 77.

Cant. 2.

Aug.
Similes

ait. Eodem cibo mater filios nutrit, sed grandioribus solidum A præbet cibum, quoniam dentes kabent, quibus illum comedant. At paruulis filiis eundem præstans cibum, diuerso modo parat, tenuius, scilicet, quia dentibus carent. Ita Deus noster cibus est beatorum, & viatorum, sed illis clare proponitur secundum suam substantiam, nobis paruulis sub speciebus panis, & vini, donec occurramus omnes in virum perfectum, vt iam nõ simus paruuli.

Ier. 17.

Ier. 17.

Ioan. 6.

Heb. 11.

Heb. 10.

Ioan. 6.

Tertia ratio, qua cæna hæc magna dicitur, est, quia verus cibus nobis proponitur, non pictus, non vimbraticus, vt olim, Heliogabalus Romanorum imperator principes Romanorum inuitauit, & cibos eis proposuit depictos, quibus refici non poterunt. Ita patribus antiquis olim Deus dedit imaginem sui, figurarum verorum, vmbra futurorum, nobis verò rerum veritates, cibos veros, vnde ait. Caro mea vere est cibus, quasi dicat, non vmbra, non figura, sed rei veritas iam vere est præsens. Solet sponsus sui effigiem expressam sponse mittere, antequam se mutuo cernere possint, tunc enim cum præsens sponsus est, eius effigies necessaria non est. Antequam Deus in mundum descenderet, sui figuram synagogæ, quam sibi desponsauerat, dedit, vmbra sui. Hinc Paulus, iuxta fidem defuncti sunt omnes, non acceptis repromissionibus, sed à longe eas aspicientes, quid ergo accipiebant? vmbra, figurarum. Si cum ad mensam sedes, vt comedas, inter catinos inuenires vmbra, aut figuram cibi duntaxat, nihil te inuenisse dices, hoc inueniunt patres prisci, vmbra habet lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum, id est, non res, sed vmbra. Non ergo cæna magna erat illa, in qua manna, vel agnus paschalis proponebatur, quia solum vmbra veri cibi dabatur, nunc vero cæna magna nobis proponitur, quia verus, solidusque cibus nobis datur, gratiam continens, vitam donans.

Quarta in idem ratio fit. Hæc cæna magna dicitur, quia vitam præstat æternam. Cũ enim cibo, & potu hoc quærant homines, vt viuant, illa magna cæna est, quæ vitam æternam præstat. Cibus magnus arbor vitæ dici potuit, quia vitam præstabat æternam. Præcipue verò Christi caro magnus cibus est, qui hanc præstat in gloria. Et hoc significauit Christus Dñs cum ait, nõ sic

cut

A cum manducauerunt patres vestri manna, & mortui sunt, qui manducat hunc panem, viuet in æternum. Cibi omnes corporei non plene cibi sunt, quoniam cibus ordinatur in restaurationem eius, quod deperditur actione caloris naturalis, restaurant verò, non quid æquale ei, quod deperditum est, sed quid minus natium, ac proprium, vnde per extranei admixtionem paulatim deficit homo, & senescit. Sicut si è dolio vini optimi paulatim educeres guttas, & immitteres alias guttas vini, non adeo probi, tandem hac admixtione deficeret vinum optimum. Hoc erat ligno vitæ singulare, vt æquale restauraret, & ideo vitam conseruabat perpetuo. Hoc vero Christi caro in anima perficit, restaurat enim, quod calore concupiscentiæ in nobis deperditur, vere ergo cibus est, magna cæna.

B Quinto demum hæc cæna magna est, quia vt Ecclesia ait. Sumit vnus, sumunt mille, quantum iste, tantum ille, nec sumptus consumitur. Maxima profecto cæna illa esset, in qua vni, & mille, & mille millibus esset satis, & postquam omnes saturati sunt, integer cibus perseuerat: nec minuitur. An non magna illa cæna, ille cibus, quem in millibus annorum vniuersa Ecclesia comedit, & comedit, ac comedet vsque in diem iudicij? Ex his tandem admirari possumus diuinam prouidentiam, atque sapientiam in hominis reparatione. In hominis perditione quatuor interfaerunt, & inuenta sunt: homo inobediens, mulier superba, lignum vetitum, fructus mortis. Sed vt sapiens ait, contra bonum malum est, contra vitam mors &c. Et ita intueri in omnia opera altissimi, quia duo contra duo, & vnum contra vnum. Contra illa ergo quatuor, alia quatuor Deus proposuit. Hominem obedientem, mulierem humilem, Lignum Crucis, & cibus vitæ. Si vis ergo cibi huius bona agnoscere, considera cibi prioris mala innumera, & scito, potentiorẽ esse cibum istum in bonum, quam illum in malum; quia hic medicina illius est, à Deo in hoc constitutus, medicina vero, quæ infirmitatem, vel venenum pellicit, potentior esse veneno debet, ab æquali enim non fit actio, duo dixit mendaciter Dæmon de cibo vetito, si illum comeditis, non moriemini, & eritis sicut Dij, in vtroque mentitus fuit.

R Christi

Eccle. 33.

1. Tim. 2. Hest. 1. Christus vero veraciter ea duo affirmat de carne sua, qui manducat hunc panem viuet in æternum, & in me manet, & ego in eo, & ipse viuet propter me, vita, scilicet diuina.

Hac ergo cæna magna parata, *vocauit multos*. Si ad cælestē beatitudinem hanc cænam referamus, multos vocauit, qui vult omnes homines saluos fieri. Et quemadmodum Assuerus primum vocauit principes ad conuiuium, deinde vero vniuersum populum, qui inuentus est in Susan. Sic initio mundi soli angeli, qui principes sunt, ad hanc cænam sunt admissi, sed postea vniuersi homines in conuiuium hoc cæleste vocantur. Cum vero ad gloriam inuitauit omnes homines, ad cænam inuitasse dicitur, non ad prandium. Sicut enim cæna datur in fine laboris, cum iam quiescendum est, ne labor restat. Sed requies. Ita in morte iusti vocantur in requiem.

Apoc. 14. Hinc Ioannes. Beati mortui, qui in Domino moriuntur, à modo iam dicit spiritus, vt quiescant à laboribus suis.

Apoc. 19. Hinc idem Ioannes. Beati qui ad cænam nuptiarum agni vocati sunt. Laborantibus in agro prandium datur, sed post illud restat labor, & præ oculis habent operarij opus, in quod statim incumbendum est, sed post cænam labor nullus restat. Ita omnis diuina consolatio, quæ homini à Deo conceditur, in vita prandium est, & refectio, cui labor succedit. In cælesti vero patria omnis labor finitus est. Et ideo cum quidam dixisset Christo Domino.

Luc. 14. Beatus qui manducabit panem in regno Dei. Ille parabolam istam proponit, qua ostendit, omnes homines à se vocatos in hanc cænam, multi ergo vocantur, quia angeli, & homines in eam vocati sunt. Sed quia eucharistiæ conuiuium etiam cænam maximam diximus esse, & pignus nobis est

Psal. 92. æternæ cæna, dici etiam cæna potest, postquam quiescendum nobis est. Dicendūq; cum *Psal.* in pace in id ipsum dormiam, & requiescam, quoniam tu domine singulariter in spe constituisti me. Eucharistiam suscepisti, quiesce statim, considera Dei in te largissimā bonitatē, vniōnē, quam tecū efficit, & singulariter in spe quiesce. Accepisti enim pignus æternæ hereditatis,

Aditatis, & pignus quod tantum valet, ac ipsa hereditas. Vt nobis Christus Dominus ostendcret, post eucharistiam in consideratione quiescendum; somni nostri exemplum in Ioanne Euangelista proposuit, qui sumpta eucharistia, in Christi Domini sinu requieuit. Ab omnibus ergo quæ mundi sunt, abstrahendus es, & in Christum transferendus, in quo manes eius suscepto corpore. Hunc animæ somnum sponsus obseruat, cum ait. Nolite suscitare dilectam, donec ipsa velit, dulcis profecto laborantibus somnus hic, in quo quiescit anima in læua sponsi, amplexata dextera eius. Ad hanc vero cænam *inuitauit multos*, quia omnes homines vocat, omnibus se tradit, vbique locorum est, vt ab omnibus suscipi possit.

B *Et misit seruum suum hora cænae, dicere inuitatis, vt venirent, quia iam parata sunt omnia.* Huius serui nomine vniuersos intellige prædicatores, qui homines inuitant ad cæleste conuiuium, & ad eucharistiam suscipiendam. Sed notandum verbum, & omni acceptione dignum, *quia iam parata sunt omnia*, priusquam Christus Dominus in mundum veniret, non erant parata omnia, quia cæli clausa ianua erat, & licet alij proponerentur hominibus cibi, sed vmbra, & figura erant, non omnia parata erant, nunc vero parata nobis æterna beatitudo est, paratum Christi corpus, merito dicitur parata sunt omnia, nihil enim nobis desiderandum restat.

Sed audi prauum cor hominis, *ceperunt omnes excusare*. Omnes, inquit, sicut Paulus ait. Omnes quærunt, quæ sua sunt. Et Hieremias, à minimo vsque ad maximum omnes student avaritiæ. Et Psalmus. Omnes declinauerunt, si muli inutiles facti sunt, quia vt in plurimum homines à recto deuiant. Hic vero hominum stultitia manifestè apparet. Si homo vocaretur à Deo ad supplicia, vt quondā Adam vocatus est, vanum illi erat, fugere, licet enim fugere velit, non tamen effugere poterit, quo enim à facie tua fugiam? sed cum homo vocetur in regium conuiuium, extreme dementiæ est, fugere velle, Deum iratū fugere, nō adeo mirū est, sed Deū misere

R. 2. ...

Cant. 2.

Cant. 26.

Philip. 2.

Hiere. 8.

Psal. 13.

Gene. 3.

ricordem, bona innumera præstantem, quis nisi amens auer-
setur? sed excusationes videamus. *Alius dixit, villam emi.*
In omnibus excusationibus horum illud attendendum est, nul-
lum excusari re aliqua prohibita; & quæ manifeste mala sit, vt
furta, adulteria; & similia sunt; sed ipsi se excusant, quæ ex se licita
sunt, vt matrimonium contrahere, rem familiarem admini-
strare, & quibus demum nunc homines se excusant, ne sacra-
mentum eucharistiæ frequentent, ne animæ suæ singularem
curam gerant: vnde colligemus, non solum ea, quæ mala sunt,
& peccata manifesta, verum etiam illa, quibus huic mundo in-
dulgemus, licet bona videantur, si parce eis non vtimur, nos
à cælesti mensa exterminare. Et tanto maius in his periculum
est, quam in manifestis peccatis, quanto hæc occultiora sunt,
& boni speciem præferentia. Facilius enim homo à re aliena
se abstinet, quam sua moderate vtitur. Ex huius ergo euangelij
doctrina colligitur, non solum mala manifesta vitanda, sed pe-
riculum etiam nobis imminere ex his, quæ primo aspectu bo-
na videntur.

Primus ergo ait, villam emi, & necesse habeo videre illam. Et
ideo vitam æternam curare non possum, ad eucharistiam acce-
dere nequeo. Hi sunt, qui terrenorum cupiditate tenentur,
ne salutis æternæ curam gerant. Audiant hi Eliseum di-
centem Giezi. Nunc igitur accepisti argentum, & vestes,
vt emas oliueta, & vineas, & oues, sed & lepra Naaman adhære-
bit tibi, Aug. villa res parua cum sit, significat temporalia bona,
quæ parua sunt, illis vero detinetur homo, ne capiat æterna,
quod summæ stultitiæ est, quis enim regnum pro villa relin-
quat? tu vero æternum regnum deseris, vt villam emas? Vult ve-
ro sub specie prudentiæ excusare se dicens, rogo te, habe me ex-
cusatum. Ad quem Hieremias. Quid niteris bonami ostendere
viam tuam, ad quærendam dilectionem, quæ insuper malitias
tuas docuisti vias tuas, & in alis tuis inuentus est sanguis ani-
marum pauperum?

Sed & alias huius, qui villam emit, stultitias videamus, *neces-
se ait, habeo videre illam.* Nō se excusat dicens, volo frui illa, sed
videre illam, & solū vt illā videat, cenam detrectat. Audi quari
stultitiam, quā miris verbis Sapiens expressit. Auarus non im-
plebitur

A plebitur pecunia, & qui amat diuitias, fructū nō capiet ex eis,
& hoc ergo vanitas, & quid prodest possessori, nisi quod cer-
nit diuitias oculis suis? Ecce quod in euangelio dicitur necesse
habeo videre illam, solo visu detinetur. Similis factus Tantalus,
qui aquas videt, sed non gustat. An tibi famelico, & sitibundo
satis erit, si epulas videas? Quæ mundi sunt, vana sunt, visui de-
feruiunt, nec enim satiant.

Sed & aliam huius inscitiam attende, ait enim, *villam emi,
& necesse habeo videre illam.* Prius emit, quam videret, an non
prius oporteret videre, villam, quā emeretur? Hoc peccatoris
stultitiam ostendit, qui prius res emit, quā consideret. In mun-
di oblectamenta ruit, non attendens, quid faciat. Si enim prius
quam peccatum admitteres, oculos haberes, quibus cerneres
peccati mala, & incommoda, nūquam illud admitteres. Prius
ergo rem vide, & considera, quam emas, sicut sapiens illa mu-
lier fecisse memorat, considerauit agnū, & emit eū. Sicut ergo qui
prodeter emere vult re quāpiā, prius pretiū eius percontatur,
quod si carū sit, nō emit. Qui vero re emit, & cōsumit, pretio
nō interrogato, solet postea pœnitere, cū nimium ab eo exigitur
pretium, sic cum tibi dēmon, caro, & mundus merces propo-
nunt, interroga, quanti hæc diuendantur? & cum audieris æter-
nis pœnis ea exoluenda, relinque merces, quæ tam caro sunt
pretio. Dicque cum Philosopho, non emo tanti pœnitere.

Alter dixit, iuga boum emi quinque. Hic est, qui sollicitus est
in his, quæ mundi sunt, nimium intentus, ac occupatus in sæ-
cularibus negotijs, qui non contentus iugo vno, quinque iuga
emittit. De qua re mire Bernardus in declamatione super illud, ec-
ce nos reliquimus omnia. Vnum offertur homini iugum Chri-
sti, & gratis offertur, & magna portati repromittitur, remune-
ratio. Stultus vero hoc iugo rejecto iuga quinque subit, & iu-
ga boum, non iugum hominis, & iuga dura, non suauia, & illa
emit, quod extremæ dementiæ est. Hinc Ioannes ait, eos, qui
adorauerunt bestiam, nullam habere quietem. Quos Christus
Dominus ad se vocat dicens. Venite ad me omnes, qui labora-
tis, & onerati estis, & ego reficiam vos, tollite iugum meum sa-
per vos. Quinque vero iuga dicit: quia vt quinque sensibus ho-
mo feruiat, mira torquetur. Boum vero iuga dicit, quia cū boui

4. Reg. 5.

Aug.

Hier. 2.

Eccles. 5.

Prover. 31.

Simile.

Bern.

Apo. 4.

Matth. 11.

ti sensus sint, similes pecudibus efficiuntur homines, qui hæc **A**
portant iuga, Illa vero emere dicitur, & carissimo pretio, quia
Deum amittit, & eius gratiam, vitamque æternam, & nunc
animi quietem, & pacem, vt voluptati inferuiat.

Emi, ait, quinque iuga boñ. Morb⁹ hic natiuus est mūdanic, vt
ab emptionibus, & rerū tēporaliū coaceruatione non cessent.
Ad quos *Esaias.* Vē qui cōiūgitis domū, ad domū & agrū agro
copulatis, nunquid habitabitis vos soli in medio terræ? non ait,
qui furto acquiritis, sed qui nimia cupiditate peritura congregatis.
Hæc vero nimia terrenorum cupiditas maximo est impedi-
mento, ne cælestia assequi homo valeat. Primo, quia nisi desi-
deres, & sitias iustitiam, & cælestia bona, illa non consequeris,
desiderium vero terrenorum maximum præstat impedimen-
tum desiderio cælestium. Sicut enim qui ante magnam cenam **B**
regiā, ad quā inuitatus est, morē impatiens vilibus dapibus im-
plet stomachū, comedendi appetitu amisso, postea comedere
non potest, Ita animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiri-
tus Dei, vt Paulus ait. Hoc impedimento omnis res terrena
præstat, quod bonorum spiritualium fastidium generat. Secun-
do impedimento nobis sunt, quia sollicitudine rerum tempora-
lium animi quies, & pax turbatur: vnde Deo vacare homo non
potest. Hinc Christus Dominus ait. Hi sunt, qui à diuitijs,
& sollicitudinibus, huius sæculi suffocantur. Tertio tan-
dem, quia nimia cupiditas efficere solet, vt male & cū peccato
temporalia acquirantur. Hinc Paulus. Habentes alimenta, &
quibus tegamur, his contenti sumus. Nam qui volunt diuites
fieri incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & deside-
ria multa, & inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in
interitum, & perditionem, radix enim omnium malorum
cupiditas.

Alter dixit, uxorem duxi, & ideo non possum venire. Nō hic
matrimonium damnatur, vt Tatianus putauit. Institutū à Deo
est in mundi propagationem, & humanæ fragilitatis subsidium.
Sed hoc humana malitia præstat, vt quod Deus in eius reme-
diū cōdidit, vertat in perniciem. Hinc plurimi à spiritualibus
exercitijs se auocant, & à sacramentorum frequentia, dicentes,
uxorem duxi, non possum spiritualibus attendere. Sic se ex-
cusat

A cusat Adam, mulier, quam dediſti mihi, dediſt de ligno, & co-
medi. Carnis appetitus impedimento est spiritui. Attende nūc *Gen. 3.*
Dei nostri sapientiam. Caro est, quæ hominem inficit, quæ
spiritum in vniuersa peccata trahit. Caro enim in Adam vi-
tiata fuit, & quemadmodum aqua procedens à fonte vitia-
to, & veneno infecto, mortifera est, & mortem affert biben-
tibus, ita nos perdidit. Adq̄ caro, quam generatione partici-
pamus. Sed quod erit carnis antidotum? Sicut ex eadem
vipera, quæ veneno inficit hominem, remedium procedit,
dum ex ea antidotum conficitur. Ita nobis à Deo concedi-
tur caro Christi, qui ex Adamo descendit, qui Serpens etiam
est, sed æneus, qui morsos à visperis sanat, qui carnem infe-
ctam purgat. Carne ergo Christi in Eucharistia suscepta vi-
tia carnis superantur. Et ideo hodie caro nostra facile spiri-
tum superat, quia carne Christi non armamur, Eucharistiam
non frequentamus. Sicut enim cibus carnem trahit in suam *Simile.*
natiuam conditionem, sibi que assimilatur, & inde cibus gros-
sior, vel delicatior ingenia hominum diuersa efficit, ita ci-
bus hic diuinus homines diuinos efficit, & carnem nostram
mutat.

Tunc iratus pater familias dixit seruo suo &c. Dico autē vobis,
quod nemo virorum illorum, qui vocati sunt, gustabunt cenam
meam. Putant aliqui, nolle se communicare, nec aliam hu-
ius rei causam credunt esse, præter voluntatem suam. His ve-
ro verbis ostendit Deus, ab ira ipsius procedere, ne ad Eucha-
ristiam venias, & ad cælestem patriam. Ait enim, iratum
Deum dicere, nemo virorum illorum gustabit cenam meam.
C Sicut enim summam misericordiam eis Christus exhibet, qui
bus sacramenta frequentare concedit, ita summam in eos irā,
& vindictam exercet, quibus id non præstat. An non ingens
tibi beneficium esset, si quotidie ad regis mensam inuitare
ris? Interroga Aman, qui summe de hac re gloriatur, quod
inuitatus sit, vt cum rege comedit, & tanquā maximam gra-
tiam filijs Berzelai reddendam, ait David Salomoni, filijs Ber-
zelai reddes gratiam, eruntque comedentes in mensa tua, oc-
currerunt enim mihi, quando fugiebam à facie fratris tui. Ita

R. 4

cui

*Esai. 5.**2. Cor. 1.**Luc. 8.**1. Tim. 6.**Hester. 9.**3. Reg. 2.*

cui Deus maximam gratiam prestare vult, sacramentum Eucharistiæ frequentare concedit, de eo vero, cui iratus est ait, *nemo virorum illorum gustabit cenam meam.* Accedamus ergo ad hanc magnam cenam. Sicut enim eica hominem non reficit, nisi manducetur, ita Christus nobis non proderit nisi à nobis suscipiatur. Caue ergo ne te relinquat, & ad alios diuertat, quos in conuiuium vocet, si enim tu venire renueris alios vocabit, siue cælos, siue claudos, sicut gentes vocauit, quia synagoga inuitata venire renuit, &c.

Concio Prima in Domi. Tertia post Pentec.

Hic peccatores recipit, & manducat cum illis.

&c.

Luc. 15.



STENDIT VR hodie summa Dei misericordia in peccatores, de hac vero audire, & scire qui dulcissimum est, quid enim dulcius misero quam misericordia? In lege naturæ, & scripta cū hominibus conuersatus Deus est, sed multa maiestate ostensa, ac seueritate, sub cortinarum latens velamine, eum videre non licebat, sed nec ad illum appropinquare. Arca illa testamenti, in qua Deus vt in vmbra habitabat, tantæ maiestatis erat, vt solus eam videret, & ad eam appropinquaret summus sacerdos semel in anno. Et cum transire vellent Israel Iordanem arca præcedente, dicitur Iosue. 3. Sitq; inter vos, & arcam spacium cubitorum duū milliū, vt procul magis videre possitis & nosse, per quā viam ingrediamini, & caute ne appropinquetis ad arcam. Et hac ratione occisi sunt septuaginta principes, & quinquaginta millia de populo Bethlames, quia appropinquare voluerunt arce, & eam videre, & ideo aiunt, quis poterit stare in conspectu Domini Dei sancti huius? Et cū Dominus descenderet

Aderet in montem legem laturus, ait. Caute, ne ascendatis in montem, nec tangatis fines illius, omnis, qui tetigerit montem morte moriatur. Nec mirandum, quod Deus hanc grauitatem seruaret, cū ad Afluera nullus intrare posset, nisi vocatus, & nullus audebat cubiculum virtutis Assyriorum, pulsando, aut intrando aperire. Appropinquabant tunc Deo soli spiritus beati, & cum eo familiariter versabantur. Et ideo Psalm. Domine in celo misericordia tua, in terra vero veritas, & iustitia.

Si hanc morum seueritatem, ac grauitatem Deus seruaret, omnes homines ab eo deficeret. Sicut Ioab dixit Dauidi. Surge, & procede, & alloquens satisfac seruis tuis, quod si nō exieris, novus quidem remansurus est, tecum nocte hac. Ante faciem frigoris eius, quis sustinebit? Emittet verbum suum, & lique faciet ea. Et veniens in mundum longe diuersa ratione

B se cum hominibus habuit apparuit enim benignitas, & humanitas saluatoris nostri Dei, iam non in celo solum misericordia ipsius, sed misericordia eius plena est terra. Iam non recedere iubemur, sed accedere. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis. Et vt Iaco. ait. Appropinquate Deo, & appropinquetis vobis. Et Paulus. Nunc autē in Christo Iesu vos, qui aliquando eratis longe, facti estis propinquissimi sanguine ipsius. Iam erāt appropinquantes ad Iesum publicani, & peccatores. Et in summa misericordiam peccatores præcipuam ostendit misericordiam. Quid mirū, ait Chrysostomus, accedant ad Deum peccatores, cum in eo inueniant, quicquid volunt. Si mortui sunt, ille vita est, si errantes ipse via, si laesi, ipse requies, si cæci, ipse lux. Sicut ergo quondam conuenerunt ad Dauid omnes, qui erant ambroniani, & in angustia constituti, & oppressi a re alieno, & ipse eos recepit, factus eorum princeps, sic nunc ad Christum peccatores accedunt. Quis obsecro non accederet ad fontem, ex quo manaret aurum, argentum, lapides pretiosi, vinum, oleum, triticum, & vniuersa ad vitam necessaria? Si tanti æstimaretur fons hic, qui omni corporis necessitati seruiret, an nō magnificandus fons Christus, ex quo omne animi nostri bonum oritur? Erit fons patens domui Dauid, in ablutionem peccatoris, & menstruate, Propheta ait. Et Esaias, haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. Quis ad hunc fontem non pro-

deret

R 55

peret

Exod. 19.

Hest. 4.

Idi. 14.

Psal. 35.

2. Reg. 19.

Psal. 147.

Titum. 3.

Matth. 11.

Iacob. 4.

Ephes. 2.

Chrysost.

1. Reg. 22.

Simile.

Zach. 13.

Esai. 12.

Iosue. 3.

1. Reg. 6.

Pfal. 41. peret, dicens cum *Pfal.* sicut anima mea ad Deum fontem viu-
uum. Ecce fons à quo procedit non aurum, aut argentum, aut
ca, quæ caduca sunt, & nihili pendenda, sed gratia, remissio pec-
catorum, dona, virtutes, & vniuersa deniq; bona, quoniã apud
Psalms. 53. te est fons vitæ, vt *Pfal.* ait.

Hanc Christi Domini in peccatores misericordiam ipsi ag-
noscentes, erant appropinquantes ad Iesum, & ipse eos recipiebat.
Hic peccatores recipit. Sed si ipse peccatores non reciperet, actû
de nobis esset. Nullus enim peccatorem recipit, nisi Deus, in
quem ipse peccauit. Mira Dei misericordia, vt eum ille reci-
piat, qui ab omnibus reijcitur, quia in eum peccauit, & qui vl-
tor esse debuit, refugium factus est. Omnis creatura in peccato-
rem sc̃uit, & armatur. Vnde Sapiens. Omnis creatura tibi crea-
tori deseruiens, exandescit in tormentum aduersus iniustos. B
Et illud manifesta experientia videre licet, cum Deus vniuer-
sas creaturas condiderit in obsequium hominis, postquam pec-
cauit, ei aduersæ, & inimicæ factæ sunt, sol ipsum lædit, aer per-
dit, fera animalia dirumpunt, ignis comburit, & ipsamet caro
in spiritum rebellauit, & factus est homo sibi ipsi tormentum,
quare posuisti me contrarium tibi, & factus sum mihi metip-
si grauis? Et ipsi etiam Angeli viam paradisi custodiunt, ne ho-
mo eo potiatur. Quid ergo facies miser peccator? ad quem
confugies, cum omnis creatura tibi aduersa sit? Nullus est, qui
te recipiat, nisi Iesus. Ipse creaturas detinet, ne te interimant,
misericordia Domini, quod non sumus consumpti. Et ideo
Cain dicens, omnis, qui iuenerit me, occidet me, in Deo
remedium inuenit, qui posuit signum in Cain, ne interficeretur.
Et Ionas profugus in Deo remedium inuenit, cum ab ip-
so fugeret, Sûma hæc Dei clementia est. Ego, te offendebã, &
tu me defendebas, ait Augustinus. Si nunc proditor quispiam
regis filium interficeret, & hac de causa vniuersum regnum
eum quæreret in supplicium, nec vllum latendi locum inueni-
ret, nisi in domo regis, cuius filium occidit, & ille eum ab-
conderet in secretiori domus suæ cubiculo, an non ingens hæc
misericordia esset? Attende Dei tui in te misericordiam, tu
in eum peccasti, omnis creatura in te armatur, ipse vero te
abscōdit, & liberat. Abscōdes eos in abscondito faciei

tue

A turba conturbatione hominum. Hinc sapiens. Misereris om-
nium Domine, quia omnia potes, dissimulans peccata homi-
num propter pœnitentiam, pareis autem omnibus quia tua
sunt, Domine, qui amas animas Chrysof. super Psalmum. 90.
& Augustinus in illud Psalm. 103. petra refugium herinacijs,
legunt, petra refugium herinacijs, & leporibus, peccator heri-
cius est, spinis peccatorum plenus, & lepus est timida, quia
semper timida est mala conscientia, & sc̃ua omnia credit futu-
ra. Si tonitrum fit, timet, si domus minatur ruinam, & similia.
Quod ergo erit refugium his hericijs, & leporibus? Christus
petra. Et ideo latus eius, manus, & pedes fossa sunt, vt ia-
nuas inueniamus, per quas introire possimus, vt absconda
mur à Dei ira. Si enim ibi abscondi noueris, tutus eris,
B magis enim à Deo diligeris propter Christum, quam sis
odio habitus propter te. Licet enim peccata contra te cla-
ment, magis tamen clamat Christus pro te, & licet tu in-
gratus sis, ille tamen gratissimus est, & ipse sic ad patrem
loquitur pro te. Hic & ego vnum sumus, vel ergo me cum
illo odio habe, vel illum mecum dilige. Quid faciat pater,
qui filium odire non potest, nisi nos diligere propter illum?
Et ideo ad peccatorem Christus ait, quod olim Dauid dixit
ad Abiathar fugientem, & pavidum. Mane mecum, ne timeas.
si quis quæsierit animam meam, quæret & tuam, mecumque
seruaberis. 2. Reg. 2.

Tanta hæc Christi Domini misericordia est in peccato-
res, vt de ea ipsi peccatores murmurent, vnde ait Lucas.
C & murmurabant scribæ, & pharisæi, dicentes, quia hic pecca-
tores recipit, &c. Huius murmurationis fuit figura mur-
muratio Mariæ, & Aaron, de qua scriptum est. Locuta-
que est Maria, & Aaron contra Moysen propter vx-
orem eius Aethiopiissam. Indignum visum fuit Mariæ, &
Aaron, quod Aethiopiissam Moyses duceret in vxorem,
Ita incongruum videbatur pharisæis, quod peccatores ni-
gros, & sc̃dos Christus susciperet. Refert Glossa Iose-
phum asserentem, istam Aethiopiissam fuisse filiã regis Aethio-
pû, quia Aethiopiibus rebellantibus in Aegyptios Moyses mis-

sus

*Pfal. 30.**Sap. 11.**Chrysof.**Aug.**Pfal. 103.**Sapi. 5.**Job. 7.**Thren. 3.**Gene. 4.**Ang.**Simile.**Num. 12.**Glossa.**Iosephus.*

sus est dux exercitus, ad eos domandos, quibus do bellatis, sicut
 regis Aethiopi nupsit Moysi, quod vero hanc alienigenam des-
 xisset, indigni ducentes, murmurauerunt. Augustinus vero,
 ut glossa ait, dicit, hanc Aethiopi ssam esse Saphorâ filia Tetro,
 quia de Madianitis erat, qui in Parilipomenon Aethiopes dicitur,
 quando contra eos pugnauit Iosaphat. Ita nunc in Christi-
 sum murmurant pharisei. Quantum vero murmurationis malum
 supponderat Origenes, quem glossa refert, & ait. Quia detraxerunt
 Maria & Aarô Moysi, correpti sunt, & Maria lepra inficitur.
 Et tanta fuit cura correctionis, ut dum Maria per hebdomadam
 fuit leprosa, populus Dei non ageret iter ad terram promissam.
 Maxime ergo cauenda detractio est, ex qua hæc oriuntur mala.
 Hinc Psalmi. Sedens aduersum fratrem tuum loquebaris, & aduersus
 filium matris tuæ ponebas scandalum. An non scandalum proponitur
 murmuratione, cum per septem dies impeditur iter ad terram
 promissam? Sic impedimentum obijcere solet in cælum euntibus
 murmuratio, dum propter illam rixæ, & radix amaritudinis, multa
 bona impediens, oriri solet.

Sed non solum pharisei murmurant de tanta Christi Domini in
 peccatores misericordia, sed & ipsi sancti Dei amici de hac re
 murmurare videntur. Annon murmur videtur illud Esaiæ. Indul-
 xisti genti Domine, indulxisti genti, nunquid glorificatus es?
 An non murmurat senior filius, quod tanta cum lætitia excipiat
 prodigus? De hac iustorum murmuratione, vide multa in primo
 tomo mearum concionum, feria quarta post dominicam primam
 quadragesimæ, ad finem concionis illius.

Sed audiamus nunc Christum Dominum, quid huic murmurationi
 respondeat. Videtur ne vobis misericordie excessus quod peccatores
 recipiam. Aliam maiorem misericordiam in eos vobis ostendam,
 non solum enim eos recipio ad me venientes, sed eos quæro,
 quasi pastor ouem errantem, super humeros tollo, & gaudium
 fit in domo mea, cum eos inuenero, & congratulari mihi volo,
 quia inueni erim, *quis ex vobis homo, qui habet centum oves &c.*
 Dignum hoc consideratione, & stupore est, quod Deus animam
 quærat tanto studio, & nullum non moueat lapidem, ut ad se
 trahat. Et quia Dei infinitam maiestatem non agnoscimus, & paruitatem
 nostram, ideo non obstupescimus,

A

pescimus, dum id videmus. Si potentissimus rex, & sapientissimus
 per decem, vel viginti annos abiectissimam puellam insequeretur,
 & multis adinventionibus excogitatis ad sui dilectionem trahere
 curaret, mirum id valde esset, & mundo inauditum. Sed si vniversi
 totius imperator, non mulierem, sed re aliam vilio rem per triginta
 annos insequeretur, ei beneficeret, ut in sui dilectionem inclinaret,
 mirandum, ac stupendum magis esset. Sed omnem proportionem, ac
 similitudinem excedit, quod Deus quærat vilem, ac contemptibilem
 animam, & per annos plures eam insequatur, & in sui dilectionem
 blandicijs, & beneficijs trahere conetur. Mundus hic coram Deo
 non est quod formica coram rege. Vnde Esaias. Omnes gentes
 quasi non sint, sic sunt coram eo, quasi nihilum reputatae sunt ei,
 & inane, quod, si omnes gentes nihil sunt coram eo, quid obsecro
 erit vilis animula?

B

Ex quo manifeste colligitur, mirabilia esse opera Dei, quæ
 ad misericordiam spectant, quam quæ ad iustitiam, sicut magis
 mirandum regem formicam insequi, quam eam occidere. Hinc
 Iob, quid est homo quia magnificas eum, aut quid apponis erga
 eum cor tuum, quod Deus perdat, & damnet plures homines,
 nihil amplius facit, quam quod tu conculcans formicam, ideo id
 minus mirandum est. Excedit vero omnem humanam fidem, & intellectum,
 quod cum homo à Deo recedit, eius amicitiam detrectat, in eum
 peccat, nihilominus Deus eum quærit, eum rogat, & ad ianuam
 cordis illius itat, & pulsat. De qua Cre optime Dionysius in
 epistola octaua ad Demophilum monachum ait. Quid quod à se
 auersos, ac resiliens, amatorie sequitur, contenditque, ac deprecatur,
 ne se deserant, quos tanta vi amoris inquit. Quid quod delicias
 quoque resolutos, ac per id redire differentes, & eos frustra in
 simulantes, benignissimus tolerat, imo, & promissionibus releuat,
 blanditijsque demulcet, cumque, adhuc procul sint, qui ad se
 redeunt, lætus occurrit, atque obuius fit, & totus totos complexus
 osculatur, nec prioris illos aduersionis culpam, verum presentis
 conuersione contentus, & diem festum agit, & conuocat amicos,
 eos, scilicet, qui singulari benignitate sunt præditi, ut sit omnium
 lætantiu habitatio. Hæc vero misericordiam hominibus collata
 expressit

Esaias

Esai. 26.
Luc. 15.

Simile.

Esai. 4.

Iob. 7.

Dionys.

Esaï. 30. Esaias dicens. Et erunt oculi tui videntes præceptorum tuorum, & aures tuæ audient verbum post tergum monentis, hæc est via ambulate in ea. Quasi videbat homo Deum, cum in paradiso cum eo couersabatur, & viam docuit iustitiæ. Sed terga dedit homo, cum superbiendo recessit, Deus vero, qui fugientem à se angelum non fuerat insecutus, hominem fugientem quaerit, dicens, Adam ubi es, & postea per angelos, & prophetas à se recedentes peccatores quasi post terga vocat. Donc ipse Deus homo factus id præstitit, peccatores recipiens, vocans, & quaerens. Et hoc ipsum, quod cum vniuerso hominum genere fecit, cum singulis peccatoribus quotidie peragit. Erant oculi tui videntes Deum, licet non clare, cum in gratia fuisti, tunc facies in Deum conuertisti. Quando vero peccasti, terga Deo vertisti, veterunt ad me tergum, & non faciem. Deum dereliquisti, & contempsisti. Si id cum vili homine fecisses, irasceretur tibi, nec te quaereret, sed Deus non sic, sed te sequitur, clamat post tergum, rogat, ne illum deseras. Hoc Dei ingenium probe nouerat Dauid, qui dicebat. Erravi sicut ovis, quæ perijt, quære seruum tuum Domine: ecce quod Esaias dixit, audies verbum post tergum monentis.

Psal. 118.

Sed attendere oportet, quanto labore hanc ouem quaerit perditam. Sicut per vestigia ouis deperditæ solet pastor ouem quaerere, ita Christus Dominus hominem quaerit. Sed quæ nam vestigia sunt hominis peccatoris, hominis à Deo aberrantis? Certe vestigia illius innumeræ pœnæ fuerunt, in quas per peccatum incidit. Per hæc vestigia venit Christus Dominus, & ideo pauper natus est, & in laboribus à iuuentute educatus, fame, & siti fatigatus, persecutionibus agitur. Sed ò diuine pastor plus tibi perambulandum est, vt perditam ouem inuenias, vltius enim illa processit, procedit pastor bonus in hortum, vbi sanguinem sudat, in domum Anæ, Caiphæ, & Pilati, ac Herodis. in quibus innumera patitur tormenta. Sed nondum inuenta ouis est, vestigia illius hæc sunt, sed vltius progressa illa est. O diuine pastor, quis nam esset pastor, qui ouem errantem quaerens tot perpensis laboribus non diceret, sinamus ouem perditam, pluris enim stat illam sic quaerere, quam valeat. An non sic Saul ait. Reuertamur,

1. Reg. 9. **A**mur, ne forte dimiserit pater meus asinas, & sollicitus sit pro nobis. Sed non sic diuinus pastor qui animam suam dat pro ouibus suis, & ideo ait. Procedamus eo vsque, quo illa processit. In macellum ducta ouis erat, æstimati sumus sicut oues adcisionis. Sententia mortis lata in ouem erat, & pastor hanc sententiam subire vult, vt quis viuat, in mortem venerat ouis, in mortem vsque pastor venit, & ibi errantem inuenit ouem. Inuenit eum in terra deserta, in loco horroris, & vastæ solitudinis, epicteta hæc mortis sunt. Sed quid fecit pastor noster, postquam ouem inuenit? Assumpsit eam, atque portauit in humeris suis. An non hoc hodie Christus Dominus ait. Cum inuenerit eam, imponit in humeris suis gaudens.

Eccle. 22. **B** Sed Domine attende, quantum sit onus, quod super te tollis. Audi sapientem, super plumbum quid grauabitur, & quod illi aliud nomen, quam fatuus? arenam, & salem, & massam ferri facilius, est ferre, quam hominem imprudentem, & fatuum. Quanta enim Christus tolleret nos sustinens, dictum difficile est, quot negligentias, quot peccata, quis numeret? Audi ipsum per Esaiam loquentem. Audite me domus Iacob, & omne residuum domus Israel, qui portamini à meo vtero, qui gestamini à mea vulua, vsque ad senectam ego ipse, & vsque ad canos ego portabo. Ego feci, ego feram, ego portabo, & saluabo. Ostendit se Deus grauatum, quasi mater fetu. Et per Oseam, & ego quasi nutritus Ephraim portabam eos in brachijs meis, & nescierunt, quod curare eos. Mira Dei dignatio, vt eos portet quos nullus portare valet, sed omnes derelinquunt quasi importabile onus. *Job. 39.* **C** De quo loquitur Dominus ad Iob. Cum derelinquit oua sua in terra, tu forsitan in puluere calefacies ea? Quasi dicat? Hoc ego præstabo, non tu quia quem omnis creatura derelinquit, Deus fouet. Vbi etiam Gregorius notat, aliquas esse oues ab omni derelictas pastore, & quæ similes sunt ouis struthionis, derelictis à parentibus in terra. Et sicut Deus illa oua calefacit, & quasi incubat eis, & pullos educit, paratum ne negligentiam supplet, ita aliquæ sunt animæ humanis auxilijs destitutæ,

Psal. 43.

Deut. 32.

Eccle. 22.

Esaï. 46.

Osee. 11.

Job. 39.

Greg.

stituta, quibus doctrina, & exhortatio nulla datur, illas vero Deus docet, instruit, ac perficit.

Et deinde cum ait. *Imponit in humeros suos.* Summam nobis fiducia prestat, ut nihil timeamus, si in humeris Christi deponamur. Pauet Israel videns post tergum Aegyptios, ante se mare, sed eum roborat Moyses dicens, vos tacebitis, Dominus autem pugnabit pro vobis, quia extendit alas suas, & assumpsit eum, atque portauit in humeris suis. Et ideo Dominus mare aperuit & viam facilem Israeli tribuens, suffocauit Aegyptios vniuersos. Ita terri solet peccator, ac dicere, quomodo potero iustus esse, video post tergum innumera, quae perpetravi facinora, & coram innumeras viae Dei difficultates, quis stare poterit, cum tot sint peccati occasiones, tot in me prauis habitus? Sed haec si dicens desperas, non agnoscis pastorem tuum, iniuriam ei irrogas. An opus hoc tuum est duntaxat, & non potius Christi? Christus pugnavit pro te, ipse in humeris suis te defert, quid paues? Quis leo vel lupus rapiet te de manibus eius? Omnia facilia tibi erunt Christo tibi dante auxiliatrices manus. Hinc Psalm. Ipse Deus meus salutaris meus, susceptor meus, non mouebo amplius. Quo usque irruitis in hominem, tanquam parieti inclinato, & maceriae depulsae. Quasi dicat. Licet vos inimici mei adnitamini, me euertere, sicut solent homines videntes parietem iam inclinatum ad casum, tamen ego in Domino stabilis sum, ideo non mouebo amplius, quia nemo rapiet oves de manu Christi. Fortissima profecto ovis est, quae in manibus, & humeris Christi est. Hinc Numer. 24. dicitur. Robustum quidem est habitaculum tuum, sed si in petra posueris nidum tuum. Altissimum quidem posuisti refugium tuum, cum in Christo, qui petra est posuisti nidum tuum, non accedat ad te malum. Securus ergo in humeris pastorem tuum esse poteris, noli pauere, non li trepidare, tantum modo viriliter age, & confortetur cortum, & labora ut bonus miles Christi sub eius vexillo.

Congratulamini mihi, quia inueni ouem, quam perdidit. Notat Beda, non dici, congratulamini oui, quae perierat, & inuenta est, sed congratulamini mihi. Quod oui congratulandum sit, manifesta ratio patet, quonia a morte liberata est & eruta de potestate tenebrarum, & luporum. Nihilominus tamen sibi congratulamini

A gratulandum, Christus Dominus ait: A deo enim ei cura sumus, ita negotia nostra sua putat, & bonum nostrum suum dicit, ut ipsi potius congratulandum sit, quam nobis. Hanc congratulationem caelestis Ierusalem ostendit Ioannes. Audiui quasi vocem turbae magnae dicentium Alleluia. Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei, quia venerunt nuptiae agni, & uxor eius preparauit se. Quemadmodum cum rex regnum maximum debellauit, & cepit, ei congratulantur omnes, & festus dies & celebris agitur ob partam victoriam, ita in peccatoris conuersione festus dies in caelis agitur, & Christo congratulantur caelestes ciues. Mira hominis dignitas, quem tanto in pretio reus habet. Laetabuntur coram te, sicut qui letantur in messe, sicut exultant victores capta praeda, quando diuidunt spolia. Ab hoc Christi gaudio & congratulatione didicit Paulus simile quid sibi usurpare, dicens. Itaque fratres mei charissimi, & desideratissimi gaudium meum, & corona mea, sic stete in Domino charissimi.

Aut quae mulier, si habuerit dragmas decem, & perdidit dragmam unam, nonne euertit domum &c. De duabus his parabolis dicere possumus, quod Ioseph Pharaoni dixit, cum duo somnia narrasset, somnium regis idem est. Sic haec parabola idem significatur, quod prior.

Dragma perdita anima est, quam diuina sapientia quaesuit lucerna accensa doctrinae suae. Psalmista lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. Et Sapiens, mandatum lucerna est, & lex lux. Et ut hanc inueniret dragmam, domum euertit. Vide euerisionem domus dictam a propheta. Adhuc modicum & ego mouebo caelum, & mare, & aridam, & commouebo omnes gentes, & veniet desideratus cum cunctis gentibus, & implebo domum istam gloria, vis hanc euerisionem motibus tuis subijci? attende signa passionis Christi, ubi combaest caelum & terra, de illis enim signis Ambro. lib. 3. epistolarum, epistola 12. haec verba Prophetae accipit. Attende deinde caelos commotos letitia Christi Domini incarnatione, & natiuitate, & admiratione etiam commoti sunt. Nota etiam terra est descriptio vniuersi per Augustinum facta, & hanc commotionem significat Paulus dicens, videte, ne recusetis loquentem, sicut illi

Apo. 19.

Esai. 9.
Philip. 4.

Gen. 41.

Psal. 118.

Pro. 16.

88. 23

Agust. 20.

Ambro.

illi non effugerunt recusantes eum, qui super terram loquebatur, multo magis nos, qui de cælis loquentem nobis auertimus, cuius vox mouit terram tunc, nunc autem repromittit dicens, adhuc semel, & ego mouebo non solum terram, sed & cælum. Quasi dicat. Videte, ne sicut olim Iudei repulerunt Moysen, qui de terra erat, nec eum audierunt, ita & vos repellatis Christum, qui de cælo venit, si enim puniti sunt, qui Moyse rebelles fuerunt, multo magis qui Christo Domino. Vox Moyse legem ferentis, & Angeli loquentis tunc terram commouit signis multis & lætitia propter legem acceptam. Sed Christus veniens cælum & terram commouebit, quasi Dominus cæli & terræ lætificabit vniuersum & prodigijs magnis in admirationem homines rapiet & prætereā. Venit Christus in mundum, humiliavit superbos, exaltauit humiles, deiecit Iudeos, exaltauit Gentes, deiecit montes, & colles, & valles impleuit, deiecit quæ pretiosa erant mundo, exaltauit crucem, se ipsum humiliavit, nos exaltauit, idola deiecit, mores hominum mutauit, an non euersum mundum dices? maximo profecto in pretio coram Deo dragma ista est, pro qua inuenienda tanta Deum fecisse nouimus.

Simul vero nobis ostendit, qua arte nos inuenire poterimus hanc dramam, quando amissa fuerit. Si in peccato es, animam perdidisti. Quid prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur, quæ renda ergo dragma à nobis est. Sed quomodo? ais. Euertere domum. Primum euertere vniuersum hoc, & attende innumera dona, ac beneficia, quæ tibi Deus contulit, omnia quæ in mundo vides, Dei in te beneficia sunt. Euertere etiam domum conscientia tuæ, cõsideras vniuersa tua peccata, cum Ezechia qui ait. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Vbi nos legimus, euertere domum, alij legunt, euertere domum, sic enim inueniri dragma solet amissa, euerrendo domum, sic etiam vt inuenias animam tuam, euertere domum conscientia tuæ, cum Psalmista, qui ait. Meditatus sum nocte cum corde meo, & exercitabar, & scopebam spiritum meum. Quid enim confessio est, nisi quædam emudatio domus, quæ omnes

A omnes immunditias colligis, & extra domum emittis. Si vero peccata retinueris, accidet tibi illud Sapientis. Peccator adijciat ad peccandum. Id est, Peccata noua prioribus superaddet. Sicut enim Sampson capillorum fortitudine amissa, Philistæis oppugnantibus resistere non valuit, sic homo amissa gratia infirmus manet, & impugnantibus demonijs resistere non potest. Hinc Bernardus. Time amissa gratia, quoniam reliquit te custodia tua.

Sicut ergo nunc erant appropinquantes ad Iesum publicani, & peccatores, ita tu accede ad illum. Malum peccatoris hoc est quod à Deo recessit, bonum illius est, si ad eum accedat. Peccatum est recessus, & auersio à Deo, & conuersio ad creaturam. Quod mire depinxit Ezechiel in illis, qui tergum ad altare versum, & faciem in solem habebant. Conuersio peccatoris efficitur, cum faciem in Deum conuertit. Hinc Ezechiel, conuertimini, & recedite ab idolis vestris, & ab vniuersis contaminationibus vestris auertite facies vestras. Qui plus æquo diligit pecuniam, honorem, & voluptatem, faciem suam ea in re posuit, quam dilexit. Auerte faciem tuam ab his, & auertet Dominus faciem suam à peccatis tuis. Sic Ezechias conuertit faciem suam ad parietem, & orauit Dominum, & vitam obtinuit. Sed quid est, quod oraturus, faciem vertit ad parietem? Quidam dicunt id factum, vt attentius oraret, nec lachrymæ eius ab alijs viderentur. Sed Glossa ait, ad parietem templi faciem vertisse, quod prope regis palatium ædificatum erat. Vertamus ergo in Deum facies nostras, si ab eo auersæ sunt. Summe enim execratur Deus obstinationem in peccato. Hinc Leuitici quinto dicitur. Anima, quæ tetigerit aliquid immundum, aut mortuum, & oblita fuerit immunditiæ suæ, rea est, & deliquit. Hoc enim coram Deo nos reos esse facit, & odibiles, quod postquam peccauimus, nihil curamus penitentia remedia, quibus si vteremur, omnis immunditia facile tolleretur, & Deo appropinquare possemus. Notat Orig. illud Leuitici. Si obtuleris munus primitiarum frugum tuarum de spicis adhuc virentibus, torrebis igne, & confringes in morem farris, & sic afferes

Ambros.

Luc. 2.

Heb. 12.

Esa. 38.

Psal. 76.

Eccle. 3.

Ber.

Ezec. 8.

Ezec. 14.

Esa. 38.

Glossa.

Leui. 5.

Orig.

Leui. 2.

Deo tuo. Spica viridis peccator est, Deo tamen offerri valet, **A** & charitatis igne torreatur, & contritione conteratur, huiusmodi erant hi peccatores qui accedebant ad Iesum.

Iesu in terra posito Asylum nobis est, & terris refugij, ad quam confugiamus, Adam non habuit post peccatum quo confugeret, vt Deum euaderet. Diluuij tempore nullum datum est confugium miseris peccatoribus, nec Sodomitis, nec exercitui Pharaonis, qui conclusus est, nec potuit retrocedere nec progredi. Sed Christus factus est refugium herinacis. Et ideo ad eum appropinquabant peccatores, & in via publica se illis obtulit, vbi eum facile inuenire possent. Sicut cum in

Simile.

venationem nobilis vir procedit, diuidit seruos per diuersas semitas, ipse vero eligit viam illam, per quam ceruus venire solet vt in plurimum. Siluestris bellua peccator est, quam **B** Christus venaturus aduenit, & vt hoc peragat, in omni via, ac Iesuita sanctissimos viros posuit, quorum exemplo virtuti afficiaris, & qui te lucrari curent Deo suo. Sed Christus viam elegit omnibus communem, per quam omnes incedebant, non elegit viam asperrimam, sicut Ioanes, sed mediam, ac mediocrem viam, manducat, & bibit cum peccatoribus, vt sic plures capiat, & virtutem omnibus facilem ostendat, & in omni statu colendam. Hinc didicit Paulus omnibus omnia fieri, vt plures

lucrifaceret, & ideo erat appropinquantes ad Iesum publicani, & peccatores, accedamus, & nos, &c.

C

In Dominica

...

In Dominica Tertia post Pentecost. Concio Secunda.

Hic peccatores recipit. &c.

LUC. 15.



MIRABILE profecto est, quanta cura Christus Dominus peccatoris negotia gerat, vt peccato dimissio, ad se redeat. Huius rei causa è caelis in terram venit, & hac in re totam vitam, & denique sanguine posuit, in hoc venit filius **1. Ioan. 3.**

Bri perpetuo insistit, quærens ouem, que periit, & in hanc rem vniuersos ministros ecclesie sue instituit, & vniuersus ordo hierarchicus hoc opus respicit. Et angelos omnes fecit ministratores spiritus, vt oues errantes colligant, & ad Dei caulam reducant. Et demum vniuersum mundum euertit, vt hanc gratiam inueniat. Dulcissimum, ac plane iucundissimum erit, si inuestigauerimus motiua, atque rationes, quibus Christus Dominus ducitur, vt totis viribus huic operi intendat. Cum enim hoc negotium alienum ab eo videatur, & inimicorum illius interfit, inauditum est, quod in illud totis nervis conetur. Simul nobis doctrina hæc proficua erit, iisdem enim rationibus nos ducemur, vt ad Christum accedere conemur.

Quædam sunt motiua ex parte Christi Domini, quædam ex parte nostri, quædam ex parte dæmonis.

Ex Christi quidem parte eum præcipue mouet voluntas, ac præceptum patris, qui illum in hoc opus misit. Hinc ait, **1. Ioan. 6.** Descendi de celo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me. Hæc est autem voluntas eius, qui misit me patris, vt omne quod dedit mihi, non perdam ex eo quicquam. **Mat. 18.** Et iterum ait. Sic non est voluntas apud patrem vestrum, vt pereat vnus de pusillis istis. Qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem

1. Tim. 2. tionem veritatis venire, Paulus ait. Duæ in Christo sunt voluntates, diuina, & humana, diuina vna numero est cum patris voluntate, humana semper diuinæ conformis est. Cum ergo nouerit, hanc patris sui voluntatem esse, & dulcissimum esse patri, vt omnes salutem consequantur, incumbit huic operi totis viribus, & in hoc opere sanguinem, & vitam libenter posuit.

Gen. 24. Eliezer Abrahæ procurator, qui Domini iussu sponsam quesituit Isaac, ait. Non comedam, donec loquar sermones meos. Fidelis certe seruus, qui cibum non capit, donec mandatum Domini perficiat. Hic enim præcipuus ei cibus erat. Ita Christus Dominus, cum errantem ouem reperisset, & animam peccatricæ, ad Deum traxisset, Samaritanâ, scilicet, ait. Hic est cibus meus, vt faciam voluntatem eius, qui misit me, vt perficiam opus eius. hæc est autem voluntas Dei sanctificatio vestra. Ad hanc etiam **B** rationem pertinet maximum Christi desiderium quo patrem glorificari desiderat, præcipue vero glorificatur saluatione hominum, potiusquam eorum damnatione. Ex damnatis in inferno, & eorum pœnis gloria Deo redûdat, sicut ipse dixit, & glorificabor in Pharaone, & gloriose magnificatus est, equum, & ascensorem proiecit in mare. Quia vniuersa mala, quæ damnati patiuntur, eis inferuntur in supplicium, quia Deum contempserunt, & ideo in illis supplicij apparet quantus sit Deus, cum sic puniatur, qui in eum peccauit, & sic in illis glorificatur Deus. Gloria tamé, quæ Deo resultat ex sanctis multo maior est, quoniam gloria, quæ illi in cælis tribuitur, est media cognitione, & amore, & iubilo perpetuo. Sicut Esaias vidit, clamabat alter ad alterum, sanctus, sanctus, sanctus, rapit enim illos infinita illa **C** Dei bonitas, quam videt: gloria verò, quæ ex dânatibus Deo resultat, accipitur ab eis inuitis exercita in eos diuina iustitia. Sed laus beatorum, quam Deo tribuunt, voluntaria est. Beati, qui habitant in domo tua Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te, gratiora vero, & gloriosiora Deo sunt obsequia, & laudes voluntaria, quâ violenta. Hinc Psal. Voluntarie sacrificabo tibi. Et præterea damnatorum pœna, licet à Deo præcipiente procedat, tamé à culpa ortum habet, quæ causa meritoria fuit, & ideo potius damnatus causa dicuntur eius, quam Deus, gloria vero beatorum non solum à Deo procedit, sed illam sancti merentur gratia à Deo suscepta, & ideo Paulus ait, gratia Dei vita

Rom. 6.

æterna.

A æterna. Hinc Oseas, perditio tua Israel. Tantummodo in me auxilium tuum. Et deniq; adeo potior est gloria, quæ Deo ex beatis resultat, quam quæ ex damnatis, vt dicat Psal. quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit, & non mortui laudabunt te Domine, neque omnes, qui descendunt in infernum, sed nos qui viuimus benedicimus Domino. Viuens viuens ipse confitebitur tibi. Qui ergo patris gloriam zelat, curat animas in cælum ducere, quia inde maior gloria ei resultat. Et ideo Christo dulcissimum est, animas videre Deum laudantes, ac diligentes sine fine.

Huc etiam accedit gaudium cælestis patriæ, cum cuius aliquis denuo illam ingreditur, quod humano ingenio est inexcogitabile, propter summam charitatem beatorum. Et ideo sicut **B** tu gaudes, cum vides fratrem tuum corona regia insigniri, ita beatus, dum videt eum, quem præcipuo diligit amore, sicut se ipsum, cælestem, & immarcescibilem coronam accipere. Hoc vero gaudium colligi aliquo modo potest ex gaudio, quod in conuersione peccatoris; Christus Dominus asserit, esse. Interest vero multum inter gratiam & gloriam, à gratia enim deficere homo facile potest. Sicut interest multum inter seminationem & messem, propter multa pericula, quæ intercedere solent, ex quibus fruges perduntur, ita gratia semen est gloriæ: Si ergo gaudium est in cælo super vno peccatore, cum gratiam suscipit, propter spem salutis æternæ, quale erit gaudium, cum iam in messe colligitur in horrea cælestia? dici aut explicari nequaquam potest. Idem gaudium **C** cælestium colligi potest ex desiderio, & intercessione multa, ac precibus ad Deum fuis pro animæ salute. De beata Monica, Augustinus refert maximè in eius conuersione gaudium illius extitisse, propter desideria, & lachrimas, quæ præcesserant. Charitas beatorum, desiderium, quod habet nostri boni immensum est, intercessio eorum pro nobis iugis est. Cum ergo impleri vident eorum vota, exauditas orationes, & venientem conciuè eorum summa ornatu gloria, lætantur, obuiamq; ei procedunt exultantes. Sicut egressæ sunt mulieres de vniuersis vrribus Israel cantantes, chorosq; ducetes in occursum Dauid, cui caput Philistei duceret. Nullus vnquam princeps, vel imperator, etiam

*Osee. 13.
Esa. 38.
Psal. 113.*

Agust.

1. Reg. 17.

cum triumpharet, ingressus est urbem suam tanta maiestate, ac letitia, quanta ingreditur beatus in regnum caeleste, noua indutus stella gloriae. Cum hoc gaudium Christus nouerit, tum illud, quod in conuersione peccatoris fit, tum etiam illud, quod cum in patriam venit caelestem, celebratur, omnem adhibet diligentiam, ut onem quaerat perditam ac gaudens in caulam ducat.

Ex parte etiam Christi Domini alia est ratio, ut huic operi nimum incumbat, & ea est, quod anima factura illius est, opus manuum illius, plantatio eius. Et insuper quod eam emerit tanta caro pretio, sanguine, & vita, non enim corruptibilibus auro, & argento redempti estis de uana uestra conuersatione, sed pretioso sanguine agni immaculati. Et ideo non uult animam perdi, & nimum curat, ut erratam reducat, ac reuocet. Ignoscit Deus Niniuitis, dolet de hac re Ionas, cum gaudere debuisset. Ut uero eum Dominus erudiret, umbraculum pulchrae hederæ ei preparauit, & præcepit uermi, ut eam corroderet, perit hederæ, dolet Ionas, & tristatus est uehementer. Ad quem Dominus ait. Tu doles super hederam, in qua non laborasti, neque fecisti, ut cresceret, quæ sub uana nocte nata est, & sub uana nocte perijt, & ego non parcam Niniue ciuitati magnæ, in qua sunt tot homines, & iumenta? ne mireris, si ego nolim perire opus manuū mearum, & opus maximum, quale est Niniue. Sed attendenda uerba illa sunt, tu doles super hederam, in qua non laborasti, posset enim Ionas dicere, & tu Domine quid pro homine laborasti? non dicit Dominus, se laborasse, se inuit laboratum, cum homo factus sanguinè pro hominibus fundet, quæ ratione dolet, homines perire, optatque, ut salutem æternam consequantur.

Dicitis uero hucusque illud, addendum est, Christum huic operi incumbere, uidet enim, quam ei deuincta sit anima, ut eum laudet in perpetuas æternitates, cum ab eo fuerit liberata à peccatis & dæmonis potestate. Cum Israelitæ se uiderunt liberos industria, ac fortitudine Iudith, innumeras ei gratias reddiderunt, festa celebrauerunt, & in choros diuisi, hi eam laudabant, & benedicbant, illi respondebant. Amen, & per tres menses hæc festa celebrata sunt, & dies festus quotannis agebatur huic uictoriae in Israel, & cum procedebat in publicum Iudith,

A Iudith, omnis populus eam comitabatur. Si pro parua libertate tot festa, & gratiarum actiones Iudith redditæ sunt, quæ obsecro uox laudis in caelo erit in æternum, quæ festa celebrabuntur Christo Domino pro æterna salute? Hæc uidit Ioannes, cum audiuit beatos dicentes. Redemisti nos Domine Deus in sanguine tuo ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione, & fecisti nos Deo regnum. Et iterum. Dignus est agnus, qui occisus est, accipere uirtutem, & diuinitatem, honorem, & gloriam. Et iterum, cum vigintiquatuor seniores procidebant, & mittebant coronas ante agnum. Non erat conueniens, ut facile Christus Dominus relinqueret tot benedictiones, festa, ac gratiarum actiones, ideo huic operi incumbit totis uiribus, hæc sunt rationes, ac motiua ex parte Christi Domini.

Alia uero sunt ex parte nostra. Primum Deum mouet malum infinitum, quod peccatorem manet, nisi respiciat. Videt inferni pœnas æternas, quas solus ille comprehendit, & æquali lance pensat, & cum illas uideat homini paratas, emollitur dulcissimum illius cor, & in misericordiam flebitur. Hoc Dominus mire ostendit per Oseam. Quomodo dabo te Ephraim? Pro tegam te Israel? Quomodo dabo te? Sicut Adama ponam te ut Seboim? Conuersum est in me cor meum, pariter conturbata est pœnitudo mea, non faciam furorem iræ meæ, non conuertar, ut disperdam Ephraim. Ecce Deum misericordia commotum, cum uidet flagella maxima. Quod si antequam homo fieret, hæc dixit, quid obsecro dicet factus homo? Hanc in peccatores misericordiam, hanc animi commotionem ostendit, cum dixit, filius quidem hominis uadit, ueruntamen uerum homini illi per quem filius hominis tradetur. Id ipsum declarat, cum uidens Ierusalem fleuit super illam, & dixit. Si cognouisses & tu &c. Si mala temporalia à Romanis Iudeis inferenda sic eius cor commouerunt, quid non commoueant æterna mala, quæ animam expectant, cum non Romanis, sed dæmoni bus est tradenda?

Homo duro corde est, ut significat Dominus per Oseam, non faciam furorem iræ meæ, quia Deus ego sum, & non homo. Id est misericors, & non crudelis. Nihilominus tamen cum uidet agnus, hominem in supplicium duci, misericordia mouemur, attendentes,

Apo. 5.

Apo. 4.

Osea. 11.

Matth. 26.

Luc. 19.

Osea. 11.

attendentes, illum breui via excessurum, & cum ignominia, & **A**
 si eum liberare possemus à morte, id præstaremus misericor-
 dia moti. Quomodo ergo Christi viscera misericordia plena,
 imo quæ ipsa misericordia sunt, nõ comoueatur, cū videat, du-
 ci animã à demone in æternã mortẽ, & æternos cruciatus? Hinc
Prover. 24. Sapiens. Erue eos, qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur
 ad interitum, liberare ne cesses. Nec solum misericordia com-
 mouetur homo cum hominẽ videt in suppliciũ duci, sed & si
 videat agnũ à Lupo, vel Leone capi, & discerpi, dolere solet.
 Et ideo Dauid ait. Veniebat leo, vel vrsus, & tollebat arietem
 de medio gregis, & persequabar eos, & percutiebam, erue-
 bamque de ore ipsorum. Si hoc præstabat Dauid, vt erueret
 arietem de ore leonis, quid princeps pastorum faciet, vt ani-
 mam eruat de ore illius, qui tanquam leo rugiens circuit, quæ **B**
 rens quem deuoret?

Secundo etiam ex parte hominis alia ratione Christus du-
 citur. Quia licet in peccato propria culpa sit, eaque grauissi-
 ma, & digna æterno supplicio, tamen aliquid in nobis est igno-
 rantia, & que passionis, qua abstracti, & illecti peccamus.
 In peccato Angeli, neutrum horum extitit, non ignoratio,
 non passio, ideo in eum continuo lata sententia est. At in ho-
 minis peccato remedium est, & nos Deus expectat, quia infir-
 mi, & ignorantes sumus. Hinc *Psal.* Quomodo miseretur pater
 filiorum miseratus est Dominus timentibus se, quoniam ipse
 cognouit figmentum nostrum, recordatus est, quoniam pul-
 uis sumus.

Ex parte vero demonis, qui hominem decipit, alia ratio **C**
 est, qua Christus Dominus ducitur, vt eum non sinat, homi-
 nes perdere. Licet enim Deus iuste hominem tradat de-
 monis seruituti, quia eum homo eligit in principem, de-
 mon tamen iniuste hominem vsurpat, fallit, & perdit, ty-
 rannus ille est, & nullo iusto titulo nos possidet, raptor est
 animarum, quas è Dei domo deceptas educit, superbus, &
 arrogans est in Deum, qui Deo præferri vult, hæc demonis
 iniustitia, & arrogantia Christum Dominum mouet, vt ho-
 mines eruat ex eius potestate. Audit Dauid opprobria Goliz,
Reg. 17. videt superbiam eius, & ait. Quis est hic incircuncisus, qui
ex pro-

A exprobrat aciem Dei viuentis? commouit Dauidem super-
 bia, & arrogantia Goliz, vt eum trucidaret. Cum ergo vi-
 deat Christus Dominus demonis superbiam, quæ ascendit
 semper, illius arrogantiam, qua Dei gloriam obscurare, &
 homines perdere vult, commouetur, vt eius frangat cerui-
 cem, & nos ab eius eruat potestate. Hanc rationem allegat
Psal. 43. Surge Deus iudica causam tuam, memor
 esto improperiorum tuorum, eorum, qui ab insipiente sunt
 tota die, ne obliuiscaris voces inimicorum tuorum, su-
 perbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper. His
 omnibus titulis, atque nominibus Christus Dominus pec-
 catores recipit, quærit maximo studio, & reuocat in salu-
 tis viam.

B Sed forte ais. Si tot rationes sunt, & tanta bona pro-
 cedunt ex peccatoris conuersione, cur Christus Dominus
 potestate, & vi demonem ex anima non pellit, cum
 demon rapina, & vi hominis dominetur? Respondetur. Dũ-
 plici titulo demon hominem possidet, primo propter Dei
 sententiam, qua per peccatum diaboli potestati homo tra-
 ditus est, & donec Dei iustitiæ fiat satis pro peccato, de-
 mon homini principabatur. Sed Christi Domini morte
 ablati à demone titulus hic est, & princeps mundi huius
 eiectus est foras. Sed manet demoni titulus alter, volunta-
 ria, scilicet, hominis subiectio. Liberauit nos Christus Do-
 minus passione sua, sed si nos adhuc serui esse volumus, in
 seruitute erimus. Sicur si captiuum Argerij detentum redi-
 mas, si ille in Argerio manere vult, manebit voluntate sua, *Simile.*
 non necessitate, Christus redemit te, si tamen tu seruus
 demonis esse velis, non est Christo conueniens, quod
 vi tecum agat, & cum nolis ei adherere, te per vim trahat,
 satis sit, quod redemit, quod recipit, quod rogat, & obse-
 rat. Tu vero omnibus rationibus superius expositis Deo ad-
 herere teneris, & peccatum deferere. Primo, quia hæc est
 voluntas Dei, hoc eius desiderium, quod tu maxime attende-
 re debes, & vt diem festum cælesti curæ præbeas, vt Christo
 Domino obsequaris, vt eius pro te laboribus pro modici tuo
 satisfacias, ne dicat, in vacuum laboraui, vane fortitudinem *Esa. 49.*
meam

meam consumpsi, & propter te ipsum miserere animæ tuæ placens Deo, ne in æternum pereas, denique propter dæmonis in te tyrānidem, & arrogantiam, vt eum supereres, vt ex inimici potestate eruaris.

Sicut ergo nunc erant appropinquantes ad Iesum publicani, & peccatores, accede tu. Sed ad quid appropinquabant? vt audirent illum, ait Euangelista. Dicebat enim illis illud sapientis. Appropiate ad me indocti, & congregabo vos in domum disciplinæ. Quia vt dicitur in Deuteronomio, qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina illius. Verba Christi trahebant eos, quia dulcissima erant, mel, & lac sub lingua eius, & diffusa est gratia in labijs tuis: verba eius verba vitæ æternæ. Hinc sponsa, fac me audire vocem tuam, vox enim tua dulcis. Sicut enim cum maiestatem ostendere voluit, adeo terribiliter loquebatur, vt diceret Israel, non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur, ita cum dulcedinem ostendere voluit, adeo dulciter locutus est, vt omnes post se traheret. In emblemate depingitur Hercules funibus ex ore procedentibus, quibus populos vinciebat, & post se trahebat, propter eloquij illius dulcedinem. Quid mirum id Christus Dominus efficiat, cum nunquam sic locutus sit homo. Si ergo à finibus terræ veniebant plurimi, vt Salomonis audirent sapientiā, quid mirum, ad Christum accederent? Nobis vero, vt eum audiamus, ad orationem accedendum est, vbi loquitur ille ad cor, ducam eam in solitudinē, & loquar ei ad cor.

Tanta vero benignitate suscipiebat Dñs peccatores ad se accedētes, vt murmurent Pharisei dicentes, hic peccatores recipit. Illi hoc tāquā vitiū, & notā Christo Dño inurūt, sed plane verba hæc titulus Dei sunt, encomium eius, insigne illius, quod vulgo dicitur (blasón, y letra de sus armas.) Misericordias eius super omnia opera eius. Et homines, & iumenta saluabis Domine, quem admodum multiplicasti misericordiā tuā Deus. Sed de tanta misericordia mutmurant plurimi, adeo vt necesse fuerit Dei feruos hanc Dei causam tueri, atq; defendere ostendentes Dei dissimulationem, & benignitatem in peccatores, nō defectum esse iustitiæ, sed diuinam misericordiā id decere. Hinc

Petrus

Ecl. 5.1.
Deut. 33.

Cant. 2.
Exo. 20.

Ioan. 7.

Osee. 2.

Psal. 24.
Psal. 35.

A Petrus, non tardat Dominus promissionem suam, sicut quidā existimāt, sed pariēter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiā reuerti. Quod si stupenda tibi hæc misericordia apparet, non ideo non credenda, imò propterea suscipienda. Cum enim reliqua attributa ostendere voluit, sapientiam, scilicet, & potentiā? mirabilia operatus est, quæ intuentes obstupescimus, & ideo cum miserationes eius super omnia opera illius sint, non mirum, si mirabilia existant. Quod petebat Psalm. mirifica misericordias tuas, qui saluos facis sperantes in te. Attendenda hac in re est fidei nostræ celsitudo; & hominū ignorantio. Quod difficilius mundo persuasum est ab Apostolis non id fuit, quod de Dei sapientia, ac magnitudine prædicabant, sed illud quod de diuina misericordia amore, ac bonitate, hæc mundo incredibilia apparuerunt, vt quod Deus homo factus, & crucifixus pro nobis sit, quod peccatores reciperet: mundi hæc non credentis ignorantia manifesta est, quisque enim optare deberet Deum, sicut magnum, potentem, & sapientem, ita bonum, misericordem, & amantissimum hominum, imò hæc præcipue in Deo optare deberet, quam illa. Cur ergo hæc non credenda? Celsitudo vero fidei apparet, dum hæc Deo nostro tribuit, præcipue dum ait, miserationes eius super omnia opera eius. Hinc Paulus, fidelis sermo, & omni acceptione dignus, quia venit Iesus, peccatores saluos facere, fidelis ait sermo, verbum hoc fidele est, licet mundo aliud videatur, & dignus, ait, omni acceptione, id est, dignus, qui ab omnibus suscipiatur, talis enim Deus nobis erat desiderandus, qui peccatores saluos faceret, essetque similis Iudæ. De quo scriptum est, & erat Iudas congregans extremos, id est infirmiores, & debiles, ita Christus Dominus peccatores recipit, congregatque.

Sed nunquid ô Domine, quia pharisei murmurāt, hoc opus deferes? Absit, non est Deus vt homo, vt propterea mutetur, aliquando in Dei viam ingressus, audis aliquos murmurantes, & sustinere non potes oblatrantes tibi, & caro pretio tibi Deū stare credis, si eius causa aliquid tibi sustinendum est. Qui seruo Deum sequitur, dicere debet, omnia alia nihil sunt præter Deum, & quicquid relinquere me oportuerit Dei causa relinquā,

Psal. 16.

1. Tim. 4.

1. Mach. 5.

quam. Siue substantiam, siue vitam, siue honorem. Si Deum in A
domo tua diuersari vis, primum ei concede locum, quem si in
corde tuo ei non dederis, recedet. Si enim vili pecuniæ, vel de-
lectationi brutæ, vel gloriolæ primum locum in corde tuo con-
cedis, & non Deo, quomodo eum tibi adesse vis? Si inuita si re-
gem, & cum discumbere facis in nouissimo loco, quomodo te
cum manducabit? Si tu dolore afficeris, nec sustinere vales, si
indigne tracteris, nec tibi debitus honor deferatur, qua ratio-
ne Deus id sustineat? sicut ergo Christus Dominus, vt peccato
res recipiat, nihil difficile reputauit, omnia sustinuit, etiã mor-
tem, ita tu, vt Deum suscipias, omnia sustine, nihil tibi sit diffi-
cile, aut arduum.

Exemplo pastoris quærentis ouem perditam Christus Do- B
minus hanc explicat Dei misericordiam. Ouis perdita genus
humanum est, quod in primo parète errauit. Hinc Esaias. Om-
nes nos quasi oues errauimus, vnusquisque in viam suam decli-
nauit, omnes viam cæli dereliquimus, nec ad illam redire pos-
sumus viribus nostris, est enim homo spiritus vadens, & non
rediens, clamandum ergo nobis est ad Deum, qui nos quærat,
& in viam reducat. Sic faciebat Dauid. Erraui, sicut ouis, quæ
perijt, quære seruum tuum Domine, quia mandata tua nõ sum
oblitus, merito ait, non se oblitum diuina mandata, qui enim
clamat, agnoscit se in via errasse, sed qui errorem suum non ag-
noscit, in via procedit, nec clamat, sed in peius proficit. Hinc
Sapiens. In duobus contristatum est cor meum, & in tertio ira C
cundia mihi aduenit, vir bellator deficiens per inopiam, & vir
sensatus contemptus, & qui transgreditur à iustitia ad pecca-
tum, Deus parauit eum ad rhompheam. Duo priora contri-
stant hominis cordati mentem, videre, scilicet, virum bella-
torem, qui reipublicæ salutem attulit, inopem, & sensatum
despectum. Sed tertium iram prouocat, videre, scilicet, homi-
nem, qui cum iustus fuerit, iustitia deserta in peccati factio-
nem transit, non hic sapiens loquitur de eo, qui in peccatum
infirmate lapsus cito surgit, sed de eo, qui in diu in peccato
commoratur, quem Deus parauit ad rhompheam, idest ad
æternam mortem, de quo Petrus ait. Melius erat illis, non
cognoscere viam iustitiæ, quam post agnitionem retrorsum
conuer-

A. conuerti ab eo quod traditum est illis sancto mandato. De his
vero, qui in peccatis durant, Esaias ait. Vt qui trahitis iniquita-
tem in funiculis vanitatis, & quasi vinculum plaustrum pecca-
tum. Quo loco Hieronymus ait, Pro vinculo plaustrum septua-
ginta transferunt corrigiam iugi vitulæ, siue vaccæ. Peccatum,
enim vinculum est, dicente Salomone, funibus peccatorum
suorum vnusquisque constringitur. Eos ergo Esaias minatur
qui longo funiculo peccata protraxerint, & qui peccati vin-
culis alligati peccato seruirent. Quæ ratione vacca rufa Deo
offerenda vinculis iugi alligata esse non debet, funiculi vero
vanitatis dicuntur, quia licet fortiter hominem teneant, &
alligent, sed araneorum telas texuerunt, quas facile ventus
tollet.

B Qui ergo errorem agnoscit suum, & clamat, auditur à
Deo facile, qui venit, vt quæreret, & saluū faceret, quod perie-
rat, et huius rei causa reliquit nouaginta nouem oues in deser-
to, idest, angelos, non eos reliquit secundum diuinitatem,
sed secundum humanitatem, quam induit, secundum quam
nusquam angelos apprehendit, sed semen Abraham. Clamoribus
vero humani generis commotus venit. Vnde ait. Propter mise-
riam inopum, & gemitum pauperum nunc exurgã, dicit Dñs.

Venit vero, vt errantem ouem quærat, sicut promiserat per
Ezechielem. Ecce ego ipse requiram oues meas, quæ disper-
sæ fuerunt. Sed quomodo Domine venies? num in maiestate,
& terrore, vt prius, cum fugit Adam, & cum descendente te
C in monte cæperunt audiri tonitrua? Fugient oues, si sic
descenderis. Non ita veniam, sed visitabo oues meas, sicut
pastor visitat gregem suum, sicut pastor induit pellem ouis,
ita ego induam humanam naturam, indui ego primum homi-
nem pelle ouis, induar & ego, qui secundus sum Adam ouina
pelle, & sic indutum non timebuat oues, non fugient, sed ac-
cedent.

Accede ergo ò peccator ad Christum appropinqua ei ouis
perdita. Iã non sunt ei sicut Moyfi duræ manus, sed lenes, &
clauis transfixæ, non te auersionis præteritæ culpabit, sed ex-
cusabit, vt Ioseph cum fratribus fecit, & si Deus iustificat, quis
est, qui condemnet? Cur ò homo à dæmone pasci vis, & ab eo
in inte-

Esa. 5.

Hieron.

Prov. 5.

Numc. 19.

Psal. 11.

Eze. 34.

Gen. 3.

Exo. 19.

Esa. 53.

Psal. 118.

Eccle. 26.

1. Pet. 2.

713. Reg. in interitum duci? Siccatuſ eſt torrens, de quo Elias bibebat, & ait ad eum Dominuſ. Surge, & vade in Sareptā. Paſcebatur ibi à coruiſ Elias, ſic peccator à dæmonibꝯ paſcitur, & torrens deliciaruſ exiccarifollet, cui Dominuſ, ſurge inde, & ad paſtoruſ tuum veni.

Pſalm. 41. Sed aiſ, ego peccata reliqui, & iuſtitiaſ operibꝯ vaco, neſcioramen, an inuentuſ ſim à Chriſto. Hoc abſcondituſ nunc eſt ab oculiſ noſtriſ. Sed hac coniectura id aſſequi poteris. Si nunc tu Chriſtuſ quaeriſ, ſignuſ eſt, te à Chriſto quaſituſ & inuentuſ eſſe. Ille certe à Chriſto quaſituſ fuit, qui ait, quemadmodam deſiderat ceruuiſ ad fonteſ aquarum, ita deſiderat, anima mea ad te Deuſ. Et qui ait, ſequor autem, ſi quomodo comprehendam. Et queſ ait, ſurgam, & circuibo ciuitatem, quaerā; que diligit anima mea. Iure optimo Chriſtuſ dicere poteſt, quaſiuſ ego animam, multa itinera conſeci, vt inuenirem, detinuit illa me, diſtulit, repulit, ego faciam, vt me illa quaerat, & ſic mihi faciet ſatiſ, qui eam quaſiuſ. Sicut de Saulo ait, ego oſtendam illi, quanta oporteat illum pro nomine meo pati. Sæpe vocaui te, nec reſpōdiſti, faciam, vt ſæpe me voces, & tibi videatur, me tibi non reſpondere. Sepe queſiuſ, & fugiſti, & ego aliquo modo fugiam, & differam, cum me quaſieris, vt ſic ſatiſfaciaſ mihi, qui queſiuſ te fugientem. An non ſic ſponſe accidit, quaſi aperire noluit ſponſo, & ille declinauit, & tranſiuit, & poſtea ipſa eum queſiuſ multuſ laboribuſ, nec inueniebat. Signuſ eſt, te à Deo inuentuſ ſi Deum ardentem, & perſeue-

anter quaeriſ, &c. In Dominica

...

A In Dominica Tertia Poſt Pentecoſtem Concio Tertia.

Hic peccatores recipit. &c. Luc. 15.



B Niuersæ inſigneſ reſpublicæ, & ciuitateſ in aliqua re exceluerunt, & aliquid inſigne habere curauerunt, in quo reliquos ſuperarent. Reſpublica Romana in armis, & gubernatione excelluit, & eiꝯ inſigne illud erat, parcere ſubiectiſ, & debellare ſuperboſ. Græci ſapientiam iactabant, reliquos omneſ barbaroſ dicebant. Illuſtreſ etiam viri aliqua ſingulari virtute ornati fuerunt, quaſ eos inſigneſ reddebat. Com mendabat Moyſem, & Dauidē maſuetudo, ille erat mitiſſimuſ ſuper omneſ homineſ, hic verò ait, memento Dñe Dauid, & omniſ maſuetudiniſ eiꝯ. Salomonem ſapientia commenda uit, Iofiam religio, Alexandrum animi magnitudo, Cæſarem clementia. Et ſic in reliquiſ.

Sed quodnam eſt reipublicæ Chriſtianæ encomiuſ? quod Chriſti Domini inſigne, quiſ tituluſ? qui vulgo blaſon dicitur, egregia enim illiuſ facta titulo digna ſunt. Certe Chriſti inſigne eſt, hic peccatores recipit, & hoc voluit eſſe inſigne Eccleſiæ ſuæ, vt peccatores reciperet, curaret, atque ſanaret. Voluit eam eſſe Xenodochiuſ omniꝯ peccatoruſ, in qua vniuerſiſ animi morbiſ mederetur. Et in hoc opus Euāgeliiſ condidit, quod virtuſ Dei eſt in ſalutem omniſ credēti, vt Pauluſ ait. Et vniuerſa ſacramenta inſtituit, quaſ medicinaſ peccatoruſ ſunt. Et ad hoc ipſe exaltatuſ in cruce eſt, vt medeatur omniꝯ, qui à ſerpente antiquo morſi ſunt. Sicut exaltauit Moyſeſ ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filiuſ

Num. 12.
Pſal. 131.

Rom. 1.

filium hominis, ut omnis, qui credit in illum, non pereat, sed A
habeat vitam æternam.

Intelligens verò dæmon Ecclesiam à Christo Domino in-
stitui, in qua sanarentur omnes, quos ipse vulnerabat summo
odio in Christum exarsit, quoniam regnum ipsius euertebat.
Hinc in Christum armatur, & nullum conuertebat peccato-
rem in sanam mentem, cuius causa non statim murmur excita-
ret dæmon. Sic murmurat Pharisæus, quod Magdalena exci-
piatur. Et nunc murmurant Pharisæi, quia hic peccatores reci-
pit. Nollet ille peccatores salutari restitui, & à potestate Satha-
næ in lucem prodire. Sicut ergo olim Pharaò curabat, ne Israel
egrederetur ex Aegypto, ita nunc curat dæmon, ne pecca-
tor ab eius potestate procedat. Christus verò peccatores recipit. B
quia venit filius hominis, ut dissoluat opera diaboli. Et
cum Petrus ait, exi à me Domine, quia homo peccator sum,
oppositum rectius intulisset, veni ad me Domine, quia ho-
mo peccator sum, quia medicus in domū infirmi venire debet.

Plures fuerunt in Ecclesia errores, ab his inuenti, qui cum
in Ecclesia fuissent, extra illam per heresim facti sunt. Sed om-
nium errorum stupidissimus, & perniciosissimus fuit Nouati
error, qui negauit pœnitentiam post baptismum. Contra quæ
sancti plurima scripserunt. Fuit hic error perniciosissimus, quia
ut dicit Basilius homilia. 29. de pœnitentia. Desperatio nanque
quæ ab aduersarijs introducit, eum, qui semel cecidit, in pœ-
catis volutari, ac perdurare, pœnitentiæ verò expectatio iacē-
tem fergere, & amplius non delinquere, hortatur. Simul verò
stupidissimus hic error fuit, quia, ut Ambrosius libro de pœni-
tentia dicit, hi diuinitatis naturam, & Dei bonitatem omnino
ignorauerunt. Et si in alterutrâ partem esset declinandum, po-
tius dicere debuissent, omnia Deum ignoscere, etiam sine pœ-
nitentia, quam negare pœnitentes à Deo admitti. Summa diui-
næ bonitatis laus est, peccatoris misereri, eique parcere, ut late
probat Tertulianus in libro de Dei patiētia. Et ideo Paulus has
appellat diuinæ bonitatis diuitias, cum ait. An diuitias bonita-
tis eius, & patientiæ, & lōganimitatis contēnis? Si ingeniū, & na-
tiuam Dei nostri conditionē nosse vis, scito, esse ignoscere, &
misereri, & qui misericordiam Dei nostri non nouit, Deū peni-
tus igno-

Luc. 7.

Exo. 5. 6. 7.
8. 9.2. Ioan. 3.
Luc. 5.

Basil.

Ambros.

Tertul.
Rom. 2.

A tus ignorat, & quid Christus sit, & ad quid in mūdum venerit, Luc. 4.
nescit. De se ipso explicuit illud Esa. spiritus Domini super me, Esai. 61.
eo quod vnixerit me, ad annuntiandū pauperibus misit me, ut
mederer cōtritis cordes, & prædicarē captiuis indulgentiam, &
clausis apertionem, Nec enim est Iesus ut Moyfes, qui extēdes
man⁹ super mare, Aegyptios suffocauit, & vidēs idola colētes,
magnā stragem fecit. Nec est, ut Iosue, qui populos interemit, Exo. 14.
& Achā cōfitētē peccatū lapidibus obruit. Nec ut Iephte, Exo. 32.
qui ad vada Iordanis Ephratēos trucidat. Sed saluator est hominū,
eis indulgens, & peccata cōdonans, peccatores suscipiēs. Arca-
nū fidei nostrę mysteriū, quod proinde in symbolo ut articu-
lus fidei proponitur, est, credo remissionē peccatorū. Nullus pec-
cator adeo multa patrare crimina potest, cui remissio, & reme-
diū non sit, si ad Christū veniat. Et hic summus Christi honos
est, ut nullus sit adeo desperatus, qui in eo remediū facile non
inueniat. Hinc Psa. quia apud te propitiatio est, & propter legē
tuā sustinui te Dñe. Sperandū ergo nobis in Christo semper.
Ideo Psa. Et veniat super me misericordia tua Dñe, salutare tuū
secundū eloquiū tuū, & respōdebo exprobrātibus mihi verbū,
quia speraui in sermonibus tuis, & ne auferas de ore meo verbū
veritatis vsque quaque, quia in iudicijs tuis super speraui. Et ite-
rū. Qui timent te videbunt me, & lætabuntur, quia in verba tuā
super speraui. Et iterum, in verbum tuū supersperaui. Non so-
lū ait speraui, sed supersperaui, quod super spem addit, quasi di-
cat, erit mihi spes super spem, quia in omni peccato, & in omni
miseria, in supremo discrimine sperabo semper. Et hoc est illud
verbū melle dulcius. Omne, quod venit ad me, non eijciam fo-
ras, quod idem est cū eo, quod nūc dicitur, hic peccatores reci-
pit, indiscriminatim omnes peccatores, nullum excipit, om-
nem curat, ac sanat si ad eum accedere velit.

De qua re Basilius vbi supra, sic ait. Quid tibi ò peccator de
mō dicit? nō est salus ipse in Deo ei⁹, sed De⁹ ait. Qui cadit, nō
adijciat, ut resurgat? nō persuasit tibi nudo verbo, persuadēbit
cōspicuo exēplo. Quid enim nō tā potest elui atq; cocinū? quid
niuis cādori equari potest? & tamē qui ista cōdidit, dicit. Si fue-
rint peccata vestra ut cocinū, quasi nix dealbabuntur. Non es
persuasus exemplo? vel iuramento affirmanti Deo crede. Vt
ego,

ego, dicit Dominus, quia nolo mortem peccatoris, sed magis A
 ut conuertatur, & uiuat, qui uiuit, uiuere uult peccatorem. Si
 uerbo, exemplo, & iuramento non credis, vel operibus cre-
 de. Non est subuerfa Niniue, quia poenitentiam egit, humilia-
 tus Achab est, & dicit Deus, non inducam in diebus eius ma-
 la. Peccauit Dauid contra præcepta tria, ut uerò uideret festu-
 cam in oculo alieno, qui fortasse in suo trabem nõ uiderat, effi-
 citur iudex in causa aliena, in se ipsum sententiam fert iustam,
 licet enim peccator esset, tamen Dauid erat. Dicit, peccauit,
 & statim audit, Dominus transtulit peccatum tuum. Idem peruer-
 so Manasse accidit. Videamus, quid Christus dicat, & quid fa-
 ciat, non ueni uocare iustos, sed peccatores peccatores recipit,
 ouem portat super humeros, ficus expectatur licet infrugifera B
 spe futuri fructus, quid dubitas? Magdalenam recipit, Petrum,
 Paulum quomodo te non recipiet? hæc Basilius.

Sed ais, maxima ista bonitas est, & summa misericordia,
 quæ omnem vincit malitiam, & nulli peccato non parcat. Cer-
 te maxima, & quæ omne humanum ingenium superat, & ideo
 tanquam articulus fidei proponitur, cum dicimus, credo remis-
 sionem peccatorum. Sed maior nihilominus Dei bonitas, & mi-
 sericordia est, ut pote infinita, nec potes tu adeo malus esse, ut
 Dei bonitatem superes, aut æques, maior longe Dei bonitas
 omni malitia, & eius misericordia quam miseria nostra.

Murmurantibus uerò Phariseis respondet Christus Domi- C
 nus parabola proposita ouis perditæ. Homo merito ouis dici-
 tur, hinc Dominus, uos autem oues pascuæ meæ homines
 estis. Ouis per se ipsam uiuere nequit, maximè indiget pa-
 storis cura, & industria, ut eam ducat, & reducat in pascua, &
 in caulam. Si forte errat, nescit, in domum, vel caulam redi-
 re, cum alia animalia id norint. Cætera animantia habent
 arma, quibus se tueri valeant, ac ab impugnantibus defen-
 dere; ouis uerò secus, si pastor eam non reducit, tueturque,
 perditam puta. Sicut ergo dixit Augustinus, palmiti unum
 conuenit è duobus, aut uitis, aut ignis. Ita de oue di-
 cendum, ei conuenit aut pastor, aut lupus. Huiusmodi
 per omnia homo est. Attende nunc oues sub pastoris ba-
 culo, & cura degentes Ecclesiastici. 34. Oculi Domini super
 timentes.

Ezech. 34.

Aug.

Eccles. 34.

A timentes eum protector potentia, firmamentum uirtutis, te-
 gimen ardoris, umbraculum meridiani, deprecatio offensio-
 nis, adiutorium casus, exaltans animam, & illuminans oculos,
 dans sanitatem, & uitam, & benedictionem. Quibus uerbis ostē-
 ditur, diuini pastoris cura uniuersa mala propulsari ab homine,
 & uniuersa ei bona uenire, ponitur enim quinq; paria, ad hoc
 pertinentia, quæ Deo tribuuntur. Primum par est, protector
 potentia, firmamentum uirtutis, id est, protectio fortis, & fir-
 mamentum robustum, protector, quia defendit à malo, firma-
 mentum, quia ei tuto inniti licet, per quem ad fortia peragen-
 da homo roboratur. Secundum par est, tegimen ardoris, & um-
 braculum meridiani, quibus significat. Deum instar tegumēti,

B & umbraculi protegere suos à malis huius uitæ affigentibus in-
 star æstus meridiani. Et alludere uidetur ad illud Esaiæ, & ta-
 bernaculum erit in umbraculum diei ab æstu, & in securitatem
 & absconsionem à turbine, & pluuia, tegimen ardoris, id est,
 tegumentum contra ardorem, umbraculum meridiani, id est,
 contra meridianum calorem. Tertium par est, deprecatio
 offensionis, & adiutorium casus, id est, Deus est, à quo
 deprecatione cauemus casum, uel deprecatio accipitur pro de-
 pullione, sicut uerbum deprecari accipitur nõnquam pro de-
 pellere, adiutorium casus, id est, contra casum. Duo sequentia
 paria significant bona, quæ Deus suis confert, sicut tria priora
 mala quæ depellit. Ait enim, exaltans animam, & illuminans
 oculos, id est, licet aliquando permittat suos cadere, sed eos exal-
 tat, & cæcitate pulsa oculos letificat, & illuminat, & tandem
 concludit, dans sanitatem, uitam, & benedictionem, quibus uni-
 uersa hominis bona, siue corporalia siue spiritualia comprehen-
 duntur. En ouis felicitatem, cum sub tanto pastore est.

Sed quomodo perit hæc ouis? Cum peccat, à pastore rece-
 dit, & elongatur, & sic perditur, nesciet illa redire, nisi à Deo
 quærat. Est peccatum labyrinthus, in quod semel quis ingre-
 sus exire industria sua non potest, imo amplius, & amplius
 perditur, & irretitur, quo amplius in eo procedit, nisi à Deo iu-
 uetur, sicut ouis errans, quo plus ambulat, plus aberrat. Mani-
 festum id in Saule est, quia Deo recessit inobediens propter
 Agag, & deinde in innumera peccata incidit. Sed & in Dauid
 id licet

Esai. 4.

Simile.

id licet videre, qui peccato adulterij admisso, statim homicidij peccatum aggreditur, scripta epistola ad Ioab. Iungamur nunc lateri Davidis scribentis epistolam illam, & dicamus ei, quid scribis? non ne tu es, qui dicebas, lauabo inter innocentes manus meas? & his manibus hanc scribis epistolam? an non tu ille, qui dicebas, in via mādatorum tuorū delectatus sum, sicut in omnibus diuitijs, annon tu qui pepercisti Sauli inimico, & Abfalon? cui promissus Christus Dominus est, quid nunc agis quid scribis? Certe alterum hominem eum poteris nuncupare, prius Dei filius, nunc dæmonis mancipium, prius ouis pascuæ Dei, nunc ouis errās, & quo plus procedit in via, plus aberrat, donec à Deo quærat.

Sed nihilominus David licet erraret, sed ouis erat, reprobi namque ferarum more, si à domo Dei exeunt, redire nolunt, imo, & contra reuocantes sæuiunt, vt si leo à domo tua fuerit, reuari non vult, & te discerpet, si reuocare volueris. Ouis vero si errauit, & quæsieris eam, non contra nititur, facile eam in caulam reuocabis. Annon ouis Petrus qui ad primum Christi aspectū reuocatus est? Respexit Dñs Petrū, & fleuit amare. Iudas verò tanquā leo à Dei domo discessit, noluit reuocari licet pluribus verbis, & factis illud Christus Dñs curauerit? Petrus tanquam columba, ad arcam redijt, Iudas tanquam coruus egrediebatur, & non reuertebatur, spiritus vadens, & non rediens, David errauit sicut ouis, qui à Nathan correctus, statim ait, peccauit, Saul vt leo, qui à Samuele correctus ait, honora me coram senioribus Israel. Deinde ouis, cum errauit, clamat, & bala tibus conqueritur, vt à pastore audiatur. Annon ouis David, qui ait, errauit sicut ouis, quæ periit, quære seruum tuum Domine. In libro de naturis rerum memoriæ proditum est, esse auē quæ dicitur auis paradisi, quia pulcherrima est, & eius pennæ omnem colorem exprimunt, eius vox dulcissima est. Si tamen illaqueatur, irremediabiliter gemit, ac queritur, nec clamoribus finem ponit, donec reddatur libertati. Huic similis prædestinatus est, cuius origo, è cælo, & paradiso est, qualis cælestiales & cælestes, pulcher, & decorus, voce dulci, si peccato capiatur, plangit, & ululat, balat, sicut ouis, quæ periit, an non sic Magdalenæ, Petrus, Latio, Chanaanæ?

Nisi verò

A Nisi verò à pastore ouis requiratur, redire non potest in caulam, ideo vt ouem errantem quæreret pastor bonus, ouile induit pellem factus homo, & baculum crucis manu tenuit, & in similitudinem carnis peccati apparuit, & venit quære, & saluum facere, quod perierat. Et sicut pastor inueniēs ouem inter vepres illuc ingreditur per spinas, & tribulos. Ita genus humanum erat inter vepres, vt Aries ille, quem Abraham inuenit. *Gene. 22.* Vt nos eriperet pastor bonus, in spinas se dat, & in omnē nostrā tribulationem, & miseriam, vt nos ab ea eripiat. Hoc vero inuenit Deus se facturum, dum in rubo apparuit Moyfi, quia populus Israel in laboribus erat, se Deus in spinis pbsuit, vt eum liberaret. Et tanta ardet charitate in peccatores, adeo desiderat, eos reuocare, vt nunc paratus sit, si opus esset similia multa pati. Cum Demophilus quidam in duriter traxisset sacerdotē peccatorem, qui ab eo pœnitentiā poscebat, ad eum Dionysius Arcopagita epistolam scripsit, narrans quod ei Carpus Cretæ episcopus retulit sibi contigisse. Cuius viri tanta erat sanctitas, vt nunquam sacrā faceret, nisi diuina prius admōnitio reuelatione. Hic vir peccatorem quandam ad Deum conuertit, sed eum alter cito auertit à via recta, cumque ambo scandalum essent pluribus, orabat Carpus Deum, vt eos è medio tolleret, ac perderet. Cum nocte ad matutinas recitandas surgeret, Deum orauit, vt illos peccatores puniret. Subito vidit celos apertos, & Iesum in throno gloriæ stantem spiritibus Angelicis stipatū cumque oculos inclinaret subter, vidit os inferi apertum, & in eo duos illos homines peccatores summo timore correptos quos serpentes cingebant, & curabant in infernum iactare. Vidit etiam alios homines, qui curabant eos in baratrū trudere, & ipse Carpus accedens id etiam curabat, ac nitebatur. Cum vero oculis eleuaret, vidit Iesum compassione motum erga illos peccatores, è throno descendere, vt eos à tanto periculo eriperet, adiuuantibusque Angelis ille suis manibus ab inferni faucibus liberauit eos. Conuersusque ad Carpum, qui adhuc exten tam manū aduersus illos habebat, dixit illi, me percutere Carpe, me propelle, in me irascere, paratus sum, iterum hæc perfere, si ad salutem hominum necessarium sit, & hoc mihi gaudij erit, dum modo perire homines non patiar. *En viscera pietatis Christi*

T 4

Christi

Luc. 22.

Gene. 8.

Psal. 77.

1. Reg. 15.

Simile.

Christi in nos. Erat vita nostra inferno appropinquas, & demones nos in eum pellere curabant, descendit Christus Dominus de celo, ut nos eriperet, seq; ipsum in labores dedit, ut nostra tolleret. Et nunc iterum paratus est, si oporteret, multa pati pro nobis, summa, & immensa hæc charitas est.

Sed Domine quid quaeris amissam quem? quid tu amisisti? ille amisisse dicitur, cuius est damnum, peccatoris vero damnum est, ille te amisit, ille te quaerit, tu vero quid amisisti? Mirus Dei hic amor est, nos sumus, qui amisimus, & ille amisisse se dicit, Deus nos quaerit, cum nos eum quaerere debemus, Deus festum diem agit, cum nos inuenerit, cum nos die festum agere deberemus.

Denique. *Gaudium est in celo super vno peccatore poenitentiam agente, quam super nonaginta nouem iustis, qui non indigent poenitentia.* Dubium est, cur maius gaudium sit de peccatore conuerso, quam de iusto, cum innocentia sit maius bonum quam poenitentia.

Respondetur primo. Loquitur Christus Dominus non de iustis simpliciter, sed de iniustis Pharisæis, qui sibi iusti videbantur. De quibus Paulus. Volentes suam iustitiam statuere, iustitiae Dei non sunt subiecti. Plus vero gaudij in celo est de vno peccatore poenitentiam agente qui vere iustus iam est, quam de multis simulate iustis. Hinc Sapiens, multi genera autem impiorum multitudo non erit utilis, nec lætatur Deus in multitudine filiorum infidelium. Hinc Esaias. Et erunt qui beatificantur populum istum seducentes, & qui beatificantur præcipitanti, propter hoc super adolescentulis eius non lætabitur Dominus, & ideo Esaias ait, multiplicasti gentem, sed non magnificasti lætitiā.

Respondetur secundo. Si hæc verba Christi Domini de vere iustis accipiantur, attendenda est doctrina Gregorij, in homilia, plerumque hi, qui nullis se oppressos peccatorum moli bus sciunt, stans quidem in via iustitiae, sed tamen ad caelestem patriam non anhelant, tanto que sibi in rebus licitis usum præbent, quanto se perpetrasse nulla illicita meminerunt, & plerumque pigri remanent ad exercenda bona præcipua, quia valde sibi securi sunt, quod nulla commiserint mala grauiora. At con-

tra

Atra non unquam iij, qui se aliqua illicita egisse meminerunt, ex ipso suo dolore compuncti inardescunt in amorem Dei, seseque in magnis virtutibus exercent, cuncta difficilia sancti certaminis appetunt, omnia mundi derelinquunt, ad caelestem patriam anhelant, & quia se errasse à Deo considerant damna præcedentia lucris sequentibus pensant. Maius ergo de peccatore sic conuerso, quam de stante iusto fit in celo, gaudium, quia & dux in prælio plus eum militem diligit, qui post fugam reuersus hostem fortiter premit, quam illum, qui nunquam terga præbuit, & nunquam aliquid fortiter fecit. Sic agricola illam amplius terram amat, quæ post spinas vberes fruges profert, B quam eam, quæ nunquam spinas habuit, & nunquam fertilem messem produxit. Hæc Gregor.

Respondetur tertio. Maius gaudium de peccatore conuerso esse, quia de iustis stantibus non est noua ratio gaudendi, est vero de peccatore, qui ad gratiam redit. Sicut pater de salute desperata filij, gaudet plus, quàm de aliorum filiorum salute, qui infirmati non fuerant. Et quemadmodum si pater plures filios habeat, quorum vnus mutus sit, si forte hic loquatur, plus lætatur pater de eo, quam de aliorum loquela, propter nouam rationem gaudendi. Ita cum omnia opera Domini loquantur Dei laudes, solus peccator mutus erat, nihil recti loquebatur, cum vero in gratiam redit, locutus est mutus, mirantur, & gaudent omnes.

C Sed ut hoc caeleste gaudium in peccatoris conuersione explicemus, attende. Non esse hoc gaudium in solis Angelis, quibus Bernardus ait, vinum sunt lachrymæ poenitentis, sed, & in Deo ipso, Trinitas enim beatissima lætatur in peccatoris conuersione. Vnde per Hieremiam ait. Et lætabor super eis, cum bene eis fecero. Lætatur pater, quia nouum acquirit filium, filius, quia nouum membrum, in quod transfundat merita sua, Spiritus sanctus nouum membrum, quod viuificet, nouum replum, quod inhabitet. Deus quidem gaudere non dicitur, quia aliquid gaudio illius addatur, quid enim prodes Deo si iustus fueris, aut quid ei conferes, si immaculata fuerit via tua? Licet vniuersi homines, & Angeli damnentur, nihil gaudij Deus amittet, & si omnes salutem æternam consequantur, nihil eradi-

T S.

citur.

Rom. 1.

Sap. 4.

Esai. 9.

Esai. 19.

Gregor.

Simile

Bernar.

Hier. 32.

Iob. 22.

ejtur, Ego Deus, & non mutor. Dicitur ergo Deus gaudere in peccatoris conuersione, quia si Deo adijci lætitia posset, hoc eam adijceret, quia hic summam ostendit bonitatem, vnde hic summe glorificatur. Sicut Aristoteles dicens motum æternum, ab oriente cepisse dicit, quia si principium haberet, inde illud sumeret.

Videamus ergo, quo pacto in peccatoris conuersione Deus maximè glorificetur, & eius gloria, ac bonitas præcipue splendeat, quæ licet in se crescere non potest, in ostensione crescit. Dicimus itaque, nec in mundi creatione, nec in iusti conseruatione, nec in eius glorificatione, ita diuina bonitas illustratur, ac ostenditur, vt in peccatoris conuersione, & ideo hoc opus eum lætificare dicitur. Ad hoc notanda est Augustini doctrina in Psal. 108. qui ait, Triplex est bonitas, prima, benefacere ei, à quo bona accepisti. Secunda, benefacere ei, à quo nihil boni, vel mali accepisti. Tertia, benefacere ei, à quo plura mala accepisti. Primum bonum quidem est, sed infimum, quia, vt Christus Dominus ait, Ethnici, & publicani id præstant, & natura nos ad id inclinât, & bruta id faciunt, cognouit bos possessorem suum. Secundum superius quid est. Sed tertium summe bonitatis est, cum bene de his mereris, à quibus mala accepisti. Hoc opus heroicum, & perfectio Evangelica. Benefacite his, qui oderunt vos, vt sitis filij patris vestri. Et commendat Deus charitatem suam in nobis, quia cum adhuc inimici essemus, Christus pro nobis mortuus est. Cum ergo Deus mundum condidit, & gratiam Angelo, & homini dedit, benefecit eis, à quibus nihil boni, vel mali acceperat. Sed cum iustificat impium, benefacit ei, à quo malum accepit grauissimum. Quando mihi de dignitate, ostendit bonitatem suam, & diuinam largitatem. Sed quod postquam in eum peccaui, ille me insequatur, vt ad se ducat, quod cum ego præditiones in eum machinor, & operor ille, vicissim innumera bona faciat, & gratiam conferre velit, & simul conueniant innumera ex me peccata, & innumera illius beneficia, hoc planè diuinæ, & infinitæ bonitatis est, & summe Deum glorificat. Et ideo hoc primum proposuit Psalm. vt diuinæ laudis materiam. Benedic anima mea Domino, &c. qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, &c. nõ secundò peccata nostra

Aristo.

Aug.

Matt. 5.

Esaï. 1.

Rom. 5.

Psal. 102.

A nostra fecit nobis, nec secundum iniquitates nostras retribuit nobis. Ex parte ergo eius, cui beneficium confertur, summum Dei opus est conuersio peccatoris, in quæ eius bonitas præcipue elucet, & ideo illè de hoc gaudere dicitur præcipuo gaudio. Licet enim malis donum sit innocentia, quam penitentia sed maioris bonitatis indicium est peccatori inimico conferre gratiã, quã amico perseuerantiã ingratiã, & ipsam etiam gloriã, sicut maior virtus in te necessaria est, vt beneficias hosti etiam in re minori, quam vt amico in maiori; hinc Paulus Rom. 5. plius ducit iustificare peccatorem, quam glorificare iustum, licet gloria sit maior gratia, quia plius est conferre inimico gratiam, quam amico gloriã. Et sic tanquam à maiori ad minus arguit, si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filij eius, multo magis reconciliati salui erimus in vita ipsius, quasi dicat, qui fecit, quod maius est, faciet, quod minus. Hinc est, quod beneficentia Dei in peccatores maximis encomijs in scriptura celebratur. Hinc Psal. mirifica misericordias tuas qui saluos facis sperantes in te, id est, mirabiles fac misericordias tuas in peccatoribus, & iterum, confiteatur Dño misericordie eius, & mirabilia eius filijs hominum, & suscepit eos de via iniquitatis eorum, ecce mirabilia, & misericors, & miserator Dominus longanimis, & multum misericors, & iterum, homines, & iumenta saluabis Domine, quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam Deus, per iumenta eos accipe, qui computruerunt vt iumenta in stercore suo.

Secundo in hoc opere ostenditur præcipue diuina bonitas, propter operis difficultatem. Cum opus aliquod facile est, minor bonitas illud præstat, sicut leue pondus à minoribus viribus portatur, vnde ad facilia dixit Aristot. opus nõ esse virtutis, virtus verò versatur circa difficile. In conuersione verò peccatoris opera interueniunt difficillima, quæ sola diuina bonitas prestare poterat, tum ex parte gratiæ, tum ex parte dispositionis necessariæ ad illã suscipiendã. Ex parte quidè gratiæ, quia vt ea concederetur, necessaria fuit Christi passio, & meritum. Iustificati gratis per gratiã ipsius per redemptiõem, quæ est in Christo Iesu, vbi necessarius Christi sanguis est, an non opus difficile? Sed iam pretium illud datum est, nunc non datur. Satis est, vt opus iustifi-

Rom. 5.

Arist.

Rom. 2.

iustifi.

injustificationis difficillimum dicatur, quod illud fuerit necessarium. Non solum enim magnum donum est, quod nunc pretio magno emitur, sed illud etiam, quod olim maximo pretio emptum est, & nunc tibi conceditur. Gratia ergo, quæ tibi nunc gratis datur, à Christo emptæ est pretio sanguinis sui. Cum ergo gratia confertur, manifestatur in cælo Christi meritum, & passio. Ostenditur medicina peccati, & ideo bonitas Dei infinita ob oculos posita gaudium novum cumulat beatissimum, ea verò cernitur in curatione peccatoris, & in medicina ei adhibita.

Secunda huius operis difficultas est, disponere peccatorem, ut gratiam suscipiat. Nullus enim peccator suis viribus disponi potest ad gratiam, sed à Deo disponendus est, quia nemo venit ad me, nisi pater meus traxerit eum. Sicut ergo agens naturale, quod dat formam, disponit ad eam suscipiendam, ita Deus, qui gratiam dat, disponit, ut ea suscipiatur. Non ergo Deo solum gratiam, debemus, sed etiam dispositionem ad illam, & cum ad hanc sit necessarius liber consensus voluntatis, hunc Deus curat, & sæpe per annos, & tempora illum negamus. Et Deus unico verbo mundum condidit, & multis verbis non obtinuit à nobis consensum, sed ei resistimus, & morosos nos, & difficiles exhibemus. Unde ait. Vocavi, & tenuistis, despexistis omne consilium meum. Hoc mire in se Augustinus depinxit, dicebat Deo. Sine modo paululum. Hinc per Ieremiam Deus ait. Laboravi rogans. Annon tibi durum est, si cum homine vili, & agresti ac moroso agis, qui rationi non assentitur? Huiusmodi est peccator, cum quo Deus nunc agit, gens absque consilio est, & sine prudentia. Et hoc fecit, ut diceret, generatio incredula quando ero vobiscum? quando vos patiar? Deinde dolore afficitur homo, si in puncto amittat, quæ longo tempore lucratus est, ut si in mari mercatori pereant omnes merces. Multis laboribus à te obtinuit Deus conversionem, & accepta gratia facili occasione omnia proijcis in profundum maris, annon hoc Deo dolorem incuteret, si dolere posset? Nihilominus pro sua infinita bonitate iterum Deus operatur salutem tuam, se sollicitat, ac rogat, an non hæc immensa bonitas?

Angeli

A Angeli verò sancti lætantur etiam, tum propter ea, quæ diximus, tum etiam quia patroni nostri sunt in bello spirituali. Et quemadmodum patronus militis gaudet, cum miles ipsi demandatus victoriam reportat, ita Angeli, cum nos victores euadimus. Mira Dei in hominem dilectio, perit seruus fugitiuus, & festum diem rex agit, quia inuentus est, ac si filium inuenisset, ac si regnum novum acquisisset. Nos filios habet Deus, & ideo quemadmodum si regis filius à barbaris ereptus rediret, gauderet rex, & vniuersa curia, ita cum homine agitur. Lætifica ergo ò peccator Deum, & beatos conuersione tua. Cum aulici norunt, B regi aliquid gratissimum, illud ei deferunt. Sic tres fortes attulerunt Dauidi aquam de cisterna. Deo ergo hoc offer gratissimum, conuersionem tuam. Ingrata multa fecisti Deo tuo sæpe, hoc ei exhibe gratum, & id facile præstabis, in corde tuo id perages. Maximos viros non commouet nisi res magna, maximum plane malum

peccatum, quod Deum contristare aliquo-

modo dicitur, maximum bonum con-

uersio, quæ eum, & An-

gelos lætifi-

cat, &c.

(:)

Dominica

Ioan. 15.

Prover. 1.

August.

Hiere. 15.

Deut. 32.

Mar. 9.

2. Reg. 24.

Dominica Quarta Post Pen- tecosten.

*Them. Duc in altum, & laxate retia vestra in
capturam. Luc. 5.*



Reponitur hodie nobis Christus Dominus pis-
cator piscium, & hominum, quo in munere, si-
cut in alijs, Maria inter puras creaturas prima-
tum tenuit. Cum enim Verbum diuinum versa-
retur in pelago illo immenso paterni pectoris,
& mundus eo pisce maximè indigeret, vt osten-

Tob. 6.

sum est, in Tobiaë pisce, cuius visceribus dæmon pulsus est, & felle cæcitas curata, quis nam piscatorum illum capere potuit, & hamo extrahere in terram, nisi Maria, quæ escâ humilitatis proposita, cum dixit, ecce ancilla Domini, illum exire fecit à patre, & in mundum venire? Quæ verò oratione sua illum de cælis in terram traxit, poterit etiam in mentes nostras deducere, illud vt faciat, oremus, Ave Maria.

Duo hæc munera piscatoris, & prædicatoris valde inter se conueniunt voce, & re ipsa. Hodie Christus Dominus piscato-
rem se exhibet animarum, & plures efficit piscatores, qui ei ad iutores sint hoc in munere. Videamus nunc mare, pisces, & pis-
catores. An non mundus iste mare est? Sicut mare salsum est, procellis, ventisque agitatum, periculis plenû, syrtibus, & scopulis abundans, in quibus plerique misere pereunt. Ita in hoc mundo quid videas nisi amaritudines, tentationes, pericula ubique, in quibus cum animæ, tum corpora pereunt? Pisces maris huius homines sunt. Et ideo quemadmodum pisces in mari summa celeritate, ac diligentia huc illucque discurrent, quasi negotia maxima tractarent, cum tamen nihil negotij illis sit, sed vana cursitatione huc, illucque perambulant. Sic videas homines in hoc mundo versantes, adeo in temporalibus solici-
tos,

Similes

atos, per vniuersum mundum discurrentes lucri causa, ac si æter-
na illa essent, & vera bona, cum tamen nihil sint. Hinc Sapiens,
peccatori dedit afflictionem, & curâ superfluam, vt addat, & cõ-
greget. Sed & hoc vanitas est, & cassa sollicitudo mentis. Deinde
sicut pisces maris inuicem se deglutiunt, præcipue verò maio-
res pisces. minores deuorant, ita diuites, & potentes huius sæcu-
li pauperes, & minores vexant, & opprimunt. Hinc Iacobus.
Nonne diuites per potentiam opprimunt vos? Et Propheta, &
taces, deuorâte impio iustiorum se, & facies homines quasi pis-
ces maris.

Eccles. 2.

*Habat. 2.
Iacob. 1.*

In hoc mari dæmon olim præcipue, & nunc magna ex par-
te piscatur homines, quia fur est, qui venit, & mactet, & perdat.
Innumeros vero capit homines, quia eis proponit escam dul-
cem, voluptatem, scilicet, qua homines capiuntur, non atten-
dentes hamum latentem damnationis æternæ. Plato dixit ma-
lorum escam voluptatem, & Architas Tarentinus aiebat, (re-
ferente Cicerone) Libidine dominante temperantiæ nullum lo-
cum esse, nec in voluptatis regno virtutem posse consistere.

Ioan. 10.

*Plato.
Cicero.
de Senectû.*

Nec solum hac escâ proposita homines decipit, sed innumeris
fallendi artibus vtitur, quibus miseros decipit homines, inter
quas vna est, qua se versutum ostendit piscatorem. Sicut enim
astutus piscator cum hamo cepit piscem grandem, non eum
statim in terram extrahit, nec exasperat, aut dura manu tractat,
(si enim id ageret, omnia rumperet piscis, & liber abiret) sed ei
blanditur, largam chordam concedit, vt libere per aquas vage-
tur, sic enim hamum omnino deglutit, & lassatur, ac deficit, vt
facile in terram trahi possit. Ita dæmon, callidissimus super om-
nia animantia terræ, misso ad te hamo cooperto voluptate, aut
gloriola vana, te cepit, & in graue peccatû impulsit, quo admissio
te tenet. Sed ne ab eo discedas, & vincula eius dirumpas, aliqua
bona opera agere concedit, non vt te dimittat, sed vt securius
teneat. Sic Herodem tenebat per adulterium, permittit tamen
vt Ioannem audiat, & eo audito multa faciat, sed tandem eum
impulsit, vt Ioannem occideret, & demum in æternum periret.
Decipit te incautû astutus dæmon, permittens bona aliqua fa-
cere, quibus tibi securus videaris, & viam in cælum agere te
credas, cum in infernum properes, quoniam si lethali crimi-

Simile.

Mar. 6.

ne aliquo

ne aliquo teneris, omnia tibi inutilia erunt.

Eccles. 1.

Inimici huius astutias nullus enumerare valet, astutias illius quis cognouit? Sapiens ait. Hac esca proposita, voluptate scilicet, & his astutijs vniuersum pene genus hominum capiebat olim. Audi gloriantem ipsum per Esaiam. In fortitudine manus mee ego feci, & in sapientia mea intellexi, & abstuli terminos populorum, & principes eorum deprehdatus sum, & detraxi quasi potens in sublimi residentes, & inuenit quasi nidum manus mea fortitudinem populorum, & sicut colliguntur oua, quæ derelicta sunt, sic vniuersam terram ego congregaui, & nõ fuit, qui moueret pennam, & aperiret os suum, & ganniret. Mirabilis profecto dæmonis arrogantia, & potentia his verbis ostenditur. Et huius rei querelas proponit Deo Habac. Quare

Hab. 1.

non respicis super iniqua agentes? & taces de uerente impio iustiorum se, & facies homines quasi pisces maris, & quasi reptile non habens principem? Totum in hamo subleuauit, traxit illud in sagena sua, & congregauit in rete suam, super hoc lætatur, & exultauit, propterea immolabit sagena suæ, & sacrificabit reti suo, quia in ipsis in crassata est pars eius, & cibus eius electus. Propter hoc ergo expandit sagenam suam, & semper interficere gentes non cessat. Hinc etiam Psaltes ait. Cadent in reticulo eius peccatores. Et Sapiens. Sicut pisces capiuntur hamo, sic homines in tẽpore malo, tempus malũ dicit tẽpus tẽtationis, sic enim vocat Paulus diem malum diem tẽtationis, dicens, accipite armaturam Dei, vt possitis stare in die malo. Dæmon ergo homines piscatur in ipsorum interitum, quia fur nõ venit, nisi vt furetur, & mactet, & in mortem ducat sempiternam.

Psal. 140.

Eccle. 9.

Ephe. 6.

Ioan. 10.

Miseratus Dominus vicem piscium horum, & dolens sempiternum eorum interitum, misit filium suum, vt homines piscaretur, non in piscium interitum, sed vitam. Ego veni, (ait ipse) vt vitam habeant, & vt abundantius habeant, vt relicta sensuali vita, celestẽ viuãt. Piscis, & piscator factus est dũ homo dignatus est fieri, & vt hũc piscẽ caperet, ad eũ accessit tẽtator. Sed factus est similis pisci, qui dicitur Torpedo, qui a Egyptijs Hieroglyphicũ fuit defensoris multorũ, ac liberatoris reipublicæ. Quia cum in reti aliquo capitur cum alijs piscibus, per fila retis ven-

Ioan. 10.

Matt. 4.
Hieroglyphicam.

num im-

Anũ mittit, quo torpere facit manus piscatoris, & sic relinquit vniuersos pisces liberos, quos reti tenebat inclusos. Ita planẽ dæmoni cum Christo Domino accidit, quem cum reliquis hominibus capere voluit, sed eius virtute omnes liberati sumus. Vt ei dicamus. Dirupisti Domine vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. Piscator vero hominum factus est, dum eos ad se traxit, nec ei deesse esca potest multo suauior ea, quam dæmon proponit, hæc vero est delectatio virtutis. Vnde Sapiens. Sapia est secundum nomen est eius, id est, nomine suo dicit, Sapidam esse scientiam. Esca etiam eius sunt innumera ipsius beneficia, quibus nos ad se allicit, esca est promissio æternorum bonorum.

Psal. 145.

Eccles. 8.

Sed nunc vos alloquor rationales pisces, quis piscium, si ratione utitur, piscari se permittet ab eo, qui ei necem machinatur æternam, & eum fugiet, qui vitam donat sine fine mansuram? Quæ nam ouis pastore fugiet, & lupum sequetur. Quæ preeligit õ miser peccator, quæ diligis? quem sequeris, dæmonẽ, aut Deũ? Forfan dices, quod olim Synagoga per Oscã. Vadam post amatores meos, qui dant panes mihi. Putas te amatorẽ sequi, sed num diligit te, quæ in mortẽ ducit æternã? An non intelligis dæmonẽ tibi eam escam proponere, quam piscator pisci, vt eũ capiat, & interimat? An nõ hoc est conuiuũ Absalonis, in quo interfecit Amnõ? Audi Psaltẽ regium. Adhuc esca eorũ erant

Oscã. 2.

2. Reg. 13.

Psal. 77.

in ore ipsorũ, & ira Dei ascẽdit super eos. Est ne homo adeo demẽs, qui audiat, cibus hic veneno infectus est, & nihilominus illũ sumat, & mãducat? An nõ sapius audisti, in delectatione sensuali, in substantia aliena peccatũ est, mors in olla hac est? An nõ hic calix meretricis plenus fornicatione, veneno, & abominatione? quo pacto eum bibes? Vis, absconditam in eo mortẽ tibi manifestem? Audi Sapientem. Homo per malitiam occidit animam suam, nescis õ stulte, quod de periculo animæ tuæ agitur? nescis viam delectationis, viam esse inferi?

Apo. 17.

Sap. 16.

Pro. 2.

Vt ergo piscatoris munus Christus Dominus impleat, ait Lucas. Ascendit in nauim Simonis, & rogauit, a terra reducere puillum. Duas vidit naues, sed vnã elegit, quæ ei esset Suggestum, vnde doceret turbas, & animas caperet. Hæc vero nauis Ecclesia est, in qua Christus Dominus docet, extra quam nec

160.

V

falus,

ralia bona, quæ mutationi obnoxia sunt. Quo modo hæc nobis placere possunt, quæ parua sunt, & facile amittuntur. A
 Aeterna sunt nobis quærenda, quæ Christus promisit. Hinc
 1. Pet. 1. Petrus. Benedictus Deus, qui secundum misericordiam suam
 magnam regenerauit nos in spem viuam, per resurrectionem
 Iesu Christi ex mortuis, in hæreditatem incorruptibilem, & in
 contaminatam, & immarcescibilem, conseruatam in cælis. Ut
 ergo in hanc veniam hæreditatem, oportet, à terra nos reduci
 4. Gene. 13. pusillum. Audiamus cum Abrahamo, egredere de terra tua,
 & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram,
 quam monstrauero tibi.

Reducti ergo nauis à terra, docuit Christus Dominus
 turbas, & piscatorem egit. Quia vero alios etiam hominum
 piscatores esse voluit, quibus diceret, quod hodie Petro. Ex
 hoc eris homines capiens. Qui innumeros pisces capturi erant, ut
 huius tantæ rei ob oculos figuram proponeret. Ait Petro. Duc
 4. Ambros. in altum, & laxate retia vestra in capturam. Præclare Am-
 brosius hic ait. Soli Petro dicitur. Duc in altum, & deinde re-
 liquis, laxate retia vestra in capturam, Petri enim munus est,
 ducere Ecclesiã in altum, prædicatorum vero laxare retia, quia
 summus Pontifex Magister est Ecclesiæ, ad eum pertinet, quæ
 fidei sunt decernere, scripturam interpretari autoritate diui-
 na, & in profunda illius Ecclesiã ducere. In Petri manibus
 gubernaculum Ecclesiæ tradidit Christus. Vis videre, quomo-
 do Petrus hanc nauim in altum ducit? Audi primû illius decre-
 tû pontificium. Interrogat Christus Dominus, quæ dicunt ho-
 mines, esse filiû hominis? cumq; hominum sententias Apostoli
 retulissent, qui humana solum sentiebant de Christo Domino,
 & ideo terræ hærebant, Petrus à terra recedens, in altum ducit
 nauim, dicens. Tu es Christus filius Dei viui, quod nam altius,
 quod profundius pelagus? Reliqui terrena dicebant. Petrus
 cælestia, vere Ecclesiã duxit in altum. Interrogat Sapiens.
 Profundum maris quis dimensus est? possemus ei respondere,
 Petrus, qui eum attigit, qui ait, ego Sapiencia in altissimis ha-
 bitauit, & thronus meus in columna nubis, duxit ergo in al-
 tum, cum eum attigit, qui in altissimis habitat. Audi in quam
 profundam scientiam mysteriorum Dei ducta Ecclesiã sit. Mi-

hi om;

A hi omnium sanctorum minimo (Paulus ait) data est gratia hæc
 in gentibus Euangelizare inuestigabiles diuitias Christi, & illu-
 minare omnes, quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à sa-
 culis in Deo. Ut innotescat principibus, & potestatibus in cælesti-
 bus per Ecclesiã multiformis sapientia Dei, tantus diuino-
 rum mysteriorum intellectus Ecclesiæ datus est, ut Angeli bea-
 ti ab ipsa plura didicerint. Vere in profundum, in altum du-
 cta est Ecclesiã à Petro. Nec mirum cum ipse dicat, Spiritu san-
 cto inspirate loquuti sunt sancti Dei homines, Spiritus verò om-
 nia scrutatur, etiam profunda Dei, ut ait Paulus. Postquam Pe-
 trus in altum ducit nauem dicitur omnibus doctoribus. Laxa-
 2. Pet. 1. 1. Cor. 2. teretia vestra in capturam.

Sed attendenda est mirabilis piscium captura. Concluserunt
 piscium multitudinem copiosam, ita ut rumpebatur rete, & imple-
 rent duas nauiculas. En velut in imagine expressum fructum
 Apostolicæ prædicationis, qua vniuersus fere mundus ad Deû
 conuersus est, & innumeri capti pisces. Et ideo assimilata à
 Christo Domino est sagennæ missæ in mare, & ex omni genere
 piscium congreganti, quam, cum impleta esset, &c. Ideoque
 per Esaiam loquitur pater filio. Parum est, ut sis mihi seruus, ad
 suscitandas tribus Iacob, & facies Israel conuertendas, dedi te
 in lucem gentium, ut sis salus mea vsque ad extremum terræ.
 Et regius Psaltes in idem concinit, dicens. Reminiscentur, &
 conuertentur ad dominum vniuersi fines terræ, & adorabunt
 in conspectu eius vniuersæ familiæ gentium. Vna concione,
 quasi vnico rete misso traxit Petrus tria millia hominû ad Chri-
 stum, & alia quinque millia, quorum erat cor vnum, & anima
 vna, Et deinde innumeri sancti collecti sunt Deo ab Apostolis
 & eorum discipulis. Quod præuidens Esaias, & videns se, & pro-
 phetas nocte tota laborâtes nihil fere prædidisse, Apostolos ve-
 ro innumeros cepisse pisces, ait. Beati, qui feminatis super om-
 nes aquas, immittentes pedem bouis, & asini. Cum sterilitatē
 Synagogæ, & Ecclesiæ abūdantiã prædixisset, tandem ait: d vos
 beatos Apostolos & Ecclesiæ doctores, qui verbû Dei feminatis
 maximo cû fructu, nō in terra arenti, ut nos, sed in fertili, & irri-
 gua. Illud verbum immittentes pedem bouis, & asini, Hiero-
 nymus refert ad duos populos Iudæorum & Gentium, qui in

V 3

Eccle

Ecclesia conuenerunt, quorum vnus mūdus, alter immundus est. Vel illa duo animalia nominat Propheta, quia illis præcipue homines vtuntur in agris colendis, quasi dicat, felices vos, qui verbum Dei seminatis maxima adhibita cura, ac diligentia, & maximo cum fructu.

Sed quid est, quod rete rumpitur? respondeo primum, tyrāni hoc rete disrumpebant, dum Ecclesiam persequebātur. Sed hac in re diuina Ecclesiæ virtus apparuit, quoniam cum rete rumpebatur, non exhibant pisces per rapturam illam, imo noui pisces per eam intrabant. Sicut enim quondam creuit Israel persecutione Aegyptiaca. Ita Ecclesia persecutione tyrannorum. Et aliud sepe numero miraculum efficiebatur, vt ipsi persecutores, qui rete rumpebant, fierent pisces, & rete intrarent. Ita Saulo contigisse Lucas ait. De quo Ananias ad Dominum ait, lupus hic est, quid me ad eum mittis? & Dominus, imo ouis, & piscis reti inclusus. Sed Domine cur Ecclesiam rumpi permittis, annon sic pisces egredientur à reti? imo illac intrabunt noui pisces. Qui enim ex carne medicinam efficit contra carnem, qui aquam de petra eduxit, & serpentem medicinam facit contra venenum, & qui de comedente cibum extrahit, simul efficiet, vt per retis rapturam non egredientur, sed ingrediantur pisces.

Respondeo secundo. Hanc rapturam effici à prauis piscibus, qui rete ingrediuntur. Cuius rei intelligendæ causa, notandum est, duplicem piscium capturam in Euangelio describi similem valde. Prima est hæc, de qua Lucas meminit. Altera, quam Iohannes memoriæ prodidit, quæ post resurrectionem facta est, in qua cum tota nocte laborassent Apostoli incassum, Christo Domino præcipiente ad dexteram nauigij mitti rete, ceperunt centum quinquaginta tres pisces grandes, nec rete, ruptum est. Hæc à Ioanne descripta piscium captura significat eam, quæ Christus Dominus faciet omnium electorum, cum eos in cælo congregabit. Mittitur tunc rete ad dexteram nauigij, quia soli filij dexteræ tunc colliguntur. Fit post resurrectionem, quia in futuram vitam seruat. Tunc numeratur piscium numerus quia

Exod. 1.

Act. 9.

Ioan. 21.

A quia boni, & iusti numerum habent, impij verò multiplicati sunt super numerum, quia infinitus numerus stultorum, & iustos singulari quadam ratione Deus numerat, qui nouit eos ex nomine, & numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocat. Sicut tu numeras lapillos pretiosos, quos domi repositos habes, non tamen reliquos lapides, & vasa argenti, & auri simili ratione in numerum redigis, & libro mandas, non verò fictilia. Ibi omnes pisces grandes sunt, nullus enim in cælo est, qui magnus, & princeps non sit, donec occurramus omnes in virum perfectum, vt iam non simus paruuli, ait Paulus. Ibi rete non est scissum, nullam enim tunc rapturam pisces facient, quia vniuersi boni congregantur, nullus est prauus.

B Alia piscium captura hodie nobis proponitur ante resurrectionem facta, in qua plurimi capiuntur pisces, sed eorum numerus non dicitur, & rete rumpitur, nec omnes pisces grandes sunt. Hæc significat collectionem fidelium in Ecclesia, quæ est similis sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti, quia in hac Ecclesia non solum boni, sed & mali sunt. Ideo licet multiplicasti gentem, sed non magnificasti lætitiā. In hac sagenna inclusi pisces non habent licentiam vagandi per illicita desideria, quia reti continentur. Vnde optimus piscis ait. Continuo non acquieui carni, & sanguini. Sed peccatores contineri nolunt in officio, subijci nolunt, & ideo quasi rete rumpunt, & charitatis quidem filum rumpunt, licet fidem retineant. Et hinc vniuersa Ecclesiæ mala ortum habent, quæ propter peccatores veniunt. Hinc Sapiens, mors, sanguis, contentio, Romphea, oppressiones, fames, contritio, & flagella propter iniquos creata sunt hæc, & propter illos factus est cataclismus, id est, diluuium, quo mundus deletus est. Qui ergo ingressus es in Christi rete captiuum te puta. Sicut ille, qui ait, posuisti in neruo pedem meum. Et ideo legem suam Christus iugum appellat, licet suaue, quia sicut iugo ligatur bos, ita fidelis Christi lege. Sed attende cum te ligatum videris, quod Sapiens ait, alligatura eius alligatura saluta-

V 4

lutis,

Eccle. 1.

Simile.

Eph. 4.

Matt. 13.

Esai. 9.

Gala. 2.

Eccle. 40.

Job. 13.

Matt. 11.

Eccle. 6.

lutis, sicut enim infans ligatur in bonum, ut robustiora habeat brachia, & puer ligatur cum tuberculis sanguineis & rubris laborat (vulgo dicuntur viruelas) ne sibi malum proprijs manibus inferat, ita in bonum tuum ligaris, non in perniciem, ideo alligatura salutis illa dicitur. An non alligauit Samaritanus infirmum vulneratum, ut eum sanaret? Sed alligatura hæc libera est. Sicut Ioseph missus in carcerem, alligatus est, sed cito ei traduntur carceris clauis, & sic clausus, & liber erat. Ita iusto lex imposita non est, quia licet lege ligetur, tamen non constringitur, non arctatur, non est ei graue onus, sed leue, voluntate enim, & dilectione seruit Deo, non grauatus onere, sed ductus amore, &c.

Tandem ò homo in vnam ex duabus retibus incidere debes, impossibile est, utranque fugere, vel in dæmonis retiaculum, vel in Christi rete venire debes, inter medios clericos stas, inter duas has fortes, quam eliges? calicem Christi bibiturus es, aut calicem dæmoniorum, ecce posui in conspectu vestro vitam, & bonum, & contrario mortem, & malum, elige ergo vitam, ut viuas, &c.

In eadem C

A In eadem Dominica Quarta
Post Pentecosten, Con-
cio Secunda.

Them. Cum turba irruerent in Iesum,
ut audirent verbum Dei, &c.

Luc. 5.



Maxima plane vis diuini verbi est, & sicut nomine assimilatur Christo Domino, qui verbum est patris, ita vi, atque potentia. Hinc Psaltes. Ecce dabit voci suæ vocem virtutis. Et hoc verbum est, quod vim tribuit reliquis omnibus, quæ Deus pro homine operatus est, ut illum in Dei obsequium trahant. Sicut enim lux se ipsa videtur, & visibiles reddit vniuersos colores, qui sine luce videri nequam possent, ita Dei verbo docemur, & illuminamur, ut reliquas Dei misericordias perpendamus. Sine hoc verò verbo reliqua omnia nihil nobis prodesse. Est Verbum Dei in Ecclesia, quod lignum vitæ in paradiso. Lignum hoc promiserat Deus per Ezechielem. Et suscitabo eis germen nominatum, & non erunt ultra imminuti fame in terra, nec portabunt ultra opprobrium gentium, quod nam germen nominatum nisi lignum vitæ? quis est cibus animarum, nisi Dei verbum? quod etiam opprobrium gentium nisi ignorantia, à qua Dei verbo liberantur? Sed clarius Sapiens ostendit Dei verbum lignum esse vitæ, cum ait, Beatus homo, qui inuenit sapientiam, & affluit prudentia, lignum vitæ est his, qui apprehenderint eam, & qui tenuerint eam, beati.

Præcipue tamen hoc verbum in Christi Domini ore vim habuit, quia vnaquæque res in sua causa, & principio maxi-

V 5

ma

Luc. 10.

Gene. 39.

Deut. 18.

Psal. 67.

Ezech. 34.

Pron. 13.

ma virtute continet, sicut calor in igne, lux in sole, fructus A
in arbore, sic diuinum verbum in Dei verbo substantiali. Cuius
rei testimonium non petamus à Magdalena Christi dilectrice,
quæ omnium oblita, ad Christi pedes sedebat, vt audiret ver-
bum eius, nec à Petro Christi discipulo, qui ait, quo ibimus?
verba vitæ æternæ habes. Sed ab ipsis met inimicis Christi Dñi
qui euntes, vt eum caperent, attoniti, & stupentes facti sunt eo
audito, & reuerfi dixerunt, nunquam sic loquutus est homo.
Eius verbo audito Apostoli omnia reliquerunt, Matthæus
lucra pecuniarum, Petrus, & Andreas retia, Ioannes, & Ia-
cobus etiam parentes, & denique propter verba labiorum tuo-
rum ego custodiui vias duras. Nec id mirandum est, sed po-
tius quod vniuersus mundus non traheretur. Depinctus B
Hercules est à poëtis, multis funibus ex ore eius procedenti-
bus, quibus multos populos post se trahebat, propter maxi-
mam viri eloquentiam, quid obsecro non faceret verbum il-
lud patris, qui aperit os mutorum, & linguas infantium fa-
cit disertas? Vere dicere possumus audientibus Christi ver-
ba, beati oculi, qui vident, quæ vos videtis, & aures, quæ
audiunt, quæ vos auditis. Ad quos fausta vaticinatus Elaias
aiebat, & erunt oculi tui videntes præceptorem tuum, & au-
restuæ audient verba post tergum monentis, hæc est via,
ambulate in ea. Hac ratione nunc Lucas ait. *Cum turba ir-
ruerent in IESVM, vt audirent verbum Dei.* Quibus ver-
bis maximam audientium aviditatem expressit. Sed nobis,
qui Christum loquentem non audiimus, quid boni relictum
est? certe verba Christi, quæ ipse per ministros suos ad nos lo-
quitur. Sed ais, vnde sciam, Christum ad me loqui? Audi
Paulum id asserentem, an experimentum quæritis eius, qui in
me loquitur Christus? Et idem Paulus, tanquam Deo exhor-
tante per nos. Et idem: gratias agimus Deo, quoniam cum ac-
cepissetis à nobis verbum auditus Dei, accepistis illud, non vt
verbum hominum, sed sicut vere est, verbum Dei, qui operatur
in vobis, qui credidistis, Christus ergo loquitur in prædica-
toribus suis. Relicti sunt nobis piscatores, qui eadem reti, qua
Christus, piscantur, eadem verba usurpant, & ex ore Christi
vim acceperunt, vt nunc homines conuertant in Deum. Hinc
Pau-

Luc. 10.
Ioan. 6.

Psal. 16.

Luc. 10.
Matt. 13.
Esaï. 2.

2. Cor. 13.
2. Cor. 5.
1. Thef. 2.

Heb. 4.

A Paulus, viuus est sermo Dei, & efficax, penetrabilior omni gladio
ancipiti, pertingens vsq; ad diuisionem animæ, & spiritus. Viuus
ait, non emortuus, similisq; gladio, vnde Esaïas, posuit os meum
Dominus quasi gladium acutum, diuidit spiritum ab anima, ani-
mali, scilicet, vt sibi non cohæreant, & cū vnus sit homo, verbū
Dei illum diuidit, vt nihil cōmune cum carnis appetitu spiritus
velit, sed reijciat belluinos appetitus, quasi à ratione alienos. Ve-
re maxima diuini verbi vis est. Lex Dñi immaculata, cōuertens
animas. Et Ieremiæ dictum est, dedi verba mea vt ignem, & po-
pulum istum vt ligna, & deuorabis eos. Fortissimi, ac munitissimi
muri erant Iericunthini, sed clangentibus Dei tubis ceciderunt,
B sic maximi peccatores Dei verbo audito in mentē redeunt, &
in terram se deijciunt. Loquimini ad petrā, ait Dominus, & illa
dabit vobis aquas. Sagitta Ionathæ nō est reuerfa retrorsum, &
gladius Saul nō est reuersus inanis. Quid mirū Dei verba, quæ
sagittæ potētis acutæ sunt, & gladius anceps, mirabilia operen-
tur, vt populi sub Deo cadant. Merito nos Iaco. monet. Suscipi-
te insitum verbum, quod potest saluare animas vestras, insitum
dicitur verbum quia in eo insita diuina vis est.

Sed ais. Audio ego Dei verbum, nec tamē tantā in me opera-
tur mutationē. Sine dubio tu es ille, de quo Sapiens ait. Cor fa-
tui quasi vas cōfractū, omnē Sapientiā non tenebit, & iterū, qua-
si in percussura cribri puluis, sic aporia (id est scoria) in cogitatu
Cillias. Similitudine optima exprimit diuinus spiritus ea, quæ pec-
catoribus accidunt, sicut, inquit, cribrum solas retinet paleas,
trititicum verò effluere sinit, sic peccator audiens Dei verbū mo-
dū, & flosculos verborum conferuat, non verò substantiā eius,
& ideo vim in corde ipsius nō habet. Hoc vero deplici ex cau-
sa accidere solet, prior illa est, quod nō auide Dei verbū audis,
nō illud esuris, & sitis, sed potius fastidis, & quasi necessitate du-
ctus venis, vt illud audias. Sicut vero de speras de salute infirmi,
qui omnē escā fastidit, ita quasi desperatus est, qui Dei verbum
reijcit. De quo Psaltes ait. Omnem escam abominata est anima
eorum, & appropinquauerunt vsq; ad portas mortis. Et reddēs
diuina scriptura rationem, qua commotus Deus est, vt vniuersū
populum suum abijceret, ait. Illi subsannabant nuncios
Dei, & paruipendebant sermones eius, illudebantque Pro-

Esaï. 49.

Psal. 44.
Hier. 5.

Num. 20.
2. Reg. 1.

Iaco. 1.

Eccle. 21.
Eccle. 27.

Psal. 106.
2. Para. 36.

phetis

phetis, donec ascenderet furor Domini in populum eius, & A
 nulla esset curatio, quod in Sodomis curatio non sit, non adeo
 mirum, at quod in Dei populo, hoc valde mirandum, hoc verò
 efficit despectus diuini verbi. Proxima est populo desolatio, &
 omnimoda vastitas, cum Dei verbum in eo despectum est, hanc
 enim proximam causam desolationis Israel Spiritus sanctus
 fuisse asserit. Si ad comedias, aut tragedias vanas vocaris, inue-
 nies plurimos, ita vt se inuicem comprimant, si ad verbum
 Dei audiendum accedas, fere nullum comperies, in his ergo
 Dei verbum vim non habet, quia illud conculcant. Altera
 eiusdem rei ratio est, quod daemones aliquos peccatores armis in-
 duit quasi à Vulcano in inferno confectis, quæ nulla arte nul-
 lis telis disrumpuntur, qui nulla re cælesti admoniti commouen-
 tur, non morte, non iudicio, non inferno, non Christi cruce. De
 quibus Aristot. ait. Quemadmodum in medicina fieri dicunt,
 vt corpora non pura quo magis nutrieris, eo magis lædas, mate-
 riam nimirum corruptis humoribus suggerens, sic prauis opi-
 nionibus preoccupatam animam, quo plus docueris, eo magis
 lædes, maiores subinde male, & perperam sentiendi occasiones
 suppeditans. Sed horum extremum periculum Spiritus sanctus
 ostendit, cum ait. Cor durum male habebit in nouissimo. Et Iu-
 das in sua canonica, cum eis plurima nomina imposuisset, ad iu-
 stos conuersus ait. Et hos quidem argueite iudicatos, illos vero
 saluate de igne rapientes, alijs autem miseremini in timore, odi-
 tes eam, quæ carnalis est, maculatam tunicam. In quem locum
 Diuus Thomas ait. Triplex est peccatorum genus, primum,
 obstinatorum, quos dicit arguendos, quasi iam iudicatos, &
 damnatos, licet omnino desperari non debeant. Secundum,
 peccatorum, qui indurati non sunt, quos à peccatis educere,
 curare debemus, quasi ab igne eos rapientes, est enim pecca-
 tum ignis. Tertium, eorum, qui desiderant à peccatis liberari,
 & illud curant, quibus miserendum est cum timore, ne & nos
 in eadem foueam incidamus, hoc vero debemus facere, odien-
 tes peccatum, vel corpus peccati, quod dicitur maculata tu-
 nica.

Sicut ergo turbæ irruunt, vt verbum Dei audiant, ita tu ir-
 rue, & omni cura diligentia, vt verbum Dei audias, menteque
 retineas.

Aristo.

Simile.

Eccle. 3.

Iu. 1.

D. Tho.

A retineas. Sed ais. quid audiam, quæ iam noui? Scio, me in pecca-
 to esse, scio, quæ sint adhibenda remedia, cū ab eo recedere vo-
 luero. Quid ergo audiam? nihilominus audi Dei verbum, an nõ
 plusquàm tu sciebat Dauid dicēs, incerta, & occulta Sapietiæ tuę
 manifestasti mihi? & tamen donec Prophetæ voce admonitus
 fuit, non pœnituit. Vim diuinã Deus voci suæ tribuit, dabit vo-
 ci suæ vocem virtutis, qua non solū audias, sed proficias, non so-
 lum comedas, sed venter tuus impleatur. Sicut Ezech. dicitur. *Ezech. 3.*
 Fili hominis venter tuus comedet, & viscera tua complebuntur
 volumine isto. Quæ verba enarrans Gregorius ait. Multi vo-
 cem prædicatoris audiunt, sed post vocem vacui recedunt, quo-
 rum etsi venter comedit, viscera non replentur, quia etsi men-
 te intellectum sacri verbi percipiunt, obliuiscendo, & non ser-
 uando, quæ audierunt, hæc in cordis visceribus non repo-
 nunt.

Sed quia plura de hoc Dei verbo in Euangelio hodierno vi-
 debimus, ad eius literam explicandam accedamus.

Cum turbæ irruerent in Iesum, vt audirent verbum Dei, &
 ipse stabat secus stagnum Genesareth. Lacus iste vocatur etiam
 mare Galilææ, & mare Tiberiadis, quia erat in Galilæa iuxta ci-
 uitatem Tiberio dicatam, sed nomen eius antiquum est mare
 Genereth, sic appellatur Numerorum. 34. capite, & Iosue *Num. 34.*
 vndecimo, à ciuitate Genereth, quæ erat in eius littore. Pro-
 tenditur in longitudinem per leucas duodecim, in latitudi-
 nem vero per octo. Præterfluit per hunc lacum Iordanis
 fluius, aqua illius dulcis est, abundatque piscibus. Cum
 ibi Christus Dominus esset, vidit duas naues. *Ios. 11.*
 Piscatores autem descenderant, & lauabant retia. Non sine causa hæc ab
 Euangelista commemorata sunt, quid ergo nobis hæc verba in-
 nuunt? Certe præclaram dispositionem, vt verbum Dei
 cum fructu audiamus, & optimum homini consilium, vt sua
 recte curet. Iecerant piscatores retia sua in mare, & multa su-
 perflua, & immunda collegerint, lauabant ergo retia, & ab
 immunditijs purgabant. Optimum viro consilium, postquam
 retia misisti in mare, postquam muneri, & officio tuo operam
 dedisti, inspicere accurate conscientiam tuam, & vide, vtrum immu-
 ditiam aliquam contraxeris. Sicut enim expansis in mari
 aut

Psal. 50.

Ezech. 3.

Gregori.

Num. 34.

Ios. 11.

8. 1001

aut flumine retibus, multa immunditia colligi solet, ita nobis A
 saepe accidit, vt dum temporalia curamus, peccata colligamus,
 à quibus nos mundari oportet, dicente Apostolo. Emundate
 conscientiam vestram ab operibus mortuis, ad seruiendum
 Deo viuenti. Qua in re exemplo nobis Deus noster est,
 qui licet vniuersa bene, & optime faciat, tamen postquam
 opus aliquod fecerat, dicitur, illud respexisse, vnde dici-
 tur, postquam creatio huius, & illius rei commemorata fuit.
 Et vidit, quod esset bonum, prius opus factum intueba-
 tur, quam ad aliud procederet. Et cum vniuersa opera per-
 fecisset, omnia respexit, & in vniuersa oculos conuertit: ideo
 dicitur. Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona,
 qua in re ostendit nobis, optimum esse, si in diei fine consi-
 deremus vniuersa, quæ eo die gessimus examine ad hoc ad-
 hibito omnium, quæ cogitauimus, diximus, & fecimus.
 Vt si quid sit immundum, lauemus rete conscientiæ nostræ
 à peccatis per pœnitentiam. Et hoc est, quod Dauid ait se
 se præstitisse Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachri-
 mis meis stratum meum nigabo. Nec mirum est, id fecisse
 Dauidem, mirum tamen est id omnibus consuluisse Virgi-
 lium, qui versiculis de hac re compositis ait, viri prudentis
 esse, quaque nocte se suaque opera inspicere, ac perscrutari.
 Hoc vero consilium plures ab inferno liberasset, qui si nocte
 pœnituisent, damnati non essent, nunc vero quia sine pœni-
 tentia discesserunt in inferno sunt. Dispice ergo vniuersa tua
 opera, etiam bona, quia sicut vix aurum inuenitur, quod à
 terra repurgatum sit, ita vix iustitiam operamur, de qua di-
 cere non possumus, quod Propheta ait, Omnes iustitiæ no-
 stræ tanquam pannus menstruatz. Audi Iob dicentem. Ve-
 rebar omnia opera mea, Et cum filij intenderent operibus
 charitatis, se inuicem inuitantes, ipse offerebat sacrificia per
 singulos, dicens, ne forte peccauerint filij mei. Hoc ipsum
 præstabat Dauid dicens, meditabar in nocte cum corde meo,
 & exercitabar, & scopebam spiritum meum. Hæc etiam
 præclara est dispositio, vt verbum Dei cum fructu audiamus,
 quia qui ex Deo est, verba Dei audit. Si enim ab omni labie
 peccati conscientiam emundaueris, tunc puro corde verba
 Dei

Heb. 9.

Gen. 1.

Psal. 6.

Virgil.

Esai. 64.

Iob. 9.

Iob. 1.

Psal. 76.

Ioan. 8.

A Dei percipies, & tibi proficua erunt. Hinc Christus Domi-
 nus ait. Si quis voluerit, voluntatem Dei facere, cognoscet
 de doctrina, vtrum ex Deo sit, an ego à me ipso loquar. Qui
 voluntatem Dei facere vult, doctrinam capit, eique dulces-
 cit, & viscera illius replentur. Ideoque ante Christi Domini
 concionem memoratur, piscatores retia lauasse. Cum ergo
 auditurus Dei verbum accedis, laua conscientiam delictorum
 pœnitentia, sic enim purgato palato verba Dei dulcia perci-
 pias, & dices cum Psalte. Quam dulcia faucibus meis eloquia
 tua, super mel bñi meo.

Ioan. 7.

Psal. 118.

Sed quomodo Christus verbum suum proponat, videamus.
 B Et sedens, ait Euangelista, docebat de nauicula turbus. Primo,
 sedet in nauicula Petri, quæ est Ecclesia, quia in ea perpetuo
 mansurus est, nec est super alas Cherubim, vt olim in Synagoga,
 quasi inde migraturus. Secundo, sedens docet, quasi medicus
 amicissimus, qui infirmum visitans sedet, & serio, ac magna cu-
 ra amicum sanare vult. Cum medicus pauperem, aut ignotum
 inuisit, non sedet, sed stans præcipit, quæ ad infirmum curan-
 dum pertinet, sed cum amicum, aut potentem curat, sedet, &
 multam moram cum infirmo facit. Ita Christus Dñs nobiscum
 agit, qui ea cura salutem nostram curat, quasi rex a vitâ ipsius pen-
 deret. Tertio, in hæc sessione ostendit esse eum diuini verbi, quæ
 in nobis efficit. Reliquæ enim sectæ, & earum doctrine pacem,
 & quietem animo non tribunt, sed Dei verbum omni ex par-
 te cordis nostri affectus mirabiliter tranquillat, & pacem cordi
 tribuit. Hinc Psaltes. Pax multa diligentibus legem tuam. Empha-
 siticè habet illud, pax multa, ar contra non est pax impijs. Et inde
 Dauid ait. Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non vt lex
 tua. Quasi dicat. Multæ sunt sectæ, multæ doctrine iniquorum,
 quæ fabulationes sunt, non veritates, & cū contra rationem sint,
 non sedent in corde rationali, non illud satiant, ne ei pacem
 tribuant, vt lex tua. Quo pacto namque insidere potest ratio, si
 quod contra rationem est? Fluctuant infideles, & dicuntur Va-
 rijs vëtis doctrinæ, at fidelis in fide sic sedet, & verba Dei in cor-
 de eius ita sederunt, vt eis potius credat, quam visis, nec vlla ra-
 tione ab eis dimoueat.

Similes.

Psal. 118.

Esai. 48.

Psal. 118.

e. 2. 60.

Sed quid post prædicationem Christus Dominus facit? ait

Petro.

Petrus. *Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam.* Quibus verbis ostenditur Christi Domini largitas, ac magnificentia, acceperat Petri nauiculam in suggestum breui tempore, nunc cumulate ei soluit nautum, nec ad æqualitatem solum, vt mercatores facere consueuerunt, sed mensuram bonam tribuit, supereffluentem, ac abundantem, & ideo innumeros pisces Petro tribuere vult. Tanquam Deus magnifice facit. Ideo Moyses ait, date magnificentiam Deo nostro. Vbi nunc sunt, qui dicunt apud Malachiam, vanus est, qui seruit Deo, & quod emolumentum, quia custodiimus mandata eius? Non solum in alio sæculo mercedem, sed & in hoc centuplum tribuit. Et hoc ostendit omnis historia diuina, & humana, quod in his benefecerit Deus, etiam nunc. Solus Deus magnifice se habet cum seruis suis. Mundus vero sicut Laban cum Iacob, parcissimus in soluendo est, quoniam pauper est, vt vni soluat, alterum expoliat. Sicut Sampson fecit, qui fundones surripuit, vt alijs daret, nihil dare potest mundus tibi, nisi ab alio tollat, & ideo parce soluit, & sæpius mala pro bonis tribuit. Vnde Psaltes ait. Retribuebāt mihi mala pro bonis. Decē vicibus mutat mercedem Laban, semper minorem tribuere curans, Deus vero auget, & superaueget in dies mercedem. Vnde nunc Petro plures tribuit pisces, & statim eum hominum constituit piscatorem.

Secundo, his verbis significatur, quærendum primum esse regnum Dei, deinde temporalia. Primum anima pascenda est diuino verbo, deinde victus corpori quærendus. Sic alibi fecisse legitur Christus Dominus cum his, qui eum in desertum sequuti fuerant, pavit primum eorum animas doctrina, deinde corpora cibo. Hinc Iob. Ad præceptum tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponit nidum suum, de longe contemplatur escam. Quo magis aquila ascendit, eo melius escam videt, vt rapiat, ascende tu cū aquila in cælū, & quo plus recesseris à terra, eo melius corpori providebis, quia hæc omnia adijcientur vobis. Ante concionem auditam nihil Petrus ceperat, licet multum laboris posuerit, audita concione duas implet naues piscibus. Nescit Deus sibi retinere mercedē mercenarij sui, spera in Deo ei adhere, & ipse te eripiet. Et hoc est, quod Psaltes ait. Multi dicunt,

Deut. 32.
Mala. 3.

Gen. 31.
Iud. 4.

Ioan. 6.

Iob. 39.

Psal. 4.

Ati dicunt, quis ostendet nobis bona? id est, quis dabit nobis necessaria? quis cibum tribuet? Respondet Dauid. Signatum est super nos lumen vultus tui Domine, id est, tu nos respicis, nos curas, cum in obsequio tuo versamur. Et inde sequitur, à fructu frumenti: vini, & olei multiplicati sunt, id est, maxima abundantia necessaria tribuis. Et ideo in pace in id ipsum dormiam, & requiescam, quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me, expertus sum tuam in me curam, & ideo dormire possum, & quiescere fidens tibi. Hinc etiam Dominus ait. Si audieritis me, bona terræ comedetis. Si Deo obsequi volueris, ipse te pascet qui Israeli, dedit manna in deserto, & panem, & pisces sequentibus se in montem, & nunc Petro piscium multitudinem, & Israeli aquam de petra, & Elię cibum corui ministerio.

Sed quid Petr' Christo Domino respōdeat, videamus. *Præceptor per totam noctem laborantes, nihil cepimus, in verbo autē tuo laxabo rete.* Quibus verbis multa docemur. Primo, peccator laborat, sed in nocte laborat, & ideo operans nihil proficit. Hinc Christus Dominus. Venit nox, quando ne mo poterit operari. Contra vero luce exorta operari valemus proficua. Hinc Psaltes. Ortus est sol &c. exhibit homo ad opus suum. Dū es in peccato, in nocte versaris, nihil capies. Hinc sapiēs. Ignis quidem nulla vis, neque siderum limpida flammæ poterant illuminare noctem illam horrēdam. In hac nocte peccator est, & ideo piscatur nihil. Vis id videre? audi Psaltem. Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. Qui dormiunt nocte dormiunt, Paulus ait, & nihil inueniunt in manibus suis, quod hac nocte prædiderint. Et hac ratione dicitur, impij in circuitu ambulant, quia sicut rota molendini in circuitu ambulat, & ideo nihil ambulando proficit, nullam viam agit, semper in eodem loco versatur, ita peccator in circuitu ambulat, non proficit, viam in cælum non agit. Quādo accesserit mors, & videas innumeros labores tuos sine fructu, quo tangeris dolore? Cum dixeris illud Esaiæ. Sine causa, & vanē fortitudinem meam consumpsit. Et illud Iob. Ego habui menses vacuos, & noctes laboriosas enumeravi mihi. Noli ergo nocte laborare. Nec solum qui in peccato est,

Psal. 4.

Esa. 1.

Ioan. 9.

Psal. 102.

Papien. 17.

1. Thef. 3.

Psal. 11.

Esa. 49.

Iob. 7.

est, in nocte laborat, & nihil percipit fructus, sed in vniuersum A
 qui mundo inferuiunt, & eius vanitati, laborant, & mercedem
 non recipient, quia nocte laborant. Vis laborantes videre? Au-
 di Hieremiam. Seruietis Dijs alienis, qui non dabunt vobis re-
 quietem die, ac nocte. Et ipsi fatentur, lassati fumus in via iniqui-
 tatis. Nihil tamen mercedis accepisse, ipsimet dicunt, quid no-
 bis profuit superbia? diuitiarum iactantia quid contulit nobis?
 Afficitur Dalila Sampson, trahat ergo molam, & nullam mer-
 cedem recipiat. Ei persimilis est, qui sensuali delectationi ser-
 uuit, plures patitur labores, & mercedem non accipiat. Sicut no-
 bilis, qui vili foeminae desponsatur, multa eam ob causam pati-
 tur, & postea poenitentia ductus, & agnoscens errorem suum,
 tristis manet iugiter, hic nunquam audiet, est merces operi tuo.
 Quidnam datum est Sampsoni pro labore suo? nihil omnino. B
 Quid iacob seruienti Laban? decem vicibus, ait, mutasti mer-
 cedem meam. Si hic adessent Alexander, Caesar, Augustus, &
 omnes, qui pro mundi gloria vsque ad mortem laborauerunt,
 & eos interrogaremus, quid mercedis accepistis pro labo-
 re tanto? dicerent nihil. Quia dormierunt somnum suum, & ni-
 hil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. Interro-
 go vos cum Paulo quem fructum habuistis tunc, in his, in quibus
 nunc erubescitis? Si vero in Dei domo laboraueris, paruo labo-
 ri multa merces respondebit. Hinc Hieremias. Quiescat vox
 tua a ploratu, est merces operi tuo. Et Sapiens. In opere ipsius
 modicum laborabis, & cito edes de generationibus illius. Et ite-
 rum. Modicum laboraui, & inueni mihi multam quietem. In
 his praeterea verbis. Per totam noctem laborantes nihil cepimus C
 ostenditur aliquorum hominum ingenium, qui ex plurimis la-
 boribus fructum sibi non colligunt. Aliquando magna aliqua
 aegritudine homo grauatur, ex qua maxima lucra animae pos-
 set colligere, & tamen per totam noctem laborat, & nihil perci-
 pit, sed similis Petro manet, sine somno, & piscibus. Dissipati
 sunt, nec compuncti, ait Psalter. Corpus plenum est doloribus
 sed animus inuictus, & integer vt adamas, licet plures ictus acci-
 piat. Videt asina gladium angeli, & terretur, calcantibus percu-
 titur, & dolet, ac conqueritur, sed Balaam ei insidens nihil videt
 non

Hiere. 16.
Sap. 5.

Iud. 16.

Hiere. 31.
Gene. 31.

Psal. 48.
Rom. 6.

Hiere. 32.

Eccle. 6.
Eccle. 15.

Psa. 34.

Numc. 22.

A non terretur, sed inceptam viam Deo contrariam perficere co-
 natur, Quot infirmitates, dolores, labores in carne sustinuit,
 & illa asina est, & conqueritur, sed spiritus tuus in malitia per-
 sistens viam prauam non deserit. De his loquitur Hieremias.
 Defecit sufflatorium in igne, consumptum est plumbum, fru-
 stra conflauit conflator, malitiae enim eorum non sunt con-
 sumptae, argentum reprobum vocate eos. Optima similitudine
 diuini spiritus ostendit induratum hominis peccatum. Sicut enim
 argentum plenum scoria, vt ab ea emundetur, ponitur in con-
 flatorio, admixto plumbo, cumque conflator multum insuffla-
 uerit, & plumbum consumptum est, nec tamen scoria recessit ab
 argento, reprobum argentum putatur. Ita cum Deus hominem
 infirmitate, & laboribus tangit, curat, vt a malitia recedat, quod
 cum factum non fuerit, homo reprobus dicendus est. Hinc Eze-
 chiel. Multo sudore sudatum est, nec sic exiuit ab ea rubigo,
 execrabilis est immunditia tua, quia mundare te volui, & non
 es mundata a sordibus tuis.

B Non sic alijs accidit, sed potius illud Iob, appropinquauit
 corruptioni anima eius, & vita illius mortiferis, si fuerit pro eo
 angelus loquens vnus de millibus, vt annunciet hominis equi-
 tatem, miserebitur eius, & dicet, libera eum, vt non descendat
 in corruptionem, inueni, in quo ei propitius, consumpta est ca-
 ro eius a supplicijs, reuertatur ad dies adolescentiae suae. Depre-
 cabitur Deum, & placabilis ei erit, & videbit faciem eius cum iubilo,
 & reddet homini iustitiam suam. Quasi dicat. Immittit Deus labo-
 rem in hominem, qui conuersus ad Deum orat misericordiam, & An-
 gelus eius proponit laborem, & iustitiam hominis coram Deo, qui
 miseretur hominis, & eum liberat. Hoc plane probi viri est, qui
 similis est rubo, quae ardet, non tamen comburitur, nec consumitur. Sic
 accidit Iosepho, Iob, & Susanna. Decorus profecto, & pulcher
 labor, ex quo fructus colligitur, infelix tribulatio, ex qua bonum
 animae non prouenit. Hinc Zacharias. Assumpsi mihi duas vir-
 gas, vnam vocaui decorem, alteram funiculum. Duabus virgibus
 Deus homines percutit, quarum altera decor dicitur, quia deco-
 ra est tribulatio, ex qua colligitur conuersio in Deum. Altera
 vero dicitur funiculus, & ea est, qua percutitur durus corde
 qui quasi funiculo plus irretitur peccatis, cum tribulatur,

Hiere. 6.

Simile.

Eze. 24.

Iob. 33.

Exo. 3.

Zacha. 13.

conclusa multitudine pisciū, quia in verbo Iesu laxata retis est, quid Petrus loquitur? *Exi à me Domine, quia homo peccator sum.* Ambrosius in hūc locū, ait, agnouit, in virtute verbi Iesu factā piscationem, ideo negat suā esse prædā. Alludit ad illud Luca: Domine eni Mna, quam dedisti mihi, fecit alias decem mnas, Deo enim vniuersa bona referenda sunt, quia eo authore gerūt. Et insuper deicit se, ac humiliat Petrus, implens illud, cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite, quia serui inuiles sumus. Ita Petrus perpetrato grādi miraculo ait, homo peccator sum, exi à me. Attende initium Apostolatus Petri, quod est humilitas, optimum profecto collocat fundamentū sui cognitionem, & humilitatem, vt supremum construat ædificiū, quod deinde dilectione consummat, cū ter interrogatus diligis me plus his, respōdet, tu scis, quia amo te. Nūc ergo maxīmā cōstructurus fabricā ab humilitate incipit, sic enim euehdus est. Hinc ad Saul dicitur. Nonne cū paruulus esses in oculis tuis, caput in filijs Israel factus es? Petrus dicit, indignum se Christi Domini cōsortio, & Christus eum constituit primū, & principem in domo sua. Hoc Dei ingeniū est. Ait Baptista. Non sum dignus soluere corrigiam calceamenti eius. Et Christus ait. Pone manum super verticē capitis mei, & baptiza-me, Mariā ait. Ecce ancilla Domini. Et Christus ait, esto mater mea. Ait Iohannes, non sum propheta. Ait Christus, plusquam propheta. Ait publicanus, non sum dignus infimo templi locō, ait Deus, ponam te in sancta sanctorū, Petrus ait, exi à me Domine, & Christus, ero semper tecū, eris homines capiens. Dū se humiliat homo, scalam cōstruit per quā ad Deū ascendat.

In Dominica

Ambro.

Luc. 19.

Luc. 17.

Ioan. 21.

1. Reg. 15.

Ioan. 1.

Dominica Quinta, post Pentecosten.

Them. Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam scribarum, & Phariseorum, non intrabitis in regnum celorum. Matth. 5.



ABUNDANTIORI gratia prædita, ornataq; est Ecclesia Christi, quā Synagoga, ab hac enim ablatas est Christus, & Ecclesiæ traditus. Contēdūt mulieres duæ coram Salomone, cuius earū filius viuus sit, & altera ait, diuidatur, interficiatur, altera ait, nequaquam. Huic dandus puer est, & ab illa auferendus. Synagoga ait, crucifigatur, diuidatur. Ecclesia vero ait, nequaquam, cuius nomine Petrus dixit, absit à te Domine. Huic ergo dādus est Christus Dominus, & à Synagoga tollendus. Vnde Propheta ait. In gregibus suis, & in armentis suis vadent ad quærendum Dominum, & non inuenient, ablatas est ab eis. Nec mirum, cum illi clamauerint, tolle, tolle, crucifige eum. Ecclesiæ vero Christus datus ab ea non recedit, ecce ego vobiscū sum omnibus diebus vsque ad consummationē seculi. Vbi vero Christus est fons gratiæ, ibi abundare debet gratia, & iustitia. Superabundauit vero in Maria, ad quam nūc accedamus & c.

Durum profecto verbum, imò durissimum, *Non intrabitis in regnum celorum.* Hoc est verbum illud, à quo se liberandum psaltes ait, quoniam ipse me liberabit de laqueo venantium, & à verbo aspero. Hęc auditio mala, de qua idem ait, ab auditione mala non timebit. Dixit Ioseph fratribus. Non videbitis faciem meam, nisi fratrem vestrum minimum adduxeritis vobiscum. Nullum non lapidem illi mouerunt, vt eum adducerent. Dixit Dauid de Absalon, non videbit faciem meam, multa ille fecit, vt eam videret. Cum audit Petrus, si non

3. Reg. 3.

Matth. 16.

Osca. 5.

Ioan. 19.

Matth. vlt.

Psa. 90.

Psal. 111.

Gene. 42.

2. Reg. 14.

Ioan. 13.

lauero te, non habebis partem mecum, respondet, non tantum **A**
pedes meos, sed & manus, & caput. Cum ergo tu audieris, non
intrabis in regnum cælorum, audis verbum durum, auditio-
nem malam, non videbis Dei faciem plenam gratiarum,
non habebis partem cum Christo, omnia ergo facere te oportet,
vt à verbo hoc aspero liber sis. Dic ergo, quid faciam Do-
mine, omnia præcipe, omnia mala immitte, dum ego ingrediar
hoc regnum. Sic aiebat propheta. Ingrediatut putredo in os
sibus meis, & subter me scateat, donec requiescam in die tribu-
lationis, & ascendam ad populum accinctum nostrum. Si de-
deris Domine regnum tuum, quocumque eum pretio vendi-
deris, gratis datum erit.

Heb. 3.

Vis ò homo Dei regnũ, vis à verbo aspero liberari? integrã fer-
ua iustitiam, & legem Dei. Dixit Booz ad consanguineum **B**
suam. Erat agrum Elimelec fratris nostri, respondit ille, ego
emam. Rursum ait Booz, vxorem teneris ducere Ruth iuxta
legẽ Deuteronomij. Respondit ille, Cedo iuri propinquitatis,
tu meo vtere priuilegio: ita si ab vnoquoque fidelium scif-
citeris, vis agrum regni Dei, respondebit, volo quid enim
mihi proderit, si vniuersum mundum lucrer, animam
vero perdam, cras moriar, & omnia relinquam, quid
faciam, si à Dei regno excludar? Sed audi, si hunc agrum
possessurus es, oportet, vt iustitiæ nugas, vt legem Dei integrã
serues, seruata lege agrum possidere poteris. Relinque iusti-
tiæ causa patrem, & matrem, vt ei adherreas. Quid ad hæc res-
põdes ò homo? Plures dicunt, cedo iuri meo. Quia vult, & **C**
non vult piger, vt Sapiens ait, vult hereditatẽ, sed non vult onus
hæreditatis, vult sine certamine vincere, sine victoria coro-
nari. Sed vnum sine altero nequaquã dabitur. *Nisi enim abundauerit iustitia vestra &c. non intrabitis in regnum cælorum.*

Prouer. 13.

Prouer. 21.

Sed quid nomine iustitiæ intelligam? Certe virtutem vni-
uersam, quæ dicitur iustitia generali quadam ratione, quia de-
bita Deo, & rationi est, tenemur enim secundum virtutem ope-
rari. Dicitur etiam virtus iustitia, quia & præmio, & supplicio
afficit, quod ad iustitiam pertinet, virtus præmium est habenti
illam, quia gaudium est iusto facere iustitiam. Simul etiam vl-
tionem sumit ab eo qui circa eam deficit. Iustus intra domum
cordis

A cordis sui iustitiã habet, & iudicẽ, & ideo nihil dignũ supplicio
agit, cui statim vtionẽ non adhibeat, & ne Deus eũ iudicet, se
ipsum iudicat, dãnatur, & punit, quia vt Paulus ait si nos metipfos
iudicaremus, non vtique iudicaremur. Et ideo Psaltes ait. Feci
iudicium, & iustitiam, non tradas me calumniantibus me. *I. Cor. 11. Psal. 118.*

Sed quia non omnis iustitia satis est, vt nos perducatur in reg-
num cælorum, ait nũc Christus Dominus. *Nisi abundauerit ius-
titia vestra, &c.* Videndum nobis est, quid minus habuerit il-
la iustitia Phariseorũ, cũ appensa in Dei statera inuenta sit mi-
nus habens. ¶ Primũ iustitia, Scribarum, & Phariseorũ huma-
na erat, & operibus suis innitebatur, non Christi iustitię, & me-
ritis, ac Dei misericordiæ, putabãt enim illi, propter opera sua
deberi ipsis diuinã gratiam, sine Christi meritis. Hinc Paulus. *Roma. 9.*

B Quid ergo dicemus? quod gentes, quæ non sectabantur iusti-
tiam, apprehenderunt iustitiam, iustitiam autem, quæ ex fide
est, Israel vero sectando legem iustitiæ, in legem iustitiæ, non
peruenit, quare? quia non ex fide, sed quasi ex operibus. Ex
operibus ergo suis solum, sine Christi iustitia putauit Israel,
posse consequi iustitiam, ideo eam non apprehendit. Ho-
mo etenim ex se ipso iustitiam apud Deum non habet, nisi
Christi iustitiam induat, ac participet, ille enim factus est no-
bis iustitia, quam si homo participauerit, coram Deo iustitiam
habebit, participatur vero fide, susceptione sacramentorum,
ac bonis operibus, quibus omnibus valorem tribuit Christi ius-
titia, meritum, ac satisfactio. Verbi gratia. Peccator nunc de
peccato dolet, confiterurque, recipit gratiam, sed qua ratio-
ne? non ex operibus eius solum, sed quia iustitiam Christi
participauit, illa opera perficiens. Eadem ratione philoso-
phandum est de merito gloriæ, & gratiæ in iusto. Hoc ve-
ro in sacrificijs prisca expressum fuit. Pro hominis peccato
mactabatur agnus, vel hircus. Sed quid peccauit agnus, vt
occidatur, cum viuus maneat homo qui peccauit? num place-
bat Deo, innocentem punire, & nocentem impunitum re-
linquere? Certe mysterium hic latet, & quod illud? Significare
voluit Deus, venturũ in mũdũ agnũ Dei, qui immolãdus esset
pro hominũ peccatis, cũ nullũ peccatũ admiserit, eiusq; sangui-
ne placandũ Deũ. Vt ergo huius rei typus, & figura præcedat,

Job.9.

immoletur agnus innocens pro nocente homine. Hoc vero diuinū sacrificium Iob expebat, cum diceret. Si occidit, occidat semel, & non de pœnis innocentū rideat. Quasi diceret. Quid prodest o Domine, quod me, & illū supplicio afficias, qui satisfacere pro peccatis non possumus, veniat ille, qui semel occisus pro omnium peccatis satisfaciat plene. Omnis ergo hominum iustitia, vt coram Deo iustitia sit, huic iustitiæ inniti debet. Ideo Paulus. Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem, quæ est in Christo Iesu, quem proposuit propitiatorem per fidem in sanguine ipsius, nullum ergo opus humanum, vel legis sine Christi iustitia apud Deum prodest quicquam, quia ergo Phariseorū iustitia huiusmodi erat, nihil erat.

Rom.3.

Ex quibus nobis illud colligendum est, vt opera nostra meritum habeant, oportere, vt nos in gratia Dei simus, gratia etenim nos efficit viua Christi membra, efficitque, vt eius participemus vim, atque iustitiam. Si vero sine gratia fueris, solus manes, iustitiam Christi non participas. Membrum quidem eius es, si fidem retineas, sed mortuum, quod vim capitis non participat, ideo fructum non dabis, sicut nec palmes, cum discesserit à vite, & nihil tibi ad meritum profunt opera tua, licet magna videantur.

Secundo Phariseorum iustitia inuenta est minus habes, quia solum in exterioribus eam esse putabant, & dum exteriora composita essent, interiora nihil curabant, cum tamen vera iustitia in animo sit, & corde vnde procedere debent exteriora.

Mat.23.

Ideo ad eos aiebat Christus Dominus. Væ vobis scribæ, & Pharisei hypocritæ, qui mundatis, quod de foris est calicis, & paropsidis, intus autem pleni estis rapina, & immunditia. Ideo eos etiam dicit sepulchra dealbata, exterius speciosa, & per amplia, intus vero plena abominatione, cuiusmodi multi hodie sunt. Nostra ergo iustitia, vt Phariseorum iustitiam excedat, in corde præcipue sit, quia omnis gloria filia regis ab intus, à quo exteriora procedant ordinata.

Mat.23.

Psal.44.

Tertio iustitia Phariseorum exterior, non in eum finem dirigebatur, vt Deo placerent, sed vt hominibus, ideo iustitia illa sufficiens non erat, vt intrarent in regnum cælorum, quia illud non intendebant, sed gloriam hominum. Ideo Christus

Astus Dominus ait, receperunt mercedem suam. Nos ergo excedamus Phariseorum iustitiam, curantes in omnibus Deo placere, non hominibus. Ideo ad nos dicit cælestis magister. Attendite, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis. Inter opera artis, & naturæ hoc interest, quod ars naturam imitatur, sed illo non peruenit, quo natura. Pingit ars equum, sed non viuunt, pingit rosam sed odorem non spargit, pingit hominem, sed non videt, nec ambulat. Sed natura esse verum tribuit, vitam, ac operationes vitæ. Si ab inimicis saluari volueris, proderit tibi equus, quæ natura efformauit, non equus, quem ars depinxerit. Si cibum sumere volueris, aptus erit cibus à natura conditus, non cibus, quem pictor depinxit. Simili ratione in hominum operibus philosophandum est. Sunt enim opera virtutis vera, quæ à corde procedunt recto, illa nos saluare poterunt, & in regnum cælorum introducere. Sunt vero opera alia ab hypocrisis effecta, quæ similia sunt, sed longe diuersa, exteriora enim virtutis duntaxat habent, depicta sunt, non vera, ea nos saluare nequeunt.

Mat.6.

Mat.6.

Simile.

Mat.23.

Quarto tandem Phariseorum iustitia erat, curare nimium ea, quæ in lege minima sunt, ea vero quæ maxima, negligere. Ideo ad eos Christus Dominus. Væ vobis scribæ, & Pharisei hypocritæ, qui decimatis metam, & anethum, & cimum, & reliquistis, quæ grauiora sunt legis, iustitiam, iudicium, & veritatem. Hæc oportuit facere, & illa non omittere. Illis vero nunc multi perfimiles sunt, qui mandata Dei negligunt, cum tamen, aliquas deuotiones, quas sibi imposuerunt, nullo modo prætermittant. Primum Dei mandata seruanda sunt, & grauiora præponenda minoribus.

Sed attendamus iam exemplum iustitiæ Phariseorum, quod Christus Dominus in euangelio proponit. Audistis, quia dictum est antiquis, non occides, qui autem occiderit, reus erit iudicio &c. Quasi dicat. Docuerunt Pharisei, non esse occidendum hominem, nihil vero curabant, si in corde odium cesseret, & in verbis contumelia, in his enim nullum esse dicebant peccatum. Hanc vero doctrinam in populo illo disseminatam ab antiquis, ostendit manifeste Iosephus, libro duodecimo

Iosephus

Iosephus

de bello iudaico, capite decimo nono, quo loco narrat in
 foelicem exitum regis Antiochi, dicit vero, Polibium dixisse,
 illius causam fuisse, quod in Persia voluerit expoliare tem-
 plum Nanæ. Addit Iosephus, nullo modo id potuisse fieri, li-
 cet enim intenderit, ac voluerit, templum expoliare, sed ope-
 re non perfecit, unde nullum peccatum ea in re esse potuit, li-
 cet corde id voluerit, dum opere exteriori non compleuerit.
 Ecce Phariseorum doctrinam. Sed quæ celestis magistri doctri-
 na est? Ego autem dico vobis, omnis, qui irascitur fratri suo reus
 erit iudicio, &c.

Ad huius sententiæ intelligentiam aliqua notanda nobis
 sunt. Primum quid Racha significet, Augustinus ait, Ra-

Aug. lib. 1.
 de ser. dom.

in monte. c.

19. to. 4.

Chryf.

Hierony.

cha nihil certi significare, sed esse apud Hebræos interie-
 ctionem, qua indignatio significatur, & quia nihil significat
 quod nobis explicari potuerit, sic relictam in euangelio. Chry-
 sostomus ait Racha lingua Syriaca, quæ erat familiaris He-
 bræis, significare idem, quod tu. Hieronymus ait, Racha
 deriuari à Rec, quod significat inanem aut vacuum, vel pau-
 perem. Hoc vero certum est, esse aliquid minus quam fa-
 tue. Est ergo triplex iræ genus, quod hodie Christus o-
 stendit, est ira cordis, est ira, quæ leuius ostenditur ex-
 terius, & est, quæ grauius per verbum, fatue.

Secundo sciendum, quid sit, reum esse iudicio, con-
 cilio, & gehennæ, Augustinus, & Diuus Thomas aiunt, sig-
 nificare Christum Dominum. Ab antiquis traditum nobis
 est, eum duntaxat in iudicium ducendum, ac damnandum,
 qui exterius occiderit, sed ego dico, eum, qui solo corde irasci-
 tur, in iudicium ducendum, in quo forsân damnabitur, & tor-
 san non, quia si ira in odium peruenit, damnabitur, si ali-
 qualis fuit negligentia, peccatum erit veniale, si nulla, nullum
 erit peccatum. Non ergo vobis solum cauendum est ab homi-
 cidio, sed etiam ab ira, propter quam in iudicium estis du-
 cendi, & forsân damnandi. Si vero ira procedat exterius ad sig-
 na conuitij, iam culpa est manifesta, & res grauior est, & digna
 concilio multorum iudicum, qui solum ad grauiora conueni-
 re solebat, sicut Athenis in curia Martis res grauiores agitari so-
 lebant

D. Tho. 2. 2.
 quaest. 158.

A lebât. Quando enim ira duntaxat erat in irascibili, quæ non pa-
 ret despotice voluntati, dubium est, sit ne culpa, an non, de-
 qua re iudicandum est in iudicio. Sed quando ira procedit in
 os, quod despotice paret voluntati, culpa manifesta est, solum
 restat deliberatio iudicum, quæ nam sit culpa, & quanta pœ-
 na digna. Si vero ira eo procedat, vt proximo dicamus gra-
 ue conuitium, culpa mortalis manifesta est, propter quam
 in infernum est damnandus, qui eam admisit. Non er-
 go solum ab homicidio cauendum, sed etiam à peccatis cor-
 dis, & oris. Gregorius, & alij, per iudicium, concilium, & ge-
 hennam intelligunt æternam damnationem, quæ maior, vel
 minor est pro criminis qualitate, vt iudicium sit minor inferni
 pœna, quæ infertur odienti solum, concilium maior, quæ
 datur vituperanti, gehenna adhuc maior, quæ datur inho-
 noranti proximum. Vterque sensus eo tendit, vt non se-
 lum reputemus, homicidium esse peccatum, sed etiam
 odium, & linguæ conuitium, de quibus aliqua nobis di-
 cenda sunt.

Et Primum de ira. Augustinus refert duas philosophorum
 sententias, Prima est. Stoicorum, qui dicunt, iram in sapien-
 te omnino esse, non debere. Secunda est Peripateticorum,
 qui aiunt, iram moderatam, secundum rationem optimam
 esse, Aristoteles ait. Vtilis ira est, sic tamen, vt in castigando
 militis, non ducis officio fungatur, id est, à ratione regatur,
 & hæc Peripateticorum sententia vera est. Sed ais.

C Quæ ira est secundum rationem? Illa certe, qua irascitur quis
 in vitia, & peccata quia Deo contraria, sunt. Sicut qui
 aiebat. Iniquitatem odio habui, & abominatus sum. Vlti-
 rius hæc iniusta procedit, vlciscitur enim in se peccatum,
 & de se vindictam sumit tanquam iudex. Deinde si in pro-
 ximo peccatum videt, illud tollere curat, corrigit fraterne
 proximum. Sed hoc leniter facit. Ideo Paulus ait. Si præ-
 occupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spiri-
 tuales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, consi-
 deras te ipsum, ne & tu tenteris. Est enim in peccato Dei offen-
 sa, & hominis malum, cum respicis peccatum vt Dei offensam

Greg.

Aug. 9. de
 ciuit.

Arist.

Psal. 118.

Gala. 6.

ira con-

ira confurgit, cum ut hominis malum, commiseratio, qua
proximus corrigendus est. Vtius vero ira ista procedit in su-
perioribus; & iudicibus, qui punire debent malefactores, & tol-
lere mala de medio populi, ne modicum fermenti totam massam
corrumpat. In Saulen iratus Dominus est, & ab eo regnum ab-
stulit, quia peperit Agag. Et quia alter percutere noluit, cum
in sermone Domini diceretur ei, percutere me, a leone occi-
sus est. Dauid licet mansuetissimus testamento precepit Salo-
moni, ut Ioab, & Semei interficeret. Et Moyses dixit ad eos,
qui idololatras iugulauerant, consecratis manus vestras Domi-
no. Sicut enim miserendum nobis est, & misericordia mouen-
di in proximos, ita etiam in ipsam virtutem, quando impudenter
abjicitur, ut Bernardus ait. Unde cum malefactor punitur, non
solum iustitia exercetur, sed & misericordia in reipublicam; &
virtutem. At quoad eum voce preconiis id dici posset, sicut & iu-
dicia dicitur.

1. Reg. 15.
3. Reg. 20.
3. Reg. 2.
Exo. 32.

Bern. ser. de
resurre.

Psal. 75.

Greg.
Simile.

Aristo.

Job. 5.
Eccl. 7.

Ira vero, qua in proximum mouemur, quia nos lesit, con-
tra rationem est. Et ideo vindictam sumere, peccatum est. Hanc
in nobis iram coerceri, ac frenari Christus Dominus precepit,
ne in iudicium trahamur. Ira irrationabilis damna plura sunt,
Primum, anima ira turbatur, ut Dei habitaculum non sit, quia
factus est in pace locus eius. Sicut vero procellis mare turbat,
ita ira cor. Quod ad eum verum est, ut dicat Gregorius, etiam ze-
lum Dei, a charitate procedentem animam turbare, ut Deo non
fruat, nec eum videat. Sicut enim collyrium oculum quidem
purgat, & mundat, ut postea melius videat, sed dum collyrio
inungitur, non recte videt, ita Dei zelus collyrium est anime,
quia cum a charitate procedat, illam purgat, & perficit, sed dum
durat, mentem turbat, ut Deum videre, & eo frui, nequeat. Se-
cundum, ira pusillanimes maxime vincit, & pusillos, ac viles ho-
mines reddit. Ideo enim pueri, senes, infirmi, & mulieres, le-
uius, ac facilius irasci solent. Inter officia vero magnanimi Ari-
stoteles numerat, non irasci, & iniurias obliuisci, ac contra in-
iuriarum memoria, & ira pusillorum sunt. Tertium, ira stultorum
est, ideo Iob. V. in stultum interficit iracundia, paruulum oc-
cidit inuidia. Et Sapiens. Ne sis velox ad irascendum, quia ira in
suis stulti requiescit. Hinc iratorum plurima deliramenta,
quia

quia ira breuis est furor. Sed ais, qua arte iram cohibere pote-
ro? Multa de hac re Ethnici tradiderunt, Plutarchus librum e-
didit de cohibenda ira. Seneca multa de hac re scripsit. Primo
cum iratus fueris, nihil agas, nihil dicas, quod ab ira imperetur.
Sicut nauæ cum tranquillum tempus est, vela dant ventis, cum
vero aduersum, in portu quiescunt, ita cum ira turbaris, tempe-
stas orta est, noli in altum ducere nauim, noli loqui, noli tunc
punire, nec tunc alijs, sed potius tibi remedium adhibe. Sic Dauid
agebat, qui ait. Turbatus sum, & non sum locutus. Quid quod
Ethnici consilium hoc prebuerunt, de Artenodoro Plutarchus
refert, dedisse consilium Augusto, ut nihil diceret, aut faceret
iratus, nisi prius recitaret alphabetum graecum. Et quonia hoc
dedit consilium, eum in domo sua commorari fecit altero anno,
dicens. Adhuc te presente mihi opus est. Et beatus Ambrosius
Theodosio iniunxit, ut poena capitis nullus preteretur, nisi
post triginta dies a sententia lata, quod & lege cautum est.

Plutar.
Seneca.

Simile.

Psal. 76.
Plutar.

In hist. Tri.
lib. 9. c. 30.

Pluta.

Sed preclare Plutarchus ait. Caetera mala, etiam cum morbus
viget, remedia admittunt, ira vero non sic. Sicut enim cum do-
mus ardet, ita solet, qui intra eam est, fumo, & igne turbari, ut
remedia non admittat. Ita irato contingere solet, dum ira cor-
ripitur. Et ideo sicut ciuitas obsidionem futuram timens, sibi
necessaria prouidet, sciens, cum hostes eam circundederint,
sibi necessaria prouidere non posse. Ita facere debet, qui ira cor-
ripitur, ut sibi prouideat, ante iræ tempus. Iratus enim similis
equo currenti est, quem in medio cursu non est, qui teneat. Sed
ais. Quam mihi adhibebo medicinam praeseruatiam contra
iram? Respondet Plutarchus. Radix iræ inordinatus amor sui
est, cupiditas nimia, superbia, elatio animi. Hec tolle, & reme-
dium apposuisti iræ. De Stephano seruo Dei memora prodi-
dit beatus Gregorius. Quod cum inuidus homo segetem vni-
uersam incendio consumpsisset, ex qua alendus ipse cum discipu-
lis erat, eique hoc quidam nunciaret, dicens. Stephane va, ti-
bi enim malum contigit, eo audito respondit, va ei, qui incen-
dit, mihi enim quid contigit? Si amore diuitiarum teneretur, ira
proculdubio maxima contingeretur, qui vero animum a terre-
nis separauerat, eum tranquillum reperit, etiam bonis amissis.
Da mihi hominem temperatum, ac moderate diligetem, quæ
seculi

Simile.

Grego. dial.

Simile.

ſeculi ſunt, hic facile iram ſuperabit. Sicut de aſpide dicitur, **A** quod non vna, ſed duæ ſimul incedunt, & altera alterius cauſas ſuſcipit, & ſi vna læditur, altera vindictam ſumere de lædente curat. Ita in nobis duo ſunt appetitus, cõcupiſcibilis, & iraciſcibilis; iraciſcibilis vero cõcupiſcibile cõmitatur, & illius cauſas agit, & vindictã ſumit de his, qui concupiſcibilem lædunt. Si vero cõcupiſcibilis eo moderamine ſit conſtituta per mōrales virtutes vt non facile lædatur, nec iraciſcibilis in lædentem conſurget. Moderandi ergo, & componendi appetitus ſunt, & tunc ira quieſcet. Cauenda ergo ira nobis eſt, à qua odium proximi procedit, ne in iudicium deducamur, ne litem habeamus dubiam, & difficilem ſuper cælorum regno. Maximo dolore tangi ſolet princeps, ſi in ius, ac litam vocetur ſuper primo genitura, & omnibus bonis ſuis, & omnibus vijs curat, vt ſecurus ab hac lite ſit. Si iratus fueris ò homo, in in ius vocaberis ſuper regno cælorum, cauenda ergo tibi ira eſt.

Simile.

Deinde cauenda tibi ſunt verba deſpectus, vel conuitij in proximum, ne ducaris tanquam reus in concilium, nulli dicas verbum Racha, vel fatue. Poſtquam Deus homo factus eſt nimium hominis honorem zelat, tanquam primogenitus in multis fratribus, cauſamque noſtram ſuam dicit, quia caput eſt noſtrum. Conſanguineus nobis factus, eſt ideo ſuſtinere non potèſt, quod homo lædatur voluntate, aut verbo, etiam nihil ſignificante, vt Racha. Zelauit Deus olim honorem ſuum, & nihil minimum ducebat, ſi eius tangebatur honorem, eique derogabat. Tranſgreditur præceptum Adam, cõedit vetitum pomum, in innumera incidit mala. **C** Quod ſi dixeris non ne pomum vnum fuit? quomodo tantorum cauſa malorum? dicam tibi, contra Dei honorem Adam fecit, & nihil leue eſt, ſi Dei honori ſit contrarium. Sic etiam is, qui parua ligna collegit in die ſabbathi lapidatur: licet enim parua ſint ligna, ſed non parum cenſendum eſt, quod Deo eſt aduerſum, & honori illius contrarium, eſt vero violatio ſabbathi ei contraria, tria enim priora catalogi præcepta Dei honorem reſpiciunt. Ita ergo nunc homo factus honorem hominis maxime zelat, nec paruum rem aliquam reputat, ſi hominis deſpectus ſit. Caput noſtrum eſt, &

ideo

A ideo ait. Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei, ne ergo *Zacha .2.* in hominem dicas Racha, vel fatue. Sed Domine an non hoc verbum eſt, quod ventus tollit, nec hominem lædit, quid ergo illud reputas magnum? Nihil paruum eſt, ſi hominem, qui membrum meum eſt, inhonorat. **4. Reg. 2.** Hac ratione prodeunt vſi, & diripiunt irridentes Eliſeum, & dicentes, aſcende calue, & quaſi iniuriam ſui reputat iniuriam noſtri. Sicut Dauid iniuriam ſeruorum, & nunciorum propriam reputauit, & ob eam cauſam filios Ammon deleuit. Non ſolum ergo non occides, ſed nec iracundum tibi in proximum, nec dicendum Racha, vel fatue.

Et quod vltimum eſt. *Si offers munus tuum ante altare, & ibi recordatus fueris quis frater &c.* Exaggerauit proſecto **B** rem hanc his verbis, non enim ſolum dicit, ſi læſiſti fratrem, debitam ei ſatisfactionem tribue. Sed addit, ſi læſiſti fratrem, me læſiſti, nihil tuum mihi gratum erit, niſi ei ſatiſfeceris. Nec ſolum ait, antequam ad altare accedas, fratri reconciliare. Sed adiicit, ſi dum offers munus tuum, recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi manuſ tuum, & vade prius, reconciliare fratri tuo, & tunc veniens, offeres munus tuum. Quibus verbis præponere videtur fratris charitatem honori ſuo. Sed ò Domine nonne melius eſſet tibi, primum ſatiſfacere, & angelis Dei expectantibus ſacrificium, & orationem noſtram, vt Deo offerant, & deinde fratri? *Chryſ.* O ineffabilem Dei noſtri pietatem, atque immenſum erga homines amorem, honorem

C ſuum quodã modo deſpicit, dum in homine charitatem requirit. Hęc vero præcipue in eucharistiæ ſacramenti ſuſceptione verum habent. Cum enim illud ſit ſacramentum vnitatis, nullo modo diuiſionem fratrum patitur. Ideo Paulus. **1. Cor. 10.** Vnum corpus multi ſumus, omnes, qui de vno pane, & de vno calice participamus. Sed ais, nonne ſecunda tabula cedit primæ? & mandata primæ tabulæ præferenda ſunt? Reſpondetur. Ea quę ſunt ſub præcepto, præferuntur his quę ſunt in conſilio, & huiusmodi ſæpe ſolet eſſe ſacrificium. Ideo **1. Reg. 13.** Saul audiuit, quia melior eſt obedientia, quam victimæ, & deinde, qui peccat in fratrem, in Deum peccat, qui eſt caput eius: **1. Cor. 8.**

hinc

hinc Paulus, sic peccantes in fratres, & percucientes eorū cōscientiam infirmam, in Christum peccatis. Hoc vero pręcipue nos terrere debet, ne fratres lædamus, quod in iudicio audituri sum⁹, quod malū vni ex his minimis fecistis, mihi fecistis &c.

Dominica Sexta post Pentecosten.

*The. Misereor super turbam, quia ecce iam tri-
duo sustinent me. Marci. 8.*

Prouer. 8.



D omnibus diuinis audire, & loqui suauissimū est, quoniam vniuersa illa magna sunt, de magnis vero suauē est homini agere. Hinc Prouer. 8. sapientia clamat. Audite, quoniam de rebus magnis locutura sum, & aperientur labia mea, vt recta prædicem. Sed inter omnia diuina, quæ tibentius loquimur, & audimus, ea sunt, quæ ad misericordiam pertinent. Tum quia diuinæ misericordiæ opera maiora sunt. Dicente Psalm. Miserationes eius super omnia opera eius. Tū quia misericordia Dei ad nos miserōs spectat, & amabile, quidē bonum, sed vnicuique proprium, vt Philosophus ait. Cum vero Deum ostendimus misericordem, non solum Dei bonum declaramus, sed & nostrum, Dei enim misericordia efficit, vt mala nostra curentur, & vniuersa ad nos bona proueniāt, ideo maxime nobis placet, cū audimus, Deum diuitem esse in misericordia. Sicut pauper lætatur, cum de conciuē suo audit, quod nobilis, sapiens, potens, fortisque est, sed magis lætatur, si audiat, misericors est, omni pauperi subueniens, quia hoc audito, sperat miseræ suæ leuamen. Multę tribulationes iustorum, ait Psalm. an non lætabuntur, si audiant, quod statim subiungit, & de omnibus his liberabit eos Dominus? Pater misericordiarum est, Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra.

Vis

- A** Vis nosse d homo ingeniū Dei tui? natiuam eius conditionem? pater est misericordiarum. Et suavis Dominus vniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius, & dulcis, & reclus Dominus, propter hoc legem dabit delinquentibus in via. Et Deus cui proprium est, misereri semper, & parcere. Licet enim Deo proprium etiam sit, sapienter, potenter, & iuste operari, sed singulariter ei proprium dicitur misereri, quia operibus misericordiæ ab intrinseco, & magis attendit, & plura opera misericordiæ præstat, quam iustitiæ. Sicut aliquando nobilis est vir, qui vniuersa, quæ nobilem decent, præclare præstat, siue feras venetur, siue cæli aues, siue torneamēta exerceat, siue quęuis alia nobilis viri exercitia, in omnibus speciem ingentis nobilitatis præbet: dici mus tamen de eo, ingenium eius, inclinatio illius eum singulariter ducit in venationem, in hanc præcipue intendit, huic maxime incumbit, hæc illi gratior est. Ita de Deo nostro dicimus, vniuersa operatur perfectissime, siue sapientiam, siue potentiam, siue misericordiam velit ostendere, sed præcipue in misericordiam inclinatur, dulcius illi est, misericordiam præstare, operibus misericordiæ incumbit magis. Et hoc est, quod Psalmus ait. Miserationes eius super omnia opera eius. Et adeo libenter misericordiæ operibus intendit, vt in opere maximæ iustitiæ misericordiam immisceat. Et ideo cum damnatos in inferno punit, citra condignum eos punit, vt & ibi eius splendeat misericordia. Et quemadmodum ille, qui prona mentis vi in aliquod opus ducitur, & ad illud præcipue inclinatur, curat, illud magis magisque addiscere, & se ipsum indies in ea re superare. Sic Christus Domin⁹, qui in misericordiam præcipue propendet, cum sit ipsa misericordia, dicente Psalmo Deus meus misericordia mea, misericordiam discere voluit, & ideo miserias nostras, homo factus suscepit, vt misereri disceret, edoctus experientia miseriarū. Hinc Paulus. Non habemus pontificem, qui non possit compatī infirmitatibus nostris, tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato. Sicut amicus, qui eandem patitur, quam tu infirmitatem, aliter tibi compatitur, quam is, qui eam non est expertus. Hinc Paulus. Debit, per omnia fratribus assimilari, vt misericors fieret, & fidelis pontifex ad Deum, vt

*Psal. 144.
Psal. 24.*

Simile.

Psal. 144.

Simile.

Psal. 58.

Heb. 4.

Heb. 2.

Y

repro-

repropiciaret delicta populi, in eo enim, in quo passus est ipse, & tētatus, potens est, & eis, qui tentantur, auxiliari.

Hoc ergo summe nos consolari debet in omni tentatione, & tribulatione nostra, quod eam videt misericors Deus, qui probe nouit infirmitatē nostram, & pater est misericordiarū.

Psal. 102. Hinc *Psal.* Quomodo miseretur pater filiorū, misertus est Dñs timentibus se, quoniā ipse cognouit figmentum nostrū recordatus est, quoniā puluis sumus. Circundatus in castello est fili⁹

Simile. magni regis ab hostibus, certiorē de hac re facit patrē suū dicēs, per mensem tantūmodo ferre potero impetum inimicorū si pater rescribat, intra mēsem tibi adero, securus redditur. Ita si expugnaris ab hostibus, pater tibi est, inuoca illum. Sed quid

Psal. 11. Deus inuocanti homini respondet? Illud certe, quod in *Psal.* dicitur propter miserīā inopum, & gemitum pauperum, nunc exurgam, dicit Dominus, cito tibi succurrā iā, adero tibi, noli merere, nunquid rex non est tibi? aut consiliarius tuus perijit?

Psal. 124. Non relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem iustorum, vt non extendāt iusti ad iniquitatem manum, suam. Sic irato Laban in Iacob præcepit Deus, caue ne quicquā durius lo-

Gen. 29. quaris contra Iacob. Et cor regis Assueri vertit in mansuetudinem erga Hester. Et vt de populo Dei *Psal.* ait, non reliquit hominem nocere eis, & corripuit pro eis reges. Hinc didicit

Psal. 104. *Psal.* illud. Bonū est sperare in Domino, quā sperare in principibus, omnes gentes circuierunt me, & in nomine Domini quia vultus sum in eis.

Psal. 117. Huius diuinæ misericordie, & in suos prouidentie præclarū hodie proponitur in euangelio exemplū. *Cum turba plurima esset, nec haberent, quid manducarent.* Obliti homines illi erant corporalis cibi propter dulcedinem spiritualis, quem à Christo percipiebant. Refert hoc loco Albertus Magnus dictum Auicennæ ethnici, quod homines delectati in diuinis, tempus non percipiunt. Quid mirum si hoc fideles præstent. Hinc *Psal.*

Alber. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. Hinc graue onus sancti putabant, corporis necessitatibus deferuire. Sed ais non ego experior hanc diuinam dulcedinem. Ita plane est. Accidit vero tibi, quod filio, qui patrem habet dulcē, nobis, & humanum, cuius tamen benignitatē nō experitur,

Psal. 118. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. Hinc graue onus sancti putabant, corporis necessitatibus deferuire. Sed ais non ego experior hanc diuinam dulcedinem. Ita plane est. Accidit vero tibi, quod filio, qui patrem habet dulcē,

nobis, & humanum, cuius tamen benignitatē nō experitur,

Simile. **A** quia extra Domum illius versatur. Et quod sponsæ, quæ dulcissimum habet sponsum, sed eū nō alloquitur, ideo dulcedinem illius non experitur. Si tu orationē fugis, si cum Deo non colloqueris, quomodo dulcedinem illius experieris? Accede ergo ad orationem? Deum tuū amplectere, cū eo colloquia misce, & tūc eius dulcedinem percipies. Gustate, & videte, quoniā suavis est Dominus, si illum non gustas, nō tibi dulcis erit. Sed Christi Domini misericordia, & in suos dulcedo ostēditur in his, quæ ille nunc loquitur, ait enim.

Misereor super turbam, quia ecce iā triduo sustinent me. Verba hæc cōsolatoria sunt, dulcedine plena. Putas ne, oblitus Deus est sororū, quæ eius causa agis, aut sustines. Nō ita est, dies numerat ipse quibus aliqua pateris, vt eū sequaris. Audi dicētē, ecce

B iā triduo sustinet me. Imo vero, & gress⁹ tuos dinumerat, quos das in eius obsequio. Et capillos capitis tui. An nō Iob, ait. Tu quidē gress⁹ meos dinumerasti? Et Chr̄s Dñs, nā & capilli capitis vestri numerati sūt omnes quia minimas suorū cogitationes bonas in remunerationē perpetua memoria cōseruat. Hint Paulus. Nō enim iniustus est De⁹ vt obliuiscatur operis vestri, & dilectionis, quā ostendistis in nomine ipsius, qui ministrastis sanctis, & ministratis. Fuit ne vnquā in orbe rex, qui librū haberet in quo hæc scriberet, Petrus me allocutus semel est, dabo ei ducatū Mediolanēsem, mādatum leue peregit, dabo ei Neapolis regnū, corā me paulisper stetit, dabo ei Siliciæ regnum. Plures rex hic famulos inueniret, qui minima obsequia tantis beneficijs muneraret. O rex regum quis tibi nō inferuiat. Quam bonus Israel Deus his qui recto sunt corde, illis enim mercedem æternā, regna præparas sempiterna pro minimis cogitationib⁹ bonis, operibusq; exiguis, & pro calice aquæ frigide. Vsu hocho minibus venire solet, vt cū homo in suprema sit dignitate, quicquid ille faciat pro abiecto, & vili homine, maximi habeatur etiam si minimum illud sit, quod præstat. Cum vero homo infima (fortis aliquid facit in gratiam magni principis, licet quod facit magnum quid sit, non adeo habetur in pretio. Horum, quæ diximus, exemplum patet, quia si rex Hispaniarum inuisat sibi subditū, & in eius veniat domū magni id ducitur. Si vero plures milites in bello vitam profundant, vt regem

Iob. 14. *Luc. 12.* *Heb. 6.*

Simile. **C** ius muneraret. O rex regum quis tibi nō inferuiat. Quam bonus Israel Deus his qui recto sunt corde, illis enim mercedem æternā, regna præparas sempiterna pro minimis cogitationib⁹ bonis, operibusq; exiguis, & pro calice aquæ frigide. Vsu hocho minibus venire solet, vt cū homo in suprema sit dignitate, quicquid ille faciat pro abiecto, & vili homine, maximi habeatur etiam si minimum illud sit, quod præstat. Cum vero homo infima (fortis aliquid facit in gratiam magni principis, licet quod facit magnum quid sit, non adeo habetur in pretio. Horum, quæ diximus, exemplum patet, quia si rex Hispaniarum inuisat sibi subditū, & in eius veniat domū magni id ducitur. Si vero plures milites in bello vitam profundant, vt regem

Psal. 72.

Si vero plures milites in bello vitam profundant, vt regem

Si vero plures milites in bello vitam profundant, vt regem

Si vero plures milites in bello vitam profundant, vt regem

vel eius regnum tueantur, non magni habetur, celsitudo enim A personæ, & dignitas id efficit, ut magnum sit, quod ille facit, licet in se sit paruum, & minima sint, quæ in eius obsequium fiunt, licet in se sint magna. Sed cum Deo nostro diuersa ratione, atque ordine nos gerimus. O Domine, excelsus, & terribilis, rex magnus super omnem terram, quam magna fecisti, & passus es pro homine infimo, & nihili penduntur. Et parua homo præstat, ut tibi obsequatur, & maximi illa ducis. Numeras nunc Domine triduum, quo sustinent te, cur Domine non numeras æternitatem dierum, quibus in cælo eis gloriâ dabis? Plura tu nobis præstas, plures dies sustines nos, nec illos numeras, numeras vero triduum, quo sustinemus te. Maxima hæc pio consolatio esse debet, quod Deo obsequitur, qui minima obsequia munerat, quid enim B de maximis faciet, qui minora in tanto pretio habet? qui capillos numerat, sanguinem, non numerabit? Triduo, ait, sustinent me, sed quod nam triduum? Si in triduo passionis te comitarentur, & sustinerent, si in triduo, quo ignis, & fulgura in monte Sina fuerunt, non ita mirandum, quod illud magni duceres, sed triduum adeo facile, hoc mirum valde. Cum ergo opera, quibus Deo obsequeris, præstas, consolare, quando oras, & putas nullum audire, aut respicere te, cum dicis cum Iob, sto, & non respicis, clamo, & non exaudis, mutatus es mihi in crudelem: procul dubio respicit te Deus, & numerat momenta, quibus coram eo stas, ne despicias orationem tuam, ait Bernardus quia non despicit eam Deus.

His vero qui carni, & mûdo adhærent, eisq; obsequuntur, oppositum accidit. Prædones, ac tyranni sunt, nec respiciunt obsequia, quæ illis exhibentur, nec ea curant, aut mercedem ullam præstant. Hoc præclare nobis ostensum est in sacerdotibus, ministris Baal, inuocabant nomē Baal de mane usq; ad meridiem dicentes Baal exaudi nos, & non erat vox, neq; qui responderet. Clamabant ergo voce magna, & incidebant se iuxta ritum suum cultris, & læceolis, donec perfunderentur sanguine nec audiebant vocem nec aliquis respondebat. Ecce stipediū, quod mūdus, demō, & caro suis præstat, eos non respicere, sed dedignari, etiā si in eorū obsequia sanguine perfundat. Hoc obsecro, tibi memoria non excidat. Si mūdo,

A mundo, & carni inseruieris, illud tibi cum eis continget, quod Iude cum phariseis contigisse, Euangelista ait. Curauit Iudas. Phariseis placere, & ut id faceret, Christum vendidit. Perpetrato scelere ingenti, timore, & tremore percussus ad phariseos abiit, dicens, peccati, tradens sanguinem iusti. Et illi ad eum, quid ad nos, tu videris. Hæc ipsa verba mundus, & caro tibi respondent, cum plurima eis obsequia præstiteris. Aliquando in angustijs maximis eris, eo quod eis placueris, veniet hora mortis, cum timore, & tremore concutieris, eo quod mundo, & carni induleris. Accede ad carnem, & dic ei, o caro nostri probe, quod tibi seruiet, quod ut voluptatibus tuis obtemperarem, Deum contempsi, ut tibi delicias pararem, inferni penas commertus sum, nunc accurre mihi. Respondebit. Quid B ad nos, tu videris. Si vero ad mundum accesseris, & dixeris, vanitati tuæ obsecutus sum, ut leges tuas seruarem, Dei leges contempsi, omnem substantiam profudi, ut tibi placerem, nunc ergo mihi succurre. Dicet, quid ad nos, tu videris. Ideo nunc attende, ac considera, cui adhæreas hero, quem tibi in Dominum eligas. i. Reg. 30. Inuenit Dauid hominem Aegyptium animam exhalantem præ fame. Et ait ei. Cuius es? Et ait. Puer Aegyptius ego sum seruus viri Amalechitæ, dereliquit autem me Dominus meus, quia ægrotare capiti nudius tertius. En mudi in te beneficia, cuius nunc seruus es, derelinquet te, cum ægrotare cæperis. Quam diuersum Dei nostri natium ingenium est. Apparet id in Helia, qui cum inuocauit Deum Israel, continuo exauditus est, & igne de celo misit, licet cultris non se incideret. De idolo ait Esaias. Cum clamauerint ad eum, non au diet, de tribulatione non saluabit eos. Deus vero noster ait per Esaiam. Et erit, antequam clament, ego exaudiam, ad huc illis loquentibus ego audiam. Et rursus Esaias ait, Deus iudicij Dominus, beati omnes, qui expectant eum ad vocem clamoris tui, statim ut audierit, respondebit tibi. Quis ergo nisi amens ad hæreat hero, a quo se nouit derelinquendum in necessitate? Quis Deo non adhæreat, qui adeo fidelis, & misericors est, ut suis semper adsit, & minima obsequia æterna muneret retributione, & maxima dicat, & adeo magnificat, ut dicat. Ecce iam triduo sustinent me, oportet me eorū necessitati subuenire.

Iob. 30.

Bernard.

3. Reg. 19.

Matt. 27.

1. Reg. 30.

3. Reg. 19.

Esa. 46.

Esa. 65.

Esa. 30.

Si dimisero eos ieiunos, deficient in via. Manifestat Christus A curam, quam de suis habet in temporalibus. Vt impleatur illud Psal. Inquiretes autē Dñm nō deficient omni bono. Et illud. Spera in Domino, & fac bonitatem, & pasceris in diuitijs eius, Dñs sollicitus est mei, Psal. ait, vt tu sollicitus circa tēporalia nō sis. Quia hāc firmā, ac viuā spē, quę anchora est, nō retinemus in corde, multi hodie auari, fures, & meretrices sunt, vt sibi victū acquirant. Scit pater vester cęlestis, quia his omnibus indigetis, ideo solliciti ne sitis. Hāc patris curam nunc ostendi, dum nō petētib⁹ cibū ille parat: infideat ergo animo tuo veritas ista. Si Deo adhæseris, & mandata eius seruaeris, nihil tibi deerit. Esto tu ouis pascuę eius, & dicere poteris. Dominus regit me, & nihil mihi deerit. Maximū verbū nihil mihi deerit, & quod nec rex, nec princeps dicere potest, sed solū, qui ouis est Chrī. B

His etiā verbis innuit nobis necessitatē sumēdi eucharistię sacramentum, ne deficiamus in via cęli. Fami omnino occurrē dum est cibo, alias enim homo deficiet. Hinc de forti muliere scriptū est. Dedit prędā ancillis suis, & cibaria domesticis suis. Hinc statim homine cōdito, ei cibū pręparauit Deus, dicēs, ex omni ligno paradisi comedes, & ecce dedi vobis omnē herbā virentem in cibum. Post diluuium vero quia terra infirma facta est, nec herbas, & fructus adeo pingues proferebat, vt hominem nutrire possent, concessit esum carniū, dicens. Omne, quod mouetur, & viuit erit vobis in cibum. Quia vero in lege gratię homines cęlestes effecit, qualis cęlestis, tales & cęlestes, cum cibus adaptari debeat cibando, indigemus cęlesti cibo. Eum nobis concessit dicens, ego sum panis viuus, qui de cęlo descendi. Terrenis concesserat cibum terrenum, cęlestibus cęlestē. Hoc ergo diuino proposito nobis cibo, tollit nos ab animalium mensa, & collocat in angelorum mensa, vt eundē cum illis capiamus cibū, panē angelorum manducauit homo. Et hoc panē nos reficit, ne in cęli via deficiamus. Vnde omnibus dicitur, quod olim Elię dictum ab angelo est. Surge comede, grandis tibi restat via, viam in cęlum agimus, grandis profecto via hęc est, surgamus ergo, & vtamur hoc cibo, ne in via deficiamus.

Sed quid discipuli respōdeāt Christo, audiamus. Vnde istos pateris

Aterit hic saturare panibus? Facile agnoscebant discipuli potentiam Christi, vt mala inferret, vt ignem descendere faceret de cęlo in Samaritas. Et hoc ipsos etiā credunt facile pręstare posse. Vnde aiunt. Vis dicamus, vt descendat ignis &c. In bonum vero, vt satiet hos homines, non credunt Christo inesse potentiam. Et cum paulo ante vidissent simile aliud miraculū quinque panum, iam obliui eius sunt. Huiusce ingenij homines sunt, in malum omnia credunt se posse, vt ludo, & vanitati inseruiatur, diuitem se homo dicit, & omnia se posse credit, vt vindictam de inimico sumat, viribus se pręstare credit. At vt bona operetur, ac pręstet, vt eleemosynam faciat, substantia nulla ei esse videtur, vt corpus affigat vires non suppetunt. Contra vero Paulus. Omnia possum in eo, qui me confortat. Iustus omnia bona se posse credit, & qui peccator cum erat, fortis in mala fuit, nunc mutata fortitudine, omnia bona ei facilia apparent. Hinc Esaias ait. Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, affument pennas vt aquilę, volabunt, & non deficient, current, & non laborabunt.

Diffidentibus vero discipulis Christus Dominus ait. *Quot panes habetis?* Quibus verbis ostendit, velle se, vt minimū, quod habemus, & possumus, ei pręstemus, ipse vero maximum, quod deest implebit, addetque. Ipse innumeros panes effecturus, voluit paucos, qui ibi erant, panes ab Apostolis dari. Et hoc in reliquis omnibus verū habet. Vult agricolā vnum granum seminare, ipse vero multiplicat. Vult nos mereri gloriam operibus quę in se considerata, adeo sunt minima, vt simul sumpta vniuersa, cum instanti glorię nullam habeant proportionē, ipse vero super addit gratia, & meritis suis, quod operibus nostris deerat. Sic etiā in donis cęlestibus maximis, quę nobis dare cupit, exigit quidem à nobis, vt ea pręstet, aliquam dispositionē, & pręparationem, sed quę longe inferior est tantis donis, ipse vero super addit id, quod nos pręstare nequimus. Sic etiā impleri voluit vasa vacua oleo, immissa tamē prius in quolibet vase gutta ex priori vasculo. Ideo semper nobis à diuina gratia sperandum est, maxima obtinere dona, quia licet nos dispares, & longē ab illis simus diuina tamen gratia ea efficiet, si nos pa-

rum, quod possumus, præstiterimus. Hoc enim opus potius ac potissimum est gratiæ, quam industriæ. Si aliqua vehementi passione irgeris, quam vinci à te, impossibile iudicas, sacramenta frequenta, afflictiones aliquas corpori adhibe, & gratia Dei aderit tibi, quæ opus perficiat. Si insignem, perfectamque humilitatem assequi vis, opera humilia adhibe, gratia tibi aderit, & humilis euades. Hoc est illud Sapientis. In opere ipsius modicum laborabis, & cito edes de generationibus illius. Et iterum. Modicum laboraui, & inueni mihi multam requiem. Hoc idem in naturalibus. Deus noster seruare solet, ipse enim positus dispositionibus animam creat, & corpori infundit, ad quam producendam vniuersæ naturæ vis satis non erat.

Et accipiens septem panes, gratias agens fregit &c. In manibus Christi Domini panis crescit, ac multiplicatur. Omnia, quæ in eius manibus ponuntur, multiplicantur. Obolum das pauperi, & cum illi tribuis, in Christi Domini manibus ponis, & ideo crescit in æternam retributionem, vt solus Deus digna illius merces sit. Quod vero in mundi, & carnis manibus ponis, non solum non multiplicatur, verum perit omnino. Si vero in Christi manibus a deo crescit parum panis, obsecro te, quantum cresceres, ac multiplicareris, si te, & vniuersa, quæ tua sunt, in eius manibus poneres? Ideo substantia tua non crescit, quia in terra sterili seminas, quæ tibi nihil reddit, etiã si plura in ea seminaueris. Qui enim in carne feminat, metet corruptionem, qui vero in spiritu, de spiritu metet vitam æternam. Seuit, ait scriptura, Isaac in Gerara & inuenit in ipso anno centum. Et benedixit ei Dominus, & locupletatus est homo. Vis locuples esse? Fere in hac terra optima, quæ ait, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Audi diuinas super hac re querelas in eos, qui quasi sterili terra Deus esset, in eo feminari nolunt. Nūquid terra sterili ego sum, aut ferotina, quare ergo dixit populus meus, recessimus, non veniemus vltra ad te? Multi putant, si Deus sterilis terra non est, saltem ferotinam esse, quia promissiones vniuersas in futurum seruat. Sed attende, quod sicut sterilis terra non est, ita nec ferotina nunc enim in presenti seculo centuplum tribuit. Hinc Sapientis: Est homo, qui rapit aliena, & semper in egestate est, est homo, qui dat sua, & abundat. Hinc Psal. Mu-

Eccle. 6.
Eccle. 51.

Gala. 6.

Gene. 25.

Matt. 19.

Hiere. 2.

Prover. 11.

Psal. 36.

A tuabitur peccator, & non soluet, iustus autem miseretur, & retribuet. Et iterum Sapientis. Honora Dominum de tua substantia, & de primitiis omnium frugum tuarum da pauperibus, & implebuntur, horrea tua saturitate, & vino torcularia tua redū dabunt.

Nec vero tua solum in Christi manibus pone, sed & te ipsi. Optimū profecto homini est, si in manibus Dei sit. Vnde Psal. In manibus tuis fortes meæ. Quasi dicat. Felix mihi fors speranda est, cū à manu tua mihi sit prouentura. Si mihi nunc à Deo facultas hæc cōcederetur, vt vniuersa negotia mea, spiritualia, & tēporalia, quæ ad animam, & corpus spectant, ponerem in manu mihi amicissimi, vel patris, vel matris, non ea in alterius manu ponerē, nisi in Christi manibus. In manibus tuis o Domine sint vniuersæ fortes meæ, vniuersi successus. Quid mihi aptius, aut felicius esse potest, quam negotia mea esse in manibus illis, quæ mei causa crucifixæ sunt? In his manibus letabatur Paulus sua omnia esse, cum diceret. Scio cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum seruare in illum diem. Est homo de quō pronuncias, quicquid in manibus huius est, perditum crede. De alio vero ais. Omnia multiplicat, & crescere facit, quæ in manibus eius sunt. Vere hic Christus est, ille vero mundus, & caro. Opere hoc Christus Dominus comprobatur, dū in eius manibus septem panes multiplicantur, vt quatuor millia hominum comedant vsque ad satietatem, & supersint sportæ septena.

S Mirum profecto, ac stupendum hoc Christi opus. Sed aliud huic persimile indies operatur, quod assiduitate nobis viuunt, cum tamen maximum sit, & quod illud? Certè quod vniuersam creaturam pascit a deo facile, & mirabili vniuersi ordine, quod profecto stupendum est, & proprium diuinæ omnipotentia. Quod ex eo colligere poteris, Quod si nunc in vno montium congregares vniuersas aues, quæ in Hispania sunt, diceremusque Hispaniarum regi, pascere vniuersas aues has proprijs, conuenientibusque cuique cibis per vnum diem dūtaxat. Etiam si multum tēporis infumeret in congregandis cibis, etiã si vniuersos thesauros regios in hoc opus infumeret, nequaquam posset vno die omnes has aues pascere cibis cuique apto, qui

Prover. 3.

Psal. 5.

2. Tim. 1.

Alia 2

8. 1. 1. 1.

plurimæ sunt aues, & cibus longe diuersis pascuntur. Hinc men-
te confurge, disceque, quanta Dei nostri potentia, ac prouiden-
tia sit, qui non vno die, sed ab initio mundi vsque in finē pascit
homines omnes, vniuersas mundi aues, iumēta reptilia, pisces,
& cuique aptum, & conuenientem naturæ suæ cibum præstat.

Psal. 135. Qui dat escam omni carni, Et aperis manum tuam, & implet
Psal. 144. omne animal benedictione.

Chrysost.

Notat vero præclare Chrysostomus in lib. de prouidentia
maioris, & excellentioris prouidentia opus esse, cum ordine
causarum naturalium ab initio mundi ad hoc constitutarum
Deus mundum gubernat, & pascit, quam si sine hoc ordine ip-
se met quotidie panes, & alimenta de nouo crearet, aut multi-
plicaret. Dupliciter nanque cibus à Deo præparari potest: om-
ni viuenti, vel quotidie cum Deus creando, vel sic ordinando

vniuersum, vt quotidie ex eo procedat hoc alimentum. Si prio-
ri ordine Deus mundum pasceret, mirabilius appareret homi-
num oculis, cum repente viderent innumerum conditum ci-
bum, vt nunc viderunt panem multiplicatum. Sed re vera ait
Chrysost. multo mirabilius, multo sapientius Deus mundum,
pascit cum sic constituit vniuersi ordinem, & causarum efficien-
tiam, vt hoc die, & altero producat mundus cibum conuenien-
tem, ac si Deus per se ipsum illum crearet. Sicut non adeo mi-
randum esset, si nunc efficeret, vt horologium sonaret hanc vel
illam horam. Esset vero mirandum valde, si sic constitueret ho-
rologium, vt per sex mille annorū spacium discurrens, nunc hanc
horam infallibiliter sonet. Ad quod perficiendū, opus erat per
tot millia annorū ordinate in circulum moueri. Similiter ergo
licet mirabile Dei opus esset, nunc repete se ipso, vel ex elemētis

Simile.

producere omne alimētum cunctis viuentibus, sed maiore ar-
guit sapiētiā, ac prouidentia, quod tanto ordine constituerit De-
i causas omnes naturales, vt post sex mille annos nunc produ-
cant adeo diuersos cibos omnibus viuentibus aptos. Ad hoc
certe infinita prouidentia, ac sapientia opus fuit, quæ sic ordi-
nauit mundi huius horologium, in eoque ordine illud constituit,
vt post tantum tempus in suo perseveret ordine, & horam hanc so-
net. Mirabilia profecto Domine opera tua, & anima meator-
noscet nimis. Ex his illud nobis colligendū est, vt misericordie
Dei

Psal. 138.

Dei tati fidamus, eius verbis nitamur, eū sequamur, quia illi en-
ræ nos sumus. Ipse ieiunos nos esse non patietur. Si enim proui-
dus homo cibaria domesticis suis parat, multo magis Deus ius-
tis, &c.

Dominica Septima post Pentecosten.

*The. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum
excidetur, & in ignē mittetur. Matt. c. 7.*

C **X** fructu arborem agnosci. Christus Dominus ho-
dierno euangelio docet. Merito ergo Mariam be-
nedictam possumus appellare, quia benedictus fru-
ctus ventris illius, qui cum sit infiniti valoris, quan-
ti obsecro erit arbor eum producens? Iure Maria dicenda est
arbor vitæ, plantata in medio paradisi Ecclesiæ, quandoquidē
ex illa collectus est Christus fructus vitæ. Ad eam ergo acceda-
mus, vt gratiæ fructum colligamus.

Luc. 1.

Expugnata, vel potius impugnata Ecclesia fuit sæpe. Sed
omnes eius persecutiones ad tria capita reducuntur. Prima per-
secutio fuit tyrannorum, qui sanguinem martyrum fuderunt.
Secunda hæreticorum, qui falsa dogmata seminarunt. Tertia
fidelium, sed peccatorum, ore, & fide Deum contentium
sed operibus, ac factis negantium

De prima persecutione tyrannorū plura Christus Dominus di-
xerat discipulis paulo superius. De duobus sequentibus eos ad-
monet in hoc euangelio. De prima loquitur Leo Magn^o sermo
ne primo de Petro, & Paulo, & ait. Non minuitur persecutioni-
bus ecclesia, sed augetur, & semper Dominicus ager segete di-
tiori vestitur, dū grana, quæ singula cadūt, multiplicata nascun-
tur. Hac persecutione mirū in modū Ecclesia creuit, putabant
tyrāni perdere Dei grana, sed illa seminabāt, vno nāq; occiso
martyre, plures surgebāt fideles. Hinc Au. ait vidēs demō hac ty-
rānorū persecutione Ecclesiā proficere, non deficere, (quia ei
accide

Leo.

*Aug. 18. de
ciuit.*

erat, quod filijs Ifrael accidisse dicitur in exodo, quantoque op-
primebant eos, tanto magis multiplicabantur, & crescebant.)
decreuit genus aliud persecutorum excitare in ecclesiam, fal-
sos, scilicet cet, prophetas. De quibus initio huius euangelij loqui-
tur Christus Dominus, dicens. *Attendite à falsis prophetis.*

Hos vero permittit Deus Ecclesiam impugnare, vt verosi-
deles tentet, & qui probati sunt, manifestentur. Hinc dicitur
in Deuteronomio. Si surrexerit in medio tui propheta, aut
qui somnium vidisse se, dicat, & prædixerit signum, atque por-
tentum, & euenerit, quod locutus est. Et dixerit tibi, eamus,
& sequamur Deos alienos. Non audies verba prophete illius,
aut somniatoris, quia tentat vos Dominus Deus vester, vt palá
fiat, vtrum diligatis eum, an non in toto corde, & in tota ani-
ma vestra. Et Paulus, oportet hæreses esse, vt qui probati sunt
inter vos, manifesti fiant. Sicut enim in bello fortis agonista nõ
agnoscitur, nisi aduersario reluctante, sic fortitudo, & fides
Ecclesie non appareret, nisi essent heretici. De qua re multa, &
præclara dixit Vincētius Lyranēsis, qui ait, hac de causa permis-
sum à Deo Origenem, Tertulianum, & alios, qui erant Eccle-
siae lumina, errare, vt fidelium fides probaretur. Cum ergo
nunc audis nationum diuersarum errores, & si forsitan videris
coram oculis tuis viros insignes scientia errare, caue, ne scāda-
lizetis. Sed & si quis, ait Paulus aut Angelus, de cælo aliter euā-
gelizauerit vobis præter id, quod euangelizatum est, anathe-
ma sit, Verus fidelis habet testimoniū Dei in se, quod firmissi-
mum est omni alio testimonio, & ideo moueri non debet à fide.

Sed signum, quo hi falsi propheta dignoscuntur, Christus
Dominus hodie nobis proponit, dicens. *Veniunt ad vos in vesti-
mentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces, à fructibus eo-
rum cognoscetis eos.* Pelle teguntur ouina, quia Christum, &
euangelium iactant, sed lupi sunt. Ecce chimeram Christianā,
lupus, & ouis simul. Sed vnde dignoscendi sunt? à fructibus,
ait Christus Dominus, id est, operibus, quia nõ potest arbor
mala bonos fructus facere, nec bona malos. *Doctrina falsa in-
numera mala opera gignit. An non hoc conspeximus nostra
hac tempestate? Lutheri dogma quæ nam opera peperit? cer-
te omnem luxuriam, omnem immudiciam, & denique omnē
licen-*

Deut. 13.

I. Cori. 11.

Vicentius
Lyranen.

Ad Gal. 4.

Iacob. 3.

A licentiam in moribus. An nõ hoc prædixerat Beatus Iacobus? *Iaco. 3.*
Non est hæc sapiētia de sursum descendens à Patre luminum,
sed animalis, terrena, diabolica. Quæ autem de sursum est sapiē-
tia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, sua-
dibilis, plena misericordiæ, & fructibus bonis. Ex his fructi-
bus dignoscenda vera doctrina est à falsa. Quid enim Doctri-
na hæreticorum nisi animalis, & terrena, & diabolica? Docet
enim terrena sapere, licentiam appetitui tribuit, ideo animalis
dicitur, & à dæmone inuenta. Ideo diabolica, vel quia superba,
& arrogas. Merito ori ac voci non plene credit Isaac, sed ait, ac-
cede huc fili mi, vt tangā te, & probē, an tu sis filius meus Esau,
per opera nanque dignoscitur verus, & falsus propheta.

B Sed quoniam opera veri, & falsi prophete aliquando non
ita manifesta sunt, aliud nobis etiā relictum est signum in
Ecclesia, vt veram doctrinam à falsa dignoscamus, & hæc est se-
des Petri, doctrina Romanæ Ecclesie, quæ columna est, &
firmamētū veritatis. Simile quid olim præscripserat Dominus
dicens. Si difficile, & ambiguum apud te iudicium esse per-
spexeris, & iudicium inter portas tuas videris verba variari, sur-
ge, & ascende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus,
veniesque ad sacerdotes leuitici generis, & ad iudicem, qui
fuerit illo tempore, queresque ab eis, qui indicabunt tibi iudi-
cij veritatē. Qui autē superbierit nolens obedire sacerdotis im-
perio, qui eo tempore ministrat Dño Deo tuo, ex decreto iu-
dicis morietur homo ille. Simili ratione nos habere debemus
si varias iactari doctrinas viderimus, contraria dogmata, eamus

C ad summum Pontificem, ad Petri sedem, cui promissum est,
ego rogavi pro te, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando
conuersus, confirma fratres tuos. Et hæc est petra refugium
herinacis, quam Psalmista canit. Ambrosius, & Basilius refe-
runt, esse in mari piscem, qui echinus marinus appellatur, & eū
Basilius vocat herinaceum, de quo sic ait. Audiui quendam eo-
rum qui in maritimis regionibus, versantur, æquoreum He-
rinaceum commorantem, exiguam illam, parui pen-
dendamque bestiolam tranquillitatis indicem, doctoremque
sæpe numero tempestatibus nauigantibus freri. Qui cum ven-
torum perturbationem præferret, calculum haud exi-
guum

Gene. 27.

Deut. 17.

Luc. 22.

Psal. 102.

Amb. 5.

Exam. c. 9.

Basil. in

Exa. ho. 7.

guum subit, sub ipso tanquam anchora se seipsum stabiliens. **A** Detinetur enim illius pondere, ne facile fluctibus trahatur, ac agitetur. Id ubi nautici conspiciunt, futuram hoc indicio ventorum agitationem, tempestatemque præfagiunt. Nemo homo stellarum scientia præditus, nemo Chaldeus procellas exortu syderum coniectans aeris turbelam, herinaceum docuit: sed marium dominator, atque ventorum huic etiam animanti paruo immensæ suæ sapientiæ vestigium evidens, & apertum impressit, hæc Basiliius. Nobis vero hoc ab herinaceo discendum relinquitur, sicut ille præfatiens, tempestatem ad petram confugit, ne huc illucque iactetur, petra adheret, & sic securus redditur, ita ne iacteris omni vento doctrinæ, ne in tempestate, & varietate dogmatum pereas, cum videris tempestatem insurgere, adhære petrae illi, **B** de qua dicitur, tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Est Lydius lapis, & vulgo dicitur (*del contrasse*) quo metalla dignoscuntur, & eorum pretium, & perfectio. Hæc petra Petrus est, quæ separat pretiosum à vili, veram à falsa doctrina, falsos à veris prophetis, hæc est petra refugium Herinacijs, de qua plaltes loquitur.

Mat. 16.

3. Reg. 22.

At dices hi falsi prophete, qui hereses docent, raro inter nos sunt, sunt ne alij, qui crebro inter nos versentur, & à quibus maxime cauendum, ne ab eis seducamur? sunt certe, & qui nam hi? Audi, quid Achab contigerit, ut discas, quod sæpe peccatoribus in Ecclesia contingere soleat, ut tantum discrimen caueas. Decreuit Achab bellum inferre Syriæ, & ait ad eum Iosaphat rex Iuda. Non est hic propheta Domini, per quem interrogemus? Respondit Achab, remansit vir vnus, sed ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum, sed malum, quadringenti vero prophete promiserant Achab victoriam, dicentes, vade prospere, tradet eam Dominus in manus regis. Micheas vero propheta ait. Vidi Dominum sedentem super solum suum, & omnem exercitum cæli assistentem ei à dextris & à sinistris. Et ait Dominus. Quis decipiet Achab, ut ascendat, & cadat in Rhamot Galaad. Et egressus spiritus ait, ego decipiam illum, cui respondit Dominus, in quo? Et ille ait egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum

rum

A rû eius, & dixit Dominus, decipies, & præualebis, egredere, & fac ita. Et sic deceptus Achab periit in bello. Licet imperatiue Deus loqui videatur, hæc verba, & similia, quæ statim referemus, permissiue solum accipienda sunt, quia Deus author mendacij esse non potest. Quod vero accidit regi Achab, pluribus nunc peccatoribus contingit, quorum iniquitas inuenta est ad odium. Accedunt ad confessarium rectum, qui veritatem eos docet, quam illi audire nolunt, & ideo alios querunt confessarios, vel consiliarios, qui eis pro voto suo respondeant. Deus vero propter eorum peccata permittit, ut sint falsi prophete, qui eos decipiant, & absolutionem concedant, cum ligandi erant, non absoluendi, & ideo nec eis absolutio prodest, quia in peccato perseverant, vel non restituentes ea, quæ **B** restituere tenentur, vel quia in ignorantia culpabili, aut occasione proxima manent. Et cum absolutio huiusmodi sit nulla, pereunt huiusmodi peccatores decepti, & in infernum descendunt propter peccata illa, quæ deleta non sunt, licet easuerint confessi. Permittit vero Deus decipi eos propter peccata, quibus Deum irritauerunt. Sic accipiendum est illud Iob. Qui immutat cor principum terræ, & decipit, & errare facit eos sicut ebrios. Et illud Pauli, ideo immittet illis operationem erroris, ut credant mendacio. Quia in re locus timendus est apud Ezechielem. Qui alienatus fuerit à me, & scandalum iniquitatis suæ posuerit contra faciem meam, & venerit ad prophetam, ut interroget per eum **C** me, propheta cum errauerit, ego Dominus decepi prophetam illum. Licet vero his locis deceptionis atque mendacij Deus author esse videatur, nequaquam est, sed permissor, sicut reliquorum peccatorum. Ecce alios prophetas falsos, à quibus tibi cauendum est. Ideo Sapiens. A consiliario prauo serua animam tuam, à confessario indocto, vel prauo recede, ne forte decipiat te, & credas in viam rectam te in duci, & viam teneas perditionis.

Sed iam de tertia Ecclesiæ persecutione dicimus, quam à filijs prauis patitur, qui, cum arbores sint in Ecclesia plantatæ, fructum non referunt, sed satis sibi putant, si Christum Dominum dicant, licet non faciant, quæ ille præcipit.

De quib.

Iob. 12.

2. Thes. 2.

Ezechi. 14.

Ecclesi. 37.

De quibus nunc pronunciat. *Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur, & iterum, non omnis qui dicit mihi Domine, domine, intrabit in regnum celorum, sed qui fecerit voluntatem patris mei.* Sæpissime in diuina scriptura homines dicuntur arbores. Hinc Iudicum. 9. vt significet homines eligentes sibi regem, ait. Ierunt ligna agri, vt eligerent sibi regem, dixeruntque oliuæ, impera nobis &c. Et Zacharias prædicens vastitatem Ierusalem per Romanos factam, ait. Aperi Libanus portas tuas, & comedat ignis cedros tuas. Vlula abies quia cecidit cedrus, quoniã magnifici uati stati sunt, vlulate quercus Basan, quoniam succifus est saltus munitus. Et Daniel dicit Nabucdonosorem arborem. Et cæcus, qui à Christo visum recepit, ait. Video homines ambulantes sicut arbores. Merito vero homo arbor appellatur, quia sicut arbor ad sui incrementum, & perfectionem indiget succo terræ, & rore cælesti, ita homo propter corpus indiget terrena substantia, propter animam vero, vt illa perficiatur, indiget pluuiã illa voluntaria, quam segregauit Deus hæreditati suæ. Hinc Isaac benedicens filium ait. Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terræ. Montes vero Gelboe maledicens Dauid ait, Montes Gelboe nec ros, nec pluuiã veniant super vos.

Arbores sunt in duplici genere, quædam enim sunt fructifere, quædam sine fructu, primæ seruantur, vt fructum referant, secundæ in ignem succiduntur. Ita hominum quidam sunt boni, qui fructum dant in tempore suo, quidam folijs contenti fructum non referunt. In Genesi cum reliquarum rerum productio proponitur, nihil amplius additur sed cum de arborum creatione dicitur statim scriptura meminit fructus, dicēs, faciēs fructū iuxta genus suū. Vt significet ab homine fructum exigi. Hinc de viro iusto Psalmista ait. Et erit tanquã lignū, quod plantatum est secus decursus aquarum quod fructum suum dabit in tempore suo. Contra vero de peccatoribus Iudas Apostolus ait. Arbores autūnales, infructuose bis mortuæ, eradicatæ. Arbores eos cōpellat autumnales, vel quia arbores in autumnno plantatæ sero fructum referunt, vt

ibi

Aibi Glossa ait. Vel vt placet D. Tho. in eum locū, quia in autūno iam arbores sunt sine fructu. Bis vero mortuas has arbores dicit, quia exterius, & interius mortui sunt, corde, & opere. Era dicatās eas dicit, quia à Deo, & eius charitate auullæ. In charitate radicati, & fundati iusti sunt, & qui manet in charitate, in Deo manet, an non optimo in prædio plantatus iustus est, cum in Deo maneat? An non præclarum referet fructum? Hinc de iusto, & peccatore loquens Hieremias ait. Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & à Domino recedit cor eius. Erit enim quasi miricæ in deserto, & nõ videbit, cum venerit bonum, sed habitabit in siccitate in deserto, in terra falluginis, & inhabitabili. Benedictus vir, qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius, & erit tanquam lignum, quod transplantatur super aquas, & erit folium eius viride, & non timebit, cum venerit æstus, nec aliquando desinet, facere fructum. Mirica vulgo dicitur el tamariz. De qua Plinius libro. 13. cap. 21. ait, fructum eius esse nullius momenti, & rami illius infœlices dicuntur, quæ manifeste peccatori cōueniunt, de quo nunc Christus Dominus ait. *Excidetur, & in ignem mittetur.* Excidetur, ait. Iustus excidi non dicitur, sed peccator, Ideo in Deuteronomio præcipitur ingressuris in terram promissam. Non succides arbores, de quibus vesci potes, si qua autem ligna non sunt pomifera, sed Cagrestia, & in cæteros apta vsus, succide. Peccatores enim succidendi sunt, ac perdendi iusti vero, non succidendi, sed transplantandi in cælestem patriam. Fructum maximè Deus ab homine requirit. Hinc conqueritur per Ieremiam. Non est vna in vitibus, & non sunt ficus in ficulnea, folium defluxit. Multis de causis iratus Deus fuit in Achab, & inter alias, vna fuit, quod fructiferam vineam Nabot vertit in hortum voluptatis, in quo non fructus, sed vani flosculi esse solent. Inspice nunc ò homo animam tuam, quæ hortus Dei est, an sit floribus abundans, an fructibus. De Assuero scriptum est. Ingressus est itaque rex in hortum arboribus constitum. Delectatur enim Deus, non vanis verborum floribus, sed fructu operum bonorum. Accessit Iesus ad ficulneam, vt fructum colligeret, & eo non inuento,

Z

maledicit

Iud. 9.

Zacha. 11.

Dani. 4.

Mar. 8.

Psal. 67.

Gene. 27.

2. Reg. 1.

Gene. 1.

Psal. 1.

Iuda. 1.

Glossa.

D. Tho.

Hier. 17.

Plinius.

Deut. 20.

Iere. 8.

3. Reg. 21.

Hester. 6.

Matt. 21.

Matt. 21. male dicit ei, ait. Nunquam amplius ex te fructus nascatur. A
Et die altera vident discipuli ficulneam aridam, cum ta-
men tempus non esset ficorum. Vt innuat, aliquando videri
homini non esse tempus fructus referendi (cum tamen homo
omni tempore teneatur fructificare) & ea cogitatione negli-
git fructum dare, dicens, nunc iuuenis sum, coronabo me ro-
sis, vt non prætereat flos temporis, ienectus veniet, & tunc fru-
ctum Deo reddā, & dum hæc cogitat, dum orditur, succiditur
à Deo, maledicitur æterna maledictione, vt fructum nunquam
proferat.

Luc. 13.

Simile.

Esai. 5.

Dani. 4.

Rom. 11.

1. Cor. 4.

2. Ioan. 3.

Excidetur, ait, & in ignem mittetur. Similitudinem pro-
ponit huius rei Christus Dominus Lucæ. 13. Homo quidam
habebat ficulneam in vinea sua, & venit tribus annis, quæ-
rens fructum, & non inuenit. Et ait cultori vineæ, succide
eam, vt quid vel terram occupat? Habes aliquando hortum
paruum, tibi pretiosum, in quo non pateris herbam paruum
inutilem. Vides in eo arborem grandem, quæ multam occu-
pat terram, & ipsa inutilis est. Ais cultori horti. Tolle hanc
arborem, quæ hortum perdit, & omnē ad se succum terræ tra-
hit, tollens illum à reliquis arboribus fructiferis. Videbis homi-
nem diuitem, qui Deo non fructificat, & tamen plantatus est
in domo Domini, & locum occupat per amplum, coniungens
domum ad domum, agrum ad agrum, quali ipse solus habitare
debeat in terra, vt propheta ait. Et ait Dominus, quousq; pa-
tiar arborem hanc inutilem? succide eam, tribus enim annis
fructum non dedit. Te rogo, quot anni sunt, quibus planta-
tus in Ecclesia es, nec fructum bonum dedisti? ideo Dominus
ait. Succidite arborem, præcindite ramos, vt olim de Nabuc-
donosore dixit. Et ait Angelus custos, qui cultor est eius, Do-
mine sustine, & hoc anno forsan fructum referet, quem si non
dederit, succidatur, & merito, iuxta illud Pauli. Si enim natu-
ralibus ramis Deus non pepercit, ne forte nec tibi parcat. Si
naturales rami excisi sunt, quoniam fructum non dederunt, in-
fititij excidentur, si fructum non dederint. Nec putes, satis ti-
bi esse, si folia habeas, si fidem, si verba bona, quibus fidem pro-
fiteris, dicens, Dñe, Dñe. Non est regnum Dei in sermone, sed
in opere, vt Apostolus ait. Et Ioannes, fratres nolite diligere
verbo,

Iob. 40. A verbo, neque lingua, sed opere, & veritate: Delectatur Deus
fructu, da non vero folijs. Hinc Iob de Behemot ait, circun-
dabunt eum salices torrentis. Hoc ergo tibi certū sit, hoc ani-
mæ insideat tuo etiam si maxima fueris arbor, etiam si altitudi-
ne cælos pertingas, si Deo fructum non dederis, excideris, & in
ignem mitteris. Recordare obsecro maximi illius Nabucdo-
nosoris, qui arbor fuit maxima, cælos pertingens, in terra vt
Deus habitus, quia tamen fructum bonum non dedit, excisus
est, & perijt omnis eius gloria. Vis multorum similium videre ex-
cisionē, & misionē in ignē? Audi prophetā. Vbi sunt principes
gentium, & qui dominantur super bestias, quæ sunt super ter-
ram, qui in auibus cæli ludunt, qui argentum thesaurizant,
& aurum, & non est finis acquisitionis eorū? exterminati sunt,
& ad inferos descenderunt, ecce excisionem, & in ignem missio-
nem. Fructum retulisse, videntur hi, quos numeramus, sed
non fructum bonū, sed agrestem, ac siluestre, sibi, nō Deo fru-
ctificant. Temporalia acquirunt, non æterna, imò hæc facili-
tate mittunt, vt illa habeant. An nō vidisti puerū conficientē multo
studio, ac diligentia domūculam luteam, vel ex testulis paruis.
Vocat eum pater, ille vero operi intēsus nō audit, accedit puer
alter, & destruit domūculam illam, & plorat puer, ac si vniuersa
perdiderit bona, & forsan tūc inius vocatur, & maior catus ab
eo eripitur, nec ob hoc dolore villo tangitur. Et ais, hoc vidēs,
quanta est purietia inscitia, dolet de paruo in cōmodo, & maxi-
mū non curat. An nō merito ridendi, & exhibandi sumus, qui
dāna animæ non curamus, & Deum amittentes nō dolemus,
tēporalium vero amissionem dolemus, & multas lacrimas fun-
dimus. An non merito audiemus illud Sapientis, vsque quo
paruuli diligitis infantiam? Nolite, ait Apostolus pueri effici
sensus. Fructum ergo bonum redde, ne excideris.

Sed terret valde illud, quod sequitur, *& in ignem mittetur.*
Duplex peccati malum est, & duplex illi pœna respondet.
Præcipuum peccati malum auersio est ab incommutabili bo-
no, qui Deus est, aliud vero malum peccati, est conuersio ad
commutabile bonum. Auersione à Deo respondet pœna dāni-
ni, quæ significatur verbo illo excidetur, quoniam à Deo sepa-
rabitur in æternum, qui hic ab ipso separatur per culpam. *Abi-*
condā

Prou. 1.

1. Cor. 14.

2. Cor. 13.

2. Cor. 13.

condam faciem meam ab eis, ait ipse. Reiecisti me reijciam te, nec vnquam me possidebis in æternum. Hæc summa pœna est, & infinita, malum quia bono priuat infinito. Conuersioni vero inordinatæ ad creaturam respondet pœna sensus, quæ his verbis significatur, *in ignem mittetur*. Quo ostenditur summum peccati malum, quod tanta pœna dignum est, & ea pœna infligitur à Deo, qui ipsa bonitas, & charitas est. Vt vero hanc rem illustremus, exemplum nobis proponendum est. Finge nunc matrem esse, quæ vnicum habet filium, & eum tenerrime diligit, & ardentem amat, nec vllum est dilectionis signum, quod ea non præstiterit. Finge etiam, filium istum tam graue aliquod piaculum admittere, tam ingens facinus perpetrare, vt mater ipsum proprijs manibus arripiat, & in fornacem ignis mittat, an non diceres, inauditum hoc supplicium esse; nec vnquam visum, matrem aduersus filium simile quid cogitasse? Sed finge adhuc amplius, filium in fornace comburi, ac ardere, nec tamen consumi, & durare illius combustionem per decem, per centum, vel per mille annos, videreque, ac cernere matrem filij miserissimam sortem, nec tamen eius misereri, sed ridere potius, ac irridere eum. An non hoc stupendū esset? Incusares forte, & accusares viscera matris crudelia, eius cor feræ, potius quam mulieris. Sed si probe nosse, illam esse omnium virtutum ornatam, & summa pietate præditam, ac misericordia, tunc tecum cogitares, ac diceres, proculdubio filius iste ingentissimum, si sic loqui licet, facinus admisit, inauditum piaculum, quod tanta dignum est pœna, & quod punitur citra condignum tanto igne. Nunc ergo oculos mentis conuertere in Deum nostrum, & in peccatorem, quem in ignem mittit æternū, Deus pater est, & pater amatissimus, adeo vt iure dicat Christus Dñs, nolite vocare vobis patrem super terram, vnus est enim pater vester, qui in celis est. Nec solū pater est, sed & amantissima mater. Vnde per prophetam ait, nunquid potest obliuisci mulier filij sui, vt non misereatur filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. Operibus hunc amorem declarauit Deus, quis enim parentum pro filij salute vnquam præstitit, quod Deus pro hominibus bono? infinita dilectione nos prosequitur, & demum

Deus

A Deus charitas ipsa est, dulcedo, ac bonitas. Nihilominus tamen adeo irritatur peccato, ita prouocatur, vt peccatorem excidat, & à se separet in æternum, & in ignem mittat æternum. Et postquam videt decem, mille, & mille millibus annis ibi ardentem, non eius miseretur, sed ait. Ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo, cum vobis id, quod timebatis, aduenerit, nec in æternum misericordia flectetur, sed dicet. Congregabo super eos mala, & sagittas meas complebo in eis. Quid ergo hac in re dicendum? Proculdubio, si recte sapimus, dicemus, summum est peccati malum, infinitumque, summum, & ingens facinus, abominandum piaculum.

B Sed ò miser homo, abominabilis, & inutilis, qui bibis iniquitatem quasi aquam, te nunc interrogo cum Propheta. Quis vestrum poterit habitare cum igne deuorante, & cum ardoribus sempiternis? Qui paruum dolorem sustinere non vales, qui ad momentam in igne manum tenere non potes, quomodo sustinebis inferni ignem æternum, nec ignem tantum, sed viuacissimum, sed deuorantem, sed intima penetrantem? Si hunc ignem non times, quid times? Si eum non fugis, quid fugis? Vnicum tibi remediū restat, fac fructus dignos pœnitentia, vt arbor sis paradisi, vt non succidaris, sed serueris in paradysum cælestem, quo tandem transfereris cum fructu tuo, &c.

(* *)

Z 3

In eadem

Simile.

Mat. 23.

Esai. 49.

Prover. 1.

Deut. 32.

Job. 13.

Esai. 33.

In eadē Dominica Septima Post Pentecosten, Con- cio Secunda.

Them. Arbor bona bonos fructus facit.

Matth. 7.



Dvæ sunt insignes arbores, de quibus diuina scri-
ptura sæpe meminit, vna plantata in cælo, & in-
de transplantata in terris, altera vero plantata
in terra, vt inde transferretur in cælos. Prior ar-
bor Christus Dominus est, qui à cælesti patre
procedens, germen Domini dicitur. Hinc Pro-
pheta ait. In illa die erit germen Domini in magnificentia, &
gloria, & fructus terræ sublimis, & exultatio his, qui saluati fue-
rint de Israel. Vbi de Christo Domino loquitur, qui germen
patris dicitur, quia ab eo procedit, vt Deus, & fructus terræ vo-
catur propter humanitatem, quam induit ex Virgine. Hæc ve-
rò arbor. Primum in cælo producta cum à patre genitus filius
& deinde transplantata in terra fuit cum factus est homo, &
in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. De quo
loquitur Psalmista, cum ait. Et erit tanquam lignum, quod pla-
tatum est secus decursus aquarum, &c. Quo loco, vt Hierony-
mus ait, alij legunt, quod transplantatum est secus decursus aqua-
rum, quia plantatum in cælo, inde translatum est in terram. De
qua re loquitur Ezech. in hæc verba. Hæc dicit Dominus Deus.
Et sumam ego de medulla cedri sublimis, & ponam de verti-
ce ramorum eius tenerum distringam, & plantabo super mon-
tem excelsum, & eminentem, in monte sublimi Israel plantabo
illud, & erumpet in germen, & faciet fructum, & erit in cedru
magnam, & habitabunt sub ea omnes volucres, & vniuersum
volatile sub vmbra frondium eius nidificabit. Hoc loco glossa

Rabbi

Rabbi Salomonis sic ait. Et assumam ego summitatem cedri, re-
gem, scilicet, Messiam, tenerum, vt sit via ad miserendum per te-
neritudinem, & habitabunt sub eo omnes iusti. Nomen tener
nomen est Messia, quod Hebræis est Racha. Et ideo verba illa
Prouerbiorum, nam & ego filius fui patris mei, tenellus, & vni-
genitus coram matre mea, de Christo Domino intelliguntur,
& ipsi Iudei de eo intellexerunt, vt patet in Tydras. Melilina
super Psalmum. 21. Nec de Salomone intelligi possunt, cum
non fuerit vnicus matri. Nunc ergo loquitur Spiritus sanctus
per Ezechielem. Assumam ego medullam cedri sublimis, id est
filium, qui est fortitudo patris, & de ramis eius ramum illum,
qui tener dicitur, qui est Christus Dominus, & plantabo illud
in monte Israel, & faciet fructum, & ad eum venient omnes iu-
sti, vt in eo nidificent, & quiescant. Infitus est Christus Domi-
nus in mundo. & sic fructum retulit, cum enim prius esset mū-
dus oleaster, insito Christo Domino factus oliua est. Ita Pau-
lus ait. Si tu, cum oleaster esses, insertus es in bonam oliuam,
& particeps pinguedinis oliuæ factus es. Fructus vero huius di-
uini arboris numerari non potest, ipse per Psalmistam loquitur.
Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei mei. Vniuersa
gratia, & dona, & vniuersa gloria, & demum iusti omnes fructus
huius arboris sunt.

Altera arbor homo est, qui à philosopho dicitur arbor in
uerfa, eum Deus produxit in terra, & inde transtulit in paradi-
sum terrestrem, vt significaret, hominem, licet in terra planta-
tum à Deo, in cælos transplantandum aliquando fore. Planta-
tur fidelis in Ecclesia: rigatur aqua baptismi, vt radices mittat,
& viuat. Confirmatione munitur, & crescit, ac consolidatur,
& qui dona, & gratiam in baptismo recepit, in confirmatio-
ne accipit in tutorem, ac curatorem diuinum spiritum, quia
ea dona (quæ hominis bona) custodiat, ac multiplicet. Poe-
nitentia superfluos ramos huius arboris tollit. Eucharistia nu-
trit, & crescere facit. Optimè profecto diuina prouidentia huic
arbori prouidit vt fructum reddat.

Sed quo pacto fructus Deo gratus ex hac arbore colligetur.
Certe si accedat ad primam arborem, si ei adhereat, si illi inse-
ratur, fructum dabit Deo gratum. Vniuersa hominis calamitas

Z 4

inde pro-

Esai. 4.

*Psal. 1.
Hierony.*

Ezech. 17.

Prouer. 4.

Rom. 11.

Psal. 51.

Arist.

Gen. 2.

inde procedit, quod ad dæmonem accedit Deo reiecto, efficiens illud, quod quondam Sichimitæ fecerunt, dum Abime, lec elegerunt reiectis filijs Gedeon. Quod illis significauit Ioathan dicens. Ierunt ligna, vt vngerent super se regem. &c. & dixerunt ad Rhamnum, veni, & impera nobis. Egredietur ignis de eo, & consumat habitatores Sicheim. Eligis dæmonem in regem, qui est rex super omnes filios superbie, eius consilio, & præcepto cuncta agis, quid nam tibi, accidet? Egredietur ignis ex eo, & consumet te, excideris, & in ignem mitteris, & cum culpe dæmonis sis particeps, eris & supplicij. Vis fructum referre? Desere dæmonem, accede ad Christum, qui est arbor illa paradisi, quæ est ex vtraque parte fluminis, afferens fructus duodecim per singulos menses, & folia eius ad sanitatem gentium. Quæ nam potest esse arbor ex vtraque parte fluminis? num induobus locis simul esse potest? Vis videre arborem in vtraque fluminis parte? Christum Dominum inspicere, qui in cælo est, & in terra in eucharistia, cuius fructus numerari non possunt. Accede ad eum cum sponsa, & dices. Sub umbra illius, quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Arbor est vitæ in medio paradisi, ad quam accedens viues in æternum.

Sed quoniam vulgus hominum cæcum est, & cæcus manu ductore indiget, & si ductor seductor sit, ducet te ad dæmonem, si vero recte te ducat, ibis ad Christum, ideo maxima cura, ac diligentia tibi inspiciendum est, quem eligas in magistrum, ideo Christus Dominus initio Euangelij ait. *Attendite à falsis prophetis, &c.* à quibus se liberari orabat Psalmista dicens, libera me de manu filiorum alienorum, quorū os locutum est vanitatem, & dextera eorum dextera iniquitatis. Sæpissime in diuinis literis contendit Deus cum falsis Prophetis, per Ieremiam, & alios, quia promittebant populo bona, ac pacem, cum Deū iratum haberent propter peccata, & sic securi reddebantur peccatores, nec vitam in melius mutabant, & ira Dei adueniens eos perdebant. Quibus prophetis nunc alij perfimiles sunt, qui homines seducunt, & viam cæli amplam dicunt, cum Christus arctam pronuntiauerit, & cum in peccatis maneat, eos absoluūt & sic securos reddunt, & in infernum detrudunt. Ad quos Do

minus

minus ait per Ezechielem. Væ Prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum, & nihil vident, eo quod deceperint populum meum, dicentes, pax, & non est pax, ipse ædificabat parietem, ipsi autem linebant eum luto absque paleis, &c. Erit imber inondans, & dabo lapides pergrandes, desuper irruentes, & ventum procellæ dissipant eum, & dicetur, vbi est litura, quæ linistis? Quem locum sic explicat Greg. parietis nomine peccati duritia signatur. Hic paries nos à Deo diuidit, quia peccata vestra diuiserunt inter vos, & inter Deum vestrum. Et ad hunc parietem versus Ezechias lachrimatur. Parietem liniunt, qui peccata perpetrantibus adulantur, vt quod illi peruerse agentes ædificant, ipsi adulantes quasi nitidum reddant. Sed vt ostendat, doctrinam illam vanam esse, & fluxam, ait, linitam luto absque paleis, quoniam lutum sine mixtione palearum debile est, & continuo ruit, lutum ergo sine paleis est doctrina, quæ talis apparet, vt cito eius falsitas deprehendi possit. Consulit confesariū idiotam, & inscium, doctrina illius lutum est sine paleis, nec enim rectum consilium præstabit in difficilibus, qui doctrina imbutus non est, & ipse tibi testis es, qui eius dictis paruam adhibes fidem, sed aliqua inani consolatione leuari vis, retinens alienam substantiam, & ideo ad eum accessisti. Sed quanta ira Deus moueatur in eos, qui querunt doctores, & prophetas, qui illis respondeant, non quod verum est, sed quod illis placet, audi ab Esaia expositum. Populus ad iracundiam prouocans est, & filij mendaces, filij nolentes audire legem Dei, qui dicunt videntibus nolite videre, & aspicientibus nolite aspicere nobis ea, quæ recta sunt: loquimini nobis placentia, videte nobis errores, auferre à me viam, declinate à me semitam, cesserit à facie nostra sanctus Israel. Propterea hæc dicit Dominus. Pro eo quod reprobastis verbum hoc, & sperastis in calumnia, erit vobis iniquitas hæc, sicut interruptio cadens, & requisita in muro excelso, quoniam subito, dum non speratur veniet contritio eius. Si cæcus tu es, & à cæco ducatum quæris, an non ambo in foueam cadetis? De qua re miris verbis loquitur Ezechiel. Væ qui consuunt puluilos sub omni cubito manus, & faciunt cervicalia sub capite vniuersæ ætatis ad captandas animas, & viuificant animas, quæ non viuunt, mentientes

Z s.

populo

Iud. 9.

Apo. 22.

Gen. 2.

Psal. 143.

Iere. 14. 23.
6. 27.

Ezech. 13. 7.

Greg. li. 18.

Morap. c. 4.

Esa. 50.

Esa. 38.

Esa. 30.

Ezech. 13.

populo meo, credenti mendacijs. Aduerfatur femper fathia-
nas Dei verbo per fe, & per falios prophetas, ideo enim fathia-
nas dicitur, id est, aduerfarius verbo Dei. Aduerfatus olim est
Gen. 3. primo Dei verbo, dicens, nequaquam morie mini, cum Domi-
nus dixerit, morte moriemini. Deinde per falios prophetas no-
destitit, aduerfari Dei legi, ideo nobis valde cauendum est ab
eis, de quibus Ezechiel ait, consuunt puluillos &c. Que verba
Gregor. enarrans Gregorius vbi supra ait. Ad hoc quippe puluillus po-
nitur, vt mollius quiescat. Quisquis ergo male agentibus adu-
larur, puluillum sub capite, vel cubito iacentis ponit, vt qui cor-
ripit ex culpa debuerat, in ea fultus laudibus molliter qui-
escat.

Sed simulationem falforum prophetarum attende. Veniunt
ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.
Extrinsecus veste ouium induti sent, nec enim aliter decipere
Chryf. possent. Chryfost. homilia de fide, & Spiritu sancto tomo ter-
tio preclare ait. Vide legem naturæ, quam Deus menti nostræ
inferuit. Malus enim, licet malus esse velit, fugit, ne dicatur ma-
lus, aduiter licet sit, vel periurus, sed non vult talis dici, sed eru-
bescit eo nomine audito, quia natura, licet malis immerfa, cla-
mat pro bono, & licet malis immerfa, erubescit malum, & am-
plectitur bonum saltem nomen. Quot mala fiunt in mundo?
& tamen persona caret malum, si in particulari inquiras mali-
tiam, in nulla videbis apparentem persona, nullus enim appa-
ret, nisi personam virtutis assumat. Qui decipit, veritatem
simulans decipit. Similiter latro se fingit fidelem, aduiter castum,
videt, quod propriam personam non habet malitia, sed perso-
nam virtutis assumit? Ideo falsi prophetæ veniunt in vestimen-
tis ouium, natura bonum suum amplexatur, etiam si voluntas
diuersum eligat. Hæc Chryfostomus.

Nec tamen, hæc simulatio solum inuenitur in falsis prophetis
sed & in multis alijs, qui Dei vestem exterius induunt, cum in
tus diaboli vestimento induti sint. Nolumus expoliari, ait Pau-
lus sed superuestiri, quasi dicat. Sicut, vt induas lineam interu-
lam mundam, texis veterem, ita vt induamus gloriosam car-
nem, exuenda nobis est caro vetus, nos vero non ita fieri velle-
mus, sed vt indueremur gloria, nec exueremur hac misera car-
ne, velle

ane, vellemus Dei tunicam super nostram pannosam poni. Hoc
etiam efficiunt falsi prophetæ, & omnes Hypocritæ, exterius
induuntur Dei veste, cum interius lateat eorum vilis vestis, no-
exuunt veterem hominem, sed nouum exterius induunt, simu-
lantes virtutem, cum interius sint lupi rapaces, venenum sub fa-
caro ostentant.

Sed quomodo, ais, agnoscam hos falsos prophetas? à fructi-
bus eorum cognosceatis eos, ait Christus Dominus. In omnibus
mundi rebus inueniemus, quædam, quæ vera sunt, & alia; quæ
vera apparent, sed falsa sunt. Sicut est aurum, & aurichalcum,
argentum, & alchimia, vera, & falsa iustitia, vera, & falsa pœni-
B tentia, veræ, & fallaces diuitiæ, verus, & falsi dij, veri, & falsi
prophetæ. Et aliquando (vt Aristoteles ait) quædam falsa veris
probabiliora sunt, quia ea, quæ falsa sunt, aliquando imaginem
verorum, & vestimentum veritatis induunt adeo apparentem,
vt veriora videantur veris. Et hæc origo est omnium malorum
quia cum voluntas nostra in res feratur sub ratione boni, sæpe
homines pro veris bonis apparentia bona sectantur, & falsi pro-
phetæ falsitatem dicunt, veritatem esse, vt homines decipiant.
Hinc propheta. Væ qui dicitis bonum malum, & malum bo-
num, ponentes lucem tenebras, & tenebras lucem, ponentes
amarum in dulce, & dulce in amarum. Sicque homines decipi
solent, sicut aues decipiuntur simulatis vocibus ab aucupe, cū-
que putent ad similem sibi auem accedere, in laqueis capiuntur.
C Hinc etiam putant homines, beatos esse diuites, ac magna-
tes, quia speciem habent beatorum, cum tamē miseri sint. Hæc
vero iustorum, & peccatorum diuersitas est, quod iusti vera ag-
noscunt boni, & illa sequuntur, quia filij lucis sunt, & luce rei
veritas agnoscitur, & falsitas deprehenditur. Ideo simile dicitur
regnum cælorum homini negotiatori, quærenti bonas marga-
ritas, non adulterinas: Peccatores vero in tenebris ambulantes,
vt cæci decipiuntur.

Sed inquiris, qua ratione rectum habebis iudicium rerum?
Respondeo, vt iudices metalla est lapis Lydius, qui vulgo dici-
tur piedra del toque, quo iudicantur metalla, vera, an falsa sint.
In scientijs quomodo vera à falsis secernantur, ostendit ars dia-
lectica. In moribus vt recte iudicemus, datus est nobis Chri-
stus

Aristo.

Esa. 5.

Matt. 13.

flus lapis, que separare possumus facile pretiosum à vili, & eius doctrina charta est nauigatoria, docens nos viam rectam in ciuitatem habitaculi, docens simul scopulos latentes sub aqua, ne pereamus. Vis nosse, quæ vera sint bona, quæ in magno pretio habenda? quæ vilia, & nihili? Christum consule, qui vocat falaces omnes mundi diuitias, ac delicias, qui ea dicit spinas esse, quæ verbum Dei suffocant. Contra virtutem verum esse bonum, & præcipue expetendum. Vis nosse scopulum sub vndis absconditum, in quo tibi maximum imminet periculum, nisi declines audi dicentem. *Attendite à falsis prophetis.* Sed quomodo agnoscam falsos prophetas, à fructibus eorum cognoscetis eos. Sicut enim zizania, dum est in herba, non distinguitur à tritico, sed dum format folliculos ad fructum, ibi agnoscitur, sic falsi prophetae in fructu dignoscuntur, quia principio virorem ostendentes virtutis, non agnoscebantur. Sed quis fructus veri prophetae? Hic plane, nihil aliud agere, quam Dei negotium, non sua querere, sed quæ Iesu Christi, temporalia spernere, honores fugere. Falsi vero prophetae querunt primas cathedras in Synagogis, vocari ab hominibus Rabbi, & denique temporalia sectantur. Exploratores illi, quos Iosue misit, attulerunt ex terra promissa vvas, ficus, & malogranata, quibus similes sunt veri prophetae, explorantes caelum, similes Paulo in caelum rapti, indeque ad hominum mentes deducunt fructus optimos, quos verbo, & exemplo doceant. Addit vero Christus dominus, hoc signum esse certum.

Quia. *Non potest arbor bona malos fructus facere, nec arbor mala bonos fructus facere, igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos.* Quod exponit exemplo spinarum, & ficus. Qua de re optime beatus Ioannes loquitur in hæc verba.

Omnis, qui in eo manet, non peccat, & omnis, qui peccat, non vidit eum, nec nouit eum. Filioli nemo vos seducat, qui facit iustitiam iustus est, sicut ille iustus est, qui facit peccatum ex diabolo est, quoniam ab initio diabolus peccat. Omnis, qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet, & non potest peccare, quoniam ex Deo natus est, in hoc manifesti sunt filij Dei, & filij diaboli. Qui, ait Ioannes, in Deo manet, non peccat, mortaliter, scilicet, licet enim iustus peccare

A peccare possit, cum peccat mortaliter iam in Deo non manet, nec Deum videt, nec nouit, fide scilicet viua, & cognitione sapientia, qua Deus gustatur. Sed difficilia videntur verba illa, omnis, qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet, & non potest peccare, quoniam, ex Deo natus est. Ex his enim verbis videtur colligi, iustum non posse peccare, & idem colligi videtur ex Christi Domini verbis, non potest arbor bona malos fructus facere, Diuus Tho. in eum Ioannis locum sic ait. Non potest iustus peccare, glossa, quando semen Dei (quod est gratia, vel eius verbum) retinet, & intelhgitur de potentia disposita, & propinqua, non remota, potest enim potentia naturæ, sed non potest potentia habitus gratiæ. Sicut diceretur, quod bonus scriptor non potest male scribere.

Qua in re sciendum est, posse quidem iustum auertere se à iustitia, & facere iniquitatem, posse etiam peccatorem auertere se à peccato, & facere iustitiam, liberi enim sunt arbitrio, & sic arbor bona potest malum fructum facere, & arbor mala bonum, non quando illa bona, & hæc mala, sed quia possunt mutari. Nihilominus tamen de iusto dicitur, non peccat, nec potest peccare, & non potest arbor bona malos fructus facere, quia tantum malum peccatum est, vt quasi impossibile appareat, illud à iusto admitti posse. Audi iustum, qui vt peccaret, tentabatur ab heri. Ecce Dominus meus omnibus mihi traditis ignorat, quid habeat in domo sua, nec quidquid est, quod non in mea sit potestate, quomodo ergo possum, hoc malum facere, & peccare in Dominum meum? Ecce dicentem, non posse se peccare. Quod vero possit homo peccare miratur Dominus, qui per Ieremiã ait. Ecce locuta es, & fecisti mala, & potuisti? Quasi dicat. Impossibile hoc tibi esse debuit, quomodo illud perpetrare potuisti? num Dei poteris resistere voluntati, ac imperio?

Vt ergo signum certum, quo pij ab iniquis distinguantur, ostendat Christus, ait. *Non omnis, qui mihi dicit, Domine Domine sed qui fecerit voluntatem patris mei, intrabit in regnum celorum.* De his qui rectè loquuntur, sed male operantur Aristor. ait. Sunt, qui opera non faciunt, ad rationem autem confugiunt, quæruntil philosophari, & esse boni. Aliquid simile facient

Simile.

Num. 13.

Ios. 3.

D. Tho.

Gene. 39.

Iere. 3.

Aristo.

Simile.

tea

tes agris, qui medicos quidem audiunt studiose, faciunt autem A
operandorū nihil. Et quemadmodum isti nunquam bene habe
bunt corpus, sic curati, sic nec isti mentem sic philosophantes.
Et ideo Paulus ait. Non enim legis auditores iusti sunt apud
Deum sed factores legis iustificabuntur. Et iterum idem Apo-
stolus ait. Nō est regnum Dei in sermone sed in virtute. Hinc
ad quosdam Christus Dominus ait, referens Luca. Quid me vo-
catis Domine, & non facitis, quæ dico? Qui audit verba mea
hæc, & non facit ea, similis est homini stulto ædificanti super
arenam, cuius ædificatio cito corrui. Qui vero ea facit, similis
est homini, qui ædificauit super petram, licet enim veniant flu-
mina, & venti, domus stabit. Vis nosse, an toto corde Deum di-
ligas, an ædificaueris super petram, vel super arenam? hoc indi-
cio cognosces, qui orta tempestate, flante vento, concurrenti-
bus fluminibus, stat, nec ruit, super petram fundatus est, Deum
vere diligit ex corde, nō ore tantum. Tentatio manifestat veri-
tatem cordis. Amicus omni tempore diligit, vt Sapiens ait. Et
iterum, si possides amicum, in tentatione posside illū, est enim
amicus socius mensæ, & non permanebit in die necessitatis.
Qui sic se habet, & sic est dispositus, quod tentatione ingruen-
te statim ruit, hic amicus non est Dei, hic super firmam petram
ædificium non extruxit. Non hoc dicimus, vt quispiam intelli-
gat, quod non possit quis Dei amicus esse, & in tentatione desi-
cere. Sed eo, quia regulariter, & vt in plurimum qui adeo fac-
ile orta tentatione ruit, non erat ex toto corde amicus, sed ore
tantum, & Dei verbum receperat in terra cordis petrosa, quan-
do adeo facile in tentatione recedit. An non dices murum ma-
le fundatum, si ad primum ictum decidat? Quibus armis indu-
tum dices militem, cū videas, ea rumpi quasi papyrum, nec ad
minimum ictum aduersarij resistere? An non falsa arma illa di-
ces? Induite, ait Apostolus, armaturam Dei. Induimini Domi-
num Iesum Christū, & arma militiæ nostræ non carnalia sunt
sed spiritualia potentia à Deo ad destructionem munitionum.
Si his armis indutus esses, quo pacto adeo facile succaberēs? fa-
cilis casus indicium est infirmitatis præteritæ. Hoc ergo animo
insideat tuo, non satis te dedisse Deo, si linguam, & cætera exte-
riora dederis, nisi cor integrum ei tradideris. Nec enim satis
tibi

Aristo.
Simile.
Rom. 2.
1. Cor. 4.
Luc. 6.

Preuer. 17.
Eccle. 6.

Ephe. 6.

A tibi datum putares, si folia arboris tuæ tibi darentur, & fructus
alter surriperet. Ita Deo satis non sunt folia verborum, ni-
si fructum dederis cordis, & operis, quo impleas patris volun-
tatem.

Sed quis nam fructus noster est? Certe Dei facere volunta-
tem, ita Christus Dominus ait. *Qui fecerit voluntatem patris mei.*
Vis optimi serui speciem tibi proponi? Attende seruum Abra-
hæ Eliezer, qui lassus de via rogatus vt comederet, ait, nō come-
dam, nisi prius loquar sermones meos. Donec negotium sibi à
Domino iniunctum perfecit, comedere noluit, quia cibus il-
lius hic præcipuus erat. Audi fidelissimum seruum, & filium di-
centem ministrantibus ei cibum. Cibus meus est, vt faciam
voluntatem eius, qui misit me, vt perficiam opus eius. Vis tu fi-
delis Dei seruus esse? fac patris voluntatem. Aliqui putant, ser-
uos Dei se præstare, cum faciant voluntatem suam, non Dei, &
aliqua sibi ipsis præscribunt, bona quidem, vt certa ieiunia, ora-
tiones, & Ecclesiarum peregrinationes, & hæc præstant summa
cura, ac diligentia, in diuinis vero præceptis implendis negli-
gentes sunt. Hi suam, non patris voluntatem perficiunt, & in
die ieiunij eorum inuenitur voluntas eorum, ideo ieiunāt, nec
aspicit Deus, orant, & non exaudit. Vis recto procedere trami-
te? hæc oportuit facere, & illa non omittere. Primum om-
nium fac patris voluntatem, imple diuina præcepta, deinde Ec-
clesiæ mandata, deinde, quæ statum tuum decent, & ad quæ ra-
tione status teneris, deinde vero deuotiones tuas imple, &
quæ proposuisti in corde tuo præsta, sic enim ordinata Deo
placent.

Ex dictis ergo omnibus colligitur, arborem te esse, planta-
tam Dei manu in Ecclesia, vt ex illa transferaris in cælum, cum
vero à diuina manu plantatus sis, fructum à te Deus iuste re-
quirit, Quis enim plantat vineam, & de fructu eius non co-
medit. Hic vero fructus impletio est diuinæ voluntatis, quem
si retuleris, transplantatus es in gloriā cælestem, si vero secus,
excideris, & in ignē mittis. O verbum durum, & asperum ite
maledicti in ignem æternum, discedite à me, & ad pœnas tari-
tas. Noli dolere vicem iusti, licet malis omnibus oppressus sit,
quia Deum habet. Noli emulari in malignatibus, neque zelare

Gene. 24.

Ioan. 4.

ris

Tobia .4.

ris facientes iniquitatem, quia licet omnia possideant, Deo ta-
men carent. Audi planctum Annæ. In te vno omnia habentes,
te non debuius dimittere. Si in Deo cuncta habebas ò ho-
mo, quo pacto eum abire fecisti? Deo in anima præfente nihil
illi mali est, omnia enira in bonum conuertit. Si vero Deus ló-
ge ab anima est, nihil illi est boni, & quo plura habet, quæ bona
apparent, eo miserabilior reditur. Quid me interrogas, cum Do-

2.Reg.28.

minus recesserit à te? ait Samuel Sauli, nemo enim consolari po-
test hominem, à quo Deus recessit, nihil boni ei dici potest, vt
ergo non excidaris, fac fructus dignos pœnitentiæ, &c. Alias
enim excideris, & in igne mitteris, vbi diuinæ minæ implebun-
tur, formidinis plenæ. Audi dicentem. Viuo ego dicit Domi-

Deut. 32.

nus, si acuero vt fulgur gladium meum, & arripuerit iudicium
manus mea, reddam vltionem hostibus meis, & his, qui ode-
runt me retribuam, inebriabo sagittas meas sanguine, & gla-
dius meus deuorabit carnes, pensanda sunt verba singula. Si
acuero vt fulgur (ait) gladium meum, nunc Dei gladius, quo
nos punit, acutus non est, quia non vlciscitur scelus valde, nec
infert furorem iræ suæ, vt Iob ait, tunc acuet gladium, acuet
enim diram iram in lanceam, vt Sapiens ait. Sed cur ait, vt ful-
gur? Quia sicut fulguri nihil resistit, ita nec Deo irato. Sicut
fulgur subito venit, sic & diuina vltio. Sequitur. Et arripuerit iu-
diciu manus mea, quasi dicat. Hucusq; per alienas manus sup-
plicia intuli, per Angelos, vel homines, sed tunc manu propria
vltionem sumam, quæ manus durissima est, quia infinite po-
tens. An non horrendum incidere in manus Dei viuientis? se-
quitur. Inebriabo sagittas meas sanguine. Sed quæ nam Dei sa-
gittæ, quis eius gladius. Certe diuina attributa sagittæ Dei sunt,
nulla illi alia arma. Hinc Sapiens ait. Induet armaturam zelus il-
lius, & acuet diram iram in lanceam, & assumet pro thorace iusti-
tiam, & pro galea iudicium certum. Dei ergo arma zelus illius
est, ira eius, potentia ipsius, & Sapiencia. Sed quomodo sangui-
ne inebriabuntur sagittæ istæ, cum infinitæ sint? Certe vltio tan-
ta erit, vt impleatur Dei ira, atque potentia, vt dicat Deus, hoc
satis mihi est, inebriatus sum tanta vltione, tanto sanguine. Sed
quia infinitus Deus, & infinita ipsius attributa repleri nequeit
nisi infinita vltione, infinita erit duracione, maxima intensio-
ne, du-

Iob. 35.

Sapien. 5.

Heb. 10.

Sapien. 5.

Ane, durabit in æternum, sicut & ipse Deus. Ecce illud, sagittas
meas complebo in eis, id est, vniuersa in eos mittam mala, nulla
erit mali sagitta, quam in eos non mittam. Vt ergo mala tanta
declines, fructum redde Deo gratum.

Deut. 32.

Dominica Octaua Post Pen- tecosten.

B

Them. Rede rationem vilicationis tuæ.

Luc. 16.



Idens Esaias securitatem, ac obliuionem
filiorum hominum, clamat. Formido,
fouea, & laqueus super te, qui habitator es
terræ, quasi dicat, ò homo, qui in terris
versaris agnosce, quod in medio laqueo-
rum es, foueæ sunt vndique, & plura quæ
pauere debes. Sed inquires, quis nam est
iste venator, qui nos persequitur, qui tot
foueas nobis parat? Certe dæmon, cuius arma si videre li-
ceret, pauore consumeremur. Genesis decimo, ostendit
Spiritus sanctus primum mundi tyrannum Nemrot, cuius
solum nomen ostendit, quis ille fuerit, significat enim, tenta-
tio descendens, vt explicat Hieronymus. Fuit primus, qui post
diluuium contra Deum erexit vexillum, & mundum tyranni-
de, & vi subiugauit, Glossa, Beda super Genes. & Hieronymus
vbi supra dicunt eum dæmonis gessisse figuram, qui contra
Deum superbia erectus, tyrannidem in homines exercet. De
Nemrot ait Scriptura, Nemrot erat robustus venator coram
Dño. Ab hoc exiuit prouerbiu: Quasi Nērot robustus venator
coram Dño. Fuit autem principium regni eius Babyló. Augusti-
nus, illud coram, ait grace esse contra, vt significet Nemrot
fortem venatorem fuisse contra Deum. Sed alij aiunt, illud,
Aa coram

Esai. 24.

Gene. 10.

Hierog. sup.

Miche. 5.

Glossa.

Beda.

Hierog.

Gene. 10.

Aug. 16. de

ciuit. cap. 4.

Lyra. & Ri

*bera in Ionã
cap. 3.*

coram Domino significare in oculis, & conspectu Domini, A quasi dicat, vere erat fortissimus venator, quia quod in oculis Domini tale est, vere, & simpliciter est tale, quicquid homines iudicent, & inde exijt prouerbiũ, vt cum homines velent extollere aliquem venatorem dicerent, est alter Nemrot.

*Lyra.
D. Tho.*

Sed si inquiras, quæ nam essent animalia, quæ venabatur Nemrot? Lyra, & D. Thomas in eum locum Genes. aiunt, non fuisse præcipue ferarum venatorem, sed hominum, tanta enim fortitudine præditus erat, tantaque astutia, vt nullus hominum ab eius laqueis liberari posset. Quia in re manifeste sathanæ figura fuit, à cuius laqueis vix homo liberari potest. Sed quis huius venatoris laqueus est præcipuus? Certe incuria, negligentia, & obliuio peccatoris, qui cum dissipauerit bona Dei sui, nihil curat, sed securus consistit, quasi nihil egisset, nec putat se rationem redditurum de bonis Domini, sed quasi sua omnia essent, quæ dissipat, ita se gerit, cūque subito in iudicium vocetur, in foueam cadit, vnde emergere non valet. Laquei demonis sunt vniuersa peccata, quibus hominem irretit, sed à laqueis his facile liberatur homo, etiam si in ea inciderit, quando vigilat, curat, & solícite se, suaque circumspicit. Sed laqueus omnium laqueorum dici potest incuria, & negligentia peccatoris, hæc enim secure eum dæmon ligatum tenet. Vt vero hanc abijciamus, & nostra circumspiciamus, proponitur in Euangelio hodierno homo villicus, à quo rationes exiguntur, & ille se, suaque curans liberatus est, vt ab eo nos discamus, iudicium timere, ad illud nos parare, & remedium elemosynæ sumere. Hæc Euangelij summa est.

Homo quidam erat diues. Hic homo Deum significat omnium doctorum sententia. Omnis creatura nomine suo se dicit pauperem, quia esse habet ab alio acceptum, & emendatur. Deus vero omnium bonorum largitor nomine suo se dicit diuitem, quia omnia habens bona, ea elargitur creaturis, vt merito dicat Psaltes, gloria, & diuitiæ in domo eius. Et Paulus, idem Dominus omnium, diues in omnes, qui inuocant illum. Vis eius possessionem, ac hæreditatem nosse? Audi Psalmistam eius nomine dicentem. Meus est enim orbis terræ, &

*Psal. 111.
Rom. 10.*

Psal. 49.

A plenitudo eius. Nec tamen hæc est præcipua ipsius hæreditas non hæ sunt Dei diuitiæ, imo omnium creaturarum possessio nullas Deo addit diuitias. Intra ipsum diuitiæ eius sunt. Hinc ait ipse. Mecum sunt diuitiæ, & gloria, opes superbæ, & iustitia, attende Dei opes superbæ quantæ sint. Interrogant theologi, quid sit maius, & perfectius, Deus solus, an Deus, & vniuersus mundus ei additus. Et respondent, nihil amplius est Deus cum mundo, quam Deus solus, quia cum sit Deus infinitus, nihil ei adijcis, etiam si vniuersum mundum adijcias. Sicut punctum additum magnitudini eam maiorem non reddit, ita, si Deo addas omnem creaturam, punctum, non magnitudinem addidisse te, crede. Imo vero nec punctum additur, quia omne, quod est in creatura, est melius, ac perfectius in Deo. Hic vere Deus magnus est, magnus Dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis. Hunc Deum sic attendere debemus, quasi nihil sit præter ipsum, & tamen pauci eum diligunt, o lapis pretiosissime, Thesaurus infinitus quomodo non in pretio habebis? Omnes alij thesauri, omnes lapilli diliguntur, & in magno pretio habentur, tu vero despiceris, & nihili habebis, vere es thesaurus absconditus, quem qui inuenit homo digno pretio habet, & qui eum videt, non potest non diligere, tantæ illius diuitiæ sunt.

Hic adeo diues, qui nullo indiget, sui copiam fecit, & villam condidit, quam vilico tradidit custodiendam, & elaborandam, & ideo additur, *habebat villicum*, qui est villæ custos.

Hic villicus homo est. Sed quænam ei tradita à Deo villa est? Certe non vna, sed plures. Tradita tibi est villa mundi huius, villa corporis tui, villa animæ tuæ, & villa etiam proximi tui. Et de his omnibus fructum colligere debes Domino tuo. Fructus mundi huius bona temporalia sunt, quæ Deo tribuere teneris, ea consumens iuxta Dei voluntatem. Corporis fructus externa opera sunt, quæ etiam Deo debentur, tanquam corporis conditori. Hinc Psaltes regius ait, fortitudinem meam ad te custodiam. Hinc etiam Paulus. Sicut exhibuistis membra vestra seruire iniquitati ad iniquitatem, ita exhibete nunc, seruire iustitiæ in san-

Prov. 8.

Psal. 46.

Mat. 13.

*Psal. 58.
Rom. 6.*

ctificationem. Animæ fructus opera interiora sunt, quæ etiam Deo debentur, & quæ ille præcipue sibi vendicat. Proximus etiam nobis est demandatus, quia vnique mandauit Deus de proximo suo, vt ei bona curemus. Licet hæc cura præcipue sit prælatorum, quibus dicitur illud, quod 3. Regum dictum est cuidam. Custodi virum istum, qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima eius, & cum ille, qui custos factus fuerat, negligenter ageret, amisit eum, qui eius curæ fuerat commendatus, cuius rei causa, vulneratus est, cumque ille querelas proponeret coram rege pro vulnere accepto. Respondit ei rex, hoc est iudicium tuum, quod ipse decreuisti, non est cur queraris. Simile iudicium prælatis imminet, quibus Deus subditos hæc lege commendat, custodi virum, qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima eius. An non id Paulus ostendit, cum ait. Obedite præpositis vestris, ipsi enim peruigilant, quasi rationem reddituri pro animabus vestris? De beato Ioanne Euangelista memoriæ proditum est, commendasse iuuenem bonæ indolis episcopo, cumque recessisset inde Ioannes, factus est ille princeps latronum. Rediens Ioannes episcopum allocutus est. Redde mihi depositum, quod tibi reliqui, putabat episcopus exigi à se depositum pecuniæ, & ideo respondit, quod nam depositum reliquisti ò pater? Cui Ioannes, iuuenem illum, qui sub curâ tua relictus à me fuit, & episcopus, perijt ille factus latronum dux. Tunc Ioannes, vt eum lucrifaceret equum præcepit præparari, & in desertum venit, vbi ille erat, quem iuuenis videns fugiebat, sed illum infecutus Ioannes est, & ad Deum reduxit, hoc opus est prælatorum.

Sed considerandum est, non dici hominem dominum temporalium rerum, nec sui ipsius, sed villicum, sed dispensatorem. Ideo Iob non se, sed Deum Dominum dicit, Dominus dedit, Dominus abstulit. Cui concinit David dicens, tua sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, reddi mustibi. Et Christus Dominus clarius hæc de re loquitur, cum ait, Si in alieno infideles fuistis, quod vestrum est, quis crederet vobis? quibus verbis temporalia omnia aliena nuncupat, spiritualia vero nostra dicit. Ratio huius est, meum omnino illud est,

Eccle. 17.
3. Reg. 20.

Heb. 13.

Iob. 3.
1. Para. 29.
Luk. 16.

A est, quod nemo potest à me tollere, & quo mihi vti licet in quemcunque vsu, nec quisquam rationes postulare potest eius vsus. Non his legibus temporalia possides, te namque inuito à te possunt auferri, & auferuntur: sæpe. Vnde Ethnicus Seneca aiebat. Bona mihi fortuna concedit, & illa ait, mihi ea donari, ego vero dico, me mutuo accipere. Illa suadet, vt in comede reponam, ego vero extra illud colloco, vt cum illa à me fuerint ablata, cor non doleat. Deinde non omnino nostra hæc esse ostendit, quod ratio à nobis est exigenda vsus eorum. Exemplo vero facile agnosces, tua non esse temporalia. Incedunt duo simul, sequitur eos famulus, si à te interrogem, cuius nam famulus ille est? dices, nescio, cum vero diuisi fuerint, & vnus hanc, alter illam tenuerit, facile agnosceretur, cuiam famuletur, quia videntes hunc sequi, dicimus, huius est famulus, quem securus est, non eius, quem dereliquit. Nunc tu, & mundus quasi simul deambulatis, sequitur ambos substantia multa. Vis nosse, tuam non esse? hæc experientia cognosces, cum à mundo in morte diuisus fueris, substantia in mundo manebit, non te sequetur, sed illum. An non sic ostendit experientia, & Psaltes regius, cum ait. Ne timueris, cum diues factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus eius, quia cum interierit, non sumet omnia, nec descendet cum eo gloria eius. Bona spiritualia tua dicere potes, quæ nemo à te inuito tollere potest, quæ te sequentur hinc discedentem, beati enim mortui, qui in Domino moriuntur, &c. opera enim illorum sequuntur illos. Ideo thesaurizate vobis thesauros in celo, vbi fures non effodiunt, neque furantur. Per hæc vero, quæ diximus, non intelligas, dominium temporalium non esse penes homines, habent enim eorum dominium, sed non plenum, ac absolutum, sed ea lege, vt ab eis inuito tollantur, & rationem teneantur de eis reddere.

Hac ratione dicitur homo villicus, qui diffamatus est apud Dominum suum. Quasi dissipasset omnia bona eius. Dissipat peccator omnia bona. Primo, quia dissipat potentias,

Seneca

Simile

Psal. 48.

Apo. 14.

Matt. 6.

2. Tim. 3.

7. 1. Tim. 3.

& earum actus, ac inclinationem in bonum, non quod capere
 nitus destruat, sed quoniam impedimēta plura ponit, ut in fi-
 nem suum tendant. Sicut vitrum natura sua diaphanum
 est, & per illud solis lumen facile in domum intrat, sed
 si illud limas nigro aliquo colore, impedies aliquo modo
 lucis ingressum, tot vero lituras addere potes, ut nihil lucis in-
 treret, licet natura vitri semper maneat diaphana. Sic vitia
 vitij irrita, & peruersis habitibus impedita, eo tandem deu-
 nit, ut sit quasi brutum ratione non utens. Alio exemplo id fiat
 manifestius. Est hic homo agilis ad cursum, tot vero cathe-
 nis, ac funibus irritari potest, ut nec deambulet quidem, li-
 cet natura illius integrare relinquatur. Ita anima naturam suam ve-
 lox, ut in Deum feratur, funibus peccatorum constringitur, &
 impediturque. Hinc Psalmista ait. Punes peccatorum cir-
 cumplexi sunt me. Et Sapiens. Iniquitates suae capiunt impium
 & funibus peccatorum suorum constringitur. Illud vero va-
 nissimum peccator sibi promittit, differens conuersionē, quod
 illa postea facilius sit, cum quotidie noua adiiciens impedi-
 menta, difficiliorem reddat.

Dissipat etiam omnem substantiam peccator, dum per pec-
 catum amittit gratiam diuinam, virtutes, & omnia bona ope-
 ra, quae fecerat, & digna erant aeterno praemio, quae mortifi-
 cantur, & quasi in fluuium, aut mare iactat. Hinc Ezechiel
 ait. Si autem auerterit se iustus a iustitia sua, & fecerit iniqui-
 tatem, nunquid viuet? omnes iustitiae eius, quas fecerat, non
 recordabuntur. Et hoc est illud Ieremiae. Manum suam mi-
 sit hostis ad omnia desiderabilia eius. Dic obsecro, si accede-
 ret nunc ad te etiam intimus, ac familiaris amicus, diceretque,
 tolle vniuersam substantiam tuam, omnem thesaurum, & pro-
 iice in mare, an eius pareres imperio? an non diceres, id stul-
 tum esse? te nunc rogo, si in gratia Dei es, quem te putas habere
 thesaurum? diuina gratia, diuina sapientia, multa bona opera
 thesaurus tuus sunt. Sed quis thesaurus? Audi Angelum
 loquentem Tobiae, & hunc exponentem thesaurum. Bona
 est oratio, cum ieiunio, & elemosyna, magis quam thesauros
 auri recondere. Audi etiam Christum dicentem, thesauriza-
 mini vobis thesauros in caelo. Audi denique sapientem, praepo-
 sui

Simile.

Simile.

Psal. 118.

Ezech. 18.

Thren. 1.

Simile.

Tobie. 12.

Matt. 6.

Sapient. 7.

A sui illam regnis, & sedibus, & diuitias nihil esse duxi in com-
 paratione illius. Omne enim aurum in comparatione eius are-
 na est exigua, & denique infinitus thesaurus est hominibus.
 Diues profecto, & ditissimus, qui infinitum possidet thesaurum.
 Quid nunc tibi daemō suadet, nisi ut peccato lethali in mo-
 mento omnem hanc substantiam dissipet, & in profun-
 dum maris mittat, an eum audies, talia suadentem? Sur-
 ripuit Iacob benedictionem Esau, quo audito Esau irrugit
 clamore magno, & consternatus est, quia temporalem be-
 nedictionem amisit. An non consternaberis amissa benedi-
 ctione caelestis? an non dolebis dissipata omni substantia?

B Sed perpendendum est, non dici, dissipauit omnem sub-
 stantiam, sed quasi dissipasset. Non enim omnia dissipauerat,
 cum bona plura Domino manerent, & debita magna, quae ei
 debebantur. Angelus peccans vniuersam dissipauit substan-
 tiam. Homo vero peccans non dissipauit omnia, sed quasi
 dissipauit. Simili ratione Angelus in momento substantiam
 aeternam acquisiuit, vnicō actu dignus effectus aeterna mer-
 cede, quam statim recepit. Homo vero, licet de condigno
 mereatur gloriam, non statim assequitur, sed quasi. Hinc no-
 bis duo colligenda sunt. Primum, licet iustus sis, nihilomi-
 nus habes, quid timeas, non te securum putes, dum in hac vi-
 ta versaris, superasti saepe hostes, nihilominus in discrimine
 belli versaris, Qui stat, videat ne cadat. Ideo cum timore
 & tremore vestram salutem operamini. Gloriabatur Benadab
 rex Syriae contra regem Israel, & cum eo sic se gerebat, ac si
 eum bello superasset, cum tamen nondum inierint certamen,
 cui rex Israel preclare respondit, Non gloriatur accinctus
 aequē, ut discinctus. Accinctus est, qui bellum ingressurus
 armis indutus est, & cingulo militari, Discinctus vero, qui
 parta iam victoria, & hostibus profligatis, securus est, &
 ideo cingulum militare, & arma deposuit. Recte ergo rex
 Israel ait. Ne gloriesis d Benadab quasi victor, cum non-
 dum initum sit supremum certamen. Hoc idem nunc dici-
 mus his, qui se securos putant, qui non timēt hostes acerrimos,
 qui iam gloriantur, quasi parta sit victoria. Noli gloriari, noli
 securus esse, sed time, nondum finitum certamen est, etiam

Gene. 27.

1. Cor. 10.

Philip. 2.

3. Reg. 20.

si plures viceris hostes, alij superandi restant, & quibus poteris superari, accinctus es, noli gloriari, vt discinctus. Hinc regius Psaltes ait, Ecclesiæ loquens, sicut latantium omnium habitatio est in te. Non ait latantium, hoc enim caelesti regno seruatur, vbi plenum gaudium, & Alleluia cantabitur. In Ecclesia vero est chorus quasi latantium, sicut latantium, quia timor aliquid latitiæ tollit. Expendendum, & mirandum valde hoc est, quonam in discrimine relictī simus in hac vita, si enim quis per mille annos vitam egisset similem vitæ Ioannis Baptistæ, & quotidie mortuos suscitaret, & quotidie visio Angelorum, & Christi ei adesset, & innumera tormenta pro Christo passus esset, si ab eo roges, scis certo, te salutē consecuturum æternam? scis certo omnino te in Dei gratia esse? dicet, nescio. Quia vt Sapiens ait. Nemo scit, vtrum odio, vel amore dignus sit, sed omnia in futurum seruantur incerta. Similes nunc sumus in operibus nostris argentario, qui aliquando sic elaborare solet argentum, ex vna parte argenti picem ponit, qua argentum operitur, ex altera vero argentum elaborat, opus vero, & figuræ eam parte sunt, quæ pice operitur, & ideo non omnino nouit, quale fecerit opus, qualem figuram sculperit, donec ablata pice omnia appareant. Ad eundem modum nos elaboramus nunc animas nostras, sed quia corporis mole absconsa sunt, non omnino videmus, quas elaborauimus figuras, quæ præsterimus opera, donec in morte abiecto corpore, nuda anima appareat, tunc vnus cuiusque opus apparebit. Nunc vero nobis dicendum cum Paulo est, quod enim operor, non intelligo. Licet ergo bona operemur, timeamus, quia quasi res confecta est, non tamen omnino perfecta.

Simili etiam ratione philosophandum nobis est in casu, & perditione peccatoris. Non omnino dissipauit substantiam, sed quasi, ne ergo desperet, remedium ei restat. Sibi que vsurpet verba illa Dauidis (quibus consolatur Ioab, qui in bello damna passus fuerat) dicentis. Non te frangat ista res, varius enim euertus est belli, & nunc hunc, nunc illum consumit gladius, conforta bellatores aduersus urbem. O homo qui humi

lacies,

A iaces, qui desperans tradidisti te impudicitiae, surge, postquam cecidisti, infeliciter hucusque pugnaſti, non te frangat ista res, hoc enim belli proprium est, vt nunc hic, nunc ille superet, si superatus hucusque es, poteris postea superare. Est enim homo persimilis arbori illi, de qua Daniel ait, audisse vocem dicentem, succidite arborem, præcindite ramos, excutite folia eius, & dispergite fructus eius, An non dices, omnia dissipata, & perditam omnino arborem, his auditis? Sed non omnino dissipata fuit, sed quasi, subdit enim. Veruntamen gemmae radicem eius in terra finite, & rore caeli irroretur, &c. mansit radix, & arbor iterum reuixit, & amplior, & excelsior facta est, quam prius fuerat. Si tu succisus tibi videris, si præsumpti, vt videaris tibi, nihil boni posse te operari, nihilominus radix naturæ optime in te perseverat, & gratia caelesti rigatus poteris crescere, fructum ferre. Exemplo tibi villicus iste sit, qui licet omnino desperatus videretur, non tamen perijt, sed vsus prudentia, seruaui tibi vitam, & opes.

Sed inquiris, qua via, atque ratione poteris me seruare, cum in tanto discrimine sim? proponitur hodie à Christo Domino villicus in exemplum, vt ab eo discamus seruare vitam animæ. In simili discrimine versabatur Nabucdonosor, cum audiuit, succidite arborem, præcindite ramos, &c. an non hoc persimile est ei, quod villicus audiuit à Domino, redde rationē villicationis tuæ, iam enim nō poteris amplius villicare? quod ergo vtrique remedium? Audi consilium Danielis datum Nabucdonosori. Quam obrem rex consilium meum placeat tibi, peccata tua elemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum, forsitan ignoscet Deus delictis tuis, hoc idem consilium villicus sumpsit, & hoc ipsum nobis præbet Christus Dominus dicens. *Facite vobis amicos de Mammona iniquitatis.* Distribue bona, quæ tibi Deus concessit pauperibus. De qua re optime Augustinus tomo decimo, sermone primo in Septuagesima, vbi ait. Omnis homo in graui negotio cum sibi ipse deficit, nec nouit, quid faciat, fidelem, & prudentem amicum consulit. Est tibi summum negotium eterne salutis tuæ, & redimendi peccata, num inuenire potes ami-

Amicum,

Psal. 86.

Eccle. 9.
Simile.

Rom. 7.

2. Reg. 11.

Dani. 4.

Dani. 4.

Aug.

cum, quem consulas, qui similis Christo Domino sit? *Hic* amicus fidelis, & sapiens, cuius consilium si acceperis, saluus eris. Audi negotium, in quo tibi deficiis, & amico indiges. Quid faciam, ait villicus. Audi etiam Psalmistam dicentem. Veruntamen in imagine pertransit homo, sed & frustra conturbatur, thesaurizat, & ignorat; cui congregabit ea. *Que* verba Augustinus sic legit; quanquam in imagine Dei ambulat homo, tamen vane conturbatur omnis homo, in imagine ambulat veritatis, & conturbatur in consilio vanitatis, magna res homo est, cum gerat imaginem Dei, sed vanum se fecit per peccatum, vane conturbatur. Sed quæ est ista vana conturbatio? querere transitoria, & caduca, thesaurizare in terra, thesaurizat, & ignorat cui congregabit ea. Ecce homo vanus, B qui sibi deficit, quia ignorat, cui congregat, & ideo amico consulente eget. Dic mihi ò diues, cui congregas diuitias? Ignoras, quid demeritis quid infelicitius? Sed ais, mihi congrego, nequaquam, tu enim transis, cras morieris, & Theaurus durabit, vere vane conturbaris. Theaurizas ò homo? mitto nunc labores, quibus diuitias congregas, sæpe enim, vt exterius vestiarius, intus nudaris, & Deum amittis, vt aurum acquiras, prætermittamus hæc, sola prospera numeremus. Theaurizas? cui? si non dicis, vane conturbaris, si scis cui, dic & mihi. Dices forsan, mihi Theaurizo. Hoc audes dicere moriturus? Filijs meis, inquis. Hoc audes dicere de morituris? Magna vanitas, Theaurizat moriturus morituris. Filijs, ais, quibus filijs? Forfan quod congregauit auaritia tua, perdet eorum luxuria. Sed ais, forte conseruabunt, & augebunt, quæ ego eis relinquo bona, sit ita, tunc vani erunt, sicut & tu, & illis dicam, cui thesaurizastis? Dicis, mihi thesaurizo, vel filijs. An hoc certo scis? Forfan thesaurizas latroni, forfan igni, forfan ignoto. Inter hæc forte es, vane conturbaris, vides, quam vere dixerit veritas, quod inaniter conturbetur vanitas? Defecisti in hac causa tua, quære ergo consilium. Audi Christum Iudeis scandalum, gentibus stultitiam, nobis vero Dei virtutem, & Dei sapientiam. Si cum dixerò Christi consilium, scandalizaris, Iudeus es, quia Christus Iudæis scandalum. Si stultum tibi videtur, gentilis eris, nam gentibus stultitia

A stultitia, si Christianus es, suscipe. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, &c. *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis.* Consilium iam patet, sed auaritia latet, imò non latet, non enim cessat rapina grassari, non cessat fraudare auaritia, & totum hoc vt thesaurizetur, & hoc in terra, recte quidem à terra in terram, peccatori enim dicitur, terra es, thesaurus tuus in terra, quia cor in terra. Dicunt omnes, vñ nobis, quia ruit mundus. Si ruit, quare non migras? Si audis ab architecto, ruituram domum, an non diicedis? Structor mundi ait, ruiturum mundum, & tu stas? Cælum (inquit) & terra transibunt, mundus transit, exi ipse, nol fin eo thesaurizare. *Sume ergo consilium, da pauperibus, & habebis thesaurum in* B *cælo, ibi erunt, qui te suscipiant, cum defeceris. Non thesaurum perdis, sed quod possides in terra sollicitus, habebis in cælo securus.* Consilium do seruandi, non perdendi. Frumentum habes in terra, dicit tibi amicus, humidus hic locus est, perdis, quod posuisti, quid faciam in superiore loco illud pone. Dic ò homo, audis amicum consilientem de tritico tuo, & non Deum consilientem de corde tuo? Leua cor in cælum, leua substantiam tuam, & thesaurum tuum, ne putrescat in terra. Si das pauperi, ille ducit in cælum. Sed ais, ille manducat, ita est. Sed oblitus ne es illius; esuriui, & dedistis mihi manducare? Et quod vni ex his minimis meis fecistis, mihi fecistis? illi C *das, qui tibi seruet, & se ipsum tibi tandem dabit. Quantum excellit misericordia, & charitas, quam solam Christus nominat in iudicio. Licet enim propter vniuersa bona opera gloriam præstet, sed præcipue propter charitatem, & eleemosynam, ideo eam solam nominat, dum iudicat. Et iniustus dicit. Ite in ignem æternum, sed quæ de causa? Non ait, hoc quæris scilicet crilege, adulter, &c. Sed quia esuriui, & nõ dedistis mihi manducare. Mira res, omnia prætermittit, & solam misericordiam commemorat. Et huius ratio est, quia scriptum est. Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatum. Et iterum. Include eleemosynam in sinu pauperis, & ipsa orabit pro te. Ideo iustus ait. Venite benedicti, quasi dicat, si vos iudicet, & scruter diligenter, inueniat peccata, sed ite in regnum, quia eleemosynam dedistis. Non itis, quia non peccastis, sed quia peccata eleemosynis redemistis.*

Gen. 3.

Luc. 21.

Mat. 19.

Simile.

Mat. 25.

Eccl. 3.

Eccl. 29.

mistis. Rursum, ite maledicti in ignem, illi quidem propria conscientia conuicti respondere non possunt, quia vident innumera peccata. Sed ait illis, non inde damnamini vnde putatis, sed quia esuriui, & non dedistis mihi manducare. Si enim a peccatis vestris conuersi illa elemosynis redemissetis, elemosynæ nunc liberarent vos, beati enim misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur, nunc vero iudicium sine misericordia ei, qui non fecit misericordiam, &c. hæc Augustinus.

Matth. 5.
Iacob. 2.

In eadem Dominica Octaua Post Pentecosten. Concio Secunda.

Thema. Redde rationem uisitationis tuæ.

LUC. 16.

Prouer. 27.



Rudentiæ munus est, præcauere pericula, ac mala ventura, seque munire aduersus ea. Hinc Sapiens. A stultus videns malum, absconditus est. Paruuli transeuntes sustinuerunt dispendia. Ideo nos monet Ecclesiastes. In die bona fruire bonis & mala diem præcaue, sicut enim hæc, sic & illam fecit Deus ut non inueniat homo contra eum iustas querimonias. Ventura est dies rationis, dies sterilis, dies mala, & amara valde, dies iudicij, præuideamus illam, & præparemus nos. Vide, quid hac in re præstet Ethicus imperator. Tu rex (ait Daniel) cogitare cepisti in stratu tuo, quid esset futurum post hæc, tu ergo similiter cogita, futura ratione. Hinc Sapiens Ioseph consiliū præstat Pharaoni, ut abundantie annis triticū congreget in tempus sterilitatis, & ait Pharao. Num inuenire poterimus talem virum,

Ecclesi. 7.

Daniel. 2.

Gene. 41.

A virum, qui spiritu Dei plenus sit? Summa illius stultitia est, qui nouit iudicium futurum tremendum, ac formidandum, nec tamen se ad illud parat. Cum tanta futura sit illius feritas, tam atrox supplicium damnatorum, ut si congregatis omnibus hominibus diceret Deus, vniuersi homines saluandi estis, vnus duntaxat in iudicio damnandus, satis hoc esse deberet, ut omnes homines pauerent, & tremere, quid obsecro non tremendum, cum audierimus, infinitus est numerus stultorum? Si nunc descendens Angelus de cælo diceret vobis, fulgur de cælo veniet, & vnum ex vobis interficiet, omnibus incuteret timorem, & quisque diceret, num ego futurus sum? Sed si diceret, dimidia ex vobis pars fulgure interibit, vel maxima pars, an non omnes pauore tremere? Quo vero malum maius est, eo plus timendum, etiam si inter plures alicui contingere debeat. Vnde dicente Christo Domino. Vnus vestrum me traditurus est, cæperunt singuli de se solliciti querere, nunquid ego? Si decem hic viri sunt, & audiunt, vnus vestrum ducendus est in carcerem inquisitorum hereticæ prauitatis, omnes timerent. Si vero audirent centum, vnus viuus igni tradendus est, omnes pauerent, quod enim malum augetur augetur & timor, etiam si inter plures vni eorum debeat accidere. Cum ergo infinitum sit malum sempiterna damnatio, quia infinito durat tempore, & est priuatio infiniti boni, etiam si hic essent infiniti homines, & audirent, vnus ex vobis damnandus est, omnes maximè timere, & sibi cauere deberent. Qua ergo ratione securus eris, nec timens, cum attidas, paui electi?

Eccle. 1.

Simile.

Matth. 26.

Sed ais, timeo iudicium, cum sciam, rationem à me exigendam, sed quomodo preparabor ad illam? Fac, quod villicus hic, qui admonitus de ratione reddenda ait. *Quid faciam?* Ideo nos Sapiens monet. Ante iudicium interroga temetipsum, & ante Deum inuenies propitiationem. Ita Iob agebat, qui ait. *Quid faciam, cum surrexerit ad iudicandum Dominus, & cum quæsierit, quid respondebo illi?* Villicus ait, quid faciam? & Iob similiter, quid faciam? Tibi vero dico, cum Esais. *Quid facietis in die uisitationis, ad cuius confugietis auxilium?* Solet frudicialiter agere, & rationes non timere villicus, qui nouit nihil

Eccle. 18.

Esai. 10.

Iob. 31.

hil se male consumpsisse, sed vniuersa bona Domini seruasse. At stultissimus is villicus esset, qui nouit, decem millia se debere talenta domino suo nec tamen illud curaret, nec diceret, quid faciam? dic mihi o homo, qui securus in vtranque aurem dormis, nosti ne, plura, te debere domino tuo? plura à te male consumpta? & quod si voluerit Dominus contendere tecum non respondebis ei vnum pro mille? vt Iob ait, quomodo ergo non times? quomodo non ais, quid faciam?

Iob. 9.
Damasc.

Damascenus in historia Iosaphat, & Barlam, memoriz prodidit, fuisse olim inclitum regem, qui visis sacerdotibus, & monachis pauperibus, tremens se ad eorum pedes abiciebat, cum vero frater eum increparet, quasi indignam rem dignitati suae faceret, dissimulauit rex. Altera vero die misit ad domum fratris tibicinem, qui tuba caneret in ostio domus, quod in eo regno signum mortis erat: timens, & pauens frater regis indutus luctuosis vestibus ad fratrem venit, & ait, quid feci, vt me occidi precipias? Cui respondit rex, timuisti tubam fratris tui, cum scires, nihil dignum morte te perpetrasse, quomodo non timeam ego tubam regis mei, quem me offendisse scio? Hi autem Sacerdotes, & monachi tibicines sunt Dei. Vocatus ab inquisitoribus timet, licet nihil mali sibi conscius sit, quid nō timeat homo audiens a Deo suo, redde rationē villicationis tuæ, cū nouerit plura male perpetrata. Substantiā Domini à se dissipatam, tempus deperditum, innumera accepta beneficia quibus ingratus fuit: an non hoc pauendum? Tremefactus est Felix disputante Paulo de Iustitia, & castitate, & de iudicio futuro. Treme & tu, qui fidelis es, & dic cum villico, quid faciam.

Acto. 24.

Videndum nobis in Euangelio est, quid hic villicus fecerit? Homo quidam erat diues. Hic homo Deus est, cuius diuitiæ numerari non possunt. Dominus vniuersorum tu es, qui vnus tantum Dominus dicitur, Deus falsus est, Neptunus aquæ tantum Dominus, Rea terræ domina, Iuno aeris, non hi Dei sunt veri. Verus Deus diues est, vniuersorum Dominus, cæli, terræ, maris aeris, & omnium reliquorum. Sed qua ratione qui adeo diues est, vt verbo omnem possit leuare miseriam, pauperes esse patitur? & qui mihi precipit vt eis subueniam, cur

cu non

A eis non subuenit, cum adeo facile possit? Respondet Augustinus. Propter bonum diuitis, & pauperis. Propter diuitem quidē vt salutem consequatur pauperi subueniens, da panem terrenū & pete à Deo cælestem, Dominus enim ait, ego sum panis vite, & hunc tibi dabit, si das egenti. Eget ad te alter, eges tu ad alterum, ille ad egentem eget, fac, quod circa te fiat. Ille bonorum non eget, ideo Deus est, sed vt dicere posses, quod alteri amico, da mihi hoc, quia ego dedi tibi illud, voluit Dominus egere in paupere, vt illi dādō repetere possis, quia Deo in paupere dedi sti. Qui ergo, vt diues, poterat omni pauperi succurrere, noluit perfermetipsum id præstare, sed per te, vt sic tu consequaris æternam vitam. Propter pauperem vero, vt patientia, ac tolerantia cælestia bona mereretur. Qua ratione homo hic diues pauper factus est. Et factum est mirabile illud. Simul in vnum diues, & pauper. Vt sicut eum diues imitatur, bona pauperibus tribuens, ita eum pauper imitetur mala patienter sustinēs, ideo cum diues esset, pro nobis egenus factus est, vt inopia eius omnes ditare mur, vt Paulus ait.

Aug.

Psal. 48.

2. Cor. 8.

Hic ergo homo diues, habebat villicum, id est primiceriū, negotiorum gestorem, cui omnia bona sua commendauit, cuncta ponens in eius manu. Magna dignitas hæc est hominis, vt vniuersa Deus in manu eius tradiderit, & gloriam, & honorem suum illi demandauerit. Cum rex alicui nobili ait, fidei tuæ committo regnum meum, gloriam, & honorem meum, attende, quomodo te habeas, quomodo geras negotium tanti ponderis, multum eum sibi deuincit, vt videat, qualiter se gerat. Irrationabilibus pauca Deus tribuit, nec honorem, & gloriam suam in eorum potestate posuit, nihil enim agere valent contra Dei voluntatem, & gloriam. In manu vero hominis vniuersa constituit, & gloriam, & honorem suum, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cælis est. Si optimus Dei villicus esse vis, hoc cura, vt ex omnibus Dei gloriam illustres, eum honorifices. Hinc Petrus. Si quis loquitur, tanquam sermones Dei, si quis ministrat, tanquam ex virtute, quam administrat Deus, vt in omnibus honorificetur Deus per Iesum Christum. Omnis ergo creatura villa est homini commissa, vt fructum diuinæ gloriæ col-

Matt. 5.

1. Pet. 4.

ligat

1. Cor. 10.

ligat, quia in hoc vniuersa condita creatura est, ideo Paulus. Si autem manducatis, siue bibitis, vel aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.

Iosue. 23.

Multis nominibus, atque rationibus tenetur homo Dei negotia gerere. Inter quæ illud vnum sit, quod Deus villicus hominis factus est eiusque negotia fidelissimè perfecit. Hanc rationem proponit Iosue filius Israel, postquam innumera Dei in eos beneficia recensuit, cum ait. Multæ adhuc supersunt nationes, Dominus Deus tuus disperdet eas, & auferet à facie vestra, & possidebitis terram, sicut vobis pollicitus est. Tantum confortamini, & estote solliciti, vt custodiatis cuncta, quæ sunt scripta in volumine legis. Quasi dicat. Peregit hucusque Deus negotia vestra, & peraget, quæ restant, vos similiter Dei negotia sollicitè agite. Hac ratione Iacob fecit obmutescere iratù Labân, ostendès ei, quâta cura greges illius seruauerit, & auxerit, & illius ingratitudinem. Hac etiam ratione peccatum fratrum Ioseph graue redditum est, quod in eum sauerunt, cum ille eos visitaret, & cibaria deferret. Simili ratione peccatum Davidis, qui in eum peccauit, qui eius causa discrimina maxima belli subibat. Quid respondebis peccator ingratisime Deo tuo, memoranti collata in te beneficia? cum dicat insomnis ego sum, vt tua agerem negotia, sanguinem hac de causa fudi, & tu vt iam me peccares insomnis eras. Nosti ne ingratisime hominum, quomodo negotia tua peregerit Deus, in quem peccasti? An non fuit tibi Vrias, qui in medios hostes se misit, vt te saluaret, ibique occubuit? Non ne fuit tibi Iacob, qui vt tibi substantiam acquireret, noctu, diuque æstu vrgebatur, & gelu? Non ne fuit tibi Ioseph, qui visitauit nos oriens ex alto, & cibum nobis detulit, imo & se cibum fecit, vt nos pasceret?

Merito proinde peruersus, villicus diffamatus dicitur apud illum, quasi dissipasset omnia bona eius. Sed quis est, qui peccato rem diffamat, & accusat? Multi profecto accusatores sunt, omnes nanque creaturæ tantâ quersantur iniquitatem, & clamores fundunt, vt tollatur de medio dissipator villicus.

Primo Angeli mali nos accusant, qui non solum, peccatores, sed etiam iustos accusare nituntur. Vt patet Iob. I. Nūquid

Iob

A Iob frustra timet Deum? Et ideo Angeli boni dicunt in Apocalypsi. Proiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat eos die, ac nocte. Nec tantum demones, sed & Angeli boni peccatorem accusant, & dicunt, visimus, & colligimus zizania? An non conferui venerunt, & narrauerunt Domino suo, quod factum fuerat, cum cõseruus suffocabat cõseruum? Hinc Christus Dominus ait. Nolite contemnere vnum de pusillis istis, qui in me credunt, dico enim vobis, quia Angeli eorum semper vident faciem patris mei. Quasi dicat. Cauete ne ledatis pusillum, quia Angelus eius accusabit vos apud patrem meum quod eum leditis, qui eius custodia demandatus est. Deinde accusant peccatorem ipsæ creaturæ, quibus male vsus est, & à Deo vindictam clamoribus petunt. Aurum abscõsum in theca, argentum in arca reconditum, vestes à tinea corrosæ frumentum seruatum, nec pauperibus erogatum, lapides, & ligna superbarum domorum, hæc omnia clamant, ostenduntque peccatoris malitiam. Sed ais, quomodo hæc clamant, cum insensibilia sint? Non ego hoc à capite proprio dixi. Audi prophetam loquentem. Væ, qui congregat avaritiam malam domui suæ, vt sit in excelsis nidus ei, & liberari se putat de manu mali. Cogitasti confusionem domui tuæ, concidisti populos multos, & peccauit anima tua, quia lapis de pariete clamabit & lignum, quod inter iuncturas ædificiorum est respondebit. Id est, idem dicet, quod lapis. Licet enim nobis hæc non loquantur, Deo tamen vniuersa loquuntur. Hinc Paulus. Omnis creatura ingemiscit, & parturit vsque adhuc. Omnis enim illa videns se subijci peccatori, & ei obtemperare, clamat ad Deum, quasi vim patiens, quia quod in eius honorem conditum est, vertitur in peccatum. De quibusdam etiam peccatis in scriptura dicitur, ea clamare ad Deum. Hinc Dominus ait. Ecce vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. Hinc rursum dicitur? Clamor Sodomorum, & Gomorrhæorum multiplicatus est. Et iterum, clamor filiorum Israel venit ad me, vidiq; afflictionem eorū, quæ ab Egyptijs opprimuntur, Et Iacobus ait. Ecce merces, operariorū, qui messuerunt regiones vestras, quæ fraudata est à vobis, clamat, & clamor eorum in aures Domini Sabbaot introiit. Deinde accusat peccatorem ipsius conscientia.

Bb

Apoc. 12.

Matth. 13.

Matt. 18.

Matth. 18.

Habac. 2.

Roma. 8.

Gene. 4.

Gen. 18.

Exod. 3.

Iacob. 5.

Rom. 2. scientia. Hinc Paulus. Testimonium reddente illis conscientia
1. Ioan. 3. ipsorum, & cogitationum inuicem accusantium. Ipsa conscientia te accusat coram Deo, & vindictam petit. Hinc Ioannes. Si reprehenderit nos cor nostrum, maior est Deus corde nostro, & nouit omnia? Quasi dicat. Tanta est in nos diuina misericordia, vt cor nostrum nos reprehendat, & accuset, Deus tamen taceat, & nostri misereatur. Quod si tu ipso accusas te, quis te non accusabit? Plures sunt accusatores, nec eorum defectu iudicium non erit.

Sed in hac accusacione quid aduersus hominem dicitur. Plane quod sequitur in euangelio, *quasi dissipasset omnia bona eius.* Tunc vero bona Dei dissipantur, cum ex eis diuina gloria non colligitur, sed vel gloria captatur humana, vel delectatio, aut lucrum. Hinc Sapiens. Qui mollis, & dissolutus est in opere suo, frater est sua opera dissipantis. Homo enim sensuum delectationi traditus, dum creatura utitur, vt in ea delectetur, cum uti debuerit in Dei gloriam, cuncta dissipare dicitur. Hinc rursus idem

Prover. 18. Sapiens ait. Thesaurus desiderabilis, & oleum in habitaculo iusti, imprudens homo dissipabit illud. Quae dissipatio similis est ei, quam is faceret, qui arboris flores & gemmas, antequam in fructum deueniret, amputaret. Hic arborem, & fructus dissipat, quia eo peruenire prohibuit, quo natura perducere voluit. Ita prorsus omnis creatura ordinata a Deo est in sui gloriam, quia

Prover. 16. omnia propter semetipsum operatus est Dominus. Si tu fistis in delectatione aut gloria tua, dissipas omnia. Hinc Iob de iniusto loquens ait, Antequam dies eius impleantur, peribit, & manus eius arescent, laedetur quasi vinea in primo flore botrus eius, & quasi oliua proijciens florem suum.

Dissipat etiam bona Dei, qui ea in alios usus conuertit, quam quos Deus constituit. Sic substantiam dissipat, qui ludo luxurijs, & vanitatibus illam consumit, oculos, qui in vana eos conijcit, & sic in reliquis. Cum enim bona temporalia nobis tradita a Deo sint, vt per illa acquiramus aeterna, cum oppositum fit, dissipantur. Quemadmodum cum lucerna lucens hominibus consumitur, non dicitur dissipari, si tamen pede conculcatur, dicitur dissipata. Ita bona vniuersa, si in usus a Deo ordinatos consumantur, non dicuntur dissipari, sed

Simile.

quando

A quando est diuerso fit. De qua re Oseas ait. Dedi eis frumentum & vinum, & oleum, & argentum multiplicauit eis, & aurum, quae fecerunt Baal. Idcirco conuertar, & sumam frumentum meum in tempore suo, & vinum meum, & liberabo lanam meam, & linum meum, & tunc reuelabo stultitiam eius. Et Iacobus. **Iaco. 5.** Agite nunc diuites, plorate ululantes in miserijs vestris, quae aduenient vobis, diuitiae vestrae putrefactae sunt, & vestimenta vestra a tineis comesta sunt, aurum, & argentum vestrum a ruginavit, & ergo eorum in testimonium vobis erit. Et in vniuersum dissipare dicitur Dei bona, qui ea consumit, & non in usus sibi a Deo praescriptos. Sicut cum seruus tuus consumit substantiam tuam alijs in rebus, ab his, quae illi praescribis, dicitur, dissipata a seruo substantiam tuam.

Sed quid facit hic homo, audiens dissipari substantiam? **B** Vocauit eum Dominus eius, & ait, redde rationem villicationis tuae, iam enim non poteris amplius villicare. Vocat seruum in iudicium. Hinc Petrus. Sufficit praeteritum tempus, ad voluntatem gentium consummandam ijs, qui ambulauerunt in luxurijs, desiderijs, vinolentijs, comestationibus, qui reddent rationem ei, qui paratus est iudicare viuos, & mortuos. Horribile verbum, redde rationem ei, qui nullam habuit praecipue cum ad amissum sit exigenda, & de omni verbo otioso reddenda.

Iam, ait, non poteris amplius villicare. Non enim in perpetuum illud munus conceditur cuiquam, sed ad tempus. Omni villico loquitur Sapiens. Non habebis iugiter potestatem. Et iterum. Omnis potentatus vita breuis. Et Psaltes regius. Exhibet spiritus eius, & reuertetur in terram suam, in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Noli putare in secula te victurum, & temporalibus, ac caducis bonis in aeternum vsurum, cito a te auferetur. Deinde hoc verbo significatur, auferre Deum saepe temporalia bona a malis dispensatoribus. Quemadmodum cum tibi villicus est fidelis, plura eius fidei committis, & omnia ei bona tradis. Vt fecit Aegyptius. Putifar cum Ioseph. Si vero nosti villicum infidelem esse, & bona tua dissipantem, eum aufers a munere, dicens, non poteris amplius villicare. Ita Deus noster, cum videt fidelem dispensatorem bonorum temporalium, ei plura concedit, dicens, qui

B b a fidelis

Oseas.

Iaco. 5.

1. Pet. 4.

Prover. 27.

Eccle. 10.

Psal. 145.

Gen. 36.

Luc. 16.

Esai. 22. Fidelis est in minimo, & in magno fidelis erit, & habenti dabitur, & abundabit. Si vero nouit infidelem esse dispensatorem, ab eo saepe tollit temporalia bona. Hinc per Esaiam ait ad summum dispensatorem domus suae, expellam te de statione tua, & de ministerio tuo deponam te. Exemplum huius rei in Israel saepe videre licet, cui concessit Deus promissam terram, labores ait Psaltes, populorum possederunt, vt custodiant iustificatio- nes eius, & legem eius exquirant. Cumque bene vsi fuisset ea terra, illam possederunt, à male vero vtentibus ablata est. Et hoc est, quod superius diximus ex Osea, dedi eis frumentum, vinum, & oleum, & argentum multiplicauit eis, & aurum, quae fecerunt Baal. Idcirco conuertar, & sumam frumentum meum in tempore suo, & vinum meum, & liberabo lanam meam, & linum meum, & tunc reuelabo stultitiam eius. Noluisti Nabal concedere Dauidi parum substantiae, & ablata est ab eo vxor, & vniuersae illius opes, & concessa Dauidi. An non recordaris diuitis illius dicentis, habes anima mea in annos plurimos, destrua horrea mea. &c. Audit vero, stulte hac nocte repetet animam tuam à te, & quae parasti, cuius erunt? Sic erit omnis, qui non fuerit in Deum diues. Id est, qui pauperibus bona non tribuit, Deus enim, & pauper vnum sunt. Noluisti pauperi dare substantiam, ideo vinum tuum corruptum est, frumentum perditum, substantia à te alienata. Noluisti vires corporis Deo offerre, auferantur à te infirmitate, & doloribus. Quid quereris, multa à te ablata bona? cum ea possedisti, vsus es eis in Dei gloriam, salute, substantia, filijs, vxore vsus fuisti iuxta Dei legem? Si non sic fecisti, quid miraris, si à te abstulit Deus? sic dixit, iam non poteris amplius villicare. Eleemosynam non das, auferet à te Deus vitam, vt pauperibus in morte tribuas, quae in vita tribuere debuisses.

Auditis minis Domini, ait villicus intra se, quid faciam? Atte- dit maximum discrimen, & remedium quaerit. Nescit peccator summum, in quo versatur, discrimen, ideo non discruciat, non interrogat, quid faciam? Quis nam rex, videns venientem contra se aliam regem cum exercitu maximo, non dicet, quid faciam? Possum ne occurrere illi cum decem millibus, qui cum viginti millibus venit ad me? vt si id non valet, roget, quae pa-
cis sunt.

Luc. 14.

A cis sunt. Nosti miser peccator Deum tibi inimicum esse, & aduersus te venire in iudicium cum exercitu angelorum, audi dicentem in Leuitico. Si autem nec per haec audieritis me, sed ambulaueritis contra me, ego incedam aduersum vos in furore contrario. An non dices, quid faciam, ne penitus intereas. Hoc Dei iudicium Ioannes praedicabat dicens. Iam enim securis ad radicem arboris posita est, omnis ergo arbor non faciens fructum bonum exciditur, & in ignem mittitur. Addit vero Lucas, huius praedicationis fructum. Et interrogabant eum turbae dicentes, quid ergo faciemus? En quod villicus nunc ait, quid faciam. Sed quod eis consilium Ioannes tribuit. Respondens autem dicebat illis. Qui habet duas tunicas, det non habenti, & qui habet escas, similiter faciat, mira profecto diuinae scripturae concinnitas, & vt ita dicam, conformitas. Ioannes Eleemosynam consulit. Et villicus ait, scio, quid faciam, & eleemosynae remedium sumit, & Christus eius exemplo nos monet, facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Et idem Daniel consulit Nabucodonosori.

Remedium ergo misericordia, & eleemosyna est. Quia vt Sapiens ait. Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna, resistit peccatis, & Deus inspector est eius qui reddit gratiam, meminit in posterum, & in tempore casus sui inueniet firmamentum. Quod nam tempus casus, nisi cum dicitur homini, iam non poteris villicare? Tunc firmamentum est ei eleemosyna, sicut, huic villico fuit. Qua in re iudex noster Deus munera accipit, vt nos mitius iudicet, & concedit nobis, vt eius voluntatem leniamus muneribus, quod vulgo dicitur, cohecharle. Quod enim pauper recipit, Deus recipit, & ipsi pauperes, qui postea iudices futuri sunt, munera etiam accipiunt, & iudicij tempore eorum memorantur, quae receperunt. Munera autem excipiant oculos prudentum, & subuertunt verba iustorum, vt dicitur in Exodo. Praclare ait Iacob, videns venientem Esau iratum, placabo eum muneribus. Et hoc est consilium illud regis videns venientem contra se cum viginti millibus, cui cum non posset occurrere cum decem millibus, id est, cum impletione decem mandatorum, rogat ea, quae pacis sunt per legatos pauperes. Quae ratione regius Plaltes ait. Iucundus homo, qui mi-

Bb 3

fere-

Leuit. 26.

Luc. 3.

Dani. 4.

Eccle. 3.

Exo. 23.

Gene. 33.

Luc. 14.

Psal. 111.

feretur, & commodat, disponit sermones suos in iudicio, quia in æternum non commouebitur. Quasi dicat. Misericors disponit causam suam, vt in iudicio non damnetur, & sic ab auditione malæ sententiæ non timebit. Deum enim sibi propitium habet, quia feneratur Domino, qui miseretur pauperis, vt Sapiens ait. Quo loco Heronymus ait. Non dicit, commodat Domino, sed feneratur, quia maximum reportat lucrum. Hinc Augustinus, Pulchra commutatio, dare, quod retinere non potes, accipere, quod amittere non poteris. In celebratissimis nundinis quidam dixit, (referente Augustino) omnium corda, & cogitationes dicam. Vultis caro vendere, & vili emere. Hoc profecto misericors efficit, mercaris cæleste regnum calice dato aquæ frigidæ, vendis substantiam paruum accepto infinito thesauro. Tanta vero necessitas eleemodynæ est, vt Augustinus dicat. Mutat quidem pœnitentia hominem. Sed nec ipsa videtur profutura, si ab operibus misericordiæ fuerit sterilis. Hinc Lucæ 3. ait Ioannes. Facite fructus dignos pœnitentiæ, & omnis arbor, quæ non facit fructum bonum excidetur. Quisquis hunc fructum non dat, pœnitentiam habet sterilem. Quis vero hic fructus sit, statim explicat dicens. Qui habet Duastunicas, det vnã non habenti, hoc ergo est, quod ante dixerat, omnis arbor, quæ non facit fructum bonum excidetur, quod maledicti audituri sunt, esuriui, & non dedistis mihi manducare.

Sed quanta obsecro auarorum confusio tunc erit, cum hæc audierint verba. Finge nunc regem à vulgo hominum eiectum, & expoliatum regno suo, sed nobilium industria reductum in regnum suum. Cumque ille plurima nobilibus beneficia, & ingentes gratias donat, quod ei fideles fuerunt, ad eorum vnum versus ait, cum regno expoliatus essem, & pauper incederem, accessi ad domum tuam, & parum panis mihi dare noluisti. Quid respondere poterit præ verecundia diues hic? Quanta vero lætitia eorum erit, qui regem exceperunt necessitatis tempore? Audi Dauid Salomoni dicentem. Filijs Berzelai reddes gratiam, eruntque comedentes in mensa tua, occurrerunt enim mihi, quando fugiebam à facie Absalon. Nunc eiectus est Christus Dominus à temporalium possessione in suis pauperibus, occurre tu

*Prover. 19.
Hierony.*

August.

*August. 10.
mo. 10. ser.
1. in septua
gesima.
Luc. 3.*

Simile.

3. Reg. 1.

Aei cibaria deferens, & præstabit tibi postea regiam mensam in regno suo in æternum. An non in maximo habetur pretio, si occasionem quis nactus sit, quam nullo modo quispiam prudens prætermittet, in qua possit sibi deuincire regem, & eius aucupari voluntatem, vt postea ab eo plurima recipiat? Vis ergo homo Dei dilectionem? Da pauperibus, illi recipient te in sua tabernacula, & te de periculo liberabunt, sicut exploratores Iosue liberauerunt domum Raab, quia eos aristis lini abscondit. Aristæ sunt, quæ ex lino supersunt, ita quod superest; date pauperibus, ait Dominus, operite illos vestimentis, quæ supersunt in domo vestra, & illi vos liberabunt à iudicij terrore, &c.

Iosue. 2.

Luc. 11.

B In eadem Domi. octaua post Pentec. Concio Tertia.

The. Filij huius seculi prudentiores sunt filijs lucis in generatione sua. Lucæ. 16.



DVPLEX est hoc in mundo regio, à quibus earum habitatores nomen accipiunt, quas vt ob oculos nostros De^o proponeret, exteri^o in Aegypto eas constituit. De quib^o dicitur in Exo. Ex tede manū tuā in celū, & sint tenebræ super terram Aegypti tā densæ, vt palpari queāt. Nemo vidit fratrem suū, nec mouit se de loco, in quo erat. Vbicūq; autē habitabāt filij Israel, lux erat, in regiones duas lucis, & tenebrarū exterius ostē se, ad quarū similitudinē duæ sunt regiones in mūdo, in altera De^o regnat, in altera dæmō. Regio bonorū tota lux est, & ideo iusti filij lucis appellātur, vt in themate eos Christus Dñs cōpellat. Huius regionis cōuersatio cælestis est, de Deo in ipsa agitur, & plurima bona opera in illa exercētur, quæ fructus lucis sunt. Hinc Paulus. Eratis aliquando, tenebræ, nunc autē lux in Domino, vt filij lucis ambulate, Fructus enim lucis est in omni boni

Exo. 10.

Eph. 5.

nobilitate, & iustitia, & veritate, probantes, quid sit beneplacitum Deo. Et idem Paulus. Omnes vos filij lucis estis.

2. Thes. 5.

Iob. 12.

Prouer. 2.

Prouer. 4.

Regio vero peccatorum est regio tenebrarum. De quibus Iob ait. Palpabunt quasi in tenebris, & non in luce, & errare eos faciet quasi ebrios. Et Sapiens, Qui relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebrosas, De vtraque regione laquirit idem Sapiens, Iustorum semita quasi lux splendens procedit, & crepuit vsque ad perfectam diem. Via impiorum tenebrosa, nesciunt, vbi corruant.

Nunc ergo consideremus filios lucis, & filios tenebrarum, ac huius seculi, vt eos Christus Dominus vocat. Filij lucis æterna bona, & infinita contendunt adipisci, Deo placere student, veras, & immensas diuitias cõgregant. Filij huius seculi in rebus nihili versantur in vmbriis, & imaginibus feru, pascunt ventum, & similes effecti pueris, atomos, quæ per aerem discurrunt, venari conantur. Filius lucis negotiator est, quærens bonas margaritas. Filij huius seculi vitæ, & fallas. Quod ergo nunc miramur illud est, quod Christus Dominus ait. Prudentiores sunt filij huius seculi, & plurimam adhibent diligentiam, plus conantur, ac laborant, vt vmbra, & nihilum consequantur, quam filij lucis, vt in caeleste regnum veniant vt vera bona consequantur. An non hoc dolendum, & sanguineis lachrymis deplorandum. Magnus Macharius videns mulierem mire ornata fleuit dicens Plus ista mundo, quam ego Deo, placere contendit. Hinc Esaias, erubescite Sidon, ait, mare. Quæ verba enarras Gregorius ait. Quasi per vocem maris ad verecundiam Sidon adducitur, quando per comparisonem vitæ secularium, atque in hoc mundo fluctuantium eius, qui munitus, & stabilis cernitur, vita reprobat.

Esai. 25.

Gre. ad monit. 29.

Hier. 48.

Sed quibus laboribus, periculis, quæta contentione, ac diligentia filij huius seculi bona illius quærant, quis verbis explicare queat. Quos labores, ac sudores, & discrimina auarus patitur vt diuitias acquirat, quot superbus, vt honores, quot carnis feruus, vt voluptates, nec cogitare mens humana potest. Iustus vero cum infinita bona quærat, non eo studio, ac conatu quærit, sed tepide, ac remisse. Audi Prophetam studium, ac contentionem filiorum huius seculi, explicantem, quam in temporalium

Ac raliu acquisitione ponunt. Propterea cor meum ad Moab quasi tibia æris resonabit, & cor meum ad viros muri fictilis da hic sonitu tinnitum, (id est iugebo eos quia iustitia eis aduemet calamitas) quia plus fecit, quam potuit, idcirco perierunt. An non difficile verbum: plus fecit, quam potuit: si enim fecit potuit facere. Vis nosse, te plus facere, quam possis, dum cauda quæris? An non in labores te das, qui superant vites tuas? An non sumptus facis, qui superant substantiam tuam? An non multa impossibilia conaris? Ecce impletum, plus fecit, quam potuit.

Hinc est, sapius in scriptura à nobis solum exigi eam curam circa salutem æternam, quam filij huius seculi ponunt circa temporalia, cum tamen multo maior peti à nobis possit. Audi Sapientem. Si sapientiam inuocaueris, & inclinaueris cor tuum

Prouer. 2.

prudentiæ, si quæsieris eam quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis illam, tunc intelliges timorem Domini, & scientiam Dei inuenies. Audi etiam diuum Paulum, quoniam contentus sit. Sicut exhibuistis membra vestra seruire iniustitiæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Multo plura exigi possent iure ab homine, vt æterna acquirat, quam vt temporalia, vt Deo placeret, quam vt carni, & iniquitati. Ideo propheta ait. Sicut enim fuit sensus vester, vt erraretis à Deo, decies tantum iterum conuertentes requiretis eum. Si enim infinito pretio superat Deus, & excedit creaturam omnem, quid mirum, si decies tantum petatur, vt ille possideatur? Tamen infirmitatis nostræ conscius Deus, ei se coaptat, nec decies tantum exigit,

Rom. 6.

Baruc. 4.

sed simile, vel æquale. Ideo Paulus loco superius citato ait, humanum dico propter infirmitatem carnis vestræ, &c. quasi dicat, non postulo quod possum, sed quid humanum, & facile.

Rom. 6.

Prudentiores ergo sunt filij huius seculi in generatione sua. Beada in hunc locum sic ait. Audiant sapientes huius seculi, vt stultam sapientiam deserere, & sapientem Dei stultitiam discere queant, quanti eorum sapientiam diuina equitas estimauerit, quos non vere prudentes, sed in generatione sua prudentes commemorat. Iuxta quod alibi dicit, vs, qui sapientes estis in oculis

Bedabit.

Esai. 5.

vestris, & coram vobis metipsis prudentes, sapientes sunt, vt faciant malum, bene autem facere nescierunt. Peccator prudens non est absolute, & simpliciter, sed in generatione sua. Astutia illa potius dicenda vulpium, quam prudentia hominum. Quia vltimum finem hominis non assequitur, sed fines particulares, qui nullius momenti sunt. Prudēs vero simpliciter ille est, qui recte se, suaque ordinat in vltimum hominis finem. Videamus iam astutiam, ac prudentiam huius seculi in hoc villico, vt dicamus nos, vera vti prudentia.

Homo quidam erat diues, qui habebat villicum. Id est gubernatorem domus, vt ex græco patet. Quam diuerso nomine Christus nos nominat, ab eo, quo nos nominari solemus. Homo ait ego Dominus sum huius prædij, domus, vel oppidi. Audi Nabucodonosor dicentem. Non ne hæc est Babylon magna, quam ego ædificauit in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei? Et quidam aiunt, linguam nostram magnificabimus, quis noster Dominus est? & Aegyptius Pharaõ apud Ezechielem. Ecce ego ad te Pharaõ rex Aegypti draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum, & dicis, meus est fluuius, & ego feci memetipsum, ponam frænum in maxillis tuis. Nunc vero multi saltem corde dicunt sua, esse omnia temporalia, & se supremos eorum dominos arbitrantur, qui, scilicet, ita se gerunt in opere, ac si nullus alius superior Dñs esset, ac si rationem redditori non essent eorum. Ad quos Paulus, quid habes, quod non accepisti? si vero accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Christus vero Dominus licet dominium nobis temporalium concesserit, quia tamen eorum dispensationem liberam, ac pro arbitratu non permisit, sed pro ipsius beneplacito, dicit nos villicos, & se Dominum, meus est enim orbis terræ, & plenitudo eius. Aliquando nobilis vir vestimenta non habet pretiosa, quibus coram rege appareat, vel armis, & ornamentis bellicis caret, quibus specimen gloriæ militaris præstet, & hæc vniuersa commodata quærit. Postquam vero paruo tempore eis vsus est, domini ea repētunt, ipse vero nudus relinquitur. Simile quid sponsis pauperibus accidere solet, quæ in diem nuptiarum ornamentis commodatis vtuntur, postea vero vilibus induuntur pannis. Sic sic diuites sæculi huius

ornati

A ornantur modo alienis bonis, à quibus in morte exuendi sunt, quia vt Psaltes ait. Cum interierit non sumet omnia. Hinc ipsi consilium illud Pauli sibi vsurpent. Diuitibus huius sæculi præcipe, non sublime sapere, nec sperare in incerto diuitiarum suarum. Dispensator es bonorum Dei, non Dominus, abijce fastum, & arrogantiam, ne sublime sapias. Et insuper ita se gerant in bonorum dispensatione, quasi rationem redditori. Nec fallantur hoc verbo, meum est argentum, meum prædiũ, meus ager. Sicut enim œconomus domus præcipitur à Domino, vt bona dispenset famulis eo ordine, ac ratione, qua Dominus præcipit. Ita nobis concessit temporalia bona Deus ea lege, vt acceptis his, quæ nobis necessaria sunt, reliqua pauperibus erogemus. Solet aliquando œconomus sibi surripere, ac dissipare, quæ famulis danda erant, & ideo famuli fame pereunt, non Domini culpa, qui omnibus prouidit abundanter, sed œconomi, qui ea sibi furatur. Ita nunc si vides pauperes nudos, famelicosque, noli putare Deum non prouidisse sufficienter omnibus, ille enim aperit manum suam, & implet omne animal benedictione. Et huius rei causa est infidelitas dispensatorum, qui bona surripiunt, si enim tu habes decem tunicas, si plura obsonia, quomodo non aliqui nudi, & famelici erunt? Da pauperibus, quod tibi superest, & nulli quicquam deficiet.

Quia vero villicus iste infidelis erat, *Diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona ipsius.* Tum vocauit illum Dominus, & ait, quid hoc audio de te? Priusquam illum damnaret, vocat, vt si quid habet, pro se loquatur. Nullus enim damnandus est inauditus, & processus contra inauditam partem factus nullus est. Hinc ante subuersionem Sodome ait Dominus. Clamor Sodomorũ, & Gomorrhæorũ multiplicatus est. Descendã, & videbo, vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint, an non, ita vt sciam. Humano more loquitur Deus, vt nos doceat, non facile damnare quempiam. Sic etiam antequam Adamum damnaret, vocat eum, dicens Adam vbi es? & eius rationem audiuit. Sic & Cain vocauit, & audiuit, antequam in illum sententiam ferret. Et descendit, vt videret tur-

rim

Psal. 48.

1. Tim. 6.

Simile.

Psal. 144.

Gene. 19.

Gene. 3.

Gen. 4.

Gen. 11.

Dan. 4.

Psal. 11.
Ezech. 29.

1. Cor. 4.

Psal. 49.

Simile.

Ioan. 7. rim Babel, priusquam linguas edificantium confunderet. Et Nicodemus apud Ioannem ait, nunquid lex nostra iudicat hominem, nisi prius audierit ab ipso, & cognouerit, quid faciat? Et Festus, ut dicitur in Actibus Apostolicis, ait. Non est Romanis consuetudo, damnare aliquem hominem, priusquam is, qui accusatur, locum defendendi accipiat. Sepe vero decipimur iudicantes, dum vni credimus, nec alteram reservamus ei, qui diffamatus est. Sic deceptus David est credens Sibbæ accusanti Miphiboset absentem, quia eum damnauit, priusquam audiret.

Secundo attendenda est in hac vocatione, diuina misericordia, quæ nos præuenit, & vocat, priusquam iudicet. Hæc enim vocatio villici non significat Dei vocationem ad extremum iudicium, cum locus defensionis, sed vocationem, qua peccatorem sæpe vocat, increpatque, ut remedium quærat. Sicut vocatus Ezechias est ab Esaia, cum ei dixit, præcipe domui tuæ, quia morieris, & non viues. Et sicut vocati sunt Ninuitæ à bona dicente, adhuc quadraginta dies, & Ninive subuertetur. Sic autem nos à Deo vocari, infinitæ Dei misericordiæ signum est. Et ideo Sapiens ait. O quam bonus, & suavis est Domine spiritus tuus in omnibus, ideoque eos, qui exerrant partibus. (loco verbi partibus trãsfert Vatablus Paulatim) corripis, & de quibus peccat, admones, & alloqueris, ut relicta malitiã, credant in te Domine. Hac repetitione ostenditur multiplex Dei vocatio, magna Dei misericordia est, semel vocare, sed maxima, sapius. Sic in vineam vocauit operarios non semel, sed summo mane, & hora tertia, sexta, nona, & vndecima. O bone Domine si quod tu es, ego essem, & quod ego, tu, si nostri tu indigeres, sicut nos tui, quid amplius fecisses? Si vitã tuã à me penderet; sicut mea à te obsecrãres ne amplius me? Quid tibi deest ò Domine, etiã si ego tibi desim? Hæc vero crebra Dei vocatio non solũ ostendit Dei infinitam misericordiam in nos, sed etiam inexcusabiles nos reddit in diuino iudicio, ut impleatur illud Psalmi. Omnis iniquitas opprobriabit os suum, Et iterum illud. At ille obmutuit. Si enim dixeris, ò si Deo me in pueritiã vocasset, audies, vocatum te esse eo tempore. Audi dicentem prophetam, Dominus ab vtero vocauit me, & cum tibi illuxit rationis lux, vocatus

A catus à Deo fuisti, ut ei adhereres. Si dixeris, ò si Deus me adolescentem vocaret, audies, in adolescentiã sæpe te vocatum, & sæpe tibi dictum illud, adolescens tibi dico surge. Si dixeris, ò si in virili ætate vocasset me Deus; audies, tunc sæpe te ab eo vocatum, quot ea ætate conciones, quot Dei in corde tuo loquentis monita audisti? quoties tibi ostendit seculi vanitatẽ? quoties videns cogitantes tuos mori, Deum interius pulsantem, ac minas intentantem audisti? Omni hora procedit pater familias, ut in vineam vocet operarios, & omni ætate Deus hominem admonet, alloquitur, & ad se trahere conatur, nullã peccatori relicta excusatio est, quia ut Esaia ait. Vocauit, & non erat, qui audiret. Sed audi, quid vocato seruo dicat Dominus.

Redde rationem villicationis tuæ. Reddenda ratio est omni homini. Hinc Petrus ait. Sufficit præteritum tempus, ad voluntatem gentium consummandã his, qui ambulauerunt in luxurijs, desiderijs, vinolentijs, comestationibus, qui reddent rationem ei, qui paratus est, iudicare viuos, & mortuos. Dissipauerat Domini substantiam villicus, sed quibus in rebus eam dissipauerit, non dicitur in euangelio, sed alio ex loco facile colligitur. Dissipauit enim substantiam minor filius, quam à patre accepit, viuendo luxuriose. Hoc idẽ villicus fecit, & hoc est quod Petrus ait, in luxurijs, desiderijs, &c. Et quemadmodum Petrus ait, qui reddet rationem ei, &c. ita nunc in Euangelio dicitur. *Redde rationem villicationis tuæ.* Merito vero ab homine exigitur hæc ratio, quia liber arbitrio cum sit, & relictus in manu consilij sui, rationem tenetur reddere eorum, quæ facit, ut iuxta meritum, vel demeritum, aut præmio, afficiatur, aut pœna. Hoc vero diuus Thomas probat hac ratione. Sicut in corporibus est grauitas, & leuitas, quibus feruntur in sua loca naturalia, sic animabus in meritũ, & demeritum, secundum quæ diuersa eis loca debentur. Et ideo de Iuda dicitur, ut abiret in locum suum, quo, scilicet, per culpã tendebat. Meritũ vero, & demeritum sciri non potest sine examine, & iudicio; examen ergo, & iudicium futurum est. Quia vero omnẽ bonum, & malum prius est in anima, & voluntate, quam in corpore exteriori; ideo anima prius iudicatur, & præmio, aut pœna afficitur, & deinde corpus. Merito ergo, ac iure nunc Dominus ait, *reddere rationem villicis*

villicationis tue. Timendum profecto verbum peccatori. Au-
 di iustus tremorem, ex quo colliges, an tibi timendum sit. Ait
 iustus Iob (quem non reprehendebat cor eius in tota vita sua,
 de graui crimine.) Quid faciam, cum surrexerit ad iudicandū
 Dominus? & cum quæsierit, quid respondebo illi? Sed interro-
 gas, quæ tanti timoris causa est? Certe quia sicut à villico
 exigi ratio solet vsque ad vltimum quadrantem, ita à nobis
 exigenda ratio est vsque ad minimum momentum, cogita-
 tionem, & loquelam. Et cum innumera bona à Deo acco-
 perimus, & omniū ratio sit exigēda, quomodo nō timendum
 nobis est? Bernar. ait Sicut ait Christus Dominus, capillus de
 capite vestro nō peribit, ita nec capillus mal⁹, momētū, aut ver-
 bū otiosū nō præteribit sine iudicio. Hinc Iob. Ipse cōsiderat
 vias meas, & gressus meos dinumerat. Et iterū. Tu gressus meos
 dinumerasti. Nullū dedisti gressū corporis pedib⁹, & quod ma-
 ius est, animæ affectibus, quæ De⁹ nō dinumerauerit ad præmiū
 vel pœnā. Pertinet enim hoc ad diuinā iustitiā infinitā, vt nullū
 malū, etiam minimū, sit impunitū, sicut nec bonū sine remune-
 ratione. Sicut enim ad infinitā Dei prouidentia spectat, vt ni-
 hil sit vel minimū in mūdo, quod eius prouidentia subterfugiat,
 nec motus leuissimi folij, ita nulla humana actio deliberata ei⁹
 iudiciū subterfugiet. Nūc ergo attēde, an tibi timēdū sit, cū in-
 numera receperis à Deo beneficia, & respōdere nō possis vno
 obsequio præstato mille Dei muneribus. Audi Iob. Si voluerit
 contendere, non est, qui respondeat ei vnū pro mille. Merito
 ergo nos regius Psaltes admonet. Tu vero odisti disciplinam,
 proiecisti sermones meos retrorsum, &c. existimasti inique,
 quod ero tui similis? arguā te, & statuam contra faciem tuā. In-
 telligite hæc, qui oblituistisimini Deum, ne quando rapiat, &
 non sit, qui eripiat. Iure ergo villicus ait intra se.

Quid faciā? Ecce speciē pœnitentis, cōsiderat se, suaq; & ex-
 tremū, in quod deuenit periculū, vt sibi prouideat. Impunitū
 quidem peccatum Deus nequaquam patitur, aut ergo homo
 illud puniat, aut De⁹ punit. Hinc Iob. Verebar omnia opera
 mea, sciēs, quia nō parceres delinquēti. Sed ais terribilia verba
 hæc sunt, nō parcit De⁹ delinquēti. Peccauit Petrus negās. Pau-
 l⁹ blasphemās, Matthē⁹ Thelonari⁹, Magdalena peccatrix. Latro

deper-

A deperditus, & misertus De⁹ eorū est, pepercit eis, quomodo er-
 go nō parcit De⁹ delinquēti? Respōdeo, parcit quidē De⁹, sed
 ei, qui se ipsū iudicat, qui de seipso vindictā sumit, sine vindicta
 enim nullū relinquitur peccatū, aut tu illius vindictā sume, aut
 Deus illā sumet. Hinc Paul⁹. Si nos metipsos iudicaremus, nō
 vtiq; iudicaremur. Ne ergo blādiaris peccatis tuis. Ne ad tribu-
 nal Dei veniat peccatū tuū, deduc illud ad tribunal mētis tuæ,
 fac te iudicē, & vindicē peccati tui, & exaggeratorē, nō patronū,
 fic enim Dei iudiciū euadere poteris. Audi Davidē petētē à Deo
 quid mirabile, auerte faciē tuā à peccatis meis, & omnes iniqui-
 tates meas dele. Recte hoc petit, ait Ambrosius, quia dixerat,
 peccatū meū contra me est semper, si enim homo inspicit pec-
 catū, si iudicat seipsum, De⁹ auertit faciē, ne illud videat, ac iudi-
 cet. Hinc idē Plaltes ait. Feci iudiciū, & iustitiā, non tradas me
 calumniantibus me. Nō enim punit Deus bis in id ipsum. Illis
 ergo diuina misericordia, & propitiatio seruata est, qui seipsum
 iudicant. Hinc Psaltes ait. Quia apud te propitiatio est, & prop-
 ter legē tuā sustinui te Dñe. Mirabile huius propitiationis in-
 signe illud fuit, quod Dei locus, in quo voluit hominibus pro-
 pinquare, & cū eis habitare, propitiatorium dētū est, quod sig-
 nificat locum veniæ, & remissionis peccatorum, Dei enim do-
 mūs est, in qua venia omnibus conceditur, si tamen ipsi prius
 se iudicauerint, & dixerint cum hoc villico, *quid faciam?*

Sed attendendum etiā illud est, nō dixisse villicū, quid dicā?
 quæ verba loquar ad dominū, sed *quid faciam.* Quia non in ser-
 mone est regnū Dei, vt Paulus ait, sed in opere, & nō qui dicit
 Domine, Dñe, sed qui facit volūtātē patris, in trahit in regnū
 calorū. Ideo vt Isaac benediceret primogenitū, nō attēdit ver-
 ba dicentis, ego sum primogenitus tuus, sed manus illius attre-
 ctauit, accede, ait, ad me, vt tangā te, & probē, vtrum tu sis filius
 meus Esau, & manus attrectauit. Ita diuinam, ac æternam glo-
 riæ benedictionem Deus non concedit, nisi manus, per quas
 opera significantur, attrectauerit. Insanus profecto ille iudica-
 ret, qui beneficia maxima à rege peteret, cū nihil laude dignū
 egisset regis causa, sed temere, & absque meritis maxima dona
 postularēt. Ita omnino stultus dicendus ille est, qui nihil Dei
 causa operatus infinita dona cælestia consequi vult.

Scio

Iob. 30.

Bernar.

Iob. 21.

Iob. 6.

Psal. 49.

Iob. 9.

1. Cor. 11.

Psal. 50.
Ambro.

Psal. 18.

Psal. 129.

1. Cor. 4.

Gen. 27.

Simile.

Scio quid faciam. Cogitāti enim remedium affuit. Laudatur A
vero villicus iniquus, non de iniquitate, quam denuo admittit,
iterum dissipans, & donans bona Domini, sed de solertia, qua
sibi prouidit. Quemadmodum cum dicitur tibi, vigila in ora-
tionibus, quoniam latro, vt furetur vigilat, orna animam tuam
vt Deo placeas, cum videas impudicam mulierem se ornare,
vt mundo placeat. Non laudatur latro, aut impudica mulier
sed eius solertia in exemplum nobis proponitur.

Sicut iste fodere non valet, & mendicare erubescit. Ita nūc
plurimi aiunt, dura pœnitentiæ opera exercere non valeo, de-
licatus enim sum, & orare multum non possum, hoc mendica-
re à Deo est, illud fodere, quibus remedium eleemosynæ res-
tat. Sicut Daniel regi delicato dixit, non potes orare iugiter,
non vales ieiunare, cilicia induere, te verberare, eleemosynis B
hæc cura compensare, largè bona tua tribue pauperibus. Sicut
hic villicus fecit, qui non rogatus à debitoribus Domini eos
rogat, ac obsecrat, & large tribuit, & multis, pauperes ergo que-
re, & obsecra, vt eleemosynam accipiant. Sic Abraham fecisse
legitur. Sic & Loth. sic Thobias. Sic discipuli euntes Emaus
coegerunt Christum Dominū, vt cū eis maneret. Plures quære
pauperes, in quos large bona effundas: his in rebus nobis imita-
tus villicus proponitur, nō in fraude. Beatus Petrus Chrysol-
ogus ait. Quid hic laudatur villicus, qui reddendæ rationis tem-
pore plus ardet in fraude, quam tempore villicationis anhela-
uit in luxu: qui ante substantiam vacuauerat dissipando, vacua
do chirographa pl⁹ euertit, nec curat, vnde possit sarciri, quod
deerat, sed quod remansit, quemadmodum minorare possit, ex C
cogitat? Cui quæstioni Glossa occurrit dicens. Laudatur,
non fraus, sed prudentia, sicut serpens in infusione veneni de-
testabilis, in capitis obseruantia perfectis imitanda tra-
ditur.

Expendendum restat verbum illud, quod villicus ait, vt re-
cipiant me in domos suas, & quod Christus Dominus subinfert.
Et cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Ex qui-
bus colligitur, diuitem in cælo domum non habere suam, pau-
perem vero habere, & ideo si diues cælum ingressurus est, re-
cipi debet in aliena domo, recipiendus vero est à paupere,
cui be-

A cui benefecerit. Quemadmodū habes tu hic demū propriam,
in qua recipis amicum, qui aliunde huc venit, & ipse amicus te
recipit in domum suam, cum tu in eius ciuitatē venis. In hoc
mundo diuites domos habent proprias, pauperes secus, in futu-
ro seculo è diuerso erit, pauperes domos habet proprias. Ideo
Christus Dominus ait. Beati pauperes, quoniam vestrum est
regnum Dei, si eorum esse dicitur, domos in illo proprias ha-
bent. Non sic diuites, qui aiunt, vt villicus hic, vt recipiant nos
in domos suas. Si ergo recipi vis à pauperibus in cælo, eos re-
cipe in terra. Hinc Paulus ait. Vestra abundantia illorum ino-
piam suppleat, vt & illorum abūdantia vestræ inopiæ sit supple-
mentum. De qua re optime Augustinus ait. Est itaque quidā
vitæ modus, nec tam malæ vt his, qui ea viuunt nihil profit
B ad capeffendum regnum cælorum largitas eleemosynarū, qui-
bus etiam iustorū sustentatur inopia, & fiunt amici, qui in taber-
nacula æterna suscipiant. Nec tam bonæ, vt ad tantam beatitu-
dinem adipiscendam eis ipsa sufficiat, nisi eorum meritis, quos
amicos fecerint, misericordiam consequantur. Mirari autem so-
leo, etiam apud Virgilium istam Domini reperiri sententiam.
Facite vobis amicos de mammona, niquitatis. Cui est & illa si-
millima, qui recipit prophetam in nomine prophete mercedē
prophete accipiet, &c. Id ipsum Virgilius testatur, nam cum
Elysiōs campos poëta ille describeret, vbi putat, habitare ani-
mas beatorum, non solum ibi posuit eos, qui proprijs meritis
ad illas sedes peruenire potuerunt, sed adjecit, atque ait. Qui-
C que sui memores alios fecere merendo. Id est, qui promerue-
runt alios, eosque sui memores promerendo fecerunt. Pro-
fus tanquam eis diceret, quod frequentatur ore Christiano, cū
se cuique sanctorum humilis quisque commendat, & dicit. Me-
mor mei esto, atque vt id esse possit, promerendo efficit. Sed
quis iste sit modus, & que sint ipsa peccata, que ita impediunt
peruentionem ad regnum Dei, vt tamē sanctorum amicorum
meritis impetrent indulgentiam, difficillimum est inuenire, pe-
riculosissimum definire. Hec Augustinus. Negandum nequa-
quam est, diuitem proprijs meritis cælum intrare, sicut paupe-
rem, & ideo cum dicitur esse regnum cælorum propriū pau-
perum, non diuitum, vel per quandam appropriationem acci-
piendum

Mat. 5.

2. Cor. 8.

Aug. 21
de ciu. c. v.Mat. 10.
Virgilius.
6. Eneid.

Dani. 4.

Gen. 18.

Gen. 19.

Tho. 2.

Luc. 24.

Chrysol.

Glossa.

Mat. 10.

piendum est, vel intelligendum de pauperibus voluntarijs, qui A
vt iudices regnum celorum alijs distribuent, &c.

Dominica nona post Pen- tecosten.

*The. Videns civitatem fleuit super illam dicens.
Quia si cognouisses & tu, & quidem in hac
die tua, quæ ad pacem tibi. Luc. 19.*

Psal. 136.

Apoc. 21.

Deut. 30.

Esa. 55.



VIT vnain mundo Ierusalem, quæ malis suis ef-
fecit, vt Christus Dominus ploraret, fuit vero alte-
ra, quæ ipsū exultare fecit, & gaudere, & ideo Psal-
tes regius ait. Si non proposuero Ierusalem in prin-
cipio lætitiæ meæ. De qua Ioānes ait. Vidi Ierusalē nouam des-
cendentem de cælo, sicut sponsam ornatā viro suo. Et sicut læta-
tur sponsus super sponsam pulcherrimā, & omnibus ornatā bo-
nis, ita lætatur de Maria Deus, in qua nihil inuenit, quod eius
oculos non delectaret. Audi, Quid de omnibus iustis Domi-
nus dicat per Moysen. Reuertetur Dominus, vt gaudeat su-
per te in omnibus bonis, sicut gauisus est in patribus tuis, si ta-
mē audieris vocem Domini Dei tui. De Maria vero nouimus,
audisse semper Dei vocē torde perfecto, vnde de ea lætat⁹ De⁹
præcipue est. Ad eam accedamus, qui peccatis nostris Christū
fletu compellimus, vt nobis gratiam obtineat.

Si aliquando, nunc maxime apparet veritas sententiæ illius
Esaia. Sicut exaltantur cæli à terra, sic exaltate sunt cogitatio-
nes meæ à cogitationibus vestris, & viæ meæ à vijs vestris, di-
cit Dominus. Hodie enim lætatur, & exultat Hierusalem ex-
cipiens agnum in paschate immolandum, & Christum Domi-
num, Christus vero plorat. Illi exultant, & merito exultant; &
propheta præcipiente exultant, imo prophetis præcipien-
tibus,

A tibus; Esaias enim, & Zacharias aiunt. Exulta satis, & *Esa 62.*
iubila filia Sion; ecce rex tuus venit tibi mansuetus, se- *Zacha. 9.*
dens super asinam &c. Sed Christus Dominus in hac com-
muni omnium lætitia plorat, & luctus huius causa Hierusa-
lem est.

Summa profecto hominis infamia est, quod solus ipse inter
vniuersas creaturas efficiat, vt Deus ploret. De reliquis creatur-
is Pfaltes pronunciat. Lætabitur Dominus in operibus suis, *Psal. 103.*
quia omnis creatura Deo obedit, & suo modo ei grata est. Quæ
admodum cum rex hominem de infima plebe exaltauit, si *Simile.*
recte se gerat, & muneri suo satisfaciat, lætatur rex, si con-
tra agat, tristatur, & eum pœnitet, quod ingratum hominem
exaltauerit. Omnia ex nihilo fecit Dominus, lætatur ve-
ro in omni creatura, quia Dei præceptum non præteri-
bit. Propter solum hominem aliquando dixit, pœnitet me *Gen. 6*
fecisse hominem, & nunc hominis causa lachrymatur.

Quia vt Sapiens ait; filius sapiens lætificat patrem, filius *Prou. 108*
verò stultus mœstitia est matris suæ. An non infœlix, & mi-
seranda creatura illa est, quæ cum multa bona à Deo rece-
perit, talem se præstat in operibus suis, vt Deum plorare com-
pellat? ac dicat, pœnitet me fecisse eam, sicut de Saul, ait, pœ-
nitet me; quod eum constituerim regem? Audi quid simile, *1. Reg. 15.*
quod Paulo contigit. Timeo, ait, ne forte cum venero, non *1. Cor. 12.*
quales volo inueniam vos, ne forte contentiones, æmulatio-
nes, animositates, dissensiones, detractiones, suffurationes, in-
flationes, seditiones sint inter vos, ne iterum cum venero, hu-

C miliet me De⁹ apud vos, & lugeam multos ex his, qui ante pec-
cauerunt, & non egerunt pœnitentiam. Nunc iterū venit Chri-
stus in Ierusalem, nec eam inuenit, qualem vult, sed plenā pec-
catis: ideo plorat Christus Dominus. Si filius nouit, contristan-
dum valde patrem suum, si ipse hoc malum fecerit, nec contri-
standum solum, sed multas fufurum lachrymas, satis hoc ei esse
debet, ne illud perpetret. Quomodo ergo ò homo facinus per-
petrabis, cum scias, Deum super eo contristandum?

Sed quoniam tristitia magna, qualis ea est, quæ lachrymis de-
claratur, non facile in animam sapientis, & magnanimiti sub-
intrat, qui perfectus cum sit virtute, habet animum roborem ma-
ximo

ximo prædicitur contra mala, quæ ideo ei minora apparent. **A** Operæ pretium erit videre, quod sit malum, quod nunc Christus usque ad lachrymas contristat. Putauerunt Stoici in animam sapientis tristitiam cadere non posse, sed non facile tristandum sapientem certum est. Qua ergo de causa nunc Christus tristatur, præcipue in die lætitiæ, & gaudij. Tempus ridendi, & tempus flendi, tempus plangendi, & tempus saltandi, Sapiens ait. In die vero solenni videtur à lachrymis temperandum. Vnde cum Esdras legeret in die solenni librum legis, omnes plorare cæperunt, ipse vero ait. Nolite contristari, quia sanctus dies Domini est. Nolite dolere, gaudium enim Domini est. Ite, comedite pinguia, & bibite mulsum &c. Cur ergo Domine nunc in die festo, & præcipue paschate doles? Si lugere vis, comprime paulisper lachrymas, aderit cito tempus opportunum. De quo Paulus. Qui in diebus carnis suæ preces, supplicationesque ad eum, qui eum salutū facere posset à morte, cum lachrymis, & clamore valido offerens exauditus est pro sua reuerentia.

Plorat ergo Christus duabus de causis. Prior est, quia videt excidium Ierusalem, & eius subuersionem, & mala etiam mundi vniuersi, veluti pater filijs compatitur. Finge nunc aliquem hominum patrem esse totius vniuersi, omnesque homines illi esse filios charissimos, & hominem istum ipsi altum à Deo eleuatum videre vniuersa hominum mala, dolores, infirmitates, paupertates, calamitates, naufragia, bellā, mortes, & interitus. An non viscera patris huius commouerentur? An non lachrymas funderet, videns tot filiorum charissimorum mala? Quem putas Christum esse, nisi patrem futuri sæculi, patrem, ac caput vniuersorum hominum, & patrem amantissimum, atque dulcissimum? videt vero vniuersa Ierusalem mala, & totius mundi, quid mirum si dulcissimum eius cor commoueatur, & lachrymas fundat?

Secunda vero eiusdem rei ratio est, quia videt peccata Ierusalem, & eius reprobationem, ac derelictionem synagogæ. Peccata nempe totius mundi, quæ mala sunt culpæ, & multis partibus excedunt mala pœnæ, & ideo lachrymarum vim continere non valet. Hinc ait ipse per Micheam. Super hoc plangam, & ululabo,

A ululabo, vadam spoliatus, & nudus? faciam plangitum velut draconum, & luctum quasi struthionum, quia desperata est plaga eius, quia venit usque ad Iudam, tetigit portas populi mei, usque ad Hierusalem. *Miche. ix*

Sed Domine, quid doles de excidio Hierusalem? An non inimica tua est, quid ergo doles eius vice? Diuersum Dei ingenium ab hominum ingenio est. Cum homo vindictam sumit de hoste, lætatur. Sed Deus pro sua misericordia tristari dicitur. Audi loquentem per Esaiam. Heu, consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis. Vindictam sumpturus, ait, heu, quia dolens facit. Hinc laturus sententiā diluuij, tactus dolore cordis intrinsecus, eam tulit. Nō est Deo natiuum vlcisci, & ideo cum ultiones adhibet, lachrymatur, & quasi cōpulsus id agit. Pergebat Deus in Sodomā, vt eam vastaret, venit in Abraham domū, *Gen. 6.*

B qui tres vidit, & vnum adorauit, quia eorum vnus Dei personam agebat. Voluit vero Deus, vt eum Abraham oraret, ne Sodomam perderet, ideo in eius domum prius diuertit. Orat eum Abraham, si inuenerit quinquaginta iustos, non euertat ciuitates illas, annuit Dominus. Orat tādē, si inuenerit decem, non perdat eas, annuit etiam Deus. Ibi stetit Abraham, nec amplius orauit, diminutē profecto orauit Deum, si enim orasset, vt propter iustum vnicum parceret ciuitatibus illis, obtinuisset, & Sodomā nō periret. Sed ais, vnde nosse, propter iustum vnum tantē multitudini parcēdum? Noui equidem ex illo prophetæ. Circuite vias Hierusalem, & aspiciate, & considerate, & quærite in plateis eius, an inueniatis virum facientē iudicium, & quærite fidem, & propitius ero ei, Hierosolymę, scilicet, ait Hieronymus, propter vnum virum iustum toti Hierosolymæ Deus ignoscebat. Nōdum plene nouerat Abraham Dei natiuam conditionem, & misericordiam, & quam ab eo sit alienū punire, ideo enim in domum eius venerat, vt eum oraret, ne vlcisceretur, orauit quidē, sed non perfecit. Vnde factum est illud prophetæ. Quæsiui de eis virum, qui interponeret sepem, & staret oppositus pro populo meo, & non inueni, & effudi super eos indignationem meam. Quæsierat ad hoc Abrahamum, vt staret oppositus pro Sodomā, & ille minus orauit, quā potuit, & ideo vastati sunt. Remāsit ergo Abraham, & Angeli nocte *Ezechie. 32.*

perueniunt in Sodomam, cum possent prius peruenire, sed noctu perueniunt, & tarde ambulant, quia ad viciscendum Deus lento procedit gradu, quia id ei natium non est, & cum tres in domū Abrahæ venerint, in Sod omā duo solum perueniūt. Is enim, qui Dei personā agebat, interesse supplicio noluit. Quia vt Sara ait. Nō delectaris in perditionibus nostris, & ideo nunc videns euerfionem Ierusalem plorat. *Fleuit super illam.* Sed quid inter lachrymas loquitur? Certe verba concisa, in quibus sensum non perficit, significant vero animi commotionē maximam, qui verba perficere non solet. Ait ergo.

Si cognouisses & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacē tibi
 Duplex sēsus est horū verborū. Prior, si in hac die pacis & prosperitatis nosset, quæ mala cito in te veniēt, nō rideres, & quia ego illa video, ploro. Sicut prius fecerat Hieremias. Deducāt oculi mei lachrymā per noctē, & nō taceant, quoniā cōtritione magna cōtrita est filia populi mei, plaga pessima vehemēter. Si egressus fuero ad agros, ecce occisi gladio, si introiero ad ciuitatē, ecce attenuati fame. Loquitur Hieremias de excidio Ierusalē, quod a deo fuit crudele, ac miserū, vt simile nō legatur factum in vlla ciuitate. Describit illud Iosephus de bello iudaico, mortui fuerūt plusquā mille millia. Fames fuit validissima, ita vt matres filios mādūcarent. Pestis grauisissima, vt acerui corporū inuenirentur in vijs publicis. Persecutio latronū, & grassatorū maxima, & in ciuitate relictus nō est lapis super lapidē. Qui capti sunt, ita vili pretio habebantur, vt triginta darentur pro argenteo vno. Sed quid ad nos hæc spectant? Multum certe, id enim quod Ierolymæ accidit, omni peccatori similiter continget. Est nunc peccator in temporali gaudio, & fælicitate, nec inouit, vel non considerat mala, quæ eum expectant. An non merito phræneticus peccator dicitur, qui Deum amisit, & ridet? Hac ratione super peccatorem plorat Christus Dominus quasi pater super filium phræneticum, & ridentem, sed proximum morti, non tamen hoc ille nouit, ideo ridet, pater vero flet. Amittit mulier vel maritum, vel filium dilectissimum, & quiescere non valet, discurrit per vniuersam domū contēplans loca, in quibus eius præsentia delectabatur, & cum ibi eū non reperiat, vt solebat, conturbatur eius cōr, & cum lachrymis ait, mulier vbi est vir tuus? O anima peccatrix, quæ habuisti ali-

quando

A quando Deum in sponsum, & per peccatum illum amisisti, discurrere per vniuersam domum tuam, per omnes potentias tuas, & si eum non inueneris, eiula, & dic cum Psalte regio, fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus? Quomodo recte potes te habere sine Deo? impossibile hoc est, sicut nec male cum illo. Quod si hoc tunc non agnoscis, tempus aderit cito, in quo id videas. Vt impius in malum, Esaias ait, post hunc enim diem gaudij, & lætitiæ, veniēt dies in te, in quibus gaudium cōuertatur in merorem, & extrema gaudij luctus occupet, in quo fel draconum vinum eorum, id est vinum lætificans vertatur in fel draconum. Et circumdabunt te inimici tui vallo, hora, scilicet, mortis, hac parte dolores corporis, illa peccata vniuersa, quæ perpetrasti, illa dæmones vniuersi, & diuina iustitia, & coangustabunt te. Sicut ouem ab innumeris circumdatā lupis. Et sicut perdicem in parua absconsam rubo, quam venatores circumdant, quæ ibi manere, non permittitur, si vero procedat, capitur statim. Si respexeris inferius, videbis infernum paratum, vt te deglutiat. Si sursum oculos leuaueris, videbis Deum iratum, & sanctos paratos in vltionem. De quibus Psaltes ait. Gladij ancipites in manibus eorum, ad faciendam vindictam in nationibus. Manere in corpore, non conceditur. Quid tunc facies miser ab omnibus derelictus. Quid facietis in die visitationis, ad cuius confugietis auxilium? Ad terram prosternent te. Quo dolore tægetur anima, cū audierit, non est tibi pars in cælo in æternum, sed prosternenda in terra es? Hæc est auditio mala, & verbum asperum, à quo Psaltes ait, liberandum iustum, ab auditione mala non timebit, & à verbo aspero. Et non relinquent in te lapidē, non manebit vlla fortitudo. Vis nosse quales tunc erunt fortissimi, & robustissimi? Audi Esaiam. Erit fortitudo vestra vt fauilla stuppæ. Quæ fortitudo est in fauilla vt igni resistat? Addit Esaias. Succendetur, & non erit, qui extinguat. Mirum profecto hoc est, infirmam tunc animam esse, vt resistat igni, & malis, & robustissimam, vt cū semper ardeat, consumatur nunquam. Terret nimium hæc pœnarum æternitas, quam si homo consideraret, vt par est, non eam incurreret pro momentanea delectatione.

Cē 4

Quia

Ecc. 22.

Simile.

Simile.

Psal. 16.

Quia vero peccator ita fatuus est, ut hæc non attēdat, plorat Christus, & potius hac de causa plorat, quā propter Ierosolymitanū excidiū. Hinc Sapiens. Super mortuū plora, defecit enim lux eius, & super fatuum plora, defecit enim sensus eius. Luctus mortui septem dies, fatui autem, & impij, omnes dies vitæ illorum. Videt Christus extremum malum nostrum, nec proficere plura, quæ adhibuit remedia, demum plorat, & hoc vltimum remedium adhibet, si forte videntes eum plorare mala nostra, respiscamus. Quemadmodum mater corrigere, ac castigare solet inhonestam filiam, cumque omnis correctio in vanum adhibita est, plorat mater coram filia, & pugnis se percutit, & capillos euellit, ut vel sic commoueat filia, & quæ hoc adhibito remedio non se corrigit, non mulier, sed dæmon putanda est. Vides Christum pro peccato tuo plorantem, & peccas? Quod remedium misero peccatori reliquum est? Vides Deum plorantem, flagellatum, crucifixum, & mortuum pro peccato tuo, & tu in peccato persistes? Nunquam adeo graue peccatum fuit homini, ac nunc est post Christi mortem. Non enim excogitari vnquā potuit, adeo odibile Deo peccatum esse, ut illius causa fleret, & seipsum in crucem daret. Postquā ergo id vidimus grauissimum piaculum peccatum est. An non crudelissimum odium illud esset, quo quis ita inimicum prosequeretur, ut ipsum inimicum interimeret prius occidendo vel filium dilectissimum, vel seipsum? Hoc Dei in peccatum odiū est, ut illud crucifigi pater voluerit crucifixo primū filio charissimo, & Christus crucifigi voluit, ut simul cum eo crucifigeretur vetus homo noster. Qui ergo tanto Dei odio in peccatum visio peccat, grauissime peccat. Nunc autem abscondita sunt hæc ab oculis tuis, & videns hæc non vides, quia nimium terrenis intentus videre cælestia non potes. Sicut qui defixos in terra oculos habet, cælum aspiciere nequit. Audi, quid de peccatoribus Psaltes dicat. Oculos suos statuerunt, declinare in terram. Attēde hominum vitam, & mores, terrenorum cupiditatem, in eis superfluam curā, & sollicitudinem, & dices, oculos suos statuerunt declinare in terram, ideo cælum non suspiciunt. Secundus sensus illorum verborum Christi Domini, si cognouisses & tu &c. Id est, Si nossetis de Ierusalem occasionem tibi nunc oblatam,

A oblatam, cum ego clementer te visito, & pacem tibi offero, quam oblatam reijcis. Duplex à Deo collatum est populo Israel beneficium. Primum cum eum sibi elegit in populum peculiarem, & segregauit à gentibus. De quo Moyses ait. Quando diuidebat altissimus gentes, quando separabat filios Adam &c. Pars autem Domini populus eius, Iacob funiculus hereditatis eius. De eodē beneficio loquitur Esaias. Seruus meus es tu Israel, quia in te gloriabor. Et ideo dicebat Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, & Deus Israel. Hoc vero beneficium maximum fuit, quoniam ut Psaltes ait. Beatus populus cuius Dominus Deus eius. Sed huic beneficio ingrati fuerunt, dum sæpe Deū relinquētes, idola coluerunt. Hinc Psaltes. Patres nostri in Aegypto non intellexerunt mirabilia tua, non fuerunt memores multitudinis misericordiae tuæ. Secundum beneficium infinitum illi populo collatum fuit, cum ad eos misit filium suum. Quod nunc Christus Dñs vocat tempus visitationis tuæ. Sicut & Zacharias dixerat. Visitauit nos oriens ex alto, & Psaltes. Visitanos in salutari tuo. Quanta verò gloria & quot bonis ornatus esset ille populus, si agnosceret hoc beneficium, & Christum recepisset, nullus sermo explicare sufficet. Si enim oleastro in oliuam inserto (populo, scilicet gentium) tanta fuit gloria, tantaque in eum gratiarum dona effusa, quid naturalibus ramis futurum erat, si in bonitate permāsisset? Qui exteris contulit bona, quæ in cōsanguineos effunderet, & propinquos? Israelitas dixit Christus filios, gentes vero canes. Qui in deserto fecit voluptatis hortos, quid plantaret in terra vberi, & optima? Et hinc factum est, ut hi, qui de populo illo Christum receperunt, maxima à Christo dona acciperent, ut Apostoli, & discipuli Christi. Merito ergo nunc ad eos Christus ait. Si cognouisses & tu, hoc, scilicet, Dei beneficium, hoc donū inenarrabile, quod tibi pater donauit, cum me tibi dedit, si nossetis occasionem recipiendi innumera dona, & bona, non ea reieciisses.

Id vero ipsū nobis omnibus dicitur. Si cognouisses & tu &c. Qui in horto suo haberet vitæ lignum à Deo plantatum, quæ ex colēs, & fructum comedens, adeo felicē vitā ducere posset, merito audiret, si cognouisses & tu lignum, quod in horto habes,

Cc 3 & eo

Dent. 32.

Esa. 49.

Psal. 143.

Psal. 105.

Luc. 7.

Psal. 205.

Matt. 13.

Simile.

& eo vtereris. Qui in agro suo haberet absconditum thesaurum in feni-
 nitu quo reperto *Dns* vniuersi esse posset, merito audiret ab eo
 qui thesaurum ibi esse nosset, si cognouisses & tu. Si rex in vul-
 gari habitu ad domum pauperis venisset, vt ibi hospitaretur, ir-
 re dici pauperi posset, si cognouisses & tu, quis nam hospes in
 domo tua est, qui te diuitem, & beatum facere potest? In his
 quas diximus, occasioibus fuit populus Iudeoru, & in simili-
 bus nos versamur, qui eundem Christum habemus in eucharis-
 tia, qui in lege gratia sumus.

Præcipue vero hæc verba, *si cognouisses & tu*, dici poterant
 populo illi, dum inter duas sortes dispares erat. Si enim Chris-
 tum recipiebat, innumera cū eo bona de manu Domini susce-
 pisset. Si vero non recipiebat, in innumera mala corporis, & ani-
 mæ misere incidebat, dū euersus fuit, ac perditus, & à Deo de-
 relictus. Si classis nunc per mare nauigans ad punctum venit, à
 quo si dexteram lineam teneat, perueniet in terram omnibus
 refertam bonis, ac diuitijs, si vero læuam, in terram inimico-
 rum, qui eam vastabunt, qui hæc nosset, merito diceret, si cog-
 nouisses, & tu? Si cum Adam manu tenebat pomum, quod co-
 medens se, & vniuersam posteritatem in innumera detrude-
 bat mala, & non comedens sibi, & posteris innumera parabat
 bona, an non merito audiret, si cognouisses & tu? In simili
 nunc discrimine versamur in hac vita. Si nunc aperiret
 Deus oculos nostros, & videremus infinita bona, quæ no-
 bis parata sunt, si virtutis viam teneamus, & infinita ma-
 la, si vitiorum viam ingredimur. Si sciremus, quantum
 nostra interfit, ad sacramenta frequenter accedere. Si scire-
 mus, cum demon nobis offert vel alienam substantiam, vel de-
 lectionem carnis, velut pomum alterum Adæ, infinita mala
 quæ sub eo peccato latent, & infinita inferni tormenta, quæ
 parata sunt nobis, si peccauerimus, aliter profecto nos habe-
 remus, quam habemus. Si nosset homo diem tuum, in quo
 nunc versaris, in quo potes mereri tibi æternam gloriam, &
 venturum diem alterum, qui non tuus, sed Domini Dei erit, in
 quo rationem reddes vsque ad vltimum quadrantem, quam al-
 ter te geteres.

Beatus Gregorius legit, *si cognouisses, & tibi sisset, & quasi di-*
uersam

*A*uersam clausulam legit, quod sequitur, & tu. Quasi dicat Chri-
 stus Dominus. Ex tu Ierusalem, tu quæ dilecta à me, & mul-
 tis affecta beneficijs, tu in me infurgis? me crucifiges? tu de-
 solanda es, & peragenda? Videns Cæsar Brutum volentem cū
 alijs ipsum occidere ait, & tu quoque fili? An non iure ad nos
 Christus dicit. Tu in Deum peccas? tu, qui religioni ad-
 ditus? tu, qui sacerdos Christi? tu, qui fidelis es? qui in Eccle-
 siam vocatus? qui membrum eius es? qui sacramenta participa-
 sti? Quod in me peccet ethnicus, vel Turca, non adeo mirum,
 sed mirandum valde, quod tu, qui innumera à me recepisti be-
 neficia, cui plura ignoui scelera, iterum ea repetis. Tu vero ho-
 mo vanimidis, dux meus, & notus meus, qui simul mecum dul-
 ces capiebas cibos.

B Videns ergo ciuitatem fleuit super illam, & verba ei dul-
 cia loquitur, prius quam in eam ira eius descuiat. Respicit
 enim iustos vt filios, & lætatur, & quasi pater in filijs compla-
 cet sibi. Respicit peccatores, vt puniat, quia inimici sunt.
 Iuxta illud Psalmi. Vultus autem Domini super facientes
 mala, vt perdat de terra memoriam eorum. Sed priusquam
 iustitia peccatores respiciat in vltionem, misericordia eos respi-
 cit in bonum, vt eos conuertat. Hinc Iob, videns diu-
 nam in se vltionem, ait. Nunquid oculi carnei tibi sunt? aut
 sicut homo videt, & tu vides? Homo enim respicit inimi-
 cum, vt vltionem capiat, Deus vero primum respicit inimi-
 cum misericordia, vt eum conuertat cur ergo: Domine me

C respicis in ira tua, ait Iob. Sic nūc respicit Ierusalem misericor-
 dia motus, & plorat super eam. Sic etiam Petrum respexit
 negantem. Sed cum homo non redit in mentem respectus à
 diuina misericordia, tunc respicitur à Deo in ira, tunc non est
 lachrymari eius causa, sed ridere. Hinc ait. Quia vocaui, & re-
 nuistis, extendi manum meam, & non fuit, qui aspiceret, des-
 pexistis omne consiliū meū, & increpationes meas neglexistis,
 ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo, cū vobis
 id, quod timebatis, aduenerit, cum irruerit repentina calamitas,
 & interitus quasi tempestas ingruerit, quando ve-
 nerit super vos tribulatio, & angustia. Et tunc impletur
 quod superius diximus ex Psalmo. Vultus autem Domini super
 facien-

Simile.

Greg.

Psal. 94.

Psal. 33.

Iob. 10.

Prem. 3.

Psal. 33.

Deut. 32.

facientes mala, vt perdat de terra memoriã eorum. Hanc vero Dei iram in hostes miris verbis describit Moyses. Congregabo super eos mala, & sagittas meas complebo in eis. Consumetur fame, & deuorabunt eos aues morfu amarissimo. Dentes bestiarum immittã in eos, cum furore trahentium super terram, atque serpentium. Foris vastabit eos gladius, & intus pauor, iuuentem simul, ac Virginem; latentem cum homine sene. Et dixi, vbinam sunt? Cessare faciam ex hominibus memoriã eorum. Quasi dicat, Omnem iram meam in eos effundam, fame eos attenuabo, & aues eos deuorabunt, & si quid eorum remanserit, bestia, & serpentes illud deuorabunt, vt nihil eorum remaneat. Et postquam id factum fuerit, dicam, vbi nam sunt? Id est. Manet ne eorum aliqua reliquia, vt etiam illa pereat. Ad huc manet aliqua eorum memoria in mente hominum, igitur, & hæc tollam de medio, cessare faciam ex hominibus memoriã eorum. Quod idem est cum eo, quod Psaltes ait. Vt perdat de terra, non eos solum, sed eorum quoque memoriã. Ne ergo hæc nos inueniat ira, agnoscamus misericordiam &c.

Psal. 33.

In Domi. Decima, post Pentecostē: Concio Prima.

The. Omnis, qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur. Lucæ. 18.

Aug. li. de doctri. chri.

Iacob. 4.



V G V S T I N V S ait. Omnes diuinorum voluminum paginæ hanc vbiq̃ sententiam spirant. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Et hoc omnis diuina historia comprobatur. Sed illud manifestum fit, si attendamus Mariã, & Luciferum. Altissimum in entibus creatis Lucifer tuit, & minimum inter creaturas rationis participes mulier. Superbia fecit, vt altissima creaturarum omnium minima fieret, & deterior nihilo. Humilitas fecit in Mariã, vt minima creaturarum su-

per

A per omnes puras creaturas ascenderet. Licet vero experientia à Deo sit res ista manifesta, difficile suadebimus hominibus humilitatem, & ideo necessaria gratia est, quam nobis humillima Maria obtinebit, &c.

Maximum homini insitum desiderium est ascendendi, & licet multum conscenderit, non quiescet, donec in Deum perueniat. Sed si rectum ascendendi ordinem non teneat, facile peribit, & in infernum detrahetur. Ascendere voluit Lucifer, cum dixit. In cælum conscendam, & super astra Dei exaltabo solium meum. Sed detracta est ad inferos superbia eius, & visus est tanquam fulgur cadens de cælo. Ascendere voluit Adam, cum esse voluit sicut Deus, sed se, & vniuersam posteritatem misere detecit in peccatum, & innumeras miseras. Cum ergo adeo nobis inter sit, rectam viam ascendendi tenere, videamus, **B** qua ratione eam tenere possimus, & hæc cura nos urgere debet. Videbis aliquando in curia hominem, qui negotium grauissimum tractat, & in maximo discrimine versatur. amittendi opes, honorem, & vitam. Videbis eum sollicitum, anxium, marcidum, cogitandum. Dic ei obsecro, quæ tibi cura est? veni vt delectemur ludo. Dicit tibi, non mihi vacat, ludo incumbere, negotia ego gero, quæ ludum non permittunt. Dic mihi ò homo, quod tibi negotium est? An non contendis in cælum conscendere, Deum possidere? Quomodo ergo huius tanti negotij cura non te sollicitat? quomodo somnum non aufert ab oculis tuis? quomodo cogitandus non es? quomodo ludo, & vanis vacare potes? quomodo quiescere, donec **C** negotium tantum perficias?

Sed ais. Quomodo ergo recta via conscendam, & Deum consequar. Hoc nobis hodie Christus ostendit verbo, & exemplo hominum duorum. Ascensus via humilitas est, descensus superbia. Hoc in Publicano, & Phariseo manifestum est. Sed prius in alijs id accidit. Vide ascendentem, nonne cum paruulus esses in oculis tuis, caput in tribus Israel factus es? Ait Samuel Sauli. Vis descendentem videret? Attende Nabucodonosor, qui superbia elatus visa Babylone, in bestiam mutatus est, vel exteriori apparentia, vel forsitan cogitatione sua. Vis ergo exaltari? esto paruulus in oculis

Esa. 14.

Luc. 10.

Simile.

1. Reg. 15.

Dan. 4.

Gen.4.

Baruc.3.

Mala.1.

Ephraim

Gen.48.

1.Reg.9.

1.Reg.16.

oculis tuis. Vt hoc nobis Deus significaret, ab initio mundi parvuli ei placuerunt, & ab eo electi sunt, vt diuina testatur historia. Duo filij Adæ fuerunt, Cain, & Abel, minor natu Abel domino placuit. Initio etiam mundi gigantes fuerunt viri famosi, qui terræ dominium vi vsurpauerunt. De quibus Baruc ait. Ibi fuerunt gigantes nominati, illi, qui ab initio fuerunt statura magna, scientes bellum. Non hos elegit Dominus, neque viam disciplinæ inuenerunt, propterea perierunt. Deinde Abraham duos habuit filios, prior natu Ismael fuit, secundus Isaac, sed in Isaac vocabitur tibi semen, quia hunc elegit Dominus. Duo filij fuerunt Isaac Esau, & Iacob, maior natu Esau. Sed Iacob Deus dilexit, Esau autem odio habuit. Et Iacob plures habuit filios, minores vero Ioseph, & Benjamin præ cæteris dilecti, & Ioseph à Deo electus est, & à fratribus adoratus. Qui cum duos haberet filios, & ad Iacob patrem eos duceret, vt benedicerentur, collocavit maiorem natu Manassen ad dexteram, minorem Benjamin ad sinistram, vt Manasses præcipuam assequeretur benedictionem. Sed contra factum est, nam Iacob extendens manum dexteram posuit super caput Ephraim minoris fratris, sinistram autem super caput Manasse, qui maior natu erat. Videns autem Ioseph, quod posuisset pater suus dexteram manum super caput Ephraim, grauer acceptit, & apprehensam manum patris leuare conatus est de capite Ephraim, & trāsferre super caput Manasse. Dixitque ad patrem, non ita conuenit pater, quia hic est primogenitus, pone dexteram tuam super caput eius. Qui renuens ait. Scio fili mi, scio, & iste quidem erit in populos, & multiplicabitur, sed frater eius minor, maior erit illo. Constituitque Ephraim ante Manassen. Electurus deinde regem populo suo, primum Saul elegit, qui de se ait. Non ne filius Iemini ego sum, De minima tribu Israel, & cognatio mea nouissima inter omnes familias de tribu Benjamin. Electurus Deus secundum regem populo Israel, mittit Samuelem in domum Isai, vt vnum ex filijs eius vngat in regem, adfuit primus filiorum Eliab, nec ille electus est, sed nec cæteri quinque, qui post illum nati erant, minus

Amus Dauid eligitur, de quo pater ait. Adhuc reliquus est paruulus, & pascit oves, quo præfente, ait Deus Samueli. Surge, & unge eum, ipse est enim. Id vero ipsum accidit filijs Dauid, minimus enim eorum Salomon thronum regni accepit. Veniens vero in mundum Deus, ea dilectione paruulos diligebat, vt prohibentes paruulos accedere ad ipsum, increparet, dicens. Sinite, paruulos venire ad me, Mat. 19. Mat. 18. talium est enim regnum cælorum. Et iterum ait. Nisi efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum. Vt quid hæc omnia, num placent Deo, qui pueri sunt corpore? Non certe, sed in mysterio hæc facta sunt, vt ostendat Deus, placere sibi humiles. Hinc Augustinus ait. Audite miraculum magnum fratres. Erigis te, & Deus fugit à te. Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. Humilias te, & Deus descendit ad te, quare hoc? Quia excelsus Dominus, & humilia respicit, & alta à longe cognoscit. Humilia respicit, vt exaltet, alta à longe cognoscit, vt deprimat. Exaltat se Phariseus, & recedit Deus ab eo, deicit se Publicanus, & Deus descendit ad eum. Quia humilia respicit in celo, & in terra, in angelis, scilicet, & hominibus. Ideo ergo minores in pretio habentur à Deo, quia figura humilium sunt. Sicut etiam præcepit, cum reliqui omnes interficerentur, vt virgines seruari in columis. Non quia infidelium virginitas grata Deo esset, cum virtus non esset. Sed vt ostendat virginitatem, quæ virtus est, ipsi charissimam esse. Cum enim rem aliquam diligis vehementer, etiam illius depictam imaginem, & figuram diligis. Erat vero virginitatis virtutis simulacrum virginitas infidelium. Ita adeo grata Deo humilitas est, vt non solum eam diligat, sed illius speciem & figuram. Et ideo minores filios, & paruulos dilexit, quia humilium figura. Maiores vero, & gigantes superbiorum simulacra sunt.

Apprimè vero Christus Dominus in duobus hominibus depingit humilem, & superbum. Duo homines ascenderunt in templum. Quod in monte Sion erat. Vt orarent. Non vt vanaviderent, non vt confabularentur, sed vt preces funderent. Phariseus stans, hæc apud se orabat. En expres-

sam

Mat. 19.

Mat. 18.

An. ad ere

mitas.

Psal. 63.

Psal. 137.

Num. 31.

2. Par. 3.

Simile.

Sam superbi figuram, qui licet multis bonis ornatus esset. A Deo non placuit, & brauium non accepit, licet præclare currisset in stadio, videretur. Quemadmodum enim, qui in ludo se exercent, in quo annulum ex fune pendentem quisque præripere conatur, vulgo dicitur *correr la sortija*, quamvis quis ornatissimus procedat, præclareque currat, si tamē hastam, quam manu tenet, vt annullum euolat, ita in altum erigat, vt funem superet, à quo annulus pendet, nihil mercedis recipiet, sed proposita præmia amittet. Ita processit in publicum Pharisæus iste, præclare ornatus multis virtutum operibus, sed superbia elatus est, vnde omnia, quæ habebat bona, amisit. Sed sigillatim eius mentem superbam expendamus.

Primo enim oraturus Deum stat. Quo situ cor altum ostendit. Salomon orat genibus flexis. Similiter Daniel, Moyse in faciem cadebat, vt oraret. Et in Apocalypsi videt Iohannes viginti quatuor seniores, & vniuersam caelestem curiam in faciem cadere ante Deum. Et Christus oraturus patrem, procidit in faciem suam. Pharisæus vero stat, & mentis elationem abscondere nequit. Cætera enim vitia abscondi aliquando solent, superbia verò nullibi, nec in ipso templo coram Deo.

Secundo de hoc Pharisæo ait Lucas. *Hæc apud se orabat.* Dicitur apud se orare, quia ab eo proficiscebatur illa oratio, nec erat à Deo inspirata, vnde nulla erat. Quia vt Paulus ait. Nos, quid oremus, sicut oportet, nescimus, sed spiritus postulat pro nobis. Hinc fit, vt oratio, quæ non est à Deo, sed à nobis, non ascendat ad Deum, sed in terra lateat. Et ideo Iob ait. Non inueniat locum latendi in terra clamor meus, quia in cælo est testis meus, & conscius meus in excelsis. In terravero absconditur oratio orantis apud se, quia cum è cælo non sit, in terra manet, & in calat. Aliquando de oratione iustorum dicitur, apud illos esse, sed aliter. Hinc Psaltes ait. Apud me oratio Deo vitæ meæ. Nō enim dicitur illa oratio apud se esse, quia à se ipso profecta, sed quia iugis, & perpetua erat, Pharisæi vero oratio ab ipso erat, quia nō à Deo inspirata, sed ab ipso excogitata.

Hoc

A Hoc vero manifestum fit, si illius orationem attenderis, ait enim. *Deus gratias tibi ago, quia nō sum sicut cæteri hominū, &c.* Orationem exorditur à suis laudibus, cum iustus in principio orationis accusator sit sui, vt Sapiens ait. Hic vero ait, non sum sicut cæteri homines, Aug. idest. Non sum sicut omnes homines, ego quidem iustus, cæteri autem peccatores. Vbi notandū est, duplicem esse Hypocrisim. Alteram crassam, & vulgare, qua videt homo se peccatorem, & tamen iustum se simulat, vt hominibus in pretio habeatur. Alia vero est occultior Hypocrisis qua seipsum quis decipit, putans se iustum, cum peccator sit. Hinc Gregor. Sæpe mens sibi mentitur, & fingit de bono opere amare, quod non amat. Huiusmodi hic Pharisæus erat, qui si bi iustissimus videbatur.

Sed vnde ortum habuit, huius superbia, & Publicani humilitas? Hinc profecto, quod Publicanus aspicit in se ea, quæ à se habet. Pharisæus vero ea respicit, quæ habet à Deo, non attendens illa aliena esse. Interrogatus Ionas est, quod est opus tuum? quæ terra tua? & quo vadis? Interroga à te o homo ista, quæ si à te quesieris, humiliaberis, & licet cor tuum intumuerit vt mare, & in cælum conscenderit, quiescet, & humiliabitur. Et licet insufflauerint venti vanitatis, cessabunt. Vnde es o homo? Quo vadis? Quod est opus tuum? Vnde es, de qua terra es? Certe de nihilo à Deo conditus. Quid tu eras ante centum annos, certe nihil, minus eras bestia, minus herba, minus exiguo puluere, & ex te nihil amplius habes quam nihil? Quid ergo in flaris. Iterum interroga te ipsum. Quo vadis? Certe in puluerem. Quid ergo superbis terra, & cinis? Quod est opus tuum? Certe peccatum. Hæc non aduertit Pharisæus. Putauit, opus suum, & à se ipso esse virtutem, cum hoc sit opus Dei. Vnde Esaias. Omnia opera nostra operatus es in nobis Domine. Opus vero hominis sine Deo peccatum est, quid est homo sine Deo? Nihil. Quod illius opus sine Deo? Peccatum, quod est aliud nihil sine ipso factum est nihil. Qui ergo putat se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se ducit. Ille autē putat, se aliquid esse, quæ iustitia aliquid boni à se processisse, cum tamē omnia bona à Deo sint. Sed obijcis, opera virtutum nostra etiā sunt, cur de eis cum Pharisæo nō gloriabimur? Si opera virtutis nostra nō essent, nō diceret Sapiens. Laudet eā in portis opera eius. Et Iohannes vocē de cæ

Prone. 18.
Aug. lib. de
verbis domi
ni.

Greg. 1. dia.
leg. ca. 10.

Ione. 1.

Eccle. 10.

Esa. 26.

Iohan. 1.

Gala. 6.

Prone. 30.

Apoc. 14. lo audiuit. Opera enim illorum sequuntur illos. Respondeo, **A**
Ioan. 15. Præcipuus author boni operis Deus est, qui ait. Sine me nihil
2. Cor. 3. potestis facere, adeo vt bene cogitare sine illo nõ possimus di-
 cete Paulo. Nõ quod simus sufficiens aliquid cogitare à nobis
 quasi ex nobis, sed sufficietia nostra ex Deo est. Homo vero in
Esai. 10. instrumentũ Dei est. Sicut ergo gloria & honor pulcherrima ima-
 ginis depictæ redditur opifici, non penicillo, sic virtutis Deo,
 & nõ homini. Hinc Esai. Nũquid gloriabitur securis cõtra eũ,
 qui secat in ea? aut exaltabitur ferra cõtra eũ, à quo trahit? Prop-
Psal. 113. ter hoc mittet Dñs exercituũ in piaguibus eius tenuitatẽ. Et
 ideo iure Psaltes regius ait. Nõ nobis Dñe, nõ nobis, sed nomi-
 ni tuo da gloriã. Lege ciuili prohibetur opificibus, ne nomẽ, &
 insignia collocent sua in ædificijs, quæ sumptibus rei publicæ
 fiũt, licet ipsi ea ædificet. Licet ergo homo vt instrumentũ Dei
 opera virtutis perficiat, cũ Deº sumptus præstiterit cũ gratiã cõ-
1. Cor. 15. tulit, dicente Paulo, non ego, sed gratia Dei mecũ, sibi inde glo-
 riam, & nomen non arroget.

Sed iterũ obijcis. Penicillus, ferra, & securis mouetur ab artifi-
 ce omnino, nec se illa mouent, ideo eis gloria opificij non con-
 ceditur. Ego vero licet instrumentũ Dei sum ad bona opera per-
 fienda, sed libere Deo concurro, quia propter meritum est
 in opere meo. Respondetur, ita rem se habere, sed quod tu con-
 curras, & velis, Dei opus est mouetis tẽ, vt velis. Quia vt Paulus
 ait. Non est volentis, neque currentis, sed miserentis Dei. Sum-
 ma ergo rei huius est. Licet homo aliquid faciat, qua ratione me-
 retur gloriam, tamen adeo minimum est id, quod ipse præstat,
 & adeo maximum, quod Deus, vt gloriari homo non debeat,
 sed Deo sit gloria referenda. Quid verò mirum hoc nobis vi-
 deri debet, qui gratiã nouimus, cum ethnici id agnouerint. Re-
 fert Plutarchus de duce Atheniensium, qui Sicho dictus est,
 quod cum eum Athenienses laudarent, quia Cothin regem in-
 teremisset, & alia præclara gessisset, respondit. Dijs habenda est
 gratia, quibus authoribus hoc præclare gestum est, nam ipse ni-
 hil aliud quam manum, & operam comodauit. Si Ethnicus hæc
 dicit, quid Christianus lumine fidei instructus? Sicut ergo scri-
 pturæ est. vsus dicere, mulieres filios parere viris suis, peperit
Gene. 16. & 17. & 24. Sara filium Abraham, & filij nomen patris vsurpant, non vero
 matris,

A matris, licet enim mater filium concipiat, ac pariat, tamen præ-
 cipuus agens vir est, & ideo ei filius nascitur, eius nomen, & ge-
 nus induit. Ita virtutis opera Deum parentem habent, animam
 vero matrem, quæ cum dolore hos parit filios, nomen ergo, &
 gloria Deo referenda est, Deo nascuntur hi filij, vt Deus glori-
 ficetur. Et hoc est illud Prophetæ, à facie tua Dñe concepimus
 & parturiuimus spiritũ salutis. Anima ergo mater est, Deus vero
 pater, ei ergo nascatur filius, ei gloria referatur. Vtilitas vero
 bonorum operum vniuersa homini seruetur non Deo, pro eis
 enim immensa gloria donabitur. Sed interrogas. Numquid sola
 utilitas homini cedit ex virtutũ operibus, & non gloria, & ho-
 nor? Respondeo cũ Paulo. Gloria & honor in omnẽ animã homi-
 nis operãtis bonũ, Iudej primũ, ac Greci. Hũc vero honorẽ vo-
 luit Deus nõ ab homine queri, sed à se præstari, & sic melius ho-
 nori hominis iusti consultũ est, Deus enim illum dabit immen-
 sum. Vult quidẽ Deus hominẽ exaltare, sed noluit vt se homo
 exaltaret, sed humiliaret, sed deijceret, curẽ vero Deirelinquat
 exaltationẽ, & honorẽ. Quia vt Psal. regius ait, Dñi est assump-
 tio nostra, & sancti Israel regis nostri. Sicut cũ olim vniuersa
 Deus cõdidisset, noluit eis nomina imponere, sed addaxit ea ad
 Adã, vt videret, quid vocaret ea. Sed nõ Dñe nõ tu meliº nomi-
 na impones, qui melius ea nosti? Ita est, sed volo, ait, hominem
 exaltare, & quia homo nõ dedit rebº esse, nec eas potuit de nihilo
 creare, det eis saltẽ nomẽ cõueniẽs, quod est, ac si esse daret.
C Et cũ reliquis voluerit Deº nomina imponi ab homine, noluit,
 vt homo sibi nomen imponeret. Sed Deus ei nomen indidit.
 Adã. Reliqua nomine bono imposito exaltet homo, se vero ip-
 sũ nõ exaltet, sibi nomẽ nõ vsurpet, ego ei dabo, ego eũ exalta-
 bo, qui meliº id faciã, quã ipsemet, ipse se deijciat, ego vero cla-
 rissimũ nomẽ tribuam, ego eũ honorificabo. Honorificabit eũ
 pater meus, qui est in cælis. En ergo homini datur vilitas
 boni operis, & gloria, ac laus, sed à Deo. Hanc vero laudem
 sibi vsurpare Pharisæus voluit, & gloriari in virtutũ operibus.
 Sicut illi, de quibus Psal. Qui cõfidunt in virtutẽ sua, & in multi-
 tudine diuitiarũ suarũ gloriãtur. Exterius quidẽ gratias Deo re-
 ferre videtur, sed dũ in virtutũ officijs gloriatur inaniter, sibi in-
 teriº gratias agit, & propriã manũ exosculatur, quod talia præsti-
 terit

terit virtutū opera. Et ideo de eis erat, qui in se cōfidebāt, superbi
arrogās, alioq; despiciēs ad quos hodiernā parabolā Chrs dixit.

Publicanus vero à lōge stās, nolebat oculos in cælū leuare, sed percutiebat pectus suū, dicēs, Deus propiti⁹ esto mihi peccatori. En hu-
milis descriptionē. Primū de eo dicitur, q̄ à lōge steterit. Qui-
dā enim sunt, de quib⁹ Esa. ait, Apropinquare Deo volūt, quasi-
gēs, quę iustitiā fecerit, & iudiciā Dei sui nō dereliquerit. Non
sic publican⁹ sed indignū se diuino cōspectu iudicās in vltimo tē-
pli angulo orat. Quo docemur in tēplis primū locū nō querere.
Nō audet prę cōfusione oculos in cælū leuare, nō aspicit, vt as-
piciatur. Nihil enim Deo gratius in peccatore quā humilitas, &
verecūdia. Hinc Manasses. Nō sum dign⁹ intueri altitudinē celi
prę multitudine iniquitatū mearū. Et Esdras, De⁹ meus cōfun-
dor, & erubescō, leuare faciē meā ad te, quoniā iniquitates nos-
trę multiplicatę sunt super caput nostrū & delicta nostra creue-
rūt vsq; ad cælū. Et de Achab dicitur. Demisso vultu incedebat.
Hinc Hiere. Cōfusi sunt, quoniā abominationē fecerūt, quin
potius cōfusione nō sunt cōfusi, & erubescere nescierūt quam
obrem cadēt interrūtes. Qui enim cū peccauerit, nō erubescit
nō cōfunditur, veniā à Deo nō obtinebit. Publicanus vero con-
fusus, & erubescens nō audet, oculos in cælum leuare.

Insuper percutiebat pectus suū. Quo in loco cor est, quasi di-
ceret. Cor perpetravit delictū, cor illud persoluat, & ob scelus
puniatur. De corde enim exeūt malę cogitationes, quę coinqui-
nāt hominē. Et cū manus sit totius corporis instrumētum, vni-
uersa coporis membra ei vices suas tribunt, vt cor percutiat, &
puniat, percutitur ergo cor quasi malefactor. Sic percussit cor
suū Dauid, quia abscidit. orā clamydis Saulis, & iterū percussit au-
tē cor Dauid cū postquā numeratus est populus, & dixit Dauid
ad Dominū. Peccaui valde in hoc facto. Hinc Augustinus, ait.
Tractione pectoris venialia peccata dimittit. Deinde percutit
cor vt sicut silex percussum scintillas emittit, ita percussum cor
scintillas illas daret, verba illa ignita, Deus propiti⁹ esto mi-
hi peccatori. Deinde sapius cor percutit, vt sicut percussa
petra largissimas dedit aquas, sic cor percussum lachrymas fun-
dat. Et sicut res dura percussione conteritur, sic cor contera-
tur percussum, quia cor contritum, & humiliatum Deus non
despiciť.

Esa. 38.

2. Para. 11.

1. Esd. 9.

3. Reg. 21.

Hiere. 6.

1. Reg. 24.

2. Reg. 24.

Aug.

Num. 20.

A despiciť. Percutit ergo se, ne percutiatur à Deo, Deus enim
percutit non percutientem se. An non Esaias ait. Cum surrexe-
rit percutere terram? Et Plaltes. Quoniam tu percussisti omnes
aduersantes mihi sine causa. Ideo percutit nunc se publicanus,
vltionem de se sumit, se iudicat, ne iudicetur. Sicut etiam Hie-
remias fecit. Postquam conuertisti me, egi pœnitentiā, & post
quam ostendisti mihi, percussi femur meum, confusus sum, &
erubui. Quid est percussi femur meū? Primo, id significat, id q̄
vulgō dicitur, Cay en la cuēta. Sicut enim is, qui aliquid prius
non intellexerat, & nunc intelligit, femur percutere solet, di-
cens, hoc certe ita est. Ita postquam ostendisti mihi pecca-
tum, & quis tu sis, percussi femur. Cay en la cuenta de mi
B yerro. Secundo percutere femur significat, carnem per-
cutiendam, & flagellandam à peccatore. Si vero caro per-
cutienda est, quæ peccatum admisit, multo potius cor, à quo
peccatum processit, in quo præcipue peccatum est, debet per-
cuti, conteri, ac flagellari. Et hæc præcipua pœnitentię pars
est.

Sed quid percusso pectore orat? *Deus propiti⁹ esto mihi pec-
catori.* Augustinus ait. Arbor seruauit, quod creata est, homo
deleuit, quod creatus est. Si seruasset in se homo, quod in illo
creauit Deus, semper laudaret Deum, non tantum lingua, sed
& vita. Ergo quod de se addidit homo, propitiatione opus ha-
bet. Nempe, quod homines sumus, Dei est, quod vero peccato-
C res sumus, nostrum, & ex nostro est. Optima profectio oratio
illa, in qua peccati venia petitur, quam statim exaudit Deus, si
pleno corde fiat, nec ad momentum eius effectum differt. De
qua re multa habes in priori tomo nostrarum concionum, ser-
mone secundo in Feriam Quintam post Dominicam Quintā
Quadragesimæ.

In hac vero oratione humili manifeste patet illud Sapien-
tis. Oratio humiliantis se penetrat nubes, quoniam, *descendit
hic iustificatus ab illo.* Id est, prę illo, magis quam ille, qui sibi san-
ctitatem præripere putauit, Hebræi nanque conficiunt suæ cō-
paratiua per præpositionem, men, quæ est, Ab, quam interpre-
tes vertunt, quam, comparatiuis subiunctam. Vt in Psalmo. Bo-
num est confidere in Domino, quam confidere in homine, id-

Psal. 50.

Esa. 2.

Psal. 3.

Hiere. 31.

Aug.

Eccle. 35.

Psal. 117.

est, melius est confidere in Deo, quam in homine. Nunc vero posita est prappositio, ab, qua significatur redditum esse iustum eum, qui fuerat Publicanus, plusquam Phariseus tor ornatus virtutum officijs. Chrysostrōmus ait, Geminas aurigas & duas bigas in studio positas sermo prapfens proponit, in altera quidem iustitia cum superbia, in altera peccatum, & humilitas, Et vides bigam peccati superare iustitiam, non proprijs viribus, sed humilitatis coniuncta. Illam vero deuictam, non fragilitate iustitiæ, sed mole, & tumore superbiæ. Nam sicut humilitas per sui eminentiam peccati pondus superat, & saliens attingit Deum, sic superbia ob sui molem de facili iustitiam deprimat. Si ergo plura facta strenue geras, putas autem te posse prapferre, tora corruisti oratione, hæc Chrysostrōmus. Ex quibus colligendum nobis est. Si humilitas cum peccatis tantum valet vt peccata delet, & Pharisaicam sanctitatem superet, quo non proficifet, & ascendisset eadem humilitas cum virtutum operibus coniuncta. Et rursus. Si a deo detestabilis Deo superbia est, vt cum fuerit pluribus virtutibus admixta, eas destruat, & hominem reddat Deo abominandum, quid faciet superbia, cum alijs coniuncta peccatis? quo hominem detrahet?

Aug.

Tandem Augustinus ait vt Eleemosynam à Deo peterent, hi duo venerunt, Phariseus diuitias ostendit, & partes corporis suas, ideo recepit nihil, verbo namque suo se dicit diuitem, & nullius egentem. Et quemadmodum Ezechias ostentans diuitias, audit, illas auferendas à rege Babylonis. Ita ostentatas à Phariseo virtutes dæmon abstulit. At Publicanus rectius eleemosynam petit, paupertatem, ac miseriam ostendens, & vulnera sua patefaciens, sic enim pauperes à diuitibus eleemosynam obtinere curant. Impletum que illud Christi Domini est. Publicani, & meretrices prapcedent vos in regno Dei. Ecce publicanum prapcedentem Pharisaum, meretrix etiam Phariseum prapcessit apud Lucam, cum melior iudicata est à Christo Domino. Phariseo. Neminem ergo despexeris, sed cum Paulo, in humilitate sibi inuicem superiores arbitantes. Despicit Phariseus Publicanum, & ipse à Deo speratus est. Vnde Esaias. Vt, qui spernis, nonne, & ipse sperneris? Et Malachias. Nunquid non pater

Esai. 38.

Matt. 21.

Luc. 7.

Philip. 2.

Esai. 33.

Mala. 2.

vnu

A vnus omnium nostrum? Nunquid non Deus vnus creauit nos? Quare ergo vnus quisque despicit fratrem suum? forte is, quem despicias, in Dei conspectu te superat, sicut Publicanus Pharisaum, &c. Hinc Sapiens. Ne spernas hominem in visu suo. Brevis in volatilibus est apis, & initium dulcoris habet fructus illius, prudentior vero ape Publicanus fuit, illa enim ex floribus mela conficit, sed Publicanus ex veneno peccati sibi medicinam confecit humili confessione, &c.

Eccles. 17.

In Dominica Decima Post Pentecosten. Conciō Secunda.

Them. Duo homines ascenderunt in templum. &c. Luca. cap. 18.



Riplex hominum genus in mundo est. Primum eorum, qui manifesti peccatores sunt, & ipsi sciunt, damnatos se in infernum esse. Scis o homo in peccato te esse? scito ergo, in infernum te damnatum, fides hæc certa est. Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur, ait Dominus per Ezechielem. Cum peccasti, Deus recessit à te, & dæmon te possidet, qui secum ducet in gehennam. Infelix, & miserandus homo, qui Deo dicit, egredere à me, recede à domo mea, volo enim dæmonem hospitio excipere. Sed quia de hoc hominum genere in Evangelio non agitur, ad ea, de quibus in eo tracta, recedamus.

Secundum hominum genus est eorum, qui putant se iustum in cælum agere, nec agunt, putant se iustos, & non sunt. Vnde de Sapiens ait. Est via, quæ uidetur homini recta, & non uestigia eius

Prōv. 16.

Prov. 30.

eius ducunt ad mortem. Et iterum, generatio, quæ sibi munda videtur, & non est lota a sordibus suis. His vero accidit, ut cum putent se cælum ascendere, in infernũ detrahantur. Quorum summum est discrimen, quia non agnoscunt infirmitatem suam, sed se sanos putant, & ideo medicamina non adhibent, quibus sanari possint. Sed ais. Qui nam hi sunt? Illi certe, qui Deum ex toto corde non diligunt, sed aliqua exteriora opera iusta præstant, quibus decipiuntur, putantes se iustos esse, cum aliquid lateat in corde, unde damnentur. Hoc vero eis accidit, qui honorem, aut aliud quippiam plusquam Deũ diligunt, qui confessiones nullas, aut iniformes fecerunt, & similibus. Hori hominum figura in Euangelio nobis proponitur, dum Pharisæus procedit in templum; qui sibi iustus apparebat, cum tamen non esset, quia Deum ex toto corde non diligebat, sed quædam exteriora bona habebat, in quibus confidebat.

Ait ergo Christus Dominus. Homo Pharisæus ascendit in templum, & in illud ingressus est, quasi in domum propriam, oculis, ac facie erectis, quasi nihil haberet, quod erubesceret. Procedit usque ad altare, & sacrum incipit, dicens, benedicamus Domino, non confessione facta, ut Publicanus, sed dicens gratias ago tibi Domine. Et eam orationem fudit, de qua Psaltes ait. Et oratio eius fiat in peccatum. Licet enim exterius gratias Deo agere videbatur, sed interius sibi ipsi eas referebat, quia in se confidebat, & ideo dicebat, mihi gratias refero, quia iniustus non sum, & Dei gloriam usurpabat, quam iniquitatem esse maximam Iob ait. Si vidi solem, cum fulgeret, & lunam incedentẽ clare, & lætatum est in abscondito cor meum, & osculatus sum manum meam ore meo, quæ est iniquitas maxima, & negatio contra Deum altissimum. Quem locum enarrans Bernardus ait. Si in te, & non magis in Domino gloriaris, propriam profectus, & non Domini manum osculari, convinceris, quod iuxta Beati Iob sententiam, iniquitas est maxima, & negatio contra Deum. Beatus Gregorius in eum locum, ait. Per solis splendorem bona opera significari, quæ alijs lucent. De quibus Christus Dominus. Sic luceat lux vestra coram hominibus. Reverentiam incedentem clare famam bonam, quia sicut luna accepto lumine

Psal. 108.

Iob. 31.

Bernard. ser. 4. in cant.

Grego. 22. Moral. c. 6.

Matt. 5.

A lumine à sole splendet, ita ex bonis operibus lux bonæ famæ ortum habet. Quia ergo vir sanctus Iob multa præclara opera sua narrauerat eo capite, addit, non se aspexisse solem, & lunam, nec in his gloriatum fuisse, aut manum suam osculatum. Sunt vero nonnulli, similes huic Pharisæo, qui cum bonâ aliqua faciunt, iniquitatum suarum protinus obliuiscuntur, & cordis oculum in consideratione bonorum operum, quæ exhibent, figunt, atque adeo se perfectos existimant, & inter bona, quæ agunt, malorum suorum, in quibus & fortasse adhuc implicati sunt, memoriam declinant. Qui si distractionem iudicis vigilanter attenderent, plus de malis suis metuerent, quam de imperfectis bonis exultarent. Plus inspicerent, quod de ijs, quæ adhuc eis agenda sunt, debitores tenentur, quam quod bona operantes, iam debiti partem solvunt. Nec enim absolutus est debitor qui multa reddidit, sed qui omnia. Nec ad brauium victoriæ peruenit, qui in magna parte spectaculi velociter currit, si iuxta metas veniens, in hoc, quod est reliquum, deficit. Nec ad quælibet destinata loca pergentibus inchoando prodesset longum iter carpere, si non etiam totum valeret consummare. Qui ergo vitam æternam quærimus quid aliud quam quædam itinera agimus, per quæ ad patriam festinamus. Sed quid prodest, quod carpimus multa, si ea, quæ ad perueniendum restant, negligimus reliqua. More itaque viatorum, nequaquam debemus aspicere, quantum iam iter egimus, sed quantum superest, ut peragamus, ut Paulisper fiat præteritum, quod indefinenter, & timide adhuc attenditur futurum. Amplius ergo debemus inspicere, quæ bona necdum fecimus, quam ea, quæ iam nos fecisse, gaudemus. Sed habet hoc humana infirmitas proprium, ut plus ei intueri libeat, quod sibi in se placet, quam quod sibi in se displicet. Aeger quippe oculus cordis, dum laborare in consideratione sua metuit, quasi quoddam stratũ delectationis in animo, ubi molliter iaceat, requirit, atque idcirco, quæ commoda deperactis bonis sit assecutus, intelligit, sed quæ damna de neglectis patitur, nescit. Plerumque nostro cordi suggeritur, ut bona, quæ facimus, ad animum reuocemus, & securitatis iam lætitia exultemus. Sed si vere iusti sumus, ab eo, in quo nobis placeamus, mentis oculos auertere debemus, & omnem in nobis de

Philip. 3.

1. Tim. 1.

2. Cor. 11.

1. Cor. 4.

Apo. 4.

peractis bonis lætitiā deprimere, & de his, quæ minus nos ægisse, intelligimus, tristitiā requiramus, indignos nos æstimemus, & penè soli bona nostra non videmus, quæ in nobis videnda omnibus ad exemplum præbamus. Hinc est, quod Paulus, dum expleta in se bona postponeret, & sola adhuc reliqua, quæ essent explenda, cogitaret, dixit. Ego me non arbitror, apprehendisse. Et ut posset se de bonis, quæ agebat, humiliare, studebat ad animum præterita mala reducere, dicens. Qui prius fui blasphemus, persecutor, contumeliosus. Quod si Corinthijs bona sua enumerando narrauit, illos confirmare studuit, non se ostentare. Nam quia eadem bona non in se attenderet, patefacta tribulatione propriæ tentationis edocuit, qua expressa subiunxit. Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis. Ut ergo discipulos instrueret, de se magna referebat, ut vero se in humilitate custodiret, considerationis oculum non in virtutibus suis, sed in infirmitatibus fixerat. Habent itaque propriū sancti viri ut bona quidem quæ agunt, videant, & tamen cum peregerint, ab eorum memoria oculos auertant. Vnde recte Sanctus Iob ait. Si vidi solem, cum fulgeret, ac si aperte diceret. Opus meum, etiam cum alijs explorum lucem tribueret, ad præsumptionem non attendi. Quia cum de eo extolli timuiss, ab intueno eo oculos auerti. Et lunam incedentem clare. Id est famam bonam. Luna viam agentes in nocte illuminat, & cū de aliena vita lux laudis emicat, alios ad agenda bona opera illustrat. Cumque illius opinio clara agnoscitur, huic, quasi pergenti in itinere, exempli lumen præbetur. Quia ergo Sanctus Iob, nec sua bona attendebat, ut gloriaretur, non vidit solem splendens, quia nec famam, & fauorem populi, non etiam attendebat lunam. Nec osculatus fuit manum suam. Ille manum osculatur suam, qui sibi bona tribuit, quæ operatur. Contra quem Paulus ait. Quid habes quod non accepisti? quod si accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Sancti autem viri, quicquid in se mali viderint, sibi tribuunt, quicquid boni Dei gratiæ. Vnde Ioannes ait. Adorauerunt viuentem in sæcula sæculorum, mittentes coronas suas ante thronum Dei. Quod est certaminum victorias non sibi tribuere, sed Deo. ut ad illum referant gloriā laudis, à quo se sciunt, vires accepisse certaminis.

Cuius

A Cuius oppositum dicit Iob iniquitatem, & Dei negationem. Hoc vero Phariseus corde agebat, in se confidens. Cum tamen illud certum sit, quod Psaltes ait. Nec enim in gladio suo possederunt terram, & brachium eorum non saluauit eos, sed dextera tua, & brachium tuum.

Bona igitur sua Phariseus iactat, in se confidens, & gloriatur in virtutibus suis, putans se vndique perfectum, nihilque sibi deesse. Et ideo cum oraturus ascēderet, orauit nihil, nihil enim sibi dari postulauit. Putat superbus se perfectum vndique, nihil que restare, quod ipsi addatur. De qua re inferius Dominica Decima sexta aliqua dicemus, quæ inde potes mutuare. Et ideo de illis est, de quibus Ioannes ait, Dicitis, quia diues sumus, & nullius ego, cum sis pauper, miser, miserabilis, cæcus, & nudus.

B Quia vero se perfectum putat, in se confidit, quod Deus execratur valde. Et mirabili hoc exemplo id ostendit, ac stupendo profus, quod in libro Iudicum memoriæ proditum est. Accidit enim, ut in ciuitate, quæ erat tribus Benjamin scelus grauisimum perpetraretur, violata vxore Leuitæ, & interfecta. Conuenit vero multitudo Israelis, ut tantum scelus sine supplicio non maneret, & legatos miserunt ad tribum Benjamin, ut malefactores traderent, & digno supplicio punirentur, ne ira Dei desquirit in vniuersum Israel. Noluerunt audire legationem, qui de tribu Benjamin erant, nec malefactores punire. Venit vniuersus Israel in Masphat, & conuenerunt quadringenta millia pugnatorum.

C De tribu vero Benjamin conuenerunt viri pugnatōres vigintiquinque millia, & septingenti. Venit ergo vniuersus exercitus Israel in Silo, vbi erat arca Domini, & consuluerunt Dominum, quis inquit, erit in exercitu nostro princeps? Quibus respondit Dominus, Iudas sit dux vester. Et cum in pugnam venissent, deuicti sunt Israelitæ, à filiis Benjamin, & ceciderunt de filiis Israel die illo viginti duo millia. Tunc ascendit vniuersus Israel in Silo, & fleuerunt coram Domino vsque ad noctem, & dixerunt ei. Debeo ultra procedere ad dimicandū, contra filios Benjamin, an non? Ad quos Dominus ait. Ascendite ad eos, & inite certamen. Cū que ad prælium processissent, egressi filij Benjamin tāta in illos cæde bacchati sunt, ut decem & octo millia virorum prosterne-

rent.

Psal. 43.

Apo. 7.

Iud. 20.

rent. Res profecto omni admiratione dignissima, processit enim in pugnam Israel ob iustam causam, Dei præcepto, duce à Deo designato, & exercitu validissimo, qua ergo ratione superari potuerunt? Animaduertit difficultatem hanc diuinus spiritus, & ideo ei occurrere volens, adiunxit. Filij Israel & fortitudine, & numero confidentes acie direxerunt. In se ipsis fiduciam habebant, ideo à causa ceciderunt, licet multis partibus superareut filios Benjamin, donec humiliati coram Deo sunt, & tunc deleuerunt vniuersam fere tribum Benjamin. A deo Deo displicet is, qui in se confidit. An non quid simile in Euangelio nunc nobis proponitur? Procedunt in stadium Phariseus, & Publicanus, & ille quidem multis nominibus excedebat, sed erat in se confidens, ideo à Publicano superatus est, qui descendit iustificatus præ illo, quia omnis, qui se humiliat, &c.

Iud. 16. Huc etiam pertinet illud, quod Iudicum. 16. de Sampsonē dicitur. Dixit in animo suo. Egrediar, sicut ante feci, & me excutiam, nesciens, quod recessisset ab eo Dominus. Suis viribus tunc innixus, putauit, posse se euadere periculum, & ideo captus est, postea vero, vt inimicos in templo opprimeret, ait. Redde mihi Domine fortitudinē meam, & reddita est ei. Eadē de causa inermis Dauid Goliath deiecit in clypeo, & hasta cōfidentem. Ideo Dauid ait. Tu venis ad me in clypeo, & hasta, ego vero in nomine Dei exercituum.

Hic ergo Phariseus iactat virtutes suas, sibi in eis placens, & in se confidens, ideo superatus est. Sed dubium est, cum virtus opus sit ab homine elaboratum, cur in eo gloriari non potest? omnis namque artifex in opere eximio à se confecto gloriari solet. Multæ sunt rationes, quibus huic dubio occurrere possumus. Prior illa sit. Quod iustitiæ nostræ incertæ sunt. Sicut enim aurum, & aurichalcū similia sunt, ita iustitia vera, & falsa. Nescimus vero an opera nostra Deo sint grata, & an nos Deo gratissimus, ignoramus. Vt enim semper humiles essemus, horum omnimodam certitudinem noluit Deus à nobis haberi. Hinc Iob, & si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea. Hinc Paulus. Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Putauit Saul, placuisse se Domino, cum seruauit Agag, &

pinguia

A pinguia animalia in sacrificium Domino. Sed displicuit eam re Deo valde. Hinc Iob. Pēna struthionis similis est pennæ Herodij, & Accipitris. Sed Herodius, & Accipiter in altum se erigit pennis suis, quod struthio efficere nō valet. Similia enim valde sunt opera bona iusti, & peccatoris, sed iustus illis in altum euehitur, & gloriam meretur, non tamen peccator. Nescis o homo an in Dei gratia sis, & ideo nescis, an opera tua Deo sint grata, quomodo ergo in eis gloriari potes? Hinc Sapiens. Sunt iusti, atque sapientes, & opera eorum in manu Dei, & tamen nescit homo, vtrum amore, an odio dignus sit, sed omnia in futurum seruatur incerta. Quæ in nocte nunc opera nostra perficimus, nescimusque qualia sint, donec adueniat lux diuini iudicij, quo cuncta manifesta fiant. Donec ergo à iudice iustitiæ nostræ iudicentur, nihil nobis certi est. Ille vero ait, cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Multa enim opera in oculis hominum iustissima apparent, quæ in Dei iudicio praua apparebunt, & quod nunc aurum purum videtur, apparebit scoria. Hinc Petrus. Si iustus vix saluabitur, impius, & peccator vbi parebunt? Donec ergo iustitiæ nostræ iudicentur, nihil nobis certum de illis est, non ergo nobis gloriandum in illis.

C Secunda eiusdem rei ratio est, Quia licet solliciti, ac vigilantes simus, opera bona nostra plena sunt imperfectionibus, & vix perfectum aliquid à nobis præstatur. Hinc Esaias, facti sumus immundi omnes nos, & quasi pannus menstruatæ omnes iustitiæ nostræ, sicut aurum vix purum inuenitur, sed scoria in festum. Ita opera hominum. Vnde Iob, Ecce inter sanctos eius nemo immutabilis, & cæli non sunt mundi in conspectu eius, quanto magis abominabilis, & inutilis homo, qui bibit quasi aquam iniquitatem? Sicut ergo non gloriatur artifex in opere imperfecto, nec illud in publicum producit, & ostentat, ita nos gloriari non oportet in operibus nostris,

Tertia ratio sit, noli gloriari in iustitia tua, quia stabilis, & firma non est. Non sunt census perpetui sed qui redimi facile possunt. Non sunt turres inexpugnabiles in summis montium collocatæ, sed domus terræ, quæ facile dissipantur, & pereunt. Iustus es, sit ita, multis bonis operibus abundas, &

hoc tibi

1. Reg. 15.
Iob. 39.

Ecclesi. 9.

Psal. 74.

1. Pet. 4.

Esa. 49.

Iob. 15.

Iob. 9.
1. Cor. 14.

Hoc tibi concedo, demusque tibi, id diuina reuelatione tibi nō
 datum esse. Scito tamen, posse te facile mutari, quasi folium arboris,
 potest sal euanescere. Noli ergo altum sapere, sed time. Cecidit
 Lucifer ab arce cæli, Adā in paradiso, David sanctissimus,
 vir secundum cor Dei, Salomon sapientissimus, & Deo dilectus,
 & demum Petrus Apostolorum princeps, quis ergo securus erit?
 Damnatur Iudas. Saluus fit latro, præfertur Magdalena
 & Publicanus Phariseo, quis alterum despiciet?

Cauendum ergo nobis à superbia Pharisei. De quo demum
 Gregorius ait. Ciuitatem cordis sui insidiantibus hostibus per
 elationem apparuit, quam frustra per ieiunium, & orationes
 clausit. Similem existimat Gregorius animam iusti ciuitati vni
 dique vallatæ, in quam hostis ingredi non potest, quia vndique
 muro cinctæ est. Quorundam enim animæ similes sunt ciuitati
 absque vlllo muro, quæ vndique hostibus patet. De quibus Eze
 chiel ait. Exposuisti fornicationem tuam omni transeunti, vt
 eius fieres, similesque sunt meretricibus. Quorundam vero ani
 mæ murum quidem magna ex parte habent, quo à peccatis pro
 tegantur, vt hic Phariseus. Sed aliqua parte murus dirutus est,
 & illac hostes ingrediuntur libere, & ciuitatem vastant. Ita Pha
 riseo accidit, qui superbix foramen in muro reliquit, & illac per
 ditus est. Sic etiam multi sunt fideles, qui plura pietatis opera
 præstant, quibus, quasi muro ciuitatem cordis custodiunt, sed
 in aliquod vitium labuntur, quo damnantur. Hic iurandi con
 suetudinem non relinquit. Ille honorem colit. Ille diuitias. Il
 le mulierculam. Ille detrahit proximo. Ad hos Iacobus ait.
 Quicumque totam legem seruauerit, offēdat autem in vno, fa
 ctus est omnium reus. Sicut vt inimicus sis hominis, fatiſ est, si
 eum in aliqua re graui lædas. Sicut ergo seruans ciuitatem, & eā
 ab hostibus custodire volens, curat, vt nulla pars muri diruta
 sit, si enim partem aliquā relinquat, qua hostes ingredi possint
 frustra reliquus murus erit. Ita qui cor suum custodit, caueat,
 ne foramen relinquat, per quod hostes intrare possint. Ideo Sa
 piens monet. Omni custodia serua cor tuum. Cum ait, omni
 custodia, significat, nullum locum diabolo relinquendum, per
 quem nos possit expugnare. Quia ergo Phariseus cor à super
 bia non custodiuit, periit.

Iam ter-

A. Iam tertium genus hominū in Publicano videamus. *Publi
 canus autem à longe stans, &c.* Cum se in templo vidit, tremore
 concusus est. Ego ne in domo Dei, in eius conspectu appa
 rebor? recordatusque peccatorum suorum verecundia suffusus
 est, & ait, Deus propitius esto mihi peccatori, & quia ille pec
 cata sua respexit, Deus ab eis oculos auertit. Ait Augustinus. *Aug.
 Psal. 50.* Sicut Dauidi contigit, qui ait. Peccatum meum contra me est
 semper. Et ideo recte orat. Auerte faciem tuam à peccatis
 meis.

Sed quatuor sunt quæ in hoc peccatore pœnitente contem
 plari libet. Primum, à lōge stat, timore compulsus. Secundum,
 non audet oculos in cælum leuare, verecundia suffusus. Tertiū
 B. percutit pectus. Quartum, orat, Deus propitius esto mihi pec
 catori.

De primo. Vere pœnitens se Deo confert, & acta sua cūm
 diuinis misericordijs, quas à Deo suscepit, & infinite se à Deo
 distare videt, & sic timore, ac reuerentia concussus non audet
 ad Deum accedere. Sicut Petrus, qui ait. Exi à me Domine,
 quia homo peccator sum, & cum ab hoc timore pœnitentia ini
 tium sumat, à longe pœnitens stat. Opera gratiæ imitantur ope
 ra naturæ, quia ab eodem artifice vtraque procedunt, & ideo
 similia sunt. In natura verò videmus, opera procedere ab im
 perfecto ad perfectum, primum homo est puer, deinde vir, ita
 in gratia, timor imperfectus est, amor perfectus, primum ergo
 est timor, qui est initium sapientiæ, deinde amor, qui foras mit
 tit timorem. Portus, à quo via capienda in Deum, timor est, ti
 met enim homo mortem, & æterna supplicia. De quibus dicit
 Psaltes. Dedisti metuēntibus te significationem, vt fugiant à fa
 cie arcus. Merito vero, ac iure peccatoribus hæc significatio da
 tur, vt fugiant à facie arcus distanti in illos. Cum enim damna
 tio æterna sit illis parata, merito pluries monentur. Sed quo plu
 ries peccator monetur, eo durius ei paratur supplicium, nisi
 in mentē reddeat. Sicut, quo plus arcus distenditur, eo grauius
 vulnerat. Ostendam autem vobis, quem timere debetis, eū, qui
 postquam occiderit corpus, potest, animam mittere in gehē
 nam, ait Christus Dominus. His ergo minis, ac terroribus ani
 ma concussa ad Deum redire disponit. Sed à longe stat, timens
 Dei

Aug.
Psal. 50.

Luc. 3.

Psal. 59.

Matt. 10.

Dei in se iram, sicut filius, vel seruus patrem timens, aut Dominum, non audet prope accedere.

Sed quia omnino à Deo recedere non valet, nec ab oculis eius abscondi, quò ibo à spiritu tuo? & quò à facie tua fugiam? ait Psalter, videns se coram Deo, verecundia suffunditur, agnoscens peccata sua ingratitude, & Dei maiestatem, & beneficia. Sicut adultera coram viro constituta. Hinc procedit in anima deliquium cordis, & pusillanimitas, quod eo usque procedere solet, ut anima desperet, ut accidit Cain, & Iudæ, quia dæmon illis pingit Deum asperum, ac durum, & grauissima scelera eorum eis ostendit. Vere astutissimus serpens dæmon est, qui ut peccare hominem faciat, leue peccatum esse dicit, & Deum misericordem, & benignum. Ut vero recipiat penitentem, durum, atque crudelem eum dicit. Recte pater mendacij dictus est dæmon à Christo, in vtroque enim mentitur, peccanti enim durus Deus est, plusquam leo, velut vrsa raptis catulis, sed penitentibus indulgentissima, ac benignissima mater est. Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filij eius, multo magis reconciliati salui erimus in vita ipsius. In his, quæ iure, ac ex iustitia petimus, proponimus iustitiam nostram, in his vero, quæ ex misericordia, proponimus miseriam nostram, quæ eo mouet magis, quò maior est, remissionem peccati ex iustitia petere, non possumus, ergo ex misericordia. Et ideo quò maior miseria peccati, eo plus misericordiam expectemus, quia maximam Deo miseriam ostendimus. Dic ergo cum Publicano, Deus propitius esto mihi peccatori, quia maximus peccator sum. Audi quid regius Psalter in simili causa orat. Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo, multum est enim, ideo remissionem petit, quia multum peccatum est. Et iterum. Ne memineris Domine iniquitatum nostrarum antiquarum, cito anticipent nos misericordiam tuam, quia pauperes facti sumus nimis, & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum. Visa Assueri maiestate Hester, animo deficit, sed accurrit Assuerus benigne, & ait, non morieris, & blande loquitur animæ, & tunc vires refumit. Ita animæ quæ ad Deum conuertitur, accidit. Attende Dei verba bona, verba consolatoria. Reuertere (ait per Hieremiam) auersatrix Israel, & non auertam faciem

Psal. 138.

Ioan. 8.

Rom. 5.

Psal. 24.

Psal. 68.

Hester. 15.

Hier. 3.

A faciem meam à vobis, quia sanctus ego sum, & non irascar in perpetuum. Veruntamen scito, quid feceris, quia in Dominum Deum tuum preuaricata es. Agnosce d homo peccatum tuum, & statim Deus amplexabitur te, sicut Assuerus Hester, & si ille promisit dimidium regni sui Deus tibi dabit integrum regnum.

Pectus vero percutebat Publicanus, & quasi ictibus illud è somno surgere, & euigilare faciebat, ut peccati sceleratè agnosceret, & ad bona opera agenda surgeret electo. Ita Theophila. Percutendum enim est cor dolore vitæ antea actæ, ut in nouam vitam surgat, ut opera penitentiae exerceat, ut faciat fructus dignos penitentia, ut tãquam nouus homo, noua opera perficiat.

B Quia vero nos ipsos nimium diligere solemus, nec ut desinet, opera penitentiae exerceamus, solet Deus manum suam adhibere, nosque punire, ut patienter tolerantes mala dicamus cum illo vere penitente latrone. Nos digna factis recipimus.

Et tandem ait, Deus propitius esto mihi peccatori. Non excusat, aut tegit peccata sua, sed confitetur. Iuxta illud Psal. Confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, cuius rei fructum continuo ostendit, & tu remisisti iniquitatè peccati mei. Ita descendit hic iustificatus, quia peccatum suum non abscondit ut homo, nec excusauit ut Adam, & Eua, quorum alter in mulierem, altera in serpentem culpam reiecit. Non abscondit etiam ut Cain. Quia qui abscondit scelera sua nõ dirigitur, qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur, ut Sapiens ait. Vacabat culpa Benjamin in furto scyphi, & nihilominus ait. Quid respõdebimus Domino nostro, Deus inuenit iniquitatè seruorum suorum. Ita Christus Dñs ut peccator tractari voluit, & quæ ad modum simplex Iacob vestibus Esau induitur. Quid tu vere peccator peccata excusas tua, ad excusandas excusationes in peccatis, & dicis, amicum fuisse in causa, quod peccares, vel naturam occasionem? Tu peccasti voluntate propria, ideo confitere, & dic cum Publicano, Deus propitius esto mihi peccatori.

Ecce in eadem

Theophi.

Matt. 27.

Psal. 35.

Prov. 28.

Gen. 44.

Psal. 140.

In eadem Dominica De
cima, Post Pentecosten,
Concio Tertia.

Thema. Omnis qui se exalcat, humiliabitur, &c.

Luce. 14.

Greg. lib. 34
moral. d. ca.
15. vsque ad
libri finem.



Beatus Gregorius in caput Iob Quadragesimum
mire expendit verba illa, quibus concludit Deus
vniuersa, quæ de Behemot, id est, dæmone, dixerat.
Omne sublime videt, & ipse est rex super omnes fi-
lios superbiæ. Hoc omnium malorum vltimum est
& quasi radix, à qua reliqua procedunt.

Hoc (ait Gregorius) superbia ab alijs vitijs differt. Alia enim
vitia eas solummodo virtutes impetunt, quibus ipsa destruntur,
vt ira patientiam, libido continentiam expugnat. Superbia
autem omnium vitiorum radix, nequaquam vnus virtutis ex-
tinctione contenta contra cuncta animæ membra se erigit, &
quasi generalis, ac pestifer morbus corpus omne corrumpit, vt
quicquid illa inuadente agitur, etiam si esse virtus ostenditur,
non per hoc Deo, sed soli vanæ gloriæ seruiatur. Quasi enim
tyrannus quidam obsessam ciuitatem intercipit, cum mentem
superbia irrumpit, & quo ditiores quemque ceperit, eo in do-
minio durior exurgit, quia quo amplius res virtutis sine humili-
tate agitur, eo latius ista dominatur.

Quisquis vero eius in se tyrannidem captiuam mente susce-
perit. Hoc primum dānum patitur, quod clauso cordis oculo, iu-
dicij æquitatem perdit. Nā cuncta, quæ ab alijs bene geruntur,
displicet, & sola ei, quæ ipse, vel prauè egerit, placent. Sæpe alie-
na opera despicit, semper miratur, quæ ipse facit quia quicquid
egerit, egisse se singulariter credit. Sic Phariseo contigisse Lu-

Acas testatur, qui nullum sicut se esse putauit. Vnde recte dici-
tur. Omne sublime videt, id est. Cunctos, velut infra se positos
quasi de sublimi respicit, quia per elatam cogitationem cordis
in cuiusdam se altitudinis arce posuit. Cui Elaias ait. *Vx, qui*
Sapientes estis in oculis vestris, & coram vobis met ipsis pru-
dentes. Et ideo Paulus monet. Nolite prudentes esse apud
vosmetipsos. Quasi altum, & grandem se respexit Pharisæus,
dum se prætulit alijs.

Vnde Augustinus versans illud Pauli. Superiores sibi inui-
cem arbitantes; ait. Non hoc ita debemus æstimare, vt nos
æstimare fingamus, sed vere æstimemus, posse esse aliquid oc-
cultum in alijs quo nobis superior sit, etiam si bonum nostrum
quo illo videmur superiores esse, non sit occultum. Sic possit
æstimare de Publicano Pharisæus, & de meretrice; Simoni, nec
deciperentur. Cuius rei exemplum in Dauide licet conspice-
re, qui vnctus fuerat in regem, sciens se diuino iudicio præla-
tum Sauli, & tamen semper ei humiliabatur, & dicebat. Quem
persequeris rex Israel; quem persequeris, canem mortuum; &
pullicem vnum? Vnde discere debent, quomodo se humiliare
proximis debeant, qui adhuc quo loco apud Deū habeantur, nesci-
ciunt, si sic se electi humiliant ijs, quibus sciunt, se per diuina iu-
dicia præpositos esse. Hoc autem proprium esse specimen ele-
ctorum solet, quod de se semper sentiunt infra, quā sunt. Hinc
Psal. Si nō humiliter sentiebā, sed exaltaui animam meā. Hinc
Sapiens ad sapientiam paruulos vocat. Siquis est paruulus, ve-
niat ad me. Hinc Christus Dominus. Confiteor tibi pater Do-
mine cæli, & terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus, & prudē-
tibus, & reuelasti ea paruulis. Quia sicut iniustus est, omnibus se
putare superiorē, sic iusti, omnibus se putare infimū. Et iniustus
bona sua inspicit, iustus vero mala, & mira Dei dispensatione agi-
tur, vt mala iusti, dum ea conspicit, ei vertantur in bonū, & cōtra
bona iniusti, dū ea inspicit, ei vertantur in malū, dū de eis hic su-
perbit, ille humiliatur. Sic itaq; malo bene vititur probus, & bo-
nè male vititur reprobus. Sicut sæpe cōtingit, vt alius ex cibo sa-
lutifero inordinate sumpto incurrat egritudinē. Alius veneno-
serpētis in medicamine ordinate cōfectionis adhibito languoris
molestiam vincat. Ille ergo, qui cibo salutifero recte uti noluit,

Esai. 5.

Rom. 12.

Aug. lib. 83

quest. 9. 7.

Phil. 2.

1. Reg. 24.

Psal. 130.

Prover. 9.

Mat. 11.

inde perniciose moritur, vnde alij salubriter viuunt. Iste autem qui veneno serpentis caute vti studuit, inde salubriter viuunt, vnde alij perniciose moriuntur.

Sed hæc mentis elatio quibusdam contingit propter temporalium copiam, quibusdã vero propter spiritualia dona, vt Pharisæo. Eadem quidem superbia est, sed diuerso amictu. Quod si efferrî propter spiritualia, stultum est, an non stultissimum erit, propter temporalia superbire, cū nihil sint? Maximè humiliari eos oportet, qui temporalibus fulgent, quia ea verã bona non sunt, sed fallaces diuitiã vel fallacia diuitiarum appellantur, & visa mendacia. Qui ex carnalibus superbit, audiat Esaiam dicentem. Omnis caro scenum, & omnis glõria eius sicut flos sceni. Qui ex spiritualibus, audiant, multis post ingentia miracula dici. Nescio vos, vnde sitis, discedite à me. Audiant illi. Diuitiã strassuant, nolite cor apponere. Audiant isti. Quia fatuã virgines multa bona tulerunt, sed quia eis oleum defecit, perierunt. Et tandem audiant omnes illud Ecclesiastici. Immundus est apud Deum omnis, qui exaltat cor suum. Et quod magistri voce dicitur, Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Ad hoc namque vnigenitus Dei formam infirmitatis suscepit ad hoc inuisibilis, non solum visibilis, sed etiam despectus apparuit, ad hoc tot passiones, & ludibria sustinuit, vt superbum non esse hominem, doceret humilis Deus. Quanta ergo humilitatis virtus est, propter quam solam veraciter edocendam, is, qui sine æstimatione magnus est, vsque ad passionem factus est paruus. Quia enim originem perditioni nostrã superbia præbuit diaboli, instrumentum redemptionis nostrã inuenta est humilitas Dei. Hostis quippe noster magnus inter omnia conditus, videri super omnia voluit elatus, Redemptor autem noster, magnus manens super omnia, fieri inter omnia dignatus enim paruus. Videte horum principum diuersitatem. Ille namque ait. In cælum ascendam. Iste autem per Psalmistam. Repleta est malis anima mea, & vita mea inferno appropinquauit. Ille dicit. Super astra cæli exaltabo folium meum. Iste dicit. In terris visus est, & ecce venio cito, & habitabo in medio tur. Ille dicit. Sedebõ in monte testamenti, in lateribus aquilonis. Iste dicit. Ego sum vermis, & non homo, oppro-

Matt. 13.

Esa. 40.

Luc. 13.

Psal. 61.

Matt. 25.

Eccle. 10.

Matth. 11.

Esa. 14.

Psal. 87.

Baruc. 3.

Zacha. 2.

Psal. 21.

A opprobriũ hominum, & abiectio plebis. Ille dicit. Ascendam super altitudinem nubium, & similis ero altissimo. Iste, cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens.

Sicut vero per se ipsos diuersa admodum loquuntur, ita etiam per membra sua, Christus enim per suos dicit, Domine, quis similis tibi? Dæmõ vero per membra sua loquitur dicens. Nescio Dominum, & Israel nõ dimittam. Cum ille dicat per semetipsum, si dixerõ, quia non noui eum, ero similis vobis mendax, sed noui eum. Dæmon ait per membra sua, mea sunt flumina, & ego facî ea, Christus ait. Non possum à me ipso facere quicquam, & pater in me manens ipse facit opera. Dæmon ostendens regna mundi ait. Hęc omnia tibi dabo, quia cui volo, do illa, Christus ait. Non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à patre meo. Dæmon ait. Eritis sicut Dij, scientes bonum, & malum. Dicit vero Christus, non est vestrum nosse tempora, vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate. Dæmon ait. Cur præcepit vobis Deus: vt Dei voluntate relicta suã sequantur, Christus ait. Non quæro voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me. Dæmõ membra sua docet, vt omne sublime videat, omne culmen appetant, omnem hominem transilient, vt Psalmus ait, transierunt (ita legit Gregorius) dispositionem cordis, cogitauerunt, & locuti sunt nequitias, &c. Christus patiens, & humilis suos alloquitur. Siquis mihi ministrat, me sequatur. Manifestissimum ergo reproborum signum est superbia, & electorum humilitas. En cui quisque regi militet, hoc signum ostendit. Sicut milites signis dignosci solent, dæmon rex est super omnes filios superbiã, Christus super humiles. Hęc Gregorius vbi supra.

Hęc vero diuersa signa hodie videre licet in duobus hominibus, qui in Euangelio proponuntur. Vnus enim diabolo, alter Christo militat. In quibus apparet, quam sint Dei occulta iudicia. Nam quemadmodum accidere solet, cum sortes mittuntur, vt regi fors nulla, seruo vero optima contingat. Sic nos sorte vocati sumus, & Pharisæi fors nulla apparet, Publicani vero præclara. Vt dicere possit. Sortes ceciderunt mihi in

Ec 3

præcla

Simile

Philip. 2.

Exo. 5.

Ioan. 8.

Ezech. 29.

Ioan. 5.

Luc. 4.

Matt. 20.

Gene. 3.

Acto. 1.

Gene. 3.

Ioan. 5.

Psal. 72.

Ioan. 12.

Pfal. 15. præclaris. Ideo simile dicitur regnum caelorum thesauro abscondito in agro, quæ infimus de plebe inuenire solet. Vere pluuia voluntaria est diuina gratia, quam eo immittit Deus, quo vult, Et in angulo templi pluit super publicanum, & aridus relictus est *Matt. 21.* Phariseus, qui erat iuxta altare. Dixerat Christus Dominus Phariseis Publicani, & meretrices præcedunt vos in regno Dei. In Magdalenâ ostendit meretricem præcessisse Pharisæum, Hodie ostendit Publicanum præcedere Pharisæum, quia Publicanus peccatum suum agnoscit, Phariseus vero in se confidebat, & hac ratione Deus Ecclesiam dedit gentibus, quæ agnouerunt peccatum, & abstulit à Iudeis in se confidentibus. Hinc Paulus. Quid est, quod gentes, quæ non sectabatur iustitiam, apprehederunt iustitiam, Israel vero sectando legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit? Quia non ex fide, sed quasi ex operibus. Quasi dicat, Israel non diuinæ gratiæ, sed operum meritis innixus, elato ad Deum animo accedebat, à quo crimine longe aberat gentes, quæ bonis operibus se vacuas agnoscentes fide, & spe diuina innitebantur, vt publicanus. Quia bonus est Dominus sperantibus in eum. Et licet obmurmurant Pharisæi, quod Christus peccatores recipiat, sed eos recipit, qui humiles sunt, & gratiam Dei agnoscunt, ac peccata confitentur, Pharisæus putat, omnia deberi suis operibus, ideo ei gratia negatur.

Sed duos hos homines contemlemur, & primum, Pharisæum. Qui sic ait, *gratias tibi ago non sum, &c.* Aperit vniuersos suos thesauros. Primus enim effectus superbiæ, & propriæ æstimationis est, velle ostendere bona sua. Sed quia hoc vitium reputatur, induunt illud veste religiosa, & ea est gratiarum actio Deo. Et sic superbus dicere solet, gratias Deo refero, quia omnia bona mihi concessit, nihil mihi deest. In omnibus etiam temporalibus vult superbus, vt nihil sibi deesse videatur.

Sed quid mali perpetravit, dum gratias egit? Hinc discite innumera tua discrimina, ac pericula, & laqueos multos, quos, vt te capiat, de nullo parauit. Hinc *Pfal. Narrauerunt*, vt absconderent laqueos, dixerunt, quis videbit eos? Quasi dicat, A deo subtiles sunt, vt visum effugiât, quis enim sub gratiarum actione superbiam latere putaret? Sed Christus id nobis ostendit. Quia sibi placebat nimium in bene gestis, & sibi, potius quam Deo gratias referebat.

Sed secundum superbiæ effectum attende, despectum, scilicet, proximi,

A ximi, cum ait, *velut etiam hic Publicanus.* Quibus verbis multæ cordis sui mala ostendit Pharisæus, Primum, cum singularis velit esse superbus, & omnibus superior. Hinc oritur, vt reliquos despiciat, eos obmurmuret, & mala aliorum ostendat, vt ipse maximus habeatur. Secundum, latet hic dolus dæmonis, qui nos superbire facit, ac extolli, propositis nobis aliorum prauis exemplis, quibus vitam nostram conferentes iusti apparemus. Quasi aliorum maiora peccata nostra minora excusare valeant, coram Deo. De qua re olim per Hieremiam Dominus ait. Iustificauit animam suam auersatrix Israel comparatione præuaricatricis Iudæ. Hoc ipsum nobis nunc accidit, quiescimus enim in malis nostris, considerantes aliorum maiora peccata, & dicentes, non sum sicut ille Publicanus. Qui speculum fractum, aut lutulentum inspicit, faciem suam tetram videre nequit. Sic qui alium peccatorem respicit, non agnoscet scditatem suam. Ideo *Pfal. ait.* Lauabo inter innocentes manus meas. Ideo. Candidam iustorum vitam contemplantor, & sic in claro speculo me videns, recte me componam.

Et iustis etiam aliquando accidere solet quid simile, vt non proficiant in virtutibus secundum Dei auxilium eis concessum sed dicant, satis est, vt sim sicut alij, vt quid ultra progrediar. Cum tamen Aristoteles dicat. Obliquum non esse regulam sui, nec alterius, sed rectum regulam, esse debere.

Tertium, defecit hic Pharisæus conferens se peccatori. Et rectius fecit Publicanus si se contulit cum Pharisæo, vt humiliaretur. Diuinum iustorum artificium, & ingenium est, conferre se melioribus, vt sic humilietur. Ingenium vero peccatorum est, conferre se peioribus, vt sic superbiat. Confert se Iosua Christo, & nihil, in se inuenit boni. Nec est propheta, nec dignus soluere calceamenti eius corrigiam. Si alteri hominum se conferret, inueniret se omnibus superiorem. Sic Iacob a Pharaone interrogatus, quot sunt anni vitæ tuæ, ait parui, & mali, & non peruenierunt ad dies patrum meorum.

Quartum peccauit Pharisæus iudicans Publicanum, & accusans illum coram Deo, qui Dominus eius erat. Hinc Sapiens. Ne accuses seruum apud Dominum suum. Vera iustitia peccatores excusat falsa vero accusat. De dæmone ait Ioannes. Eiectus est accusator fratrum

fratrum nostrorum, qui accusabat eos die ac nocte, adeo Deus amicus hominum est, vt licet homo inimicus Dei sit, velit, vt eum excusemus coram eo, & non accusemus, imo curamus, ne in eum Dei ira deficiat. Sic placuit Abraham Deo oras pro Sodomitis, & recordatus orationis illius liberauit Lotum. Sic ait scriptura. Recordatus est Dominus Abraham. Hoc Dei ingenium nouerat Moyses. Et ideo licet Deus ad eum diceret, ne pro populo oret, quia ipsum delere de terra vult, nihilominus orat, quia cum Deus dicit, noli orare, significat, vt ardentius oremus, curemusq; ne ira Dei veniat super hominem. Hinc ipse Christus in cruce orat pro crucifigentibus, & cum eos accusat vniuersa creatura, ipse excusat dicens. Nesciunt, quid faciunt. Hinc etiam cum Elias homines coram Deo accusaret. Relictus sum ego solus, & querunt animam meam, Deus eos excusat, dicens, Reliqui mihi septem millia virorum, qui non curauerunt genua ante Baal. Sed precipue sustineret Deus non valet, quod quilibet accuset, aut malum de eo dicat, qui ad eum conuertitur, & vitam in melius mutat. Cum in corde suo detraheret Phariseus Migdalene, tacere Christus non potuit, sed illius patronum se prestitit. Est ille peccatorum aduocatus, & ideo eorum causas agit apud patrem, & apud homines. Nec solum pro eis verba promittit, sed & sanguinem, & vitam fundet. Coram patre positus dixit, descendet ira tua in me, & misericordia in peccatores. Pro illorum salute flagella, spinas, & crucem sustinuit, quanto magis verba aduocati dabit? Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum. Displicuit ergo hic sermo in conspectu Domini, quod Phariseus mala de Publicano loqueretur ei que detraheret, ideo oratio eius facta est in peccatum.

Quintum, errat Phariseus se, suamque reputat meliora, quam sint. Si vnquam aliquis se, suamque dicere bona posset, Christus Dominus fuit, qui nouit, infiniti valoris, ac pretij ea esse. Et tamen cum audiret, magister bone, respondit. Quid me dicis bonum, nemo bonus nisi solus Deus. Qua ergo ratione vilis homo se dicet bonum, & iustum, cum Christus eum titulum respuerit? Si ergo Deo placere vis, defectus tuos considera, & proximi virtutes.

Sextum, orat Phariseus, sed elemosynam, quae orationis ala est, nihil meminit, quam si prestitisset, sine dubio dixisset. Sed deridebat Iesum Pharisei, qui erant auari, & elemosynam non dabant.

Quod

Quod significauit Christus Dominus in parabola Samaritani, quem non iuuerunt sacerdos, & leuita. Et ideo orantes misericordiam non consequerentur, quia misericordiam non prestabant. Sicut ergo legatus, & quiuis, qui a rege obtinere beneficium desiderat, primum cerat, ingenium regis agnoscere, vt illi placeat, & sic negotia ex voto peragat. Ita is, qui oraturus Deum est, exploret Dei ingenium, vt oratio eius irrita non sit. Sed quod, inquis, hoc est? Audi dicentem. Humilius, & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio. Et oratio humiliatis se nubes penetrabit, & donec propinquet, non solabitur. Et non discedet, donec altissimus aspiciat, & Dominus non elogabit. Qui ergo superbe orat, & despicit proximum, Dei amicitiam amittet, vt Phariseus. Si vero humili corde orat inimicus, amicus fiet, & omnia obtinebit, quae vult.

Sed forsitan dictis hucusque obijcies. Sanctos aliquos bona sua aliquando enumerasse, nec stultum aliquid locuti sunt, cur ergo stultus est Phariseus ea enumerans? Paulus enim discipulo scribens ait. Bonum certamen certavi, cursum consummaui, fidem seruauit. Et Ezechias rex ait. Memento Domine, quod ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod placitum est coram te, fecerim. Et Iob. Si ambulauit in vanitate, & festinauit in dolo pes meus, appedat me in statera iustitiae, & sciat Deus simplicitatem meam. Si in manibus meis adhaesit macula, serua; & alius comedat. Si negaui, quod volebat, pauperibus, & oculos viduae expectare feci, &c. Haec & similia multa locutus est Iob, de quo testimonium perhibet Dominus, quod nihil stulte locutus sit.

Respondet Gregorius. Paulum bona sua enumerasse, cum morti proximus esset, praemisera enim, ego enim iam delibor, & tempus resolutionis meae instat. Tunc memoratur bonorum operum, cum tempus finitur bene operandi. Et sicut in vita obliuisci debemus bona, quae gessimus, vt ampliora faciamus, ita in morte eorum memorari oportet, vt spe firmemur. Addit Gregorius. Aliquando conueniens est, bona opera numerare, tempore, scilicet, calamitatis maximae, tempore tentationis, quando ad desperationem trahere nos conatur demon. Et hoc tempore Iob, & Ezechias bona sua enumerauerunt. Non sic Phariseus enumerat, sed elatione motus, ideo displicuit sermo illi in oculis Dei.

E e 9

Mat. 17.
Exod. 33.

Sed iam humilem Publicanū attendamus. Ascendit in templū, vt oraret, & à se diuersus descendit. Sicut Christus orans transfiguratur. Et Moyfes quasi sol à Dei cōsortio venit. Similis est oratio Christi corpori, qui illud digne manducat, vitā manducat, qui indigne, iudiciū sibi manducat, & bibit. Ita oratio indigna Phariseo facta est in peccatum, Publicano in gratiam. E sacramento prodit Abel sanctificatus in martyrem, & Cain à sacrificio egreditur dæmoni perfimilis. Sacrificiū obtulit Saul in superbia, & regnum amisit, & Dei gratiam.

1. Reg. 13.

Damasc.

Vidimus in Phariseo, quæ nobis fugienda sunt, videamus in Publicano, quæ imitandā. Ingressus templum humilis, & poenitens, & sic cuncta obtinet, quæ vult. Refert Damascenus in historia Iosaphat. Vidisse eū coronas duas optimas, & æquales, au disseq; hæc corona seruata est Iosaphat, hæc Abenire eius parēti, qui recens ad Deū conuersus fuerat. Et dixit Iosaphat, paruo tempore pater æquale meæ coronā meruit. Et ei responsum est, quid ad te. Scito, humilitatē, ac poenitentia paruo tempore multa apud Deum mereri. A longe orat, sicut Magdalena ad pedes Christi iacet, Phariseus in mensa sedet. Ita & nunc se habent Publicanus, & phariseus. Sed Christus Dñs manus commutat, velut alter Iacob, & Magdalena nō Publicanū laudat. Quod lógicus recedis à Deo per tui ipsius cognitionē, eo Deus magis ad te accedit. An non sic Petro accidit, dicenti, exi à me Dñe, quia homo peccator sum, & Christ⁹ ait, noli timere, ex hoc eris homines capiens? An nō sic & Ioā. accidit dicenti. Nō sum dignus soluere corrigiā calceamenti eius, & Christus ad eum accedit, vt baptizetur. Id ipsum Publicano accidit, à longe orat, & Deus ei appropinquat. Miram cōmutationem humilitas facit, peccata enim Publicani translata quodammodo sunt in Phariseum, & Pharisei iustitia in Publicanum.

Luc. 7.

Luc. 5.

Ioan. 1.

Hiere. 3.

2. Reg. 2.

Nō audebat oculos in cælū leuare. Præ verecundia. Ne atidiat illud Hieremie; frons meretricis facta est tibi, noluisse erubescere. Agnoscit peccatū philosophus, quia lumine naturali videt illius turpitudinē. Sed agnoscit fidelis lumine diuino illustratus, quō videt, in Deū se peccasse, & grauissime deliquisse, & inde verecundia oritur, qua ad Deum faciē leuare erubescit. Cō Azazel insequeretur Abner, dixit ad eū Abner. Recede, & nō illi, me se qui, nō

A qui, ne cōpellar cōfodere te in terram, & leuare non potero faciem meā ad Ioab fratrem tuum. Si ille aspicere hominem verebatur, cuius fratrem se insequentem in bello occidisset, quo pacto ad cælestem patrem oculos leuabit is, qui eius filium toties crucifixit?

Deinde percutit cor suū. Naturaliter manus mouetur ad locū, in quo dolor est. Si manū cordi admouet, ibi dolore premit. Hinc Ioel. scindite corda vestra. Nā arbor, quæ radicit⁹ euellitur terrā, in qua hērebat, deijcit. Ita si à corde tuo radicitus peccatū euellis, terrā cordis commotā, scissam, & afflictā relinques. An nō hoc est illud Psal. cōmouisti terrā, & conturbasti eā, sana cōtritiones eius, quia cōmota est? Ad hoc vero Christum Dominum venisse, ipse testatur, dicens, Spiritus Domini super me, eo quod vnixerit me, &c. vt mederet contritis corde.

Ioel. 2.

Psal. 59.

Esa. 61.

Luc. 4.

B Orat vero, Deus propitius esto mihi peccatori. Dulcissimum Deo est, si te peccatorē dicas, eum vero misericordem, & peccatorū remissorē. Licet iratus valde Deus sit, cū hæc pleno corde te orantē videt, propitius erit. Sic nos orare Moyfes docuit, qui iratum Deū vidit propter vituli adorationem, & ait. Misertor Dominus, patiens, & multum misericors, faciens misericordiam in millia.

Exod. 32.

Sed audi orationis effectū. Descēdit hic iustificatus. Id est, fact⁹ Dei fili⁹ ex dæmonis mācipio, homo cælestis ex terreno, ex carnali spiritualis. Mir⁹ profecto artifex De⁹ est, qui nō ex auro, aut argēto vas cōficit pretiosum, sed ex scoria. Per Ezech. ait. Vera est mihi domus Israel in scoriā. Et Esa. ait. Argētū tuū versum est in scoriā. Sed ex hac scoria pretiosum vas conficit in gloriā suam, quando vbi abundauit delictum, superabundauit, & gratia, vt Paulus ait. Qua in re mirabilis Dei gratia agnoscitur. Et hac ratione graues iustorum casus, & scelera maxima permittere solet, vt & ipsi magis in humilitate radicētur, & proficiāt, ac à superbia longe sint, & vt eius gratia illustrior reddatur in eorū curatione. Sic permissus est Dauid cadere, vt postea surgens diceret. Afflictus sum, & humiliatus sum nimis. Et iterum. Bonū mihi, quia humil iasti me. Sic Petrus, sic & Paulus, vt postquam in cælū raptus sit, dicat. Ego sum minimus Apostolorū qui nō sum dignus vocari Apostolus, quia persecutus sum Ecclesiam Dei.

Ezech. 22.

Esa. 1.

Rom. 5.

Psal. 37.

Psal. 118.

1. Cor. 15.

Simile.

Dei. Quia in re quantum sit malum peccatum superbiae ostenditur. A
Sicut enim ut grauissimam infirmitatem medicus curet, cum prauum
humorem vincere nequit medicamine, illum deflectit in aliam corpo-
ris partem, licet nocumeto sit, ut maius vitetur malum. Et sicut ab-
cindi membra solent, ut vita salua sit, ita in alia grauiora peccata
dere iusti permittuntur, ne eis superbia dominetur. Grauis-
simum ergo peccatum superbia est. De quo proinde Psaltes ait,
Glossa. Emundabor a delicto maximo, ubi glossa, id est, superbia: Vitale
est superbis cadere, ut minori malo maximum vitent, ideo di-
xit Dauid. Bonum mihi, quia humiliasti me.

Psal. 118.

Deum in his verbis, *descendit hic iustificatus*, Dei ingenium
attendendum est. Nihil nouit Deus auferre, nisi illud, vel quid me-
lius donet, quia sine poenitentia sunt dona Dei. Si patriam abstulit B
Abraham, meliorem concedit hereditatem. Si domum patris tollit, se ip-
sum prebet in mercedem, dicens. Ego ero merces tua magna nimis.

*Rom. 21.**Gene. 15.*

Si vero is, a quo res auferitur, idoneus non est, ut recipiat, alium
hominem Deus parat, cui conferat, quod ab eo abstulit. Hinc ait,
Auferetur a vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus
eius. Et iterum ait. Nuptiae quidem paratae sunt, & qui vocati sunt
non fuerunt digni, ite ad exitus viarum, & quoscunque inueni-
ritis vocate ad nuptias. Si abstulit regnum a Saul, parauit Dauid,
cui illud contulit. Et ait. Prouidi mihi regem de filiis Isai.
Prouidet sibi Deus homines, in quos dona effundat, quae ab in-
dignis tollit. Deceuit Deus auferre a facie sua Heli, nutrita
pueritia Samuelem, quem sacerdotem constituit. Ideo Iob ait, C

*Matt. 21.**Matt. 22.**I. Reg. 16.**Iob. 34.*

Qui conterit multos, & innumerabiles, & stare facit alios pro-
cis. Processit in templum Phariseus ornatus forsan Dei gra-
tia, quam amisit superba oratione. Sed Publicanus eam acci-
pit, quia nescit Deus auferre, nisi ut donet. Miser profecto Pha-
riseus est, qui gratiam, & bona opera amittit. Felix Publicanus
qui ea recipit. In quo illud impletur, quod dicitur. Habenti da-
bitur, & abundabit, ei autem qui non habet, & quod habet, au-
feretur ab eo. Opera enim illa, quae superbus habebat, quia ea
operabatur, auferantur ab eo, & humili dabuntur, ut illa exe-
quatur.

Apoc. 3.

Ex his, quae diximus illud reliquum est. Quod nos Ioan. monet.
Tene, quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. Si enim super-
bieris,

A bieris, & inobediens Deo fueris, ut Vasthi regina Assuero, non
deerit Hester, quae in eius succedat locum. Ideo ait Christus
Dominus. Multi ab oriente, & occidente venient, & recumbent
cum Abraham, Isaac, & Jacob, filij autem regni eijcientur foras
Et Ioannes. Facite fructus dignos poenitentiae, &c. Potens est
enim Deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham. Non enim
est Deus ut homo, qui hoc ministro sic indiget, ut similem in-
uenire non possit, de lapidibus ministros suscitabit, qui vocat
ea, quae non sunt, tanquam ea, quae sunt, &c.

*Hester. 1.
Matt. 8.**Matt. 3.*

B Dominica Vndecima Post Pentecosten.

Them. Bene omnia fecit, & surdos fecit
audire, & mutos loqui. Marci. 7.



C IS, verbis Christus Dominus Deus ostenditur, Dei
enim proprium est, ac nativum, bene omnia face-
re. Vnde Sapiens ait. Opera Domini vniuersa bona
valde. De homine vero Eccle. ait. Non est homo
iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet. De
inde ostenditur Christus Deus quia surdos fa-
cit audire, & mutos loqui. Opus enim Dei est auris audire,
Hinc Sapiens. Oculum videntem, & aurem audientem Domi-
nus fecit utriusque. Ut enim verba eius interiori auri audiamus,
ipse praeparat. Ipse etiam linguam donat mutis. Hinc Sapiens. Sa-
pientia aperuit os mutorum, & linguas infantium fecit difertas.
Pretiosa quidem lingua est, si diuinam scientiam loquitur. Vnde
de Sapiens. Est aurum, & multitudo gemmarum, vas autem pretio-
sum labia scientiae. Vos nunc aure indigetis, ego lingua, petamus
haec ab eo, qui omnia benefecit, surdos fecit audire, & mutos
loqui. Petamus vero per Mariam, &c.

*Ecclesi. 30.
Eccle. 7.**Prou. 20.**Sap. 10.**Prou. 20.*

Propositur nobis hodie mutus, & surdus, Christi Domini con-
tactu,

reque sinitati redditus. Mutus vero & surdus in bonâ, & in malâ partē in diuina scriptura accipi solēt. Attēde mutū, & surdum optimum, Deoq; charissimum, Pſal. dicentē. Ego autem tāquā surdus nō audiebam, & sicut mutus nō aperiens os suum. Et factus sum sicut homo non audiens, & nō habēs in ore suo redargutiones. Cū inimicorum cōiuitia dissimulabat, cum malū pro malo nō reddebat, cū iniurias Semei humiliter tolerabat, tūc quasi surdus, ac mutus erat. Similis Dauidi aliquādo Saul fuit, cū paulū esset in oculis suis, tūc enim, vt scriptura ait, despererāt eū viri Belial, ille vero dissimulabat se audire. Similis etiā mutus Iob fuit, qui ait. Nō ne dissimulaui nōne quieui, nonne filij, & venit super me indignatio? Mutus profectō Iob fuit in tribulatione sua, cū nihil stultū contra Deū locutus fuit, sed nec aduersus proximos. Hinc etiam Pſal. ait. Dixi, custodiā vias meas, vt non delinquam in lingua meā, posui ori meo custodiā, cum cōsisteret peccator aduersum me, obmutui, & humiliatus sum.

Præclarum, & illustre exēplum hac in re nobis de defunctis sanctis, quos enumerauimus, & reliqui omnes. Præcipue tamē Christus Dominus, qui Pilato non respondit verbum, ita vt miraretur præses vehementer. Nec contra crudelissimos inimicos in passione sua os aperuit, sed vt ait Esā. quasi agnus coram tādente se obmutescet, & non aperiet os suam. Quo docemur, cum iniuriā lacesiti fuerimus, si interius tanquā homines cōmouemur, exterius tamen linguā frenemus, ne procedat in verba malitię. Lingua sicut alia mēbra exteriora despotice, & seruiliter voluntati nostrę parent, nec ei resistere valent. Interior vero appetitus non despotice, sed ciuilitate, & politice obedit, vnde nō ita facile à ratione cohiberi potest, vt lingua. Si ergo appetitus non quiescit, si interiora tua commota sunt, quia voluntati non ita facile parent, linguam, quę reniti nō potest, tene, & liga, & mutum optimum, Deoque charissimum te præstabis. Et hoc significat illud, quod cū Noe factum à Domino, scriptura testatur. Inclusit (ait) eum Dominus de foris, cum ingressus est arcam. Cumque diluuij inundare cęperunt, nō habebat ille deintus se in os se clauderet, inclusit eum Dñs de foris. Si intus perfectus a virtute præditus esses, de intus facile clauderes ianuā cordis. Tuac enim exultares in passione, caneres in tribulatione, sicut nos face-

Pſal. 37.

1. Reg. 10.

Iob. 3.

Pſal. 38.

Mat. 27.

Eſa. 53.

Gen. 8.

A nos facere monet Iacobus. Omne gaudium existimate fratres cum in varias tentationes inciderris. Tunc diceres cum Paulo. Non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus. Sed si excellenti hac virtute præditus nō es, si appetitum omnino si gnare non potes, voluntatem illesam conserua, & linguam ligam, sic enim de foris clausus eris.

Gratissimam Deo silentium hoc est. Interrogauit Christū Dñm vir sanctus, quis ratione posset ei satisfacere pro immenso passionis beneficio. Et ille respōdit. Inimici mei me totum vincerunt, sed linguam ligare non potuerunt, hanc vero ego ligauit summa patientia, & mansuetudine. Tu ergo linguam tuam liga, cum mala passus fueris, & nihil stultam loquaris, & sic mihi satisfacies patienti pro te; pro modulo tuo.

Est præterea surdus, & mutus Deo placens, qui intentus celestibus ea, quę mūdi huius sunt, nō attendit. Sicut enim nimium intentus alicui rei nō attendit alia, ita qui nimium celestibus intendit, temporalia, & peritura nō attendit, efficiturq; ad ea surdus. Hinc nos Sapiens monet. In multis esto quasi inscius, en surdus. Hic etiam mutus est, quia linguam frenare nouit. Cum enim, vt Sapiēs ait, sit tēpus loquendi, & tēpus tacendi, qui iustus est, præstat illud, quod Sapiens ait. Sapiens tacebit vsq; ad tēpus, vt opportune loquatur, & sileat. Quod significat Pſal. dicēs. Pone Dñe custodiā ori meo, & ostium circūstatię labijs meis. In quibus verba Greg. 3. p. curę pastoralis, admonitione. 13. ait nō ponit

Cori suo parietem, sed os nostrū petit, quod videlicet aperitur & clauditur, vt os nostrū congruo tēpore vox aperiat & rursus congrua taciturnitas claudat. Humana mēs, aqbe morē, circumclusa ad superiora erigitur, quia illuc repētit, vnde descēdit, & relaxata deperit, quia se per infima inutiliter spargit. Vnde Sapiēs. Sicut vrbs patens, & absque muroꝝ ambitu, ita vir, qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum. Pſal. Vir linguosus non dirigitur in terra. Tremendum profectō verbum illud Christi est. De omni verbo otioso, quod locuti fuerint homines, reddent rationem in illa die.

In malam vero partem surdus, & mutus accipiuntur, quia sunt surdi, & muti, qui à dæmone facti sunt per peccatum suum. Surdus ille est, qui dei verba nō audit, sed induratus se peccatis suis. Mutus

Iaco. 3.

Rom. 5.

Ecclesi. 3.

Eccle. 3.

Eccle. 20.

Pſal. 140.

Greg.

Prone. 15.

Pſal. 136.

Matt. 12.

1. Reg. 2.

Mutus vero, qui peccata confiteri nō vult. Huiusmodi erāt filij Heli, de quibus dicitur. Et nō audierūt vocē patris sui, quia voluit Dñs, occidere eos. Quibus similes peccatores ij sunt, qui non solū peccauerunt, & à Deo recesserunt, sed & reuerti nolūt nec Deū audire. De quibus Iere. ait. Hęc dicit Dñs. Nunquid qui cadit, nō resurget? & qui auersus est, nō reuertetur? Quare ergo auersus est populus iste in Hierusalem auersionē contentiosa? Apprehenderunt mendacium, & noluerunt cōverti. Attendi, & auscultauī, nemo, quod bonū est loquitur, nullus est, qui agat pēnitentiā super peccato suo, dicens, quid feci? Omnes cōuersi sunt ad cursum suū, quasi equus impetu vadens ad prælium. Miris verbis propheta describit indurati hominis peccatū. Siquis forte in limū cecidit, an nō surgit? an nō curat se mī dare? Si ergo in peccati lutum incidisti, si coinquinasti te, an nō surges? an non curabis emundari? Cur cōtentione auertes te à Deo? Sed quid est auersio contentiosa? Qui obfirmavit in peccato faciem suam, qui omnino à peccato nō recedere decreuit hic auersione cōtentionosa à Deo recedit, vulgo dicitur, ha toma do el pecar por tema. Similes equis effrenibus, qui cursum suū cōficiunt, licet in præcipitium ruant, nihil enim aliud attendūt nisi cursum. Similes etiam equis in pugnam ruentibus, qui teneri nequeunt medio in cursu.

Psal. 57.

De eisdē peccatoribus loquitur Psa. Furor illis secundū similitudinē serpentis, sicut aspidis surdę, & obturatīs aures suas, quę non exaudit vocē incantantiū, & venefici incantātis sapiēter.

Incognitus.

Quę verba Enarrās Incognitus ait. Dicit magister de proprietatibus rerū libro vndecimo, quod Aspīs serpens, quādo præuidet incantatorem suis carminibus ipsam euocare de cauerna volētē, & sibi soporē immittere, vt arripiat carbunculū, quę gerit in frōte, ille molēs exire, aurem vnā ponit in terra fixam, & alterā; cauda obthurat, ne voces magicas audiat. Ita ergo indurati homines aures suas claudūt, ne Dei vocē audiāt, qui eos ex cauernis, & latebris peccatorū educere vult, & facere, vt venenū deponāt ac māsuecāt, sed surdi fiunt vocibus Dei, & hominū. Huiusmodi illi erāt de quibus Lucas. Cōtinuerūt aures suas, & impetū fecerunt in eū. Nolebāt audire verba Stephani, qui eos sapiēter incantabat, vt veneno deposito māsuecerēt. De his enī loquitur

Esaias

A Esaias. Quis cæcus, nisi seruus meus, & surdus nisi ad quem nūcios misi? Qui vides multa, nonne custodies? qui apertas habes aures, nō ne audies? & Dñs voluit, vt sanctificaret eum, & extolleret, ipse autē directus, & vastatus. Quis est in vobis, qui audiat hoc, attēdat, & auscultet futura? De his idē propheta indignās ait. Educ foras populum cæcum, & oculos habet, surdū, & aures ei sunt. Ecce ergo hominē, quē demō surdū, & mutū reddidit, quia Dei voces nō audit, & verba cōfessionis nō profert, licet De⁹ sæpe eū tetigerit, durus perseuerat. Bis silicē percussit Moyses, & largissimas aquas eduxit. Cor vero tuum posuisti vt adamātē, cū millies illud Deus tetigerit, nec tamē mutauerit.

B Ais vero. Ego duro sum corde, est ne mihi medicina? Est certe in Christo Dño. Excellēs gratia, singulare auxiliū necessariū est ei, qui duro corde est, hoc vero à Christo dat. Vnde Esaias Christi aduentu in mundum exposito, subiungit. Audient in die illa surdi verba libri, & de tenebris, & caligine oculi cæcorum videbunt. Hęc excellens gratia aliquando in lege dabatur. Sicut Manasse datam legimus, sed raro concedebatur. Sed in lege gratiæ sæpe cōceditur, & ideo de hoc tēpore propheta ait. Auserā à vobis cor lapideū, & dabo cor carneū. In hui⁹ vero hominis curatione videbim⁹, quo pacto hęc gratiā assequemur.

C Venit Iesus inter medios fines Decapoleos. Regio illa nuncupatur Decapolis à decem præcipuis vrbibus. Quę vero illę fuerint, nō est à deo certum apud authores. Plinius enim quasdam enumerat, Hieronymus alias. Brocardus in descriptione terræ sanctæ alias. Alij eas locant trans Iordanē. Alij citra Iordanem. Alij vtrinq; esse dicunt. & adducunt ei surdū, & mutū. Præclarū munus Christo Dño deferūt, & quod illi gratissimū est. Multi iusti nūc sunt, qui Deo munera offerāt, grata quidē, hic elemosynas præstat, ille ieiunat, ille plures orationes recitat, ille cilicio induit carnē suam. Sed pauci sunt, qui curent ad Christum peccatorem ducere, putāt enim, munus hoc solum ad sacerdotes pertinere, cum tamē vniciquę mandauerit Deus de proximo suo. Vis ergo munus Deo gratissimum offerre. Adduc ad eū surdū, & mutū, si aliquē peccatorem ad eum adduxeris, maximū ei mun⁹ obtulisti. Monet Israelitas Psal. afferte Domino filij Dei, afferte Dño filios arietū. Sed nūc afferte Domino, fi-

F f

lij Dei

lij Dei, afferte Domino filios hominum, qui etiā per filios arietum intelligi merito possunt, quasi propheta dicat. O filij Dei afferte vos ipsos Deo, vt hostiam viuente m̄, sanctam, Deo placentem. Curate etiā proximos ad Deum afferre, qui filij arietum sunt, quia filij patriarcharum, & Apostolorum, qui eos in Christo genuerūt. Attēdēda hac in re Pauli cura est, qui ait. Cū essem liber, omnium me seruum feci, vt omnes lucrificerem, & omnibus omnia factus sum, vt omnes facerē saluos. An putas, parum aliquid esse, si Deo adiutor fueris, in peccatoris conuersione? Ex opposito illud facile iudicabis. Grauisissimum scelus est, hominem à Deo auertere. Audi quid de filijs Heli scriptura dicat. Erat ergo peccatū puerorum grande nimis coram Domino, quia detrahebant homines à sacrificio Domini. Et quia blande eos pater Heli corripuit, sic in eum iratus est Deus, vt eū occiderit, & filios eius, & eos abstulerit à sanctuario suo in æternum. Summum, tremendumq; suppliciū, quod cum cōminaretur, dixit. Ecce verbum facio in Israel, quod qui audierit, tinnient ambę aures eius. Si solum impedimento esse ne sacrificium arietum, & hircorum Deo offeratur, sic De^o punit, qua ira mouebitur in eū, qui ab eius manib^{us} animā auferit? Arietē sibi sublatū dolet, & animā ereptā nō dolebit? Quomodo Ch̄so Dño restitues animā, quā ei furaris, cū eā in peccatum pertrahis? Si oculum pro oculo, dentē prodente, in lege præcipiebatur dari, ergo & animam pro anima, si ergo animam perdidisti, perdetur anima tua. Hinc Dei iusto iudicio cum his illud efficitur, vt misericordiam Dei quærentes, non inueniant. Sic Oseas ait. Ingregibus suis, & in armentis suis vadent ad quærendum Dñm, & non inuenient, ablati sunt ab eis, in Dominum præuaricati sunt, quia filios alienos genuerunt. Sed quid est filios alienos generare? Hieronymus ibi, ait. Filios genuerunt, quos ego nō agnosco meos. Hi sunt, quos cum essent in errore idolorū genuerūt, siue quos ducētes per ignē idolis cōsecrarūt sicut fecit Achaz, in super & filium suum consecrauit, transfrens per ignem secundū idola gentium. Et Eze. 16. Immolasti filios meos, & dedisti illos consecrans eis. Sed qui nam hoc præstant? Certe qui filium suū docēt vindictam exercere, alios cōtēnere, qui amicū in peccatū trahit, hic alienat à Deo filios. Qui ergo

1. Cor. 9.

1. Reg. 2.

Leui. 24.

Osea. 5.

Hierony.

4. Reg. 16.

Ezech. 16.

A ergo eiusmodi est, cum Deum quæserit, nō inueniat sibi quia ab alijs abstulit, & animam amittat, qui animam perdidit alteri? Tantum vero hoc peccatum coram Deo est, vt Heli dixerit, nō esse, qui pro eo oret. Si autem, ait, quis peccauerit in Dñm, quis orabit pro eo? Sicut ergo maximum piaculum est, homines à Deo auertere, ita maximum Deo obsequium præstatur, si animam peccatoris ei tradideris. Qui regi offert gemmam, cuius pretium ciuitas est, quam mercedem non recipiat? Cum Deo obtulisti animam, gemmam obtulisti, quam ille tanto in pretio habuit, vt sanguinem, & vitam pro ea libenter dederit, quam gratiam ab eo non recipies? Ad hoc Christus è cælo in terram venit, vt multos filios Deo adduceret, & sic patri suo regnum fecit, quod & patri tradidit, & tradet in fine mundi omnes electos. Ita tu pro virili cura animas plures ad Deum adducere, ad sacramenta, ad omne virtutis opus, & à peccatis abstrahere. Sic enim corrigens fratrem, lucraberis animā illius, & Deo offeres gratissimum munus, implebitque illud Ioannis. Qui audit, dicat veni.

Quia vero correctio tua satis non est, vt surdus hic, & mutus sanetur, nisi Christus Dñs manum suam admouerit. Ideo subdit euangelista, deprecabantur enim, vt imponat illi manum. Orā dum enim tibi est, vt Deus manum suam apponat huic operi, quia nemo potest corrigere, quem ipse despexerit, & mutatio ista dexteræ excelsi est. Sicut ergo cum Ioas sagittas mittit in Syriam, manū suam admouet propheta, & ponit super manus eius, sic enim facile Syriam superabit. Ita cum Dominus manum suam imposuerit, lucraberis fratrem tuum. De oratione vero, quam pro peccatore fundere debemus, vide inferius, dominica. 18.

Sed quid rogatus Christus Dñs facit? & apprehendens eum de turba seorsum. Educit hominem à turba, Basilii in regula, ait. Quando singulare beneficium alicui cōferre Deus vult, primū eum à mūdo, & hominū turba educit. Sic ad Abrahā ait. Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui. Sic eū Iacob, Moyle, & alijs factū est. Vnde per Oseam ait. Dūcā eā in solitudinem, & loquar ei ad cor. Vis d̄ homo à Christo sanari? Exi à malorum confortio, vitā communē, & vulgare

2. Reg. 2.

1. Cor. 15.

Apo. 22.

Eccle. 7.

4. Reg. 13.

Osea. 2.

ne teneas, per quam multi incedunt. In peccatis es totus? Venundatus es, vt facias malum? Si animæ tuæ salutem volueris, vita dissimilis priori tibi arripienda est, collige te, nec solum peccata manifesta tibi relinquenda sunt, se & illa omnia, quæ te in peccatum trahunt. Fuge prauorum hominum consortium, fuge ludos, & comestiones, ingredi per viam arctam, in qua pauci ambulant vt de te dici possit illud Sapientiæ. Dissimilis est alijs vita eius. Vita multorum, vita turbæ est, & via inferi, multi enim hanc viam tenent, in hac vita omnes pereunt. Et dux ipse Samariæ in turba positus conculcatur, & moritur. Ideo Baptista desertum petijt. Ideo plures religioni se addicunt. Vitam tuam compone, & sic ordina, vt viam arctam teneas, sacramenta frequenta, orationem cole, corpus castiga, sic enim à turba separatus eris, & implebis Pythagoræ consilium, qui aiebat. Per viam publicam ne incesseris. Si hoc non peregeris, animæ tuæ nunquam medeberis. Sed similis illis efficieris, qui valitudinarij cum sint, nunquam salutem assequuntur, quia hodie omnia quæ ad tuendam valetudinē pertinet, obseruat, cras verò, tanquã si sani essent, se habet, nec omnino attendere volut medelam infirmitatis. His vero similis efficieris, cū hodie ad sacramenta accedis, cras eū amicis ludis, & iocaris, vt prius, hodie oras, cras maledicis, hodie ædificas, cras destruis.

Sed expendendum verbum illud est. *Apprehendens eum de turba seorsum.* Quasi vi arripuit eum Christus, & traxit seorsum à turba, illud enim significat verbum illud, *apprehendens eum.* Nisi enim Dominus emiserit manū suam de alto, & te ad se traxerit, quasi vi quadã, nunquã turbam dimittes. Audi simile quid in Loth. De quo dicitur. Cūq; esset mane, cogebat eum Angeli dicentes. Surge, tolle vxorē tuam, & duas filias, quas habes, ne & tu pariter pereas in scelere ciuitatis. Dissimulante illo, apprehederunt manū eius, & manū vxoris, & duarū filiarū eius, eo quod parceret Dñs illi, eduxerūtq; eum, & posuerūt extra ciuitatē, & locuti sunt ad eū dicentes. Salua animā tuā, noli respicere post tergū, nec stes in omni circa regione, sed in monte saluū te fac, ne & tu simul pereas. Sicut Angeli cogebat Loth, ita Dominus quasi cogit, trahitq; ad se, vi quadã dulci, importunis precibus hominē. Sed dissimulat homo, ac detinet, & tūc

appre-

A apprehēdit Deus manu sua potenti, manum hominis, & eum potenter educit. Non quod voluntati vim inferat, quam pati non potest, sed quia efficaciter hominē impellit, & mouet, & extra ciuitatem, extra turbam eum educit. Hoc sponsæ contigisse ipsa commemorat dicens. Vox dilecti mei pulsantis, aperi mihi foror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea, quia caput meum plenum est rore, & tinciāni me i gutis noctiu. En importunas sponsi preces. Sed dissimulat sponsa, sicut Lot, dicens. Expoliam me tunica mea, quomodo induar illa? laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? Tūc dilectus emisit manum suam per foramen, & venter meus intremuit ad tactum eius, surrexi, vt aperirem dilecto meo. Apprehendunt Angeli manum Loth, & illum educunt è Sodomis. Manum suam mittit sponsus, & facit sponsam surgere, & apprehēdens Christus Dominus surdum, & mutum educit de turba, hæc omnia sibi concinunt. Manus enim omnipotentis apprehēdens hominem, eum facit à vita vulgi discedere, & viam arctā tenere. Hoc ipsum Augustino contigisse ipse in confessionibus memoriæ proditum reliquit. Importunis Deus precibus cor eius pulsauit, excusabat se ille, dilationes querebat, dicens, voca me, sed non modo, relinque me nunc, & tanquam coruus voces emittebat, dicens, cras cras. Sed tandem potentem manum suam Deus misit, & eripuit eum de aquis multis. Simile in conuersione maximi peccatoris quotidie vsu venire solet, cuius cor sepe Deus tangit precibus importunis, ille vero dissimulat, differtque, donec obstetricante manu eius eductus est coluber tortuosus, vt Iob ait, donec apprehendens eum Christus manu sua educit à turba. Ideo Deum ora cum Psal. Emitte manum tuam de alto, eripe me, & libera me de aquis multis.

Sed quid educto Loth de Sodomis Angeli dicant, audiat, qui de turba eductus est. Salua animam tuam, noli respicere post tergum, ne stes in omni circa regione, sed in mote saluum te fac. Ereptus es è faucibus demonis, quasi si eruat pastor de ore leonis duo crura, aut extremum auriculæ, è faucibus tartari emerfisti, eductus de turba es, à vulgi vita declinasti. Nunc ergo salua animam tuam, saluti animæ intende toto nisu. Noli respicere post tergum. Memento vxoris Loth. Noli in veterē,

Ff 3

conuer-

Sap. 2.

4. Reg. 7.

Pythag.

Simile.

Gen. 19.

Cant. 5.

Aug.

Iob. 26.

Psal. 143.

Luc. 17.

conuersationem redire, noli in *Aegyptum* reuerti, in montem *A* conscende, quæ sursum sunt, sapere cura, in alta, perfecta que virtutum fastigia pete, ubi securus eris à *Sodomæ* incendio, vitam negligentem fuge, & feruorem in *Dei* obsequio cura, vt habeas.

Sed audi quid amplius *Christus* peregerit. *Misit digitos sub in auriculas eius, & expuës tetigit linguam eius, & suspiciens in caelum ingemuit, & dixit illi epheta, quod est adaperire*. Merito inquiri potest, cur tot adhibitis circumstantijs hunc *Christus* sanauit. Respondet *Theophilactus*, vt ostenderet humanitatem à verbo assumptam instrumentum esse operum illius, & comunicata esse homini idiomata diuina, sicut *Deo* humana, factus *Deus* est: mortalis, passibilis, &c. Et vt ait *Concilium Ephesinum*, nihil putat *Deus* iniuriam, quod hominibus sit salutis occasio. Non sic nos habemus cum *Deo* nostro. Imò quod in se gloriosum est, quale est omne virtutis opus, tibi aliquando apparet vile & adiectum, cum oportet illud præstare, vt *Deo* obsequaris, & oculos hominum, & eorum conspectum fugis, vt illud perficias, erubescens *Christum* coram hominibus confiteri. Simili ratione humanitati comunicata sunt diuina idiomata; vt homo sit & dicatur *Deus*, infinitus, creator omnium, omnipotens. vt hæc ostēdat, media humanitate hodie hominē sanat. Olim manus non habebat *Deus*, & sine manibus verbo solo opera perficiebat sua. Modo etiā sine manibus opera perficere poterat, sed noluit, nisi media humanitate opera facere, vt eam honoret. Sicut olim *Assuerus* induit vestibis regijs hominē, quē honorare voluit, & dedit annulū in manu eius. Et cū *Ioseph* idem *Pharao* præstitit. Ita nunc pater omne iudicium dedit filio, vt omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem, quia humanitas vt vnita verbo adoratur adoratione latrig, sicut ipse *Deus*. Omnia ergo dedit ei pater in manus, & ideo manibus eius opera perficit vniuersa, quæ nostram salutem spectant. Hoc petebat *Psalm.* *Deus* iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis. Et da imperium tuum puero tuo. Sicut enim olim *Israel* dicebat. Non loquatur nobis *Dominus*, sed *Moyes*. Ita nos dicimus. *Negotia* nostra cum *Christo* homine tractare volumus, illi pater vniuersa committat, omnia det

Theophi.

Concili.
Ephesi.Hest. 5.
Gene. 41.
Ioann. 5.Psal. 71.
Psal. 85.
Exodo. 20.

ci

A ei in manus, vt ad ipsum accedamus. Et pater ait, ita fiat, vt vultis. Et filio rursū ait. Quod olim *Pharao* *Iosepho* dixit. Terra *Aegypti* in conspectu tuo est, in optimo loco fac habitare fratres tuos, omnia bona eis tribue pro arbitrio tuo. Vt ergo ostēdat, humanitati hæc omnia cōcessa esse, illa vt instrumento miracula perficit, vt nunc fecisse, *Marcus* ait.

Secundo vtitur tactu, salua, suspirio in cœlū, vt his supplet ea, quæ facere deberet infirmus, vt salutē cōsequeretur, qui tamen ea non præstabat, quia similis trunco, insensibilis erat. Qua in re veluti in exemplari nobis ostendit eximiū legis gratiæ priuilegium. Et illud est, quod sacramenta habet gratiā continentia, & quæ faciunt ex attrito cōtritum, supplentque defectus eorum, qui ad ea accedunt. Ita vt ea dispositione animi habita, si quis sine sacramento discederet è vita, in æternum damnaretur, suscepto vero sacramento saluatur, supplet sacramento quod deest, suscipienti. Hæc veritas licet semper fuerit in ecclesia recepta à sanctis, & doctoribus, præcipue vero nunc, postquam *Conciliū Tridentinū Sessio. 14. c. 4.* loquens de attritione ait. Et quanuis sine sacramento pœnitentiæ perfe ad iustificatiōnem perducere peccatorē nequeat, tamen eū ad *Dei* gratiā in sacramento pœnitentię impetrādā disponit. Et idē est de omni alio sacramento, facit enim ex attrito contritū, etiā *Eucharistia*, cū quis putat, se digne accedere, & insci' peccati est, quod forte admittit, si attritus accedat, fit contritus, & suscipit gratiam.

C Conueniēter vero legi gratiæ hoc priuilegiū cōcessum est, vt nūc supleret gratia, quod homini deerat. Duobus enim cōcurrentibus ad aliquod opus, si alterū est potentius, supplet socij imbecillitatē. Cum ergo sacramēta cōcurrant cū actibus hominis ad iustificatiōnem, vnum quodq; in suo genere, vis, quæ in lege gratiæ est in sacramētis maxima, supplet hominis infirmitatē. Qua ratione sacramenta medicinæ dicuntur, quia sicut medicina naturam iuuat, & eius supplet defectus, ita & sacramenta.

Ex quibus multa colligi possunt. Primum innumeros nunc fideles saluari, qui in lege naturæ, & scripta perirent in æternum. Puero enim in circūcisione gratia conferebatur.

Ff 4 Et vt

Gene. 47.

Conc. Trid.

Et vt aliqui affirmant doctores, si adultus eam suscipiebat, fiebat ex attrito contritus. Attamē, qui post susceptā circūcisionem peccabat mortaliter, sacramentum nullum habebat, quod fieret ex attrito contritus. Vnde sola contritio tunc illi remedium erat. Hęc vero difficile habetur. Non erat sacramentum, quod redderet hominem ex attrito contritū, licet plura essent pro peccatis sacrificia, & ideo per pauci iustificabantur. At vero nunc sacramenta suscepta hominum defectus suppleunt, ex quo fit, vt si decem homines saluandi essent sine sacramentis, decem millia nunc saluentur propter eximiam sacramentorū vim. Quę doctrina summę consolationis fidelibus est, nunc enim prior est nostra salus, quam cum credidimus, facilius operamur salutem nostram, facilius iustificamur. Si ergo anxius es, quia non enim maximum dolorem de peccatis habuisti, qui tibi opus erat, si propterea dubitas, an in gratia Dei sis, nunc iustificatus per gratiam Christi pacem habe ad Deum, quiesce, si enim sacramenta suscepisti, illa defectus tuos suppleuerunt, illa infirmitatem tuam iuauerunt. Auditui tuo datum est gaudium, & lætitia, vt exultent ossa humiliata, cū audisti, ego te absoluo, sacramentum suscepisti infirmi, quo leuatus ab infirmitate es, licet infirmus accesseris, licet mortuus, si tamē attritus accessisti, iustificatus es.

Psal. 50.

Secundo colligitur, non facile sacramenta infirmis esse neganda. Forte enim qui infirmatur, attritus est, & sacramento suscepto fiet contritus.

Tertio demum colligitur, frequentanda nobis hęc diuina sacramenta esse. Frequenter peccamus, & licet contritione reparari, ac saluti restitui peccator possit, non tamen contritio facile acquiritur, nec certus es, an feceris vniuersum, quod potes, conueniens tibi, & expediens valde est, si sacramentum suscipias, quo facile poteris peccata pellere, & oleum diuinę gratię suscipere, Zacharias ait. Vidi, & ecce candelabrum aureum totum, & lampas eius super caput ipsius, & septem lucernę eius super illud, & septem infusoria lucernis, quę erant super caput eius. Candelabrum hoc aureum, Ecclesia est, vt August. ait homil. 8. in Apoc. & Cyrillus idem asserit, & colligitur ex illo Apoc. Candelabra septem, septem Ecclesię sunt. Aureum

Zacha. 4.

*Aug.
Apoc. 1.
Cyril.*

A reum vero dicitur propter firmitatem, & perpetuitatem, & doctrinę veritatē integram. Lampas vero eius posita super caput ipsius, id est, in summo stipite, siue hastili, Christus Dominus est, à quo Ecclesia illuminatur, qui ideo lucerna dicitur super candelabrum posita. Septem vero lucernę, quę in hoc candelabro sunt multitudinem iustorum significant. De quibus Paulus ait. Inter quos lucetis sicut luminaria in mundo. Septem vero dicuntur, quia vsu scripturę multitudo septenario significari solet. Septem vero infusoria lucernis, septem vasa, ex quibus oleum suscipiunt, vt luceant, sunt septem sacramenta, quę cum gratiam contineant, merito vasa dicuntur. Recte vero adnotat Cyrillus, Lampadē supremā nō habere infusoria, sicut septē lucernas, filius enim Dei (inquit) verum lumen est, quod non mutuatur foris, sed ipse habet naturaliter, de cuius plenitudine nos omnes accepimus. Reliqui vero iusti infusorij indigent, sicut lampas, ne extinguantur, sacramentis egent, quibus lumē gratię conseruatur, & si amissum est, recuperatur. Inferius verō propheta dicit, ea aurea esse propter summū eorū pretiū, continent enim sanguinē, & gratiam Christi. Sicut ergo sæpe in lampadem ex infusorio vase oleum mittis, ita sæpe nobis opus est gratia, quam à sacramentis, accipere debemus, &c.

Mat. 5.

Philip. 2.

Cyril.

(.:)

Ff 5

Dominica

Dominica Duodecima post Pentecosten.

*The. Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis,
Ec. LUCÆ. 10.*



SI beati oculi, & aures discipulorum, quia paucis diebus viderunt, & audierunt Christum Dominum, cū adhuc imperfecti essent. An non iure Maria beatissima dicenda erit, quæ perfectissimo corde meruit filio suo frui ab instanti conceptionis vsque ad mortem? Fuit illa perpetua

*Andreas.
Creten.*

Christi assecla, vt Andreas Creten. dicit. Fuit terra optima, quæ vniuersa doctrinæ verba, & exempla Christi Dñi in corde optimo recondidit, & ex omnibus fructum retulit plusquam ceterisim, nec vllum fuit diuini seminis granum, quod in illa periret. Ideo de ea Lucas ait. Maria autem conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo. Vt vero nostri oculi, & aures beati dicantur, gratia nobis opus est, eam exoremus per Mariam.

Luc. 2.

Hodiernum euangelium misericordiam Dei plenum est, & insigne diuinæ in nos misericordiam dici potest. Agnoscere vero diuinam misericordiam, maxime nobis conducit, quia ea cognita, multum Deum cognoscimus, ac diligimus. Et hanc nobis præcipue manifestare voluit factus homo, quia illa proprietatis illius est, ad eius ingenium, mores, & natiuam conditionem pertinet. Et ideo qui misericordiam Dei nouit præcipua ratione Deum cognoscere dicitur. Nosti tu alicuius principis genus, potentiam, diuitias, non ideo diceris, eum intime agnoscere, illa enim communia sunt, & quæ omnes de eo norunt, licet cū eo familiariter nõ agant. Si vero nosti eius mores, ingenium, ac affectus animi tunc eum plene nosse, diceris. Id enim nisi domesticus eius sis, & ei familiaris, agnoscere

Simile.

non

A nõ potes. Ita licet vniuersa, quæ in Deo sunt, sint ipse Deus, eiusque; natiua, sed ad modum nostrum intelligendi, scientia, potentia, diuinitasque; Dei communia sunt, & quibus cognitis, non intime cognosci; Deus dicitur, illa enim exteris etiam manifesta fuerunt philosophis, scilicet, quibus virtus, & diuinitas Dei fuit nota. Et ideo Paulus illa vocat, quod notum est Dei, quod dicit, illis manifestum, sicut principis nobilitas, & potentia omnibus sunt nota. At diuina misericordia intimum Dei, & absconditum eius dicimus, quia ad Dei ingenium, & mores pertinet. Et ideo agnitionem diuinæ misericordiam magis intimam dicimus, & quæ fidelium propria est, qui domestici, & familiares Dei à Paulo dicuntur. Hanc vero infinitam Dei misericordiam philosophi vix attigerunt, & ex eis quidam diuinam

Rom. 1.

B

erga nos prouidentiam negauerunt, & reliqui omnes audientes diuinæ misericordiam viscera in nos, & eius opera, quibus illam ostendit homo factus, & mortem patiens, stultitiam putauerunt, non credentes, tantam Deo inesse posse misericordiam, vt talia pro homine ageret. Nos vero hæc credimus & agnoscimus Deum, cuius misericordiam infinitam confitemur.

Eph. 2.

C Proficua ergo nobis est diuinæ misericordiam cognitio. Primo, vt dictum est, quia ea cognita Deus intimè cognoscitur. Secundo, quonia charitatem accendit, diuina enim beneficia, quæ à misericordia procedunt, etiã saxea corda trahere possunt, & effera animata beneficijs trahuntur. Præcipue, cū tot sint beneficia, & à tanta persona profecta, & nullis exigentibus meritis. Tercio spe roborat, vt ad Deum accedamus plenum misericordiam. Sicut enim perspecto fonte indeficiente, confidenter sepe ad eum accedimus. Ita Dei misericordiam vberi agnita, ad eum accedimus secure. Præcipue hæc spe auget, nosse, tantam Dei misericordiam esse, vt in eum grauer peccet, qui ad alium, & nõ ad ipsum in necessitate accedit. Sicut offendere vir, si vxor necessaria ab alio peteret, & pater, si filius ab alio, quã ab ipso postularet vitæ necessaria. Quã vero id sit Deo odibile, diceret nunc optime Ochozias, si presens adesset, qui Dei misericordiam ignoras, ad Belzebub nuncios miseriam necessitate constitut, ad quos Elias, nuquid nõ erat Deus in Israël? Denique diuinæ misericordiam agnitione arcet à peccato; natura enim nobis institum est, non reddere malum pro malo.

*4. Reg. 1.
3. p. 1300*

Vnde

Hierc. 18. Vnde Ieremias. Nunquid redditur pro bono malū? Ea ratione prius quam leges contra peccatum Deus ferret, misericordijs præueniebat eos, quos à peccato cohibere volebat. Adæ legē imposuit, innumeris prius collatis beneficijs, Noe similiter certa quædam præcepit, misericordia arcæ prius collata. Abrahæ legem circuncisionis imposuit, multa prius promittens. Sic etiam antequam legem Israel daret, ab Aegypto liberat, manna, & aquam dedit. Ecclesiæ vero innumera contulit beneficia. Præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis, Psaltes ait.

Psal. 20.

Ad vniuersa igitur utilis est diuinæ misericordiæ cognitio. Sed vnde hanc ex euangelio cognoscemus? Certe vniuersum illud misericordiam eructat. Et primam, summamque Dei in nos misericordiam ostendit, cui nos gratos exhibeamus, dicēs, *Beati oculi, qui vident, quæ vos &c.* Quibus verbis ostendit, immensam mundo collatam misericordiam, cum Deus homo factus est, & in terris visus est, & cum hominibus cōuersatus est, vt Baruc ait. Beati profecto oculi, qui talia viderunt. Hinc eū Balaā dixisset. Orietur stella ex Iacob &c. quibus verbis Dei in terram aduentum significauit, addit. Heu quis victurus est, quando ista faciet Deus? & Malachias, de eadem re loquens ait. Ecce venit, dicit Dominus, & quis poterit cogitare diem aduentus eius, & quis stabit ad videndum eum? Quod vero hæc verba dicat desiderio Christum videndi, statim indicat propheta, adiungens. Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullo num, & sedebit conflans, & emundans argentum, & colabit filios Leui, & erūt Domino offerentes sacrificia in iustitia, &c.

Baruc. 3.

Num. 24.

Mala. 3.

Quibus verbis exprimit diuinæ gratiæ vim, homines purificantis, cuius desiderio scilicet, & aurea Messiæ sæcula videre cupiebant. Merito ergo Christus Dominus ait. *Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis.* Si enim regina Sabba ait. Beati viri tui, & beati serui tui, quia astāt coram te semper, & audiunt sapientiam tuam, multo potius dicere possumus beatos Christi discipulos, qui eum videbant, & audiebant. De Elia loquens Sapiēs ait. Beati sunt, qui te viderunt, & in amicitia tua decorati sunt. Sed beatiore multo discipuli, qui Christum viderunt, & amici ab eo appellati sunt, qui plusquam Salomon, & Elias fuit, hic enim

3. Reg. 7. w

Eccle. 48.

A enim Dominus, illi famuli fuerunt. Viderunt quidem pharisæi Christū, sed solū oculis carnis, ideo beati non dicuntur. Videmus, nos nō oculis carnis, sed mētis, & beati à Christo dicimur, beati, ait, qui nō viderūt, & crediderūt. Viderūt vero discipuli oculis corporis, & anime, & in amicitia ei⁹ decorati sunt, & ideo omnino beati appellantur. Nō quidem beatitudine patriæ, beatitudine tamen illi persimili, & quæ omne mundi gaudium longe superabat, dum cum homine omnium speciosissimo cōuersabantur, eius diuina verba audiebant, eius facta, & miracula videbant, quique eis erat pater, mater, sponsus, frater, medicus, doctor, & denique omnia. Vnde cum eis diceret Christus, nunquid & vos vultis abire? respondit Petrus, quo ibimus, verba vitæ æternæ habes. Cum eo denique homine **B** erant, quem certo nouerant esse Deum, & quotidie miraculis experiebantur.

Ioan. 20.

Ioan. 6.

Sed forsā dices, beati quidem Christi discipuli, qui talem suscipere misericordiam. Sed ad nos quid hæc spectant, qui eū non vidimus? Multum per omnem modum. Non solum enim videmus Christum Dominū oculis mentis, vt prophetæ priores, sed & oculis corporis quodammodo eum in eucharistiā videmus, & lege gratiæ fruimur, in qua gratia abundat, de qua proinde innumera bona à prophetis dicta fuerunt. Beati profecto oculi, qui vident Christum Dominum in diuinissimo Eucharistiæ sacramento. Si coram arca lusit Dauid, quomodo coram Eucharistiā saltaret? Beati oculi, qui vident sacramenta plena gratia, ad quæ accedis sine gratia, & ea tibi conceditur ex opere operato. Beati oculi, qui eam gratiæ abundantiam vident, vt sint ei praua in directā, & aspera in vias planas, vt licet innumeris sisoneratus peccatis, facile tibi remittatur, licet passionibus vehementibus, & habitibus prauis irretitus, facile ea superare valeas propter diuinæ gratiæ abundantiam. Beatę aures, quæ audiūt verba, & doctrinam à Christo Domino traditam. Certe multi reges, & prophetæ desiderauerunt videre, quæ videtis, & non vident, & audire, quæ auditis, & non audierunt. Vis hoc oculis tuis subijciam? Arteride Patriarcharum desiderium, vt eorum corpora humarentur in terra illa visionis, in qua Deus homo videndus erat, super hac re Abraham adiurauit, & præcepit Isaac,

2. Reg. 6.

Gene. 49.

Gene. 50.

Iacob

Iacob Ioseph, Ioseph filijs, dicēs, Deus visitabit vos, asportate a
 sa mea vobiscū. Sed quid refert, ò Patriarchæ vthic, vel illic cor
 pus sepeliatur? Dicerent ipsi, multum certe, quoniam in eam
 terram Deus descendet homo factus, & cum eum videre non
 possimus, saltem eo in loco sint corpora nostra, vbi ipse futu
 rus est, aliquando enim ipse super ea transibit, & in loco sepul
 chri nostri ponet pedes suos, & adorandus locus ille est, & mag
 no in pretio habendus, in quo steterunt pedes eius. Fælix pro
 fectò fratres fors nostra est, non solum sumus in loco, vbi ste
 terunt pedes eius, sed os nostrū adhibemus vulneribus Christi,
 quando eucharistiā percipimus. Sepulchrum illius, quo ipse in
 cluditur, nos sumus, eum manibus, & ore tenemus, ad eum in
 omni necessitate accedere possumus, quia præsens nobis est in
 eucharistia, nõ secundū diuinitatē solum, sed secundū humani
 tatem. Deinde his verbis Christus Dñs beatitudinē discipulo
 rū cõmendat, quia plura misteria regni Dei agnouerūt quā an
 tiqui patres, & hoc significat dicēs, *beati oculi.* &c. Oculi, scilicet,
 mētis, & beatę aures illę, quę tot audierūt mysteria, vt eis iu
 re diceretur, iā nõ dicā vos seruos, sed amicos, quia omnia, quę
 audiui à patre meo, nota feci vobis. Dei enim cognitio in Eccle
 sia creuit tēporis successu. Ideo similis dicitur à *sponsa aurora,*
 lunę, & soli. Quę est ista, quę progreditur, quasi aurora cõ
 surgens, pulchra vt luna electa vt sol? Aurora prima minus lucis
 habet quā luna, & luna quā sol. Multa quidem reuelauit Deus
 Abrahę, sed plura Moyfi, cui ait, ego sum Deus Abrahę, Deus
 Isaac, Deus Iacob, & nomē meū Adonai non indicaui eis. Quo
 loco significatur, aliquid de Deo reuelatū fuisse Moyfi super
 antiquos patres. Post Moysen vero Dei notitia maior fuit. Vnde
 Psaltes ait Super senes intellexi. Et iterum. Incerta, & occul
 ta sapientiæ tuę manifestaui mihi. Sed Christo in mundum ve
 niente sol apparuit, & ideo clarior, & sapientior Ecclesia reddi
 ta est, & electa vt sol, & beati Apostoli dicuntur, quia diuino
 rum cognitio abundantior in eis fuit. Vnde Paulus. Secundū gra
 tiā Dei, quę super abūdauit in nobis in omni sapiētia, & prudē
 tia. Huius vero beatitudinis pars magna ad nos pertinet, qui
 Dei mysteria maxima cognoscimus. De lege etenim gratia
 scriptum est; Non docebit vir ultra proximū suū dicēs, cognos
 ce Deo

Psal. 131.

Ioan. 15.

Cant. 6.

Exo. 3.

Psal. 118.

Psal. 5.

Ephē. 1.

Ephē. 11.

A cē Dñm, quia omnes cognoscent me à maiore vsq; ad minimū
 quia repleta est terra sciētia Dñi, sicut aquę maris operientis.
 Demū ex his verbis colligitur, quam, sint Deo minima, quę
 mūdo eminere videntur. Ecce prætulit Deus regibus, & patriar
 chis pauperes piscatores, & eis mysteria reuelauit, & se ipsū ostē
 dit, cum illis hæc concessa nõ fuerint. Hinc Paulus. Ignobilia
 mūdi, & cõtemptibilia elegit Deus, & ea, quę nõ sunt, vt ea quę
 sunt destrueret, vt non gloriatur omnis caro in conspectu ei.
 Nõ ergo gloriatur sapiēs in sapientia sua, nec fortis in fortitudi
 ne sua nec diues in diuitijs suis, hæc enim omnia corā Deo ni
 hil sunt. Vnū magnū corā Deo est, virtus, scilicet. Quid obsecro
 nobilius, aut excelsius esse potest, quā Dei filiū, & Deū esse? Sed
 hoc nihil corā Deo est, si recta opera nõ præstiteris, audi Psaltes
 id asserentē, ego dixi. *Dij estis, & filij excelsi omnes, vos autē si*
B eut homines moriemini, & sicut vnus de principibus cadetis,
 quasi dicat, licet *Dij sitis, & filij Dei, si tamē quasi homines vi*
 xeritis, quasi homines moriemini, & quasi vnus ex angelis prauis
 cadetis. Sed vis mirabilius aliquid audire? Magnū quidē est,
 esse Deū, & Dei filiū adoptione, at summum, & maximū est,
 esse Dei filium naturalē, cuiusmodi solus Christus est, & tamen
 non vult Dei filius haberi, ac reputari, nisi opera patris fecerit.
 Vnde ait. Si non facio opera patris mei, nolite credere mi
 hi. Si naturalis Dei filius credendus non est Dei filius, ni
 si ex operibus, quid tibi proderit, te dicere Dei filiū, si Dei ope
 ra nõ perficis? Quanto minus proderunt, diuitiæ, honores prin
 cipatus. Non hæc corā Deo te commēdant, sed virtus. Ideo ip
 se pauperes, & ignobiles elegit, vt nihil, præter virtutē Deo pla
 cere noueris. Cura ergo, vt iustus sis, vt Deo placeas.
 Vidimus priorem Dei misericordiam, dum homo factus cõ
 uersari cum hominibus voluit. Iam secundam cõsideremus, &
 ea est, quod summa amicitia voluerit hominibus copulari, &
 ideo eis præceptū dilectionis imposuit. Ait ergo Lucas. *Et ecce*
quidam legis peritus surrexit, tentans eū, & dicens, magister quid
faciendo vitam æternam possidebo? at ille dixit ad eū, in lege quid
scriptum est? quomodo legis? ille respondens dixit, diliges Dominum
Deū tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus
viribus tuis, & proximum tuum sicut te ipsum.

1. Cor. 1.

Psal. 81.

Ioan. 10.

Recte

Recte interrogat, quid faciendo. Non ait, quid cogitando, non enim cogitatio bona satis est. Multæ solent esse cogitationes bonæ in corde peccatoris, quib⁹ eum daemon deludit, promittitque in posterum bona, cogitat enim peccator, post anⁿⁱ restitutam hoc, vel illud, post annum penitentiam agam, in senectute vitam studiosam colam, cum nupsero castus ero. Sed quid illi profunt hæ cogitationes, vel inefficacia desideria, quæ in opus non procedunt? certe nihil. Telas aranæ texuerunt, quas auferet ventus. Nec vero interrogat, quid loquendo, vitam æternam possidebo? Multi nanque recte loquuntur, sed non est regnum Dei in sermone, sed in opere, & virtute. Ideo ait, *quid faciendo*. Quia nõ, qui dicit mihi, Domine, Domine, sed qui facit voluntatem patris mei, ipse intrabit in regnũ celorũ. Sed audi Christi Dñi mirã sapientiã, ait enim, *in lege quid scriptũ est, quo modo legis*. Quasi dicat. Dic tu mihi, quæ nosti, sapientiamque & bonum, & malum quisque in sua conscientia legit, & si interroget conscientiam suam, ipsa bonum, ac malum ostendit. Multi de iniustis contractibus doctores interrogant, qui adeo iniusti sunt, vt si conscientiam suam consulant, facile deprehendant eorum iniustitiam, & si veritatem, fateri voluerint, ipsi in se ipsos sententiam ferunt. Hinc Paulus. Cum enim gētes, quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ legis sunt faciunt, eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis cōscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantiũ, aut etiam defendentium. Hinc seruo nequæ Dominus ait. Ex ore tuo te iudico. Ne ergo surdus sis conscientie tuæ vocibus: illa enim de multis te docebit. Multa vero à doctoribus interroganda, manifestum est.

Audi, quid legis peritus in conscientia sua leggerit, *diliges Dominum Deum tuũ &c.* Nullibi profectio quiescit dilectio nisi in Deo, qui amoris est centrum, & quidquid dilexerimus, aliquid Dei diligimus, & licet dilectio sit mala, in aliquã Dei participatione ducit. De qua re mire Plato, & eius Glossa in conuiuio amoris, ubi ait. Sicut vniuersa elemēta obscura sunt, nec per se visibilia, lux tamen solis in vniuersa sparsa, ea reddit visibilia, ita vt in omni visibili lux appareat, & videatur. Ita omnis crea-

tura

Atura ex se nihil est, difformis est, nec amore digna, hulla enim pulchritudine decoratur. Sed Dei infinita pulchritudo radios pulchritudinis ex se emittit, quib⁹ decoras facit vniuersas creaturas, pulchras, & amore dignas. Sicut ergo in terra vides radiũ solis, qui non terræ, sed solis est, ita omnis creaturæ perfectio, & decor à Deo est; nõ ab ipsa creatura, cūque illam diligis, Dei radium, ac participatione diligis, diuinum enim quid vides, in re dilecta. Hinc fit, vt diserte, & abundanter quisque loquatur de re dilecta, quoniam radio diuinitatis illustratus est. Hinc etiam fit, vt, commutari, & conuerti in rem dilectam velit, qui diligit. Quid mirum si humanum in diuinum transferri velit. Hinc vero colligitur tunc cor perfecte diligere, cum Deũ diligit, cum enim reliqua diligit, solum Dei radium videt, ac diligit, cordis vero, ac amoris centrum Deus est, qui super omnia diligendus est. Vnde tandem concludit Plato, sicut summũ visibile sol est, & tunc oculus perfecte videt, cum solem ipsum intuetur, qui se ipso visibilis est, & reliqua visibilia reddit. Ita cum amor ab omni re creata abstrahitur, & reliqua omnia oblitus, homo in Deum fertur, tunc perfectus amor est & homo amator consummatus, hunc vero dilectionis modũ, ait Plato, didicisse se à Diotima fatidica.

Sed intendendum nobis est, quomodo Deum diligere à nobis oporteat. *Ex toto corde*, ait. En omnium radicem, non linguæ dilectio satis est. Fratres, non diligamus verbo, & lingua, sed opere, & veritate. Nec operis dilectio satis est, nisi à corde procedat. Hinc Paulus. Si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperũ, si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatẽ autẽ non habuero, nihil sum. Cordis vero figura ordinẽ dilectionis ostendit secundum D. Tho. est enim superius latũ, inferius acutũ, quoniã ad cælestia dilatandus affectus est. Vnde Esaias, tunc videbis, & afflues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum. Inferiora vero quasi in puncto tangere debet, solis necessarii contentum. Licet ergo alijs occupationibus, ac negotijs inferuire cogaris, præcipuum tamen negotium tuum sit Dei dilectio, & obsequium. Hoc cæteris emineat, ac superaret, sicut oleum, in corde tuo. Sicut solet alicui hominum negotium esse grauissimum, cui totis intendit viribus, quia illud

Gg

perfi-

1. Cor. 4.
Mat. 7.

Rom. 2.

Mat. 18.

Plato.

1. Ioan. 3.
1. Cor. 13.D. Th. opus
cul. de amo
Esa. 60.

perficere ex voto, maximi interest, si vero alia occurrant negotia, ea quidem agit, sed cursim, & quasi per transfennā, nec villo modo præcipuo negotio deest. Italicet pluribus intendas, tamen Dei amori ex toto corde, quia hoc negotium infinitum tibi est, ex quo æterna vita pendet. De quo Paulus ait. *1. Thessa. 4.* Obsecro fratres, vt vestrū negotium agatis. Quod est primum negotium tuum ò homo? quod est præcipuum, quod in corde versatur tuo? Si dicas, vt substantiam, aut honores acquiram, dicam tibi, hæc ex toto dilexisti corde, non viues in æternum. Si vero dixeris, negotium meum est, quo modo Deum diligam, quomodo ei placeam, ex toto corde Deum dilexisti.

D. Tho. in opus. de amore.

Deut. 30.

Addit verò. *Ex tota anima tua.* Duplex, (ait Diuus Thomas) est hominis vita, naturalis, quam viuit per animam, super naturalis, quam viuit anima per Deum, qui dat animæ vitam, sicut ipsa corpori. Ideo Moyse ait, quoniam ipse est vita tua. Sicut ergo corpus vniuersum disponitur, vt suscipiat animam, ita anima tota disponi debet, vt suscipiat Deum. Sicut corpus amittens animam, amittit vitam irrecuperabiliter, ita anima amittens Deum eum irrecuperabiliter amittit, quantum in se est. Et sicut mirabile est, animam ad corpus redire, à quo semel abiecta est, ita mirabilius est, licet frequentius accidat, animam Deum recuperare, quem peccato amisit, hæc *D. Tho.*

Addit tandem, *ex omnibus viribus tuis.* Id est omni tua potentia, spiritali, & corporea, ita vt intellectus Deum que- rat, & huc intendat omnis illius astutia, & curiositas, eum cogitet, & contempletur, Memoria etiã illū teneat, vt dicat. *Memoria memor ero tui, & Memoriam abundantię suauitatis tuę eructabunt.* Ideo sapiens ait. Ne obliuiscaris amici tui in animo tuo. Deinde vires sensitiuę Deo obsequantur. Cum enim sensus sint propter intellectum, vt Aristoteles ait, in his versari debent, quę intellectui, & volūtati inferuiunt. Vnde *Arist. Meth.* ait, quędā non videre melius est, quā videre, ea vero sensibus apprehēdenda sunt, quę licite, & vtiliter intellectui, & affectui presentari possunt. Deinde ex omnibus virib⁹ Deus diligendus est, quia secundum vltimum potentię diligi debet, tum intē-
siōne, tum continuatione. In patria id perfecte prestabimus in via
vero

Thren. 3. Psal. 144. Ecclesi. 37.

Arist. 11. Meth.

A vero vt potuerimus, prestare debemus. Vt dicere possimus cū Psalte. Omnia ossa mea dicent, Domine quis similis tibi? Beat⁹ ille, qui cū Iacob dicere potest. Nostis, quod totis viribus meis feruerim patri. Sit ergo in corde tuo Dei amor feruens, ea cura, ac solitudine Abraham Deo inferuebat, cū in eius domū venit, vt omnes vernaculos ministrare faceret, pluresq; desideraret, vt Deo obsequeretur. Petere à Deo deberes mille corda, vt eū diligeres, linguas mille, vt eū laudares. Et hac de causa iusti vidētes, parū se Deū diligere, ac laudare, vniuersas creaturas inuitant, vt eos in hoc opere iuuēt, aiuntq; cū tribus pueris. Benedicite omnia opera Dñi, Dño, &c. Quia in re confundi, ac erubescere possumus exēplo eorū, qui mundo, & eius vanitati inferuiunt, qui eo in opere plus facere conātur, quā possint.

B Hinc Hieremias. Plus fecit, quā potuit, propterea perijt. Et Esa. Superbia ei⁹, & arrogantia eius plus quā fortitudo eius, eo quod nō sit iuxta eā virtus eius. ¶ Addit præterea secundū mādaturū. *Et proximum tuum sicut te ipsum.* Sæpissime à Christo Domino charitas hæc cōmēdata fuit, cū enim esset negotiator, quærens bonas Margaritas, hæc præeligit, quę omniū vim, ac virtutē habet, est enim charitas pretiosa illa Margarita, quæ omniū virtutū vim habet. Sicut enim in natura à Deo factū cernimus, vt in superiorib⁹ cōiūxerit De⁹ ea, quę in inferiorib⁹ diuisit, vt in homine vim corporū, plantarū, & animalū. Ita in suprema virtute charitatis cōiūcta fuit vis omniū virtutū. Inde Paulus ait. Charitas patiens est, benigna est, charitas nō æmularur, nō agit perperā, nō inflatur, nō est ambitiosa, nō quærit, quę sua sunt, nō irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, cōgaudet autē veritati. Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Hinc *Greg.* sicut multi arboris rami ex vna radice prodeunt, sic multę virtutes ex vna charitate generantur.

Volēs legis peritus se iustificare, ait, *quis est meus proximus?* quasi diceret, paratus sum proximum diligere, sed quis talis cēfendus est? Ad quem Christus parabolā proponit, quæ ostēdit, omnem illum, qui ope nostra indiget, proximū esse nobis. Vel ea parabola ostendit, quis fuerit misericors, & dilector proximi, vt legis peritus similiter se habeat.

Quia tamē de Dei dilectione aliqua dixim⁹, opere pretiū erit,

Gene. 31. Gene. 28.

Dani. 3.

Hiere. 48. Esai. 48.

1. Cor. 13.

Greg.

pro eorum complemento de dilectione in Christum Dominum pauca dicere. Hunc enim esse proximum à nobis diligendum Ambrosius in hunc Lucę locum asserit, & huc refert parabola Samaritani, qua Christi misericordia in nos ostenditur, ut eum tāquā nobis proximū, & vulnera curantē diligamus. Si ergo Deū à nobis diligi oportet singulari quadā ratione Deus homo, qui nobis proximus est, diligi debet. Nec mirādū singularē dilectionem Christo impendēdā, cū ipse singularē in eum fiduciam nos habere voluerit, cum dixit, creditis in Deum, & in me credite, nō solū in me sperate ut in Deū, sicut speratis in patre, & Spiritū sanctum, sed singulari quadam ratione in me sperate, qui pro vobis homo factus sum, crucē subij, qui caput vēstrū sum, & vōs os ex ossibus meis, & caro de carne mea, qui vobis pastor, & rex ac sponsus sum. Ita nūc, licet diligi à nobis Deū oporteat, sed singulari ratione. Christus Dominus, diligendus qui nō Deus solū est, sed homo pro nobis factus, Samaritanū se prestitit vulnera nostra curatē, & innumera cōferētē beneficia.

Sed inquiris, quæ sint singulares rationes dilectionis Christo Dño, ei propriæ? Multæ profecto. Prior sit similitudo, quæ causa amoris est. Vnde Sapiens. Omne animal diligit sibi simile. Et iterum. Omnia volatilia ad sibi similia conueniunt. Licet ergo homo similis Deo sit secundum animam, sed Christo Domino etiam secundum corpus, & ideo nobis amabilior redditus est, quia enim pueri communicauerunt carni, & sanguini, & ipse similiter participauit eisdem, vnde debuit per omnia fratribus similari. Secunda, quia non solum bona sua dedit nobis, sed & malis nostris cōmunicauit, ut ea nobis auferret, & cū hoc in naturā suā facere non posset humanam assumpsit, ut mala nostra suscipiens nos consolaretur, & tandem ea à nobis tolleret. Quinque vero mala terribilia esse, Aristoteles ait, infamiam, inopiam, ægritudinem, inimicitias, mortem. Hæc vniuersa suscepit, infamiam; cum reputatus est vilissimus hominum. A Egritudinem non quidē febrim, sed vulnera, sed dolores, factus vir dolorum, & sciens infirmitatem. Inopiā cū pro nobis egenus factus est. Inimicitias, cū odio habitus est gratis, & deniq; mortē sustinuit pro nobis. Tertia, consanguinitas, ideo inter fratres maximus conciliatur amor, Christus vero

primo-

A primogenitus est in multis fratribus. Diliges fratrem, in quem diuisus est paternus amor, & substantia, & minus tibi relinquatur, quomodo non diliges fratrem, qui non cōfunditur nos vocare fratres, per quem creuit tibi paternus amor, & substantia? per quē, cū demeritis tuis exheredatus esses, iterum ad hereditatē admissus es? qui vitā suam pro te posuit, cum soleant fratres fratres suos occidere? Ideo sapiissime se dicit filium hominis, ne tanta propinquitas, & consanguinitas obliuioni traderetur. Non tantū consanguineus nobis esse voluit, sed caput, cuius nos membra sumus, diligunt vero membra caput, & se periculo exponunt, ut illud tueantur, diligamus nos caput nostrum, à quo nobis bona cuncta proueniunt &c.

B Alterum diuinæ misericordiæ opus fuit, cum se Samaritanū exhibuit, de quo in sequenti concione nobis agendum est.

Concio Secunda in Dominica Duodecima, post Pentecosten.

C *Them. Homo quidam descendebat ab Ierusalē in Hierico, &c. Lucę. 10.*



V N C agendum nobis est de miseria nostra, & de misericordia Christi in nos. Natiua Christi Domino misericordia est, quam à parentibus hereditauit. Est enim filius eius, de quo Paulus ait. Benedictus Deus, & pater Domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum, & Deus totius consolationis. Mater vero eius super omnes est mitis, & inter eius nomina vnum est, mater misericordiæ, ad eam ergo accedamus salutantes, Ave Maria.

Gg 3

Duę

Duæ sunt abyssi magnæ, quæ nobis in euangelio proponuntur, Dei misericordia, & hominis miseria. Vtraque abyssus est, excedens humanum ingenium, & abyssus miseriæ abyssum inuocat misericordiæ. Peccatum quidem summa miseria est, & à qua reliquæ hominis calamitates ortum habuere, est ignis vniuersum hominem perdens, est inundatio maxima aquarum, omnia vastans, est perditio, & destructio totius hominis, nihil boni in eo relinquens, nihil vtile. Hoc indicat nomē ipsum peccati, quod Hebræis est, Aberé, quod deducitur à verbo Aba Aben, & significat calamitatem, & omnimodam perditionem.

Eze. 21.

Psal. 68.

Iob. 1.

3. Reg. 1.

Esa. 3.

1. Reg. 28.

Eccle. 9.

Eze. 25.

Ideo per Ezechiele Dñs ait. Aufer cidarim, tolle coronā, iniquitatem iniquitatem ponā in ea, quasi dicat, tolle à Tyrus coronā regi de capite tuo, quoniā penitus delebo te. Et hoc est illud Psalmi. Appone iniquitatem super iniquitatem ipsorum. Id est. Adde calamitatem calamitati, dolorem dolori, vulnus vulneri. Sicut Iob accidisse legimus, ad quē nuncius veniebat nūcians calamitatem vnā, & eo loquente alius aderat, aliā nūcians, & deinde alius, & alius, qui omnium vastationem dicebant. Hinc est phrasis illa scripture, quā Betfabe vsurpauit, dicēs. Et erit, cū dormierit Dñs rex cū patribus suis, erimus ego, & filius meus Salomon peccatores, id est, omnino vastabimur, atq; perdemur. Merito proinde Esaias ait, dicite iusto, quoniā bene, quoniā fructum adinventionum comedet, vā impio in malum, retributio enim manuum eius fiet ei. Iusto nihil est mali, peccatori nihil boni.

Nec vero id mirandum est, cū peccatum Deū ab anima auferat, quid enim boni ei reliquum esse potest, à quo Deus discessit? Hinc cū Saul consuleret Samuelē, ab eo audit, quid me interrogas, cum Dñs recesserit à te? Si Deus tibi auxilium negat, quis illud prestabit? si ianua Dei tibi clausa est, cuius ianua tibi patebit. Nihil boni tibi relinquitur, si Deus recesserit à te, perditum te omnino puta. Hinc Sapiens, qui in vno peccat, multa bona aperdet, quia omnia bona amittit. Et hinc procedit inutilitas peccatoris, ad nihilum enim utilis est, nisi vt igne ardeat. Hinc Ezechiel, fili hominis quid fiet de ligno vitis? Nulli rei aptus est palmetus, nisi igni. Palmi conuenit aut ignis, aut vitis, si in vite non manet, nullis humanis vsibus seruit, soli igni seruiatur. Sic non relinquit peccatum in homine quippiam boni, nec oculi, vt

A. los, vt recta videat, nec aures, vt recta audiat, nec pedes, aut manus, vt bona operetur. Si prælatum eum constituas, quale præbebit exemplum. Si in ministrum eum recipias, quo modo securus eris? Hinc Psaltes, omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt. Innumera bona de lucifero dicta sunt ab Esa. & Ezechiele, sed peccato factus est infima, & miserrima creatura, expoliatus omni bono, est enim peccatum omnimoda vastitas. Hinc ad peccatorem dicitur. Maledictus eris in ciuitate, maledictus in agro, maledictum horreum tuum, & maledictæ reliquiæ tuæ, maledictus eris ingrediens, & maledictus egrediens. Vniuersa, quæ peccato ris sunt, maledictioni, & perditioni sunt obnoxia. Sicut enim cū anima à corpore recedit, illud relinquit omnino perditum, ita relinquitur anima, cū ab ea discedit Deus. Hinc Esaias ait.

Psal. 137.

Leuit. 26.

D. ut. 28.

Esa. 64.

Esa. 30.

B. Allisisti nos in manu iniquitatis nostræ, iniquitates nostræ quasi si ventus abstulerunt nos. Peccatum enim præcipitium est, quo illidimur, & conterimur. Ideo Esaias ait, pro eo, quod reprobastis verbum hoc, & sperastis in calūnia, & in tumultu, & innixi estis super eo. Propterea erit vobis iniquitas hæc sicut interruptio cadens, & requisita in muro excelso, quoniam subito, dum non speratur, veniet contritio eius, & comminuetur, sicut conteritur lagena figuli contritione perualida. Et non inuenietur de fragmentis eius testa, in qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur parum aquæ de fouea. Mire profecto describitur peccatoris calamitas, dum similis dicitur contritæ lagenæ, & eius inutilitas, cum dicitur, parum aquæ, vel ignis in eo deportari non posse.

C. Hæc vero peccatoris calamitatem describit Christus Dñs dicēs. Homo quidam descendebat ab Ierusalem in Hierico. &c. Hæc vniuersa iuxta mysticum sensum ab omnibus sanctis de hominis casu, & Christi redēptione explicantur. Cōuenienter vero describitur homo incidens in latrones inter Ierusalē, & Ierico, nā Hieronymus in epistola ad Eustochium asserit, inter Ierusalē, & Hierico fuisse locum, qui dictus fuit Ad domina, id est, sanguinum, quia multus ibi hominum sanguis fundebatur à latronibus. Homo ergo in Ierusalē erat, cū à Deo conditus in summa fuit peccati. Hierusalē enim est visio pacis. Ibi homo, diues, & sanuserat, originali enim iustitia ornatus cum esset, vires inferiores rationi,

Hieron.

Gg 4

& ratio

& ratio, Deo subdebat, & sicut plene Dominus sui, ita etiam Dominus omnium erat, ibi gratia, & omni virtute ornatus, & talis tadem qualis à Dei manibus effectus consumatus, qui Dei omnipotentiae responderet. Hinc Sapiens, Deus creauit de terra hominem, & secundum imaginem suam fecit illum, & secundum se vestiuit illum virtute, quid est secundum se? ut Deum decebat artificem, ut Deum decebat, qui pater ipsius erat.

Sed descendit hic homo ab Hierusalem in Hierico. Ecce mali omnis initium: Descendit, inquit, nec solum descendit homo, qui statum innocentiae amisit, sed omnis, qui à gratia in peccatum labitur, descendit, qui enim in Dei gratia est, in cælis est. Nostra conuersatio in cælis est, ait Paulus. Imò excelsior cælis est homo gratia Dei ornatus, imò excelsior omni natura, etiam angelica. Cum vero in inferiora inclinatur, descendit. Et hinc omnis mali initium. Dum enim auis in superioribus est, & alte volat, laqueos non offendit nec ab aucupibus capitur, cum descendit, tunc in discrimine versatur. An non descendit, qui cælestia diligebat, & quærebat, nunc verò terrena appetit, & quærit? An non descendit, qui in honore cum esset, non intellexit, & comparatus est iumentis insipientibus? An non descendit, qui filius Dei cum esset, factus est dæmonis mancipium? Miserandum profecto casus ille prodigi filij, facti custodis porcorum. Quod si misereris principis viri, qui cum in gloria magna fuisset, in eam deueniret paupertatē, ut infimus esset hominum, miserere potius peccatoris, qui filius Dei cum esset, dæmonis seruus effectus est.

Disponis o homo, discedere ab Hierusalem, ut in Hierico descendas? Longa tibi peragenda via est, è cælo enim descendis in infernum. Illud ergo fac, quod facere solent hi, qui longam viam suscipiunt, à patria recedentes. Solent enim cognatos, & amicos inuisere, eis itineris sui rationem reddere, & discessus causam. Tu ergo ciuis cum sis cælestis Hierusalem, memorare, plurimos tibi in ea amicos esse, à quibus discessurus cum sis, itineris causam eis dicas, oportet. Est tibi amicissimus, ac familiarissimus Angelus Custos, & plures superiores Angeli te curantes, dic eis, discedere à vobis volo, & ad inimicos vestros

Astros apostatas angelos me transferre, vos deferere, ut illis in hercam, vestra salutis monita relinquere, ut eorum mendacis ducar. Quod si ab eis discedere non erubescis, & à Hierusalem exire disponis, memento in ea esse chorum virginum pulcherrimum, in quo preclarae sunt virgines, ut Catherina, Agnes, Agata, Lucia, & similes. Dic eis, Discedere à vobis volo, ac descendere in pecudum vitam, delectationes diuinas relinquere, ut voluptatibus me tradam. Forsitā cum hæc dixeris amicis angelis, & virginibus, tenebunt te, nec abire permittent, sed aliquid dicent, quo illectus non discedas. Si vero adhuc in animo tuo discessum cogitas. Attende choros esse confessorum, martyrum, Apostolorum, qui tibi multa fecerunt bona, qui luminaria Ecclesiae fuerunt, inter quos aliquos reperies, quos in tribulatione inuocasti, & amicos veros reperisti. Dic ergo illis, discedere à vobis volo Hierusalem ciues inclyti, ut ciuis sim Hierico maledictæ, mihi amicissimos deferere volo, ut hostibus adhaream. Quod si eorum amor non te tenet, intende matrem, quam in cælis relinquis, dulcissimam Mariam, matrem misericordiae, fontem pietatis, discedere è cælo conueniens non est, nisi ei discessum dicas. Sed qua fronte ab ea discedere poteris? Sed si frons misericordis facta est tibi, dic ad eam. Mater Dei, mater hominum, mater mea discedere à te dispono, te relinquere, à domo tua abire, causa quidem nulla est, rationem dare non possum. Sed si occasionem dicere cogor, muliercula petulans est, quæ me trahit, delectatio me rapit.

C Quod si Maria te non tenet, memor esto Iesu Christi Domini, qui pater, qui primogenitus, qui amicus, qui pastor, qui Rex, qui doctor est tuus, qui denique omnia. Aperi illi discessum tuum, dicēs. Discedere à te dispono, & à regno tuo, à regione lucis in regionem tenebrarum, à summa gloria in locum sempiterni horroris. Alijs o Domine serua gloriam tuam, & infinita bona tua, alijs fructum sanguinis, & crucis tuæ, ego his omnibus me ab dico, ab eis me separo, tibi adharere volo, dæmonis mancipium esse præliquo, quam filius tuus esse. Sed num id agere valebis? Quod si fecisti audi diuinas in te querelas. Obstupescite cæli super hoc, & portæ eius desolamini vehementer. Duo enim mala fecit populus meus, me dereliquerunt.

Eccle. 17.

Philip. 3.

Psal. 48.

Luc. 15.

Hier. 2.

runt fontem aquæ viuæ , & foderunt sibi cisternas dissipatas , quæ continere non valent aquas . Audite verbum Domini . Quid inuenerunt in me patres vestri iniquitatis , vt de-
relinquerent me , & abirent post vanitatem ? Quid mali in Deo tuo vides ò homo , vt eum derelinquas ? vt ab eius seruitute discedas ?

Sed nunc audi mala ; in quæ incidit , qui Deum derelinquit . *Incidit in latrones* . Sicut ouis errans , & à pastore discedens incidere solet in lupos , ita discedens à Ierusalem incidit in latronum manus . Merito dæmones latrones appellantur , & grassatores , eis enim accidit , quod malefactoribus , & proscriptis accidere solet , priuati enim proprijs sedibus , & substantia , grassari solent , & latrocinij vitam agere . Ita dæmones priuati domicilio cælorum , & omnibus bonis , in terras descenderunt , vt latrocinij degerent vitam . Deinde sicut latrones non viuunt nisi ex raptis , ita dæmones nihil aliud cupiunt , quam nos deprædari , & perdere . Et sicut latro occultè insidiatur , & aliquando fatum itineris se simulat , ita dæmon transfiguratur se in angelum lucis , & amicum se simulat , bona offerens inania . Deinde sicut latro nunquam ditescit ex raptis sed male parta male dilabuntur . Ita licet dæmon plura rapiat , & multos expoliet , nihil tamen boni illi inde prouenit . Qui ergo viam agit , in qua latrones sunt , quærit viam tatiorem , & comites fideles adhibet , iter caute , & celeriter agit . Ita omnes viam agimus , in qua latrones sunt , scilicet hi , qui religionis semitam inuenerunt , quæ à latronibus tutior est , & in qua plures sunt socij mutuo se iuuantes . Sed si tu latiore viam ingressus es , plurima discrimina reperies , quære socium fidelem itineris tui , optimum , scilicet , confessarium . In his , quæ mundi sunt noli immorari , sed percurrere viam tuam , sicut & Aegypti canes facere dicuntur , qui viam agentes , & Nili aquam bibentes , ne à crocodilis , quibus flumen illud abundat , intercipientur , in aqua parum immorantur sumenda , sed cum paululum eius biberint , inde recedunt citius . Sic tibi immorandum non est in his , quæ mundi sunt , sed cum ex eis vitæ necessaria sumpseris , recede . Qui aliter se habent à crocodilis capiuntur , & in latrones incidunt , vt

Simile.

Simile.

A hic miser , qui descendebat ab Ierusalem in Hierico . Sed attende mala , quæ latrones intulerunt ei , qui ab eis captus est . *Qui etiam despoliauerunt eum , & plagis impositis abierunt semiuino relicto* . Ligare solent latrones eos , quos ceperint , ita dæmon seruum suum ligat , ne bonum operetur , sic ligatus Sampson olim fuit à Philistæis , & ideo cum eripitur homo à peccato , absolui dicitur . Et ideo iusta Dei sententia puniatur peccator , qui ligari à dæmone voluit , vt ligatis manibus , & pedibus mittatur in tenebras exteriores . Sed insuper *despoliauerunt illum* gratia , scilicet , & omni dono cælesti , qui thesaurus erat incomparabilis , infinitus enim thesaurus est hominibus diuina sapientia , ac gratia . Vniuersum hunc thesaurum amittit homo peccans . Nec solum expoliatus est donis cælestibus , sed & vulnera accepit , quibus semiuuius relictus est , in naturalibus enim vulneratus fuit . Est enim peccatum malignantis naturæ , omnia inficiens , & destruens . Sicut fermentum totam massam corrumpit . Hominis peccatoris figuram in Iob videre licet , cum in sterquilinio fuit , & dixit . Expoliavit me gloria mea , & abstulit coronam de capite meo , & quasi arbori euulsæ abstulit spem meam .

Peccatum enim ab homine abstulit gratiam , quæ animæ est gloria , & decor . Abstulit originalem iustitiã , quæ corona erat , qua super se , & cuncta animantia regnabat . Et abstulit omnia bona , relictusque homo est quasi arbore euulsa . Fuit peccatum naufragium , quo vniuersa bona amisimus , & nudi euasimus . Sic enim nudos se cognouerunt primi parentes admissio peccato . Amissa vero gratia , & originali iustitia , quæ naturam tenebãt , ne prolaberetur in vitia , & corrüperetur , statim natura vulnerata fuit , ac corrupta . Sicut ablata myrrha corpus corrüpitur , & vermibus scatet ; vermes vero naturæ nostræ sunt opera carnis , de quibus Paulus . Manifesta sunt opera carnis , quæ sunt fornicatio , immunditia auaritia &c . His vermibus scatet peccatorum mens , his cogitationibus delectatur . Hinc Sapiens . Quid nequius , quã quod cogitauit caro , & sanguis ? Hæc à latronibus accepta vulnera numerat Iob , dicens . Circudederunt me lanceis suis , conuulnerunt lumbos meos , effudit in terram viscera mea , cõcidit me vulnere super vulnere . Audi vulnera , Cæci-

Iud. 16.

Mat. 23.

Sap. 7.

Iob. 19.

Gen. 3.

Gala. 5.

Eccle. 17.

Iob. 16.

tas intellectus, vnū est vulnus, & duritia voluntatis in bonum, A
 quā propter Ecclesia orat, vt rebelles nostras ad se compellat
 voluntates, insuper in appetitu ardor in malum, in irascibili im
 becillitas in bonum. Vulnera hominis ea in re manifesta sunt,
 quia cum reliqua animātia acceperint cōuenientia naturā suę,
 non amplius appetūt. At homo in cibo, potu, luxu, & omni
 delectatione corporis nō solum necessaria appetit, & conue
 nientia, sed etiam superflua, & noxia. Lumbos vero singulari
 ratione dicit vulneratos, propter luxurię appetitum. Hinc Sa
 piens. Multos vulneratos deiecit, & fortissimi quique interfe
 cti sunt ab ea. Viscera in terram effusa dicit, quia affectus, & de
 sideria in terram inclinantur, quę prius in cælum tendebant.
 Plurimos videbis hominum in belluas degenerasse. Denique
 vulnus super vulnus additum est, dum alia innumera peccata, B
 quę ex his procedunt fontibus, homo admittit. Semiuius tā
 dem relinquitur peccator, partim viuus, partim mortuus,
 viuus ad mala: mortuus ad bona. Sapientes sunt, vt faciant ma
 lum, bene autem facere nescierunt. Hoc in nobis in singulas
 horas experimur. Facile nanque ira, & luxuria mouemur, &
 incendimur, si vero Deum diligere, de peccatis dolere veli
 mus, licet legamus, & meditemur, difficile assequi possumus.
 Viuacitas maxima nobis inest ad mala, torpor ad bona.

Viderunt philosophi hanc hominis infirmitatem, & mirati
 sunt. Et vitium naturę putauerunt, non supplicium culpę. Cu
 rare vero, ac sanare vulnera hęc voluerunt, sed non valuerunt,
 sed medicinas à Deo missas videamus. Prior fuit lex, quam De
 digito suo scripsit, in qua multa bona probis, mala improbis C
 minatur. Sed quid profuit? Paulus ait, non solum lege subla
 tum morbum non fuisse, imò auctum, non legis, sed homi
 nis malitiā. Vnde ait, lex subintravit, vt abundaret delictum.
 Eit erum. Cum venisset mandatum, peccatum reuixit, &
 inuentum est mandatum, quod erat ad vitam, mihi esse ad mor
 tem. Sed cur ita? quia prōhibitio cupiditatem irritauit, niti
 mur enim in vetitum. Hinc, mirabile dictu, Paulus appellat le
 gem stimulum peccati, ministerium mortis, & damnationis,
 vt sic ostendat gratię necessitatem, & morbi magnitudinē, qui
 lege auctus est, non sanatus. Ideo sacerdos, & leuita prętereūt,
 nec

Prou. 7.

Iere. 4.

Rom. 5.

Rom. 7.

1. Cori. 15.

2. Cor. 3.

A nec sanant hominem vulneratum. Sacerdos offert sa
 crificia, leuita legem docet, nec ergo lex, nec sacrificia ho
 minem sanare valuerunt, quia nihil ad perfectum adduxit
 lex.

Q. V. O Dnam ergo homini remedium, restat? Post
 quam Paulus ea, quę superius diximus, ostendit, remedium
 manifesta, dicens. Infelix ego homo, quis me liberabit de
 corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum. Hęc
 est Myrrha nos pręseruans, hęc inuictum robur præstat con
 tra vitia, hanc Samaritanus præstat nobis. Et hoc est argu
 mentum Pauli in epistola, ad Romanos, in qua infirmitatem
 liberi arbitrij, ostendit, nec satis esse, ad salutem Philosophię,
 & legis remedia, & sic gratię, & redemptionis Christi neces
 sitatem declarat. Ostendimus hucusque abyssum miserię, nō
 strę, nunc abyssum alteram diuinę misericordię, qua Sama
 ritanus vulnera nostrā curauit, attendamus.

Samaritanus autem quidam, iter faciens, venit secus eum, &
 misericordia motus est. En initium curationis nostrę, diuinam,
 scilicet, misericordiam. Per viscera misericordię Dei nostrī,
 in quibus visitauit nos. Et Paulus. Non ex operibus iustitię,
 quę fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos
 nos fecit. Hanc vero misericordiam præclare explicat, dicens,
 à Samaritano exhibitam esse Iudęo, Iudęi enim oderant Sama
 ritanos, & ideo Samaritanus sola misericordia motus est. Quā
 vero sit pelagus inexhaustum misericordia Christi in homi
 nis redemptione, manifestum est, dum ea tanta fuit, vt stulti
 tia fuerit reputata. Maxima profecto misericordia fuit, homi
 num curare vulnera, sed si modum attendas, infinitam vide
 bis, & omnino mirandam, vt enim nos à latronibus eriperet,
 ipse incidit in latrones, vt nos à demonibus liberaret, ipse in eo
 rum potestatem traditus est. Ideo dixit. Hęc est hora vestra, &
 potestas tenebrarum. Vt vulneribus nostris mederetur, vulne
 ra passus est, vt semiuiuos eriperet, ipse mortuus est. Vidi
 sti medicum, qui vt curet ægrotum, vitam, fundat? Hanc
 mirabilē Christi misericordiam petebat Psaltes, cum diceret.

Mirifica misericordias tuas, qui saluos facis sperantes in te.
 Magna quidem Dei misericordia est, cum peccatori benefacit,
 sed

Heb. 7.

Rom. 7.

Luc. 1.

Titum. 3.

Luc. 22.

Psal. 116.

Esaie.53.

sed non mirabilis, cum summe bonus sit, & facile misericordiam præstare possit. At cum mala pro hominibus tolerat, mirabilis misericordia ostenditur, ac tanta, ut vix credi possit. Hinc Esaias descripturus Christi Domini passionem, ait, Domine quis credidit auditui nostro? Brachium Domini cui reuelatum est? Multa de Deo docet ratio naturalis, & ea quidem magna ac mirabilia, ut Dei summam potentiam, sapientiam, bonitatem. Si vero nosse cupis, quæ sint ea, quæ fides Christiana addit his, quæ natura de Deo cognoscimus. Certe opera diuinæ misericordiae infinita, & quæ hominis superant captum. Quid enim Verbi incarnatio, & passio, & Eucharistiæ institutio sunt, nisi diuinæ misericordiae opera stupenda? Pelagus quidem est diuina misericordia, quod transuadari non potest, peccatus etiam sunt opera ista, quæ humanum superant captum. Sed quis obsecro ista non credat? An non tibi melius est, Deum habere infinita misericordia præditum? Sed dicet Ethnicus, mirabilia opera ista sunt, & ideo incredibilia. Imo vero quia mirabilia, Deo digna censenda sunt, qui enim mirabilis in omnibus est, cur in misericordia mirabilem se non præbeat, cum præcipue nobis innotescere voluerit diuinam misericordiam? Dicitis mihi, an non mirabilis Dei potentia illa est, quæ vniuersam creaturam verbo vno condidit. Attende ea, quæ in cælis, & subtus ea sunt, & eorum numerum, varietatem, perfectiones, magna profecto, & penè infinita, ex eo collige, quanta illius potentia sit, qui vnico verbo cuncta ista fecerit, mirabilis sane, ac stupenda. Nunc ergo cum bonitatem, ac misericordiam suam ostendere præcipue decreuerit, opus eximium debuit exhibere, quod omnino mirabile, ac stupendum esset, illud vero præstitit, factus homo, & Samaritanus curans vulnera nostra vulneribus suis, vinculis suis vincula nostra dirupit, labore suo vitam, & requiem nobis æternam promeruit.

Explicat vero hanc diuinam misericordiam Christus Dominus, ijs verbis, Samaritanus iter faciens, venit secus eum. Iter fecit Deus è cælo in terram. Exiui à patre, & veni in mundum.

A mundum, solum autem iter fecit, ut misericordiam exhiberet. Appropiauit vero nobis, cum naturam nostram induit factus homo, quomodo enim magis appropinquare nobis poterat, quam personali vnione ad naturam nostram? Descendit de iumento suo, quando factus est obediens vsque ad mortem, mortem autè crucis. Quo enim profundius demittere se potuit maiestas infinita? Quo peracto satisfecit patri pro homine, & potior fuit eius obedientia, & meritum inobedientia & præuaricatione Adæ. Sed quia satis non erat ad nostri medelam, si patri satisfaceret, nisi etiam hominis vulneribus mederetur, applicans homini merita, & satisfactionem suam, Ideo infundit vinum, & oleum, gratiam, scilicet, & doctrinam, quæ est in salutem omni credenti. Gratia quidem oleum est, & oleum lætitiæ. De quo scriptum *Rom. 1.*
B est. Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Ea, quæ mundi sunt, quodammodo videntur oleum esse, dum animum leniunt, sed si intime considerentur, oleum lætitiæ nequaquam sunt, quia plenam animo lætitiæ non reddunt. Illud vero oleum lætitiæ iure dicitur. De quo Petrus loquitur. Quem, cum non videritis, diligitis, in quem nunc quoque non videntes creditis, credentes autem exultatis lætitiæ inenarabili, & glorificata, reportantes finem fidei vestræ, salutem animarum. Hoc est oleum, de quo Sapiens ait. *Prouer. 21.*
C Thesaurus desiderabilis, & oleum in tabernaculo iusti, & imprudens homo dissipabit illud. Et iterum, omni tempore sint vestimenta tua candida, & oleum de capite tuo non deficiat. Sicut oleum supernat cæteris liquoribus, ita gratia Dei præeminet vniuersis rebus. Ideo supernaturalis dicitur, quia super omnia naturalia est. Vinum vero doctrina euangelica est, vinum enim vulneribus infusum mordet, & asperum est: sanat tamen, & putredinem tollit, si vero vulneri non adhibeatur, dulce est, & lætificat hominis cor. Læta quidem euangelij doctrina est, & consolatoria. Hinc Paulus, ut per patientiam, & consolationem scripturarum spem habeamus. Licet vero omnis Dei doctrina consolatio iusti sit, præcipue tamen Euangelium, quod bonum nuncium est, in quo æternæ vitæ promissio, Dei misericordia immensa in nos ostenditur.

*Rom. 1.**Psal. 44.**1. Pet. 1.**Prouer. 21.**Eccle. 9.**Rom. 15.*

Ioan. 6.

ditur. Sed vinum hoc asperum est, dum vulneribus adhibetur; peccatoribus enim, dum hæc adhibetur doctrina, aspera apparet, & dura. Durus est hic sermo, dixerunt quidam. An non durum verbum crucis ei, qui nimium se diligit? durum verbum castitatis homini delicijs dedito, quia asperum vinum est vulnere, tolle vulnus, & asperum non erit. Soler insipiens vinum à vulnere abijcere, ne paruum dolorem patiat, ita vir imprudens doctrinam abijcit, quia ei aspera est. Hinc Sapiens. Quam aspera est nimium sapientia indoctis hominibus, & non permanebit in illa ex cõs, quasi lapidis virtus probatio erit in illis, & non demorabuntur proficere illam; licet ergo mordeat te doctrina, eam suscipe; vinum est, quod te curat. In stabulum ducit Samaritanus infirmum, id est, in hospitium, quod est Dei templum, & sacerdoti eum committit curandum. Cui duos dat denarios, scientiam, scilicet, & potestatem; vel duo testamenta, promittit; se soluturum; quod supererogauerit, de suo enim sacerdos supererogat, cum doctrinam proponit, & ampliat, quia constitutus à Deo est super familiam suam, ut det illi cibum doctrinæ in tempore suo. Hoc vero munus præcipua retributione dignum est, & ideo, qui ad iustitiam erudiunt multos, fulgebunt tanquam stellæ in perpetuas æternitates, ut Daniel ait.

Dan. 12.

Sed ais, quomodo nunc tot sunt infirmi, ac vulnerati. Cum venerit de cælo Samaritanus, & medicamina sacramentorum attulerit? Ego vero dico, quid medicamina proderunt; si ab infirmo non sumantur, sed in domo pharmacopolæ manent? Quid medici peritia poterit, si eius præcepta non audiuntur? Audi Paulum de Christo pronunciantem, quibus salutem æternam conferat. Factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ, non dormientibus, & negligentibus. Si ergo salutem consequi vis, medicum accersis, eum consule; sacramenta frequenter suscipe; beneficia Samaritani considera, & tunc mirabilem salutem suscipies. & dices cum Psalte. Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua, certe mirabilia in te ipso videbis, si hæc perfeceris, dicit scq; cum Dauid. Mirabilis facta est scientia tua ex me. Et iterum. Venite, & audite, narrabo omnes, qui in metis

Heb. 5.

Psal. 118.

Psal. 138.

Psal. 65.

A metis Deum, quanta fecit animæ meæ. Tunc peccatum tibi non dominabitur, sed tu illius, iuxta illud Pauli. Peccatum vobis non dominabitur, non enim estis sub lege, sed sub gratia. Tunc facile dæmones, & omnem eorum potentiam superabis. Tunc videbis, & irridebis exactores tuos. Et implebitur illud Esaia. Prope est, ut veniat tempus eius, & dies eius non elongabuntur, miserebitur enim Dominus Jacob, &c. ecce prædictum Samaritani aduentum. Subiungit continuo propheta de salute per eum præstita, & liberatione à latronibus. Et erit in die illa, cum requiem dederit tibi Deus à labore tuo, & à concussione tua, & à seruitute dura, qua ante servisti, sumes parabolam istam contra regem Babylonis, & dices. Quomodo cessavit exactor? quieuit tributum? contriuit Dominus baculum impiorum, virgam dominantium, cadentem populos in indignatione plaga in sanabili, subijcientem in furore gentes, persequentem crudeliter. Conquieuit, & siluit omnis terra, gauisa est, & exultavit. Hæc omnia anima illa loquetur, quæ eruta est de potestate tenebrarum, & translata in Dei tu-

Rom. 6.

Esa. 14.

men; & regnum; &c.

(*)

Hh

Domini

Dominica Decima Tertia, Post Pentecosten.

Thema. Occurrerunt ei decem viri leprosi, qui steterunt à longe, & leuauerunt vocem, dicentes, Iesu præceptor miserere nostri.

Lucæ. 17.



Roponitur nobis hodie sanitas reddita leprosis à Christo Domino, non solum vt id nouerimus factum sed vt simus velut aquila illa: grandis, quæ medullam cedri accepit, nec in cortice stetit. Nam quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, vt Apostolos ait.

Agnoscamus ergo in hodierna historia, quis Deus & qualis sit, & qui nos simus, & qualis Deus ita bonus, & misericors, vt statim mala nostra tollat, si ad eum accedimus. Nos ita ingrati, vt de cem vnus redeat gratias acturis, Deus ait fides tua te saluum fecit, ipsi tribuit salutem, cum tamen ille eam ei dederit, ipse dedit salutem, fidem, gratitudinē, & tamen ait fides tua, &c. quia ita munerat merita nostra, ac si omnino nostra essent, & non dona ipsius. Simul etiam agnoscamus infirmitatem nostram, quæ lepra est, & illius remedium, quod in Christo, & sacerdotibus est. Ad hæc omnia agnoscenda opus est gratia, quam petamus per Mariam.

Summum malorum omnium peccatum est, & facilitas peccandi. De qua Iob. Abominabilis, & inutilis homo, qui bibit iniquitatem, quasi aquam. Sed vnde prouenit hæc in peccando facilitas? Certe ex ignoratione malitiæ peccati, quam si homo agnosceret, nullo modo illud admitteret. Audi Anselmum. Si

hinc

A hinc peccatum esset, illinc infernus, & alteri eorū succūbere deberē, prius me in infernum demergerem, quam in me peccatū admitterem. Mallem enim purus à peccato gehennam ingredi, quam forde pollutus cælorum regna penetrare. Tanta peccati malitia est, vt si illam omnes creaturæ explicare vellent, nequaquam possent, etiam si omnes ad id ipsam explicandum, disertissimas, conuerterentur in linguas, cum enim sit offensa infiniti boni, est malū infinitum. Ideo non solum verbis explicari, sed nec cogitatione comprehendendi valet. Sed cui comparare possumus peccati malitiam? Nulli rei certe nisi Dei bonitati sicut enim Deus summum est bonum, ita peccatum summum est, malum. Sicut Deus summum appetendorum, ita peccatum summum fugiendorum. Sicut Deus bonorum omnium causa, ita peccatum malorum omnium. Sicut in Deo omnium rerum perfectiones, ita in peccato vniuersa mala. Sicut Dei bonitas infinita, & incomprehensa, ita peccati malitia infinita, & incomprehensa.

Si alijs rebus quam Deo peccatum conferas, omnia inferiora reperies, peccati malitia. Nunc vero lepræ simile dicitur, in qua re aliqua peccati mala explicantur, quæ operæ pretium erit contemplari. Primum lepra humores corrumpit, & ideo hominem deformem reddit. Ita peccatum animam, quæ erat speculum diuinæ pulchritudinis, reddit diaboli simulacrum.

C Quid enim pulchrius anima iusti, ad quam cælestis sponsus loquitur. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es? Repe-
tito vocabulo eam dicit pulchram, vt pulcherrimā esse ostēdat. Vnde statim eam appellat pulcherrimam mulierum. Sed lepra peccati adueniens ita animam inficit, vt dicat Psaltes. Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt, & Ezechiel. Abominabilem fecisti decorē tuum. Nec vero peccator solum abominabilis peccato fit, sed vniuersa, quæ manu tangit, abominanda facit. Hinc Sapiens. Victimæ impiorum abominabiles Domino. Et Esaias. Incensum abominatio est mihi, quia illud vos tangitis. Et quod maius est, loquitur Dominus per Ezechielem. Et coinquinabar in medio eorum, ait Dominus. Quia ipsa puritas, si coinquirari posset, inquinaretur, cum in medio peccatorum est. Quia quanuis non omnia opera peccatoris

Hh 2

sint

Ezec. 17.

Rom. 15.

Iob. 15.

Ansel.

Cant. 1.

Psal. 13.

Ezech. 16.

Prone. 15.

Esa. 1.

Ezech. 21.

sint peccata, tamen plura sunt peccata, & reliqua inutilia.

Num. 5.

Secundo lepra inficit alios, & ideo leprosi separabantur à castris, & ciuitatibus, ne reliquos inficerent. Præcipe, ait Dominus Moysi, filijs Israel, vt eijciant omnem leprosum extra castra, ne contaminent ea. Ita nihil facilius nobis adheret quam peccatum, facile illud contrahimus, si socios nos peccatoribus adhibuerimus. Vnde Gregorius Theologus ait.

Greg. Theo.

Hoc est, quo vitium probitatem maxime superat, quodq; ipse animaduertens indignissime fero, quod cum res facile imitabilis, & prompta sit improbitas, nihilq; minoris difficultatis, quàm malum fieri, etiam si nemo ducem se nobis ad malum præbeat, rara tamen, atque ardua est virtutis adeptio, quanuis multis modis ad eam inuitemur. Quod animaduertit Aggæus. Percontamini, ait, ex lege sacerdotes, si tulerit homo carnem sanctificatam, & tetigerit panem, aut pulmentum, aut omnem cibum nunquid sanctificabitur? Respondentes sacerdotes, dixerunt, non. Et dixit Aggæus. Si tetigerit pollutus in anima ex omnibus his, nunquid contaminabitur? Et responderunt sacerdotes, & dixerunt, contaminabitur. Caro ergo sancta non sanctificat, quæ tangit, caro vero polluta polluit. Ad vitium quasi stipula fumus apti, ad virtutem quasi humida materia, in quam difficile ignis intrat. Hæc Gregorius. Caue ergo à consortio peccatorum. Hinc Psaltes. Non habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiam, lepra enim, ac peste infectus me inficiet.

Aggæi. 2.

Tertio lepra halitum inficit, ita peccatum. Quid enim ex mortua intus anima prodire potest, nisi quod ex sepulchro aperto? Hinc Psaltes. Sepulchrum patens est guttur eorum. Ideo verba peccatoris sunt iuramenta, maledictiones, contumeliæ, verbalasciua, mendacia, ecce factores sepulchri.

Psal. 100.

Gravissimū ergo malum peccatū est. Ne ergo dixeris, peccauī, & quid mihi accidet triste? quid mirum quod peccauerim? Imo vero dic, summo malo succumbo, vbi mens, & ratio mea fuit, cum peccaui? quo pacto à tanto malo liber esse poterō? Attende decem leprosos mundatos, vide eorum medicamina, vt

Psal. 5.

Eccle. 5.

Ana, vt discas, quo pacto salutem consequaris? Si eam exoptas.

Dum iret Iesus in Hierusalem, & ingrederetur quoddam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi. Sed qua ratione in ingressu castelli consistit Christus, vt salutem conferat leprosis, & nō in agro, aut intra castellū? In porta castelli vult Christus esse, vt prope sit his, qui intus, & his, qui foris sunt. Et vt sciat, qui intra castellū est, non posse exire à castello, & ab obsequio Domini recedere adeo latenter, vt latere possit dominum, quia in ianua castelli est, vbi exeuntes videt. Simul etiam sciat, qui extra castellum est, & ab obsequio domini recessit, si redire voluerit

B ad Deum, facile eum inueniendam, quia in ianua est, nec oportebit de domo in domum eum requirere. Quidā enim aiunt illud Psalms, & dixerunt, non videbit Dominus, & non intelliget Deus Iacob, intelligite insipientes in populo, & stulti aliquando sapite, qui finxit oculum, non considerat? Latere Deū nequaquam potest ideo caue peccatum. Alij dixerunt, vbi inueniemus Dominū? quis est locus sapientiæ? inuenire eam nō potero. Ad hos dicimus, sicut olim iudices in portis erant ciuitatis, vt ab omnibus facile inuenirentur, ita Christus in porta castelli subsistit, vbi leprosi, qui extra sunt eum reperiunt, & qui intus versantur, & sic omnium dominetur. Prope ergo est Dominus omnibus inuocantibus eum. Et hoc significat illud Pauli. Quem proposuit propitiatorē per fidem in sanguine ipsius, proponere est palam, & ad manum ponere, vbi eum facile reperias. Sed audi Dei misericordiam infinitam, quam Paulus explicat, dum ait, proposuit in domo sua propitiatorem, nouum munus, ac officium creauit, quod in nulla domo principum terræ reperies. Si nunc princeps in domo sua hoc officium constitueret, dicens, quoties iratus fuero, & ultionem aliquam facere, accedite ad talem ministrum domus, qui propitiator dicatur, qui à me obtinebit semper misericordiam delinquentibus. Summū ostenderet amorem, nec vllō modo vlscisci velle. Insuper addit Deus, hunc propitiatorem vobis propono, vt illum facile adtatis, hoc munus est Christi Domini, ad quē accedens peccator veniam impetrat. In cuius rei figurā ait Dominus Abimelech, Abraham orabit pro te, quia propheta es, & ideo ad Christum

Cli. Quem proposuit propitiatorē per fidem in sanguine ipsius, proponere est palam, & ad manum ponere, vbi eum facile reperias. Sed audi Dei misericordiam infinitam, quam Paulus explicat, dum ait, proposuit in domo sua propitiatorem, nouum munus, ac officium creauit, quod in nulla domo principum terræ reperies. Si nunc princeps in domo sua hoc officium constitueret, dicens, quoties iratus fuero, & ultionem aliquam facere, accedite ad talem ministrum domus, qui propitiator dicatur, qui à me obtinebit semper misericordiam delinquentibus. Summū ostenderet amorem, nec vllō modo vlscisci velle. Insuper addit Deus, hunc propitiatorem vobis propono, vt illum facile adtatis, hoc munus est Christi Domini, ad quē accedens peccator veniam impetrat. In cuius rei figurā ait Dominus Abimelech, Abraham orabit pro te, quia propheta es, & ideo ad Christum

Psal. 93.

Psal. 144.

Rom. 3.

Simile.

Gene. 20.

leprosi accedunt tanquam ad propitiatorem, vt pro eis oret patrem, & vltionem lepræ tollat.

Deinde accedunt ad Christum antequam ingrederetur oppidum, illi enim intrare non poterant, ergo antequam sponsus ingrediatur locum nuptiarum, veni ad eum cum oleo, si enim semel ingressus fuerit, licet clames, audies & tu, nescio vos. Ne expectes aliam vitam, vt gratiæ aquam petas, sicut diues ille petijt, non enim tunc recipies. Postquam homo mortuus est, frustra medicus vocatur. Accede ad propitiatorem, sed tempore opportuno. Operamini, dum lucem habetis, venit enim nox, quædo nemo potest operari, vt Christus Dominus ait. Eis vero qui non opportuno tempore accesserint, dicit et quod Ieph te quibusdam olim dixit. Ad quid venistis ad me hominem quem repulistis à vobis? Hoc ipsum Christus eis dicit, qui eum in vita repulerunt.

Sed iam opere pretium erit nosse, cum decem essent leprosi, & nouem Iudæi, vnus vero Samaritanus, quis eos coniunxit vt simul essent, Iudæi enim Samaritanis non contutur, vt Ioannes ait. Certe hoc infirmitas, & paupertas coniunxit. Sicut è diuerso nihil sic diuidit homines, etiam cõiunctissimos, quam diuitiæ, & potentia. Abraham & Lot priusquam diuites essent, simul habitabant, cum eorum creuit substantia, facta rixa est inter vtriusque pastores, & nequibât habitare cõmuniter, vnde & diuisi sunt, & inde plurima mala Loth ipsum adinuerunt, captus enim in Sodoma est à quinque regibus, deinde omnis illius substantia periit in Sodomis, & in incestum ductus est à filiabus. Paupertas iungit hos leprofos, diuitiæ vero diuidunt parentes à filiis, fratres à fratribus, imo & à Deo separant, qua ergo ratione bona dicenda sunt, & non potius mala?

Quid quod voluit Deus Samaritanum iungi Israelitis, in ipso rum confusionem, dum ille solus inuentus est gratus Deo, vt fideles confundantur, infidelis eis adiungitur. Vt confundat fideles, ait Hieremias. Trãsate ad insulas Cetin, & videte, si factum est huiuscemodi, si mutauit gens Deos suos. Ac si nobis diceret. Ite nunc ad ethnicos, & videte apud eos pretiosiora tẽpla, maiorem eorum in templo reuerentiam. Voluit Deus arcam

testamen-

A testamenti à Philistæis capi, vt sacerdotes confunderentur videntes, multam à Philistæis arcæ exhibitam reuerentiam, dum eam colloquant iuxta Deum suum, cum illi coram arca furarentur, & inhonesta perpetrarent. Ducit Christus Apostolos in Samaria, vt à muliere Samaritana discant. Apostolicum exercere munus, ea enim hydria relicta ciuibus suis, predicat Christum, & totam ad eum trahit ciuitatem. Et Chananeam eis proponit, vt discant orare perseueranter. Ionam vnum ex prophetis minoribus ducit in Niniue, vt confundantur Iudæi, videntes, aliter recipi à Niniuitis minorem prophetam, quam ab ipsis minores, & maiores. Hinc Rupertus ait, non tristatum Ionam de

B Dei misericordia in Niniuitas, sed de malis, & confusione Iudæorum, qui ad Deum conuerti nolebant. Ideo viri Niniuitæ surgēt in iudicio cū generatione ista. Hinc etiã Christus Dominus apud Mattheum fideles cõfundit dicens. Quia si in Tyro, & Sidone, &c.

Sed attende, quid leprosi faciant, steterunt, ait Euangelista, à longe. Et inde eos melius Christus audit, quam si prope accessissent. Putat aliqui melius à Deo exaudiendos esse si prope altare sint, & falluntur, à longe stetit Publicanus, & exauditus est, prope vero Pharisæus, & non exauditur. Summam voluit Deus reuerentiam exhiberi arcæ. Vnde ait, sit inter vos, & arcam spacium duorum millium passuum. Et cum Abraham Deum oraret, ne Sodomam subuerteret, humiliat se, dicens, loquar ad Dominum meum, cum sim puluis, & cinis. Imo vero & ficta humilitas, ac reuerentia Achab effecit, vt latam in eum sententiam mutet Deus. Vnde ad prophetam ait, non ne vides Achab humiliatum coram me? non inducam in diebus eius mala, licet enim non ex corde sit humiliatus, tamen talis apparet. Ne ergo quispiam dicere possit, puniri à me humiliatum hominem, non eum puniam. Hi ergo leprosi à longe stant, vt reuerenter orēt, ait Theophilactus.

Deinde à longe stant præ verecundia, non enim audent accedere ad purissimum Christum, qui immundi sunt. Nec mirandum, quod ad Christum non accedant, imo potius mirandum, quod ante eum apparere audeant, & ei loqui. Qui enim nouit, quid sit peccatum, egregium, ac maximum perpetratum, si speret, & audeat, coram Deo esse. Qui nescit, quid sit

Hh 4

pecca-

Mat. 25.

Luc. 16.

Ioan. 9.

Iud. 11.

Ioan. 4.

Gene. 13.

Hiere. 2.

1. Reg. 4. 5.

Ioan. 4.

Matt. 15.

Ruper. in

Ionam.

Matt. 12.

Mat. 11. 3.

Luc. 18.

Iosue. 3.

Gene. 18.

3. Reg. 21.

Theophi.

peccatum, facile sperat, & audet, sed illa spes non est, sed audacia, sed temeritas. Qui vero nouit, quid sit in Deum peccasse, maximum quid facit, cum sperat, verecundia enim, & confusione operitur, vt Magdalena, aitque, tantum Deum, talem patrem, tantum sponsum, talem benefactorem contempserit, beneficij ingratus fui? Attende qua confusione adultera coram viro, proditor coram rege, infidelis filius coram patre appareat, illa ergo peccator debet coram Deo apparere, proditor enim, infidelis, & adulter fuit. Quid quod Christus oraturus patrem, procidit in facie suam, quasi verecundia suffusus, & vt per Psalmistam ait. Tota die verecundia mea contra me est, & confusio faciei meae cooperuit me. Sed Domine qua ratione tu confundis? Vidisti forsan pudicam mulierem, cuius filia impudica fuit, & orat mater iudicem, vt ignoscat filie, & cum crimine filie dicit, vt veniam obtineat, verecundia suffunditur. Ita Christo Domino accidisse videtur, in quo licet proprie verecundia, & confusio esse nequiverit, oraturus tamen pro hominum peccatis, quasi confusione opertus se gerit, & habet. Non ergo mirum verecundia afficiatur peccator, & a longe stet, nec audeat oculos in caelum leuare, & cum Dei lumine peccati malitiam agnoueris, & praerecundia coram Deo apparere erubueris, videbis, quantum sit, in Domino sperare, quamque difficile. Sed ais quomodo ergo clamabo ad Deum, quomodo sperabo? Timuerant fratres Ioseph, nec audebant ad ipsum accedere, videntes prodicionem suam. Sed accessit ille, osculatus est eos, plorauit super singulos, & tunc ausi sunt ei loqui. Venit ad nos Christus Dñs, & vocat omnes. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, plorauit super singulos nos, recordatus enim in cruce singulorum, cum lachrymis, & clamore valido se pro nobis obtulit, audeamus ergo, & speremus, & cum leprosis clamemus. Sed a longe simus, reuerenter oremus, & dicamus. Nobis Domine confusio faciei, quia reliquae omnes creaturae prodicionem non fecerunt, ego vero feci, & ideo coram omni creatura verecundari debeo, Sicut filius coram ministris, & seruis confunditur, cum ille proditor extitit, & illi fideles Domino se praestiterunt.

Hic ergo ratione a longe stant, & orat leprosi. *Iesu proceptor*

Aceptor miserere nostri. Sed quid illis Christus Dominus indicit, vt sanentur?

Hoc plane. *Ite ostendite vos Sacerdotibus.* Paruum quid, & facile praecipit, sic enim bonus medicus facere debet, praecipue cum aegrotus est pauper, ac debilis viribus. Sed Domine, quid lepra cum sacerdotibus? quoniam lex praecipiebat iudicium lepra ad sacerdotes referri. Sed qua ratione ad sacerdotes, an non melius ad medicos referri posset? Hoc ostendit, legem illam aliquid spirituale respexisse, hoc vero est quod lepra peccatum significat, quod ad iudicium pertinet sacerdotum. Quia ergo peccati remissio ad sacerdotes pertinet, ideo leprosi ad eos mittuntur, vt se ipsos sacerdotibus manifestent. Sed Domine tu non poteras eos sanare, vt quid eos ad sacerdotes mittis? Respondeo, sicut cum aliqua a rege petuntur, ille mittit petentes, ac remittit ad consiliarios suos, iuxta petitionis modum, si bellica res est, quae petitione continetur, ad belli consiliarios, si ad iustitiam pertinet, ad iustitiae consiliarios, & per illos rex petitionibus sibi propositis respondet. Ita, vt ostenderet Christus, sacerdotes sibi a consilij esse, in his, quae ad misericordiam pertinent, & peccatorum remissionem, ad sacerdotes mittit petentes misericordiam, & peccatorum veniam.

B Vis o homo gratiam, & plurimam gratiam? sacramenta, & plura sacramenta percipe. Venit Christus, vt vitam habeant, & abundantius habeant, ideo ad sacramenta mittit homines, daemones vero ab eis arceat. Si regis gratiam, & ampliorem gratiam minister quaerit, quomodo Dei tui gratiam non requiris? si eam optas, fides tibi dicit, in sacramentis eam inueniendam, cur ad sacramenta non accedis? Desideras corporis pulchritudinem, cur non animae? si hanc optas, ad sacramenta accede, ibi pulchritudinem accipies, Augustinus in illud Psalmi, confessio, & pulchritudo in conspectu eius, ait. Prius est confessio, quam pulchritudo, vis pulcher esse? confitere. Fedus eras, confitere, & pulcher eris, peccator es, confitere, & iustus es.

Sed ais, vt quid frequenter confitear, cum peccatum mortale non admiserim? Vt plurimam gratiam consequaris, & gloriam. An non Paulus ait. Bonum est mihi mori, quam vt gloriam meam.

Hh quis

quis euacuet? euacuare, minorare significat, quia ergo maioris A erat meriti prædicare absque stipendio, licet illud posset accipere, ait, melius illi esse mori, quam parum meriti amittere. Sed ais, optimum hoc consilium, sed irridebor ab hominibus iniustus. Irride tu illos, hum vocatus à rege, vt beneficia magna reciperes, non irres, quia ille vel ille obmurmurat?

Esa. 52.

Audi, quid ad te loquatur Dominus per Esaiam. Noli timere opprobrium hominum, & blasphemias eorū ne metuaris, & contemptu eorum ne vincamini. Quis tu, vt timueris ab homine mortali, & à filio hominis, qui quasi fœnum, ita arefcit, & oblitus es Dei creatoris tui, qui tetendit cælos, & fundauit terram? Quibus verbis intuehitur Deus in eos, qui hominum metu relinquunt ea, quæ ad eius obsequium pertinent, vt Hieronymus ibi ait.

Hierony.

Præterea, ostendite vos sacerdotibus. Voluit sacerdotes conuincere hoc miraculo, vt eo viso conuerterentur, & in eum crederent. Attende miraculorum Christi certitudinem, in inimicorum manibus ea ponit, vt inimici nostri sint iudices. An non Achior inimicus Israel testimonium perhibuit operum Dei? Sed num tanto viso miraculo profecerunt in bonum sacerdotes? nequaquam. Imo credibile est, eos dixisse leprosis, non à Christo sanatos fuisse, sed à Deo, quia legem seruassent, & ideo nouè Iudej ad Christū non redierūt, vnus redijt Samaritanus, qui eis non credidit. Innumera viderunt miracula sacerdotes, quibus nihilo profecerunt, nisi in peius, vt dicerent, quid facimus? quia hic homo multa signa facit. Si quæ alijs solēt profefse, nō profunt, mortale, ait Hippocrates. Calcabis oleum, & nō vngeris eo, inter oleum es dō sacerdos, nec vnctus es? prope ignem, nec calore afficeris? mortale hoc est. Nihil nequius prauo sacerdote, sicut nihil melius bono. Ficus sunt bonæ, bonæ valde, & malæ, malæ valde, vt est apud Ieremiam, bonus sacerdos bonus valde, malus sacerdos malus valde. Ideo cum in hominum manus tradere pater filium decreuit, vt multa pateretur, in sacerdotum manus ipsum tradit. Obedierunt leprosi Christi verbo.

Ioan. 11.

Hippocra.

Iere. 24.

Psalm. 31.

Et factum est, dum irent mundati sunt. Ecce impletum illud Psalmi. Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino,

Amino, & tu remisisti impietatem peccati mei, pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno. Veruntamen in diluuiio aquarum multarum ad eum non approximabunt. Ait ergo Psaltes. Dixi, id est, statui, confiteri aduersum me, non aduersus alios, & tu remisisti, id est, antequam cōfiterer, tu remisisti, quia per contritionem ante confessionem peccatum remittitur, licet per ordinem ad confessionem, pro hac impietate, scilicet, orabit ad te omnis sanctus, licet enim sanctissimus sis, de propitiato peccato noli esse sine metu, & ideo pro illo orare oportet, sed in tempore opportuno, nam in diluuiio aquarum multarum nō valebit quis Deo approximare, in inferno, scilicet, vel in iudicio. Sed beneficio accepto, quid fecerint leprosi videamus.

Eccle. 5.

Vnus ex eis, vt vidit, quia mundatus est, regressus est cum magna voce magnificans Deum, & cecidit in faciem suam ante pedes eius, gratias agens. Qui prius steterat à longe, nunc prope accedit, & ad pedes Christi prouoluitur, & vos, qui eratis longe, facti estis prope in sanguine ipsius, ait Apostolus. Secura enim conscientia confidere, ac sperare facit. Sed semper accedendum est reuerenter, & humiliter. Ne dicatur tibi illud prophæt. Appropinquare Deo volunt, quasi gens, quæ iustitiam fecerit, & iudicium Dei sui non dereliquerit, ideo cadit hic in faciem.

Ehp. 2.

Esa. 58.

Et Christus ait. Nonne decem mundati sunt, & nouem vbi sunt? Miseri profecto, & deplorandi illi sunt, de quibus Iesus ait, vbi sunt? Sic de primo peccatore ait, Adam vbi es? Ignorat profecto Deus hos, qui beneficijs ipsius ingrati fuerunt, & ideo aliquando ad eos dicet, nescio vos. Contra vero ad iustum ait. Noui te ex nomine, quia inuenisti gratiam coram me.

Gene. 3.

Matt. 25.

Exo. 33.

Non est inuentus, qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena? Pro tanto accepto beneficio solam gratiarum actionem Deus requirebat. Cumque Sapiens dicat, non est census super censum salutis corporis, pro tanto censu solam gratiarum actionem postulabat. Sed si hi ingrati extiterent, quid nos, qui salutem animæ accepimus, & sanguine Christi ad hoc intincti sumus, vt leprosi olim tingebantur?

Eccle. 30.

Secundo

Secundo his verbis significatur grauitas peccatorum, quæ à fidelibus committuntur, propter maiorem ingrati-
Luc. 12. tudinem ad diuinum lumen, & beneficia. Nam vt Lucas ait. Seruus sciens voluntatem Domini, & non faciens, plagis vapulabit multis, & Paulus, in verba fulminis instar prorumpens ait aduersus fideles, voluntarie peccantibus, nobis post acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis. hostia, terribilis autem quædam expectatio iudicij, & ignis æmulatio, quæ consumptura est aduersarios. Quibus verbis licet à baptis-
Heb. 10. mate, secundo excludat peccatorem, non tamen à pœnitentia. Ostendit tamé grauis-
Thren. 4. simam eorum culpam, qui post agnitam veritatem peccant. Et ideo grauis-
Luc. 12. simi fuere casus Luciferi, & Adæ, quia plura receperunt dona, & maximam veritatis cognitionem. Hinc
Psal. 49. Ieremias. Et maior effecta est iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomorum, quæ subuersa est in momento. Timendum
Psal. 33. maximè nobis est, qui plura recepimus. Hinc Lucas. Cui multum cõmendauerunt, plus exigent ab eo, peccati enim grauitas iudicanda est ex ingratitude ad suscepta beneficia. Ne ergo ingratus inueniatur Samaritanus, gratias agit, Impleturque in eo illud Psalmi. Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter, quo ostendam illi salutare Dei, hoc in itinere Samaritanus vidit, & agnouit Dei salutare Christum Dominum. Hinc Psal.
 Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Adeo vero naturalis gratitudo est, vt feris animantibus à natura sit indita. Vere diaboli inuentum ingrati-
Seneca libr. 4. de benefi. tudo est, vt nobis additum præcludat, ad diuina beneficia capeffenda. Si cut qui obsidet ciuitatem, curat canales confringere, quorum interuentu aquæ in ciuitatem decurrunt. Nobisque contingit, quod filijs Israel, qui egressi ex Aegypto innumera mirabilia Dei experiebantur, nec tamen oculos habebant videntes, nec cor intelligens, vt grati essent benefactori tanto. Ita nos circumdati vndique diuinis beneficijs, ea non inspiciamus vt Dei dona, nec grati ei sumus, sed quasi ab alio accepta essent, nos gerimus. Hinc Seneca. Non dat (inquit) Deus beneficia. Vnde ergo ista, quæ possides? Vnde hæc innumerabilia, oculos, aures, & animum mulcentia? Vnde illa luxuriam quoque instruens copia? Neque enim necessitatibus tantummodo nostris prouisum est,

A est, vsque in delicias amamur, tot arbutta non vno modo frugifera, tot varietates ciborum. Si non dat Deus beneficia, vnde est spiritus tuus? vnde sanguis? vnde lux? An non dices, Deus nobis hæc òtia fecit? Qui fidelis es, quid dices, cum hæc audieris ab ethnico? qui hæc recepisse credis, & multo maiora, &c.

Dominica Decima Quarta, Post Pentecosten.

Them. Nemo potest duobus Dominis seruire.
Matth. 6.



Mter mortales Maria fuit, quæ vnicum semper Dominum habuit Deum, nulli alteri vnquam seruiuit, vel in minimo. Ideo millies eam non vocat suam sponsus. Surge amica mea, speciosa mea, & veni columba mea, quia nihil fuit in Maria, quod Dei nõ esset, & eius gloriæ nõ seruiret.
 Nos vero non sic sed Deo seruire volumus, & Mammonæ, perfimilesque sumus herbæ solari (quæ Heliotropum dicitur) quæ ideo sic appellatur, quia se circumagit cum sole, eius ortum mane expectat, eius cursum sequitur, ad illum folia vertens, cum radicem nunquam mutet, sed fixam in terra teneat. Ita multi cor suum Mammonæ tradiderunt, & exteriori cultu, & verbis Christum sequuntur, qui tamen Deo placere non possunt, quia vni Deo nobis seruiendum est, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias. Vt doctrinã istam per necessariã intelligamus, & ea audita proficiamus, oremus Mariã, quæ illã perfectissimè impleuit, nobis gratiam obtineat, salutantes eã, Ave Maria.
 Sicut

Cant. 2.

Simile.

Matth. 4.

Sicut vniuersus cælorum motus, & circulatio super duos polos sit Elice, & Cinosuram, qui vulgo dicuntur polus arcticus, & antarcticus, & vniuersa hominum nauigatio ab his polis dirigitur, quorum vnus in nostro hemisphero, alter in altero domina- tur. Ita spiritualis motus animorum super duos amores fiunt, duos respiciunt polos, terram, scilicet, & cælum, Deum, & Mamonam. In hoc Euangelio Christus Dominus ostendit, impossibile esse, simul vtroque polo duci, vtrique inferuire. Secundo ostendit, cui inferuendum nobis sit, Deo, scilicet. Et tertio remouet, impedimentum, quod nobis caro obijcere potest, dicens, temporalia nobis ob id defutura, ostendit vero pluribus rationibus, id longe aliter futurum. Hæc summa Euangelij est.

De primo ait. *Nemo potest duobus dominis seruire.* Vnicum tibi cor est, vnica domus, vnicus in ea futurus Dominus est. Vnde Sapiens. Væ duplici corde, labijs scelestis, peccatori terram ingredientem duabus vijs. Quasi dicat. Væ homini illi, qui vult duo corda habere, & simul incedere duobus itineribus, quod effectu impossibile est, sed affectu possibile. Hinc Esaias. Coangustatum est stratum, ita vt alter dicitur, & pallium breue, vtrūque operire non potest. Interrogant philosophi morales, & Diuus Thomas, vtrum vnus hominis possint esse multi vltimi fines, quod idem est, ac si quæreret, vtrum homo possit duobus Dominis seruire, & respondet, nequaquam id fieri posse, & probat illud ex hoc loco, *nemo potest duobus Dominis seruire.* Et ratione confirmat, nam vltimus finis est bonum completum, & vndique perfectum. Vnde, quod appetitur vt vltimus finis, oportet, sic impleat appetitum, quod nihil extra ipsum relinquatur appetendum. Et præterea, esse vltimum finem, dicit, esse primum principium operationum, propter quod omnia, & ipsum propter se, huiusmodi duo esse non possunt. Vnde colligitur, quod sicut in omnibus motibus necesse est, deuenire ad vnum primum mouens immobile, ita in appetendis ad vnum Dominum, & finem imperantem, & mouentem.

Et præterea, hæc Dei nostri natiua conditio est, vt solus haberi velit, nec socium admittat. Hinc ait, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias. Et iterum. Videtè quod ego

Eccle. 2.

Esa. 28.

D. Th. 1.2.

q. 1. art. 5.

Deut. 6.

Deut. 32.

A sim solus, & non sit alius Deus præter me. Alij Dij gentium noluerunt esse soli, & dum illi colerentur, nihil curabant, si alij etiam vt Dij haberentur. Non sic Deus, verus, sed ait, ego Dominus, hoc est nomen meum, & gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam sculptilibus: Permisit Dagon, arcam Dei in altari sibi dicato locari, sed arca illum non sustinuit, sed in terram deiecit. Nec mirum, id Deum velle, qui infinitus est, & coram quo vniuersa nihil sunt. Præcipue postquam homo factus se totum homini dedit, iure postulat, vt se illi homo tribuat. Vnde Paulus. In hoc Christus mortuus est, & resurrexit, vt & viuorū, & mortuorum dominetur. Quid magnum ab homine exigitur, si ei dicatur, trade te totum Deo: cum Deus ei datus sit? est,

B ne hæc digna compensatio? Sed quid subinfert Christus Dominus ex eo assumpto, *nemo potest duobus dominis seruire?* certe illud. *Non potestis, Deo seruire, & Mammonæ.* Id est diuitijs, quæ lingua Syra Māmō dicuntur. Attende, nō dici nō potestis diuites esse, & mihi seruire, plures enim reges, & patriarchæ Deo seruiunt, cum diuites essent, & pleni fuere operibus misericordiæ, sed ait, non potes Deo seruire, & diuitijs. Si diuitiæ tibi seruiūt, potes eas habere, & Deo seruire, sed si seruus es diuitiarū, Deo seruire non potes. Sed qua in re agnoscemus, an diuitiæ seruiāt homini, vel homo diuitijs? Audi signum, quod Centurio dixit. Ego homo sum, sub potestate constitutus, habens sub me milites, & dico huic, vade, & vadit, & seruo meo, fac hoc, & facit.

C Si diuitijs vteris tanquam Dominus in bonum, & eas mittis in xenodochia, ad pauperum domos, eas ponis ad pedes Apostolorum, Dominus diuitiarum tu es, non eis seruis. Si vero è diuerso sit, quod videns famelicum ad te clamantem, & fidem, quæ te vrget, vt eleemosynam facias, & naturalem etiam inclinationem flagitantem, vt indigenti subuenias, nihilominus nō audes diuitias contingere, seruus es Mammonæ. Si in temporarium acquisitione sollicitus nimium es, & per mare, & terram discurras vt diues sis. Māmō te mittit, quo vult, vtitur te vt micipio, seruus es, non Dominus, ideo de his Psalmista ait. Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. Optime regius Psaltes non diuitias virosū dixit, sed viros diuitiarum, quia non illi diuitijs, sed diuitiæ illis

Esa. 42.

1. Reg. 5.

Rom. 14.

Matt. 8.

Psal. 75.

dominan

dominantur. Sed qua ratione hi viri diuitiarum nihil inuenerit in manibus suis? Certe quia diuitias in manu non habuerunt. **Iob. 21.** Audi Iob hoc dicentem. Veruntamen quia non sunt in manuum eorum bona sua, consilium eorum longe sit à me. Quem locum versans Gregorius ait, bona in manu habet, qui despiciendo temporalia, sub dominio mentis ipsa supponit, iusti aliquando diuitias possederunt, non tamen in corde eas reposuerunt, obediētes illi, quod dicitur in Psalmo, diuitiæ si affluent, nolite cor apponere, in manu eas collocauerunt, vt eas largirentur, & eis vtentur tanquam dñi. Qui vero diuitijs seruit non eas manu tenet. Sed tenetur, ideo consiliū eorū longesit à me. Sed quod nam horum consiliū est? Hoc plane, temporalibus frui, æternā negligere hoc consiliū lōge à iusto est, qui quærit primū regnū Dei. Merito ergo nihil inuenerunt in manibus suis, qui nihil habuerunt in manibus, nihil posuerunt in manibus Christi, nihil in manibus pauperum. Reprobantur milites Gedeonis plures, & pauci eliguntur hoc signo, qui lingua lambuerunt aquas, sicut solent canes lambere, separabis eos scorsum, qui autem curuatis genibus biberint, in altera parte erunt. Fuit itaque numerus eorum, qui manu ad os proijciente lambuerunt aquas, trecenti viri, omnis autem reliqua multitudo flexo poplite biberat. Et ait Dominus ad Gedeon. In trecentis viris, qui lambuerunt aquas, liberabo vos. Qui enim diuitijs sic inhiat, vt sine mensura proiecti in terram eas bibunt, reprobī sunt, qui vero in mensura manus parce eas capiunt, qui eas manu tenent tanquam Domini earum, hi electi à Deo sunt, vt cum Christo Domino mundum superent.

Quæ vero seruitus nobis sit eligenda, vtrum Deo, an Mammonæ seruiendum sit nobis, quasi manifestum Christus relinquit. Si Deo seruire vis, Mammonæ seruire non potes. Est ne quidpiā in mundo, quod si dilexerimus, Deum amittimus? est certe, nec vna res tantum, sed plures. O si quis hunc titulum eis poneret, hanc super inscriptionem eis superscriberet, ac diceret. Si diligis me, quæ meretrix sum, quæ Mammona dicor, Deum amittis. Fieri ne potest, vt hoc audito non dicas cum Ioanne. Fratres nolite diligere mundum, nec ea, quæ in mundo sunt, quia si quis diligit mundum, non est charitas patris in eo. Cui vis ad

herere

A herere ò homo? cui hero inferuire, Deo, an Mammonæ? Quis nequior Dominus Mammona? misere tractat, & discruciat seruum. O mundi diuites vilissimi serui, quam peruerso Domino adheretis, qui vos mittit in villam, vt pascatis porcos, nec siquis vos fatiat. Vide, quo seruum suum ducat Mammon, Achab impulit, vt Nabot occideret, vt vineam illius sibi raperet. Fame canina seruos discruciat, famem patientur vt canes, & circuibunt ciuitatem, Psalmista ait. Non satiatur Achab regno, aula regia, vineis, & oliuetis optimis, circuit ciuitatem, vt canis famelicus, vt aliquid sibi inueniat, vt comedat. Contra vero Deus seruos placidos habet, & quasi filios tractat. Vos autem non estis serui, sed liberi à peccato, serui autem facti iustitiæ, habetis fructum vestrum in sanctificatione. **B** Ais, Deum mihi eligo in Dominum, mihi adherere Deo bonum est. Audi Moysen dicentem in Deutoronomio, Dominum elegisti hodie, vt sit tibi Deus, & ambules in vijs eius. En Dominus elegit te hodie, vt sis ei populus peculiaris, & faciet te excellentiorem cunctis gentibus. Audi ergo, quæ Dominus tuus præcipit.

Ideo dico vobis, nolite solliciti esse animæ vestræ, quid manducetis, neque corpori vestro, quid induamini, nonne anima plus est quam esca, & corpus plusquam vestimentum. Mira profecto illatio, ideo dico vobis, quia non potestis seruire mihi, & diuitijs, nolite solliciti esse de cibo, & vestitu, si enim de his solliciti estis, Mammonæ seruietis. An non melius colligeret, & argueret, si diceret, quia mihi, & diuitijs seruire non potestis, ideo nolite furari, nolite fraudare inuicem? non ita subinfert Christus Dominus. Sed nolite solliciti esse, quid manducetis, &c. Sed Domine non mihi comedendum est? Si diceres, superfluas vestes ne facias, tapetia pretiosa ne habeas, vasa auri, & argenti ne feceris tolerabile hoc esset, sed cibus qua ratione nobis curandus non est? O diuersum Dei, & hominum iudicium, homo plurimi æstimat diuitias, Deus nihili. Dixit aliquando Christus Dominus. Impossibile est, diuitem intrare in regnum cælorum, quibus verbis ostendere voluit, maximum discrimen diuitiarum. Stupefacti Apostoli respondent. Quis ergo saluus esse poterit? Pos-

Ii semus

Iob. 21.

Greg.

Psal. 61.

Iud. 7.

1. Ioan. 2.

3. Reg. 21.

Psal. 58.

Rom. 6.

Psal. 72.

Deut. 26.

Matt. 19.

Aug.

semus eis dicere, quam plurimi, quoniam pauci diuites sunt. Ait vero Aug. non id significat Dominus, sed nomine diuitis intelligit eum, qui habet diuitias, vel eas cupit habere, & hac ratione fere omnes diuites sunt, quia vel diuitias possident vel desiderant. Et ideo rectè Apostoli dicunt, quis ergo poterit saluus esse? Mirandum valde, quod Christus tanta mala de diuitijs dixerit, & nihilominus omnes volunt diuites esse. Plurima ergo mala de diuitijs dicta sunt duas ob causas. Prior est, quoniam illæ instrumenta sunt vitiorum omnium. Vindicari vis. Si diues es, facile vindictam sumes, desideras mulierem alienam si diues es, obtinebis, diuitijs omnia parèt, & pecuniæ obediunt omnia. Diuitiæ etiam initium superbix sunt. Et ideo Paulus ait. Diuitibus huius sæculi præcipe, non sublimè sapere, proxima enim diuitijs superbia est. Altera vero ratio est, quod non diuitiæ damnantur, sed earum inordinatus amor, non cura corporis, sed sollicitudo, hanc Christus Dominus tollere nititur, quia illa multorum peccatorum radix est. Hinc Esaias. Væ, qui trahitis peccatum in funiculis vanitatis. An non miserandum esset, si videres hominem, qui iugiter traheret massam ferri funiculis alligatam, qua demum mergendus esset in mare, & perdendus? Sed quis est, qui funiculis vanitatis peccata trahit? Attende vana desideria tua, iam desideras pretiosas vestes, iam domum per amplâ, iam vasa aurea, & gemmas, in funiculos vanitatis, his vanis desiderijs innumera peccata trahis. Propter hæc enim elemosynam non tribuis, debita non persoluis, superbas, & arrogans es. Ideo Paulus ait. Qui volunt diuites fieri, incident in tentationem, & in laqueum diaboli, & in desideria multa, & inutilia, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem. Sollicitudo ergo diuitiarum est funiculus vanitatis, quo innumera peccata trahuntur, & tandem nos mergit in interitum æternum. Ideo Christus Dominus ait, nolite solliciti esse. Hæc enim vana sollicitudo diuitiarum suffocat verbum Dei, sicut ipse dixit, à sollicitudinibus, diuitijs, & voluptatibus huius sæculi euntés suffocantur. Hæc cura nimia cibi, & vestitus, quæ omnem rapit cogitationem, est sollicitudo, quam Christus damnat. Hæc est cupiditas, quæ radix est omnium malorum,

1. Tim. 6.

1. Tim. 6.

Esai. 5.

1. Tim. 1.

Luc. 8.

A loram, hic in ordinatus amor, nomine sollicitudinis expressus, efficit, vt innumera peccata committas, vt diuitias congreges, & sic te seruum earum facit.

Vt vero hanc auferat sollicitudinem à nobis pluribus vtitur rationibus in Euangelio, quas si rectè intelligeremus, reuertere mur in domos nostras absque sollicitudine temporalium, & liberi à seruitute diuitiarum. Omnes vero rationes vno nituntur fundamento, diuina, scilicet in nos cura, ac prouidentia. Si diues, & misericors princeps sic pauperem alloqueretur, sub cura mea tu eris, ego vniuersa tibi necessaria præstabo, ne ultra sollicitus sis tui, ego omnem hanc curam suscipiam, & larga manu necessaria tibi ministrabo. An non pauper ille omnem abijceret sollicitudinem? Multi elemosynam pauperi tribuunt, sed curam pauperis integram non suscipiunt, qui vero hanc suscipit, tenetur vniuersa necessaria ei prouidere. Audi ergo o homo pauper, & solcite, Deus princeps, diues in omnes, qui intocant illum, fidelis in omnibus verbis suis, non solum dicit, volo tibi benefacere, elemosynam concedere, sed noli sollicitus esse, ego curam tui suscipio, ego vniuersa tibi necessaria concedam, ergo tu noli sollicitus esse. Audi Apostolum. Omnem sollicitudinem vestram proijcientes in eum, quia ipsi est cura de vobis. Et Psaltes regius ait, Dominus sollicitus est mei. Si tu sollicitus tui fueris, Deus tui sollicitus non erit, proijce à te in Deum sollicitudinem, & Deus eam suscipiet, & melius tibi propidebit, quam tu, Dominus regit me, nihil mihi deerit, quid mirum, si Dominus sollicitus mei est, quod nihil mihi deficit? Si tu curas te solcite, plura tibi deerunt, si Deus tui curam suscipit, nihil tibi deerit.

1. Tim. 6.

Simile.

1. Pet. 5.

Psal. 39.

Psal. 22.

Prior ergo ratio, quæ huic in nititur fundamento est. Nonne anima plus est, quam esca. Multo excellentior, atque nobilior est anima, quam esca, & corpus, quam vestimentum, si ergo Deus dedit tibi, quod maius est, non negabit, quod minus est. Nihil responderi potest huic rationi. Dic mihi o homo solcite decibe, & veste quis infudit in corpus tuum animam Dei imaginem, similem Angelis, potentijs miris ornata? Num eam à Deo postulasti? num meruisti; nequaquam, dices, quis ergo sollicitus fuit, vt eam tibi daret? certe Deus pro sua bonitate, qui

ergo tibi animam dedit, quam non petisti, nec meruisti, non dabit escam, quæ minus quid est si ei seruiers, & ab eo petieris? Spera ergo in Domino, & fac bonitatem, & passeris in diuitijs eius, vt Psalmista ait. Sub obiecto diuinæ spei continetur. (ait Diuus Thomas) non solum æterna animæ salus, sed etiam vniuersa media salutis æternæ, & bona temporalia, quæ ad hoc fuerint conuenientia.

Sed & hanc rationem iterum, atque iterum expendamus. Ratio innitur huic fundamento, qui tribuit, quod maius est, dabit, quod minus est. Nunc ergo hanc extollamus rationem cum Paulo. Qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non cum illis omnibus donauit? Qui dedit filium in crucem, num panem vilem negabit? Qui panem Angelorum tibi concedit, panem de celo verum, num panem de terra non dabit? Qui animæ tuæ eam vestem concessit, de qua Paulus ait: Induimini Dominum nostrum Iesum Christum, vestem corporis negare poterit? Optima, ac pretiosissima vestis Christus Dominus est, omnem aperit defectum, de eo enim & pulchrum reddit hominem, & à Deo in pretio habitum. Sicut Iacob à patre benedictus est propter vestem primogeniti. En ò homo insane insaniam tuam! Sollicitus es de cibo, & veste corporis, & sollicitus non es pro veste, & cibo animæ? Manifesta ergo prior ratio est, qui dedit tibi corpus, & animam, quod maius est, in super & filium, dabit, quod minus est, cibum, & vestem corporis. Ex perceptis ergo maioribus beneficijs discere sperare minoræ, ne audias, quod olim Israel à Deo audiuit, quousque populus iste non credit mihi in cunctis mirabilibus meis, iam enim per decem vices tentauerunt me. Stupidi quidem illi fuerunt, qui ex perceptis à Domino beneficijs spem futurorum non collegerunt. Quibus persimilis est, qui accepta anima, & corpore à Deo, non sperat cibum, & vestimentum. Et deinde, qui speras à Deo gratiæ, & gloriæ inmensa dona, quibus temporalia non valent comparari, quia, vt Sapiens ait, omnia, quæ desiderantur, huic non valent comparari, quomodo non sperabis ea, quæ etiam

Psal. 6.
D. Tho.

Rom. 8.

Rom. 13.

Gene. 27.

Nume. 14.

Preu. 3.

A etiam brutis conceduntur? Qui aurum, & lapillos tibi concederet, negabit paleas, & vilia quæque domus? Aut ergo dictis credis, aut non? Si non credis, infidelis es, si credis, quomodo, aut qua ratione minora non speras, qui recepisti tanto maiora?

Satis profecto ratio superius dicta erat, vt à nobis omnem auferret sollicitudinem, sed ea contentus non est Christus Dominus, sed alia, atque alia vitur, vt solliciti non simus pro cibo, & veste. Num omnibus his rationibus perficiet, vt solliciti non simus? Audi rationem aliam. Respicite volatilia cali, quoniam non serunt, neque metunt, nec congregant in horrea, & pater vester caelestis pascit illa, nonne vos magis plaris estis illis?

Dulcedine plena sunt verba hæc. Pater tuus Deus est, & hic pascit aues cæli, & cuncta animantia, negabit ne tibi cibum, qui pater est? Vidisti aliquando in terra hominem, qui pascit animantia domus suæ, & filios patitur fame interire? nequaquam. Si ergo vos cum sitis mali nescitis bona data dare filijs vestris, quanto magis pater vester caelestis id faciet? Mirabilis profecto diuina est prouidentia circa cuncta animantia, cum aperit manum suam, & implet omne animal benedictione, cum animantia innumera sint, & diuersis cibis vtantur, omnibus cibum large concessit, simulque dedit vim, ac sensum, vt eum quærent, vt api, formicæ, bobyçi, & reliquis, & voluit aliqua animalia à parentibus omnino deserri, vt in illis mirabilior Dei prouidentia appareret, qui ea pascit. Hinc Dominus ad Iob. Quis præparat coruo escam suam, quando pulli eius clamant ad Deum vagantes, eo quod non habeant cibos? Et regius Psaltes huic concinit, dicens. Et pullis coruorum innocantibus eum. Pulli enim coruorum sine plumis nascuntur, & ideo à parentibus non agnoscuntur, nec pascuntur, pascit vero illos Deus quibusdam vermiculis, qui in inido nascuntur, donec nono die plumescentes à patribus pascuntur. Si ergo tanta Dei cura est circa minutissima animantia, etiam à parentibus derelicta, quo pacto deesse poterit homini, propter quem omnia condidit? Qui huius

Luc. 11.

Psal. 144.

Iob. 38.

Psal. 102.

li 3. magne

magnæ familiæ Dominus est, si ea curat, quæ subiecit sub pedibus hominis, quanto magis hominem, qui princeps est? Audi Paulum. Qui suorum, maxime domesticorum, curam non habet, fidem negavit, & est infideli deterior. At nos domestici Dei sumus, ut Paulus testatur, & filij, & heredes, erit ne Deus infideli deterior, nos non pascens?

Sed ex hac ratione aliqui ansam sumere posse videntur non laborandi, ait enim Christus Dominus, animalia non laborare, non seminare, & tamen à Deo pasci. Sic otiosus dicit, pascet me Deus, etiam si non laborauero. Absit, in paradiso voluit ut operaretur Adam, quid faciet in exilio? posuit illum, ait scriptura, in paradiso, ut operaretur, & custodiret illum, Paulus Anathematizat ociosos, qui laborare nolunt, ait enim. Nam cum essemus apud vos, hoc denunciabamus vobis, quoniam si quis non vult operari, nec manducet. Audiuimus enim inter vos quosdam, ambulantes inquiete, nihil operantes, sed curiose agentes, ijs autem, qui eiusmodi sunt, denunciamus, & obsecramus in Domino Iesu Christo, ut cum silentio operantes, suum panem manducet. Quod si quis non obedierit verbo nostro per epistolam, hunc notate, & ne commisceamini cum illo, ut confundatur. Quo loco Diuus Thomas ait, illud, ne commisceamini cum illo, significare excommunicationem. Scripsit librum Augustinus, cui titulum inscripsit, de opere monachorum, ad quosdam monachos dicentes, ipsis orandum solum esse, non operandum. Quibus Augustinus ait, nos omnes operari Deus voluit, cum dixit. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Et Psaltes regius. Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit. Non ergo labor prohibetur à Christo, sed sollicitudo. Nec aues in exemplum proponuntur non laborandi, sed sperandi in diuina providentia.

Ex dictis Christus Dominus pulchre colligit. *Quærite ergo primum regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis.* Attende nunc diuinum pactum, quod tecum pepigit Deus, quære Dei regnum, obedi mihi, & temporalia tribuam adiiciens illa, quasi rem paruum. Numquid grandæ est, ut consoletur te Deus, ait Eliphaz Iob sanctissimo, Quasi dicat.

Nihil

1. Tim. 5.

Eph. 2.
Rom. 8.

Gene. 2.
2. Tes. 3.

D. Tho.
Augu.

Gene. 3.
Psal. 127.

Iob. 15.

A Nihil hoc est apud Deum, & quasi paruum quid illud facile præstabit, ut ab omni corporis miseria libereris. Ut vero vim verborum Christi Domini explicemus. Attende, legem Dei ab ipso nuncupatam sepe testamentum, & Berith, quod pactum significat, teste Hieronymo. Quia deducitur à verbo, quod significat, ferire, occidere, & comedere, ut peritissimi Hebræorum dicunt. Et ratio huius est, quoniam antiquis mos fuit, cum pactum inibant, occidere, ac diuidere animalia, transireque per partes illas diuisas. Et transeuntes aiebant, sic pereat, ac diuidatur, qui pactum irritum fecerit. Et deinde comedebant pariter ea, quæ diuisa fuerant animantia, Homerus meminit huius rationis pacti ineundi, & Ditis Cretensis, qui adfuit bello Troiano, longe differit de hac ratione paciscendi, in libro de bello Troiano. Et quod magis est eiusdem pacti meminit Deus Hieremias. 34. Et dabo, ait, viros, qui præuaricantur fædus meum, & non obseruauerunt verba fæderis, quibus assensi sunt in conspectu meo, vitulum, quem conciderunt in duas partes, & transierunt inter diuisiones eius, &c. Et quod antiquissimum est, cum promitteret Deus Abrahæ terram illam, cum signum huius promissionis Abraham peteret, ut Deus pactum iniret cum Abraham præcipit, ut animalia diuidat, & inter diuisas partes transeat. Et ipse Deus similiter transiuit. Ait enim scriptura. Apparuit clybanus fumans, & lampas ignis transiens inter diuisiones illas, in illo die pepigit Dominus fædus cum Abraham. Summa profecto Dei in nos benignitas, ut velit sic nobiscum pacisci, ac si homo esset nostri similis. Nunc ergo ò homo audi Dei tui pactum, quod tecum init, quære primum regnum Dei, & iustitiâ eius, & dabit tibi vniuersa necessaria. Sed forsitan objicis mihi. Nô video ego eâ Dei curâ in me, sepe enim me derelictum video. At cõtra Dauid ait. Nô vidi iustum derelictum. Audi rei huius rationem. Cũ pactum sit inter duos, do, ut des, si alter implet, quod promissit, alter implere tenetur, si secus primus fecerit, secundus pacto non alligatur. Si tu primum quæris regnum Dei, tenetur Deus pacto, ut te pascat, si id non præstas, Deus liber à pacto est. Audi pactum, si audieritis me, bona terræ comedetis, vis illud repetito audire? Fac bonitatem, & pascetis in diuitijs eius. Id ipsum tertio Christus Dominus hodie ait, quærite

Ii 4

primum

Hierony.
Sala.

Homerus
Ditis.

Hiere. 34.

Gene. 15.

Psal. 36.

Psal. 36.
Esa. 1.

primum regnum Dei, & iustitiam eius, &c. Si tu impleueris, quod ad te pertinet, Deus negare se ipsum non potest, fidelis in omnibus verbis suis est, stabit promissis. Sed si tu non impleas ea, adque teneris, Deus iure dicet illud prophetae. Non pacam vos, quod moritur, moriatur. Et reliquistis me, & egredimini inquam vos, &c.

Zachar. II.

In Dominica Decima Quarta, Post Pentecosten, Concio Secunda.

Thema. Non potestis Deo seruire, & Mammona.
Matth. 6.



Iob. 14.

Maximum quid hodie molitur Christus Dominus, & quod solus Deus perficere potest, sicut aiebat Iob, quis potest mundum facere de immundo conceptum semine, noane tu, qui solus es?

Sed quid est, quod hodie Christus perficere curat? Certe ut homines diuitias nihili ducant, eis non inseruiant, solliciti non sint eorum, que ad corpus spectant. Hoc perficere, quis valeat, nisi Deus? Apud homines impossibile id est, sed Deo omnia possibilia sunt. Ipse, qui consiliarius noster est, nobis hodie consilium præbet, quo tranquillifimus, & sine sollicitudine vitam ducamus, cælestibus simile, omni nõ trāqui-
lā. Ipse qui est in sinu patris, & cælestia videt, & terrena, tanquā oculatus omnium testis nobis dicit, nihil omnia temporalia esse, & ideo circa illa sollicitos nos esse, non oportere, sed sollicitudo nostra versetur circa regnum Dei, & iustitiā eius. Quod
si fece-

A si fecerimus vtrumque assequemur, & cælestia, & terrena, quæ adijciuntur nobis.

Optimum profecto consilium, profectum à magni consilij Angelo, & quod merito cordibus nostris inscribendam est. Quid desideras ò homo? Cælestia, & temporalia? Vtraque facile assequeris, esto sollicitus cum Deo tuo, & vtraque habebis. Sollicitus esto pro salute animæ tuæ. Attende ò homo qui circa temporalia sollicitus es, diuersa, ac contraria via te incedere ab ea, quæ te decet, sollicitudo tua non in temporalibus impendenda, sed in spiritualibus. Audi prophetam. Indicabo tibi ò ho-

Miche. 6.

Bmo, quid sit bonum, & quid Deus requirat à te, ò præclarum prophetam, qui hæc docet, ne quispiam dicere valeat, nescire se, quomodo Deo placeat. Sed quid hoc est? Vtique, facere iudicium, diligere misericordiam, sollicitum te ambulare cū Deo tuo. Iudicium tecum fac, iudicans te metipsum, persequens, ab negans. Proximo misericordiam impende, Deo sollicitudinem curans ei per omnia placere. Maximum negotium est salus eter-
na animæ, ideo sollicite curandum. Hinc Moyses. Custodi animam tuam sollicitè. Et Paulus. Sollicite curate ipsum probabile exhibere Deo operarium. Et hanc sollicitudinem alibi vigiliam appellat. Beatus seruus ille, quem, cum venerit Dominus, inuenit vigilantem. Videte ergo, ne grauentur corda vestra cra-

Deut. 4.

2 Tim. 2.

Mat. 25.

Matt. 24.

Cpula, & ebrietate, & caris huius sæculi. Attende hominum corda grauata curis huius sæculi, quibus impediuntur, ne orent, ne sacramenta frequentent, ne pios libros legant. Sicut olim Pharaon ait. Volunt Israelitæ secedere in desertum, ut sacrificent Deo suo, vacant enim, & idcirco vociferantur, dicentes, eamus, & sacrificemus Deo nostro, opprimantur operibus, & expleant ea. Ait Israelita, volo sacrificare Deo meo. Respondet Pharaon, otiaur, & ideo hæc loquitur, plures reddat lateres, paleas etiam quærat, ut sic non ei vacet alia cogitare. Ita nunc Christianis sepe accidit. Venit tibi in mentem hæc cogitatio, natus ne sum, ut mundo ait diabolo inseruiam? Num non mihi melius esset, ut Deo vacarē. Ait diabolus, vacat hic otio, ideo hæc cogitat, innumera opera ei imponamus, curis huius sæculi eum opprimamus, ut de Deo cogitare non valeat. Aduersus hanc diaboli

Exod. 5.

astutiam consilium nobis Christus præbet, *nolite solliciti esse, A
 &c.* In mensura accipe omnem curam, & laborem circa temporalia, & præcipue spiritualia cura, nec illa ista impediunt: Nec ideo putes, temporalia defutura tibi, quia hæc adjicientur tibi. Cum vero ait, *adjicientur vobis,* & non ait dabuntur, profecto indicat, aliud esse, quod principaliter datur, aliud, quod super additur. Quia enim nobis in intentione æternitas, in usu vero temporalitas esse debet, & illud datur, & hoc adjicitur. Hæc Gregorius. Summum Christiani negotium est, quærere regnum Dei, ad hoc mundi machina constructa est, ad hoc lex lata, ad hoc prophetas, & doctores misit Deus, ad hoc Angeli missi, ad hoc Spiritus sanctus, & ad hoc tandem Christus in mundum venit, ut nobis exemplo esset, temporalia vilipendens, & qui huic negotio vacaret, reliqua omnia negotia temporalia facile conficeret, & miracula in dies, si oporteret, experiretur, sicut sancti viri in necessitatibus experti sunt. Hinc propheta ait. *Ficus enim non florebit, & non erit germen in vineis, metietur opus oliuæ, & arua non afferent cibum, &c.* Ego autem in Domino gaudebo, &c. quasi dicat, cum vniuersa vastata fuerint, mihi de erit nihil.

Sed magistri nostri rationes potentissimas perpendamus, quibus probat, hanc sollicitudinem circa temporalia non habendam.

Et prior illa sit. *Non potestis Deo seruire, & Mammonæ, quia nemo potest duobus dominis seruire.* Seruus diuitiarum dicitur avarus, & cultor earum, ideo avaritia dicitur idolorum seruitus. Vnde Paulus. Hoc autem scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, quod est idolorum seruitus, non habet hæreditatem in regno Christi, & Dei. Vnde Hieronymus ait. *A Estimato male pondere peccatorum, leuius alicui videtur peccare avarus, quam idololatra, sed non mediocriter errat. Non enim grauius peccat. Qui duo grana thuris proijcit super altare Mercurij, quam qui pecuniam auare cupit, & inutiliter congregat. Ridiculum videtur, quod aliquis iudicetur idololatra, quia duo grana thuris offert creaturæ, quæ Deo debuit offerre, & ille non iudicetur idololatra, qui totum seruitium vitæ, quod Deo debuit offerre, offert creatu-*

Greg. 15.
Mora. c. 20.

Habat. 3.

Colof. 3.
Eph. 5.

Hierony. ad
Rusticum
Monachum.

A creaturæ. Hæc Hieronymus. Ex genere quidem suo grauius peccatum est idololatria, sed ex multis alijs grauissimum scelus est avaritia. Sed iure dubitari potest, qua ratione avaritia dicatur idololatria. Commune quidem est omni peccato, ut auertat hominem à Deo, & ad creaturam conuertat, & relicto Deo sibi maius bonum putet creaturam, quod genus quoddam est idololatriæ. Sed singulariter de auaro pronunciat scriptura, quod sit idololatra, duplici de causa. Prior est, quia diues se ipsum colit ut Deum, & coli ab omnibus vult, putat se omnibus superiorem, nullius egere, & ab eo pendere reliquos, omnia se credit in diuitijs habere, vnde se quendam Deum fingit, & quasi adorari vult. Qua propter Paulus ait. Diuitibus hu-
B ius sæculi præcipe, non sublime sapere, nec sperare in incerto diuitiarum suarum. Superbiæ fomentum diuitiæ sunt. Eleuatur enim diuitis cor, sicut eleuatum est cor Nabucodonosor, postquam superauit Arphaxat, & quasi Deus adorari voluit ab vniuerso mundo. Et Aman honoratus ab Assuero, & diues factus adorari ab omnibus voluit, nec sustinuit Mardochæum non adorantem se se.

Altera eiusdem rei ratio est, quia avarus speciali quadam ratione seruus est diuitiarum, & eas colit ut Deum, quia non solum propter eas Deum relinquit, sed eis credit, in eis spem suam collocat, & nullo putat se indigere, cum eas habeat, totum se eis dicat, omnem vitam, & curam circa eas collocat, credit melius in omnibus sibi prouisum, cum eas habet, quam si Deum haberet. Hæc omnia, quæ Dei sunt, diuitijs tribuit, ideo eas colere dicitur, & idololatra appellatur. Hæc vero non ita se habent in reliquis peccatoribus. Hinc Psaltes regius ait. Qui confidunt in virtute sua, & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur. Et alibi. Videbunt iusti, & super eum ridebunt, & dicent, ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum, & præualuit in vanitate sua. Hæc etiam idololatria in eo maxime ostenditur, quod cum Deo debeat amor, & obsequium ex tota anima, ex tota mente, ex omnibus viribus, tanquam vniuersali bono, creaturis vero amor, & obsequium limitatum, hoc

1. Tim. 3.

1. ad. 7.

Hester. 3.

Psal. 48.

Psal. 51.

hoc obsequium, quo omnis cogitatio, sollicitudo, & labor simul coniuncta sunt, diuitijs præstat avarus. Quod in alijs peccatoribus non contingit. Ideo Sapiens ait. Lignum offensionis est aurum sacrificantium, vñ illis, qui sectantur illud, & omnis imprudens deperiet in eo. Et iterum. Nihil est iniquius, quam amare pecuniam, hic enim & animam suam venalem habuit, quoniam in vita sua proiecit intima sua, hoc vero soli Deo debetur, Ditus Thomas, in illud Ephesiorum. 5. aut avarus, quod est idolorum seruitus, ait cum in alijs peccatis ponat homo finem in creatura, sicut avarus, qua ratione hic dicitur idololatra? Sic enim propheta ait. Argentum suum, & aurum suum fecerunt idola sibi, vt interirent. Respondet D. Thomas. Idololatrare est aliquid exterius indebite colere nunc autem in alijs peccatis ponitur finis in interioribus, quasi in propria exaltatione, sed qui ponit finem in diuitijs, ponit in eis finem, vt in re exteriori, sicut idololatra. Hæc stultitia illorū est, qui ditati à Deo auro Aegypti, ex eo fecerunt sibi vitulos conflatiles, quos adorarent. Seruus ergo Mammonæ est avarus, nec Deo seruire potest, dum Mammonæ seruit, quia duobus dominis seruire non potest. Ne ergo sis sollicitus circa diuitias, Deo enim vero hunc debes honorem.

Sed iam rationes alias perpendamus, vt omnem sollicitudinem abijciamus. Quia vero omnes innituntur in diuina circanos prouidentia, pro earum intelligentia notandum est. Dupliciter hominem Christianum operari posse ea, quæ ad victum, & reliqua humana pertinent. Primo eo modo, quo ethnicus; adhibitis humanis diligentijs absque vlla Dei memoria, vel oratione, at spe in Deum, & hoc fere modo vniuersi fideles operari solent. Ad quos Dominus loquitur per Esaiam. Quia ego tacens, & quasi non videntis, & mei oblita es. Et hinc ortum habet, vt plurimi mali successus in eis sint. Ait enim Deus, hic homo mei oblitus est, non putat, me sibi necessarium, vt prospere ei cuncta succedant, obliuiscar ego eius, nec ei adero, & cum vniuersa à Deo pendeant, cum ille recedit, ac derelinquit nos, nihil boni nobis relinquitur. Et ex hac radice procedunt omnia fere mundi mala, successusque tristes.

Secundo, eo modo quo fidelis operari debet, qui nouit vniuersa à

A uersa à Deo pendere, & omnium curam apud eum esse nec moueri folium absque eius nutu. Sed quemadmodum omnia terrena à cælis, & eorum influentijs gubernantur, ita omnia humana à Deo. Hinc Psaltes. Nisi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt, qui ædificant eam. Et capilli capitis vestri numerati sunt omnes. Ex quibus iustus colligit, vt in Deo suo fidat, eū oret, ab eo cuncta bona petat, & speret, & humana præstet opera, nõ eis fidens, sed Deo, illa vero facit, quia illis medijs Deus vult, per causas secundas, bona illi tribuere. Qui sic operatur multa bona sibi facile colliget, quia Deus illi præsto est, & minori adhibita diligentia propter Dei maius auxilium maiora adipiscitur. Hinc Psaltes. Reuela Domino viam tuam, & spera in eo, & ipse faciet. Hinc vulgo dici solet, plus proficit is, qui em Deus iuuat, quam is qui summo mane surgit. Psalmista testante. Vanum est vobis ante lucem surgere, cum dederit dilectis suis somnum, quasi dicat. Plus iustus dormiens facit, quam peccator vigilans. Non assequitur benedictionem Esau, licet magna cura venatum egrediatur, & eam furripit Iacob domi manens.

Sed obijcis, multa casu, & fortuna mihi euenire videntur, non vero à diuina prouidentia, qua ratione Aristoteles casum, & fortunam causas dicit rerum. Respondeo licet aliqua nobis casu contingant, Deo tamen nihil, quia vniuersa, etiã minima, ab eo curantur. Vnde Plutarchus referens Euripidis sententiam dicentis, Deum magna curare, & parua relinquere, ille eum corrigit dicens. Ego vero fortunæ nihil arbitror permitendum. Et optime Augustinus ait. Multa nobis casu succedunt. Deo vero nihil. Quemadmodum cum tu mittis duos seruos, vt diuersis vijs peractis in vnum conueniant locum, tibi hoc præscienti, & intendenti non casu, & fortuna se mutuo inueniunt, illi vero casu se inuenire dicuntur quia nesciebant, nec intendebant se mutuo inuenire. Ita licet creaturis plurima casu eueniant, sed non Deo.

His ergo suppositis rationes Christi Domini expendamus, ne solliciti simus, Deus qui vniuersa curat, & à quo bona cuncta procedunt, dedit vobis corpus, & animam, quod maius est, ad illum pertinet, cibum, & vestem tribuere, dabit ergo illa, quæ minus quid sunt. Et qui volatilibus cæli cibum tribuit, tibi quo-

Eccle. 31.

Eccle. 10.

D. Tho.

Osea. 8.

Exo. 32.

Esa. 57.

Psal. 126.

Luc. 12.

Psal. 56.

Psal. 126.

Gene. 27.

Plutar.

Augu. 5. de

ciuit.

Simila.

quoque, qui pluris aestimaris ab eo, necessaria concedet. In his rationibus explicandis non immoramur, quia superiori concione eas explicuimus. Ideo ad tertiam Christi Domini rationem descendamus, & illa est.

Quis vestrum cogitans potest adijcere ad staturam suam cubitum unum? Quasi dicat non vis sollicitudinem abijcere, ergo sollicitus esto, cogita, discurre, festina, & dic, hæc, & hæc agam illa acquiram illa congregabo, & nihil horum fiet. In consiliū & Dominus dissipabit illud, loquere verbum, & non fiet, quia Deo non adhesisti, nec in eo sperasti, sed in baculo arundineo Aegypti. Quot hominum contrarietate curæ, & sollicitudines vanæ sunt, & sine fructu. Dic ergo, licet anxieris cogitatione tua, poteris ad staturam tuam adijcere cubitum unum? nequaquam. Si ergo hæc sollicitudo nihil tibi proficit, imo obest multum, ut quid eam habere vis? Projice abs te, relinque, quod tibi non convenit. Ego sum, qui sum, & sine me nihil est, & quod est à me habet, ut sit, ad me ergo accede & sollicitudinem misisti fac. Sicut enim à diuina providentia pedit statura tua, nec ultra progredieris, licet sollicitus in eo sis, ita fortunæ bona ab eadem providentia pendent, & sollicitudo tua, si ei aduersatur, erit inanis. Et inde est, quod maxima sollicitudine adhibita quidam pauperes sunt, alij vero sine vlla sollicitudine diuites. Hinc Sapiens. Est homo laborans, & festinans, & tanto magis non abundabit. Est homo mercidus, & egenus recuperatione, plus deficiens virtute, & abundans paupertate, & oculi Dei respexit illum in bono, & exaltauit caput eius, & mirati sunt in illo multi, & honorauerunt Deum. Et inferius addit. Paupertas, & honestas à Deo sunt. Et tandem concedamus tibi, quod verum non est, sine Deo bona plurima te consequi posse. Quid ad hoc iuuat sollicitudo, & anxietas cor dilanians? Labor proderit, sollicitudo nequaquam, labores ergo pone, & sollicitudines abijce. Quia in re, sicut in alijs illud nobis considerandum est, Deum à nobis velle auferre, quæ noxia sunt, non quæ bona, & proficua. Non litem iustam tollit, ut substantiam tuam recuperes, sed odium, quod tibi proficit nihil. Non cibum, & potum uti, sed gulam, & ebrietatem. Non tua curare, & laborare, sed sollicitum esse, quod tibi omnino vtile non est.

Et de vestimento, &c. hæc enim omnia gentes inquirunt. Gentes quæ aliam vitam non noverunt, non mirum, hæc querant, sed fidelis, qui

A qui aliam expectat vitam, nihil presentia estimare debet. Aliter fidelis in mundo conuersari debet, quæ ethnicus. Hic enim adorat Deos inhonestos, ebrios, luxui deditos, nec mirandum, quod eos imitetur, sed fidelis, qui adorat Deum humilem factum, crucifixum, quid curet vestes, & delicias? Es ne Christi feruus sum, ais. Quomodo ergo ille humilis, tu superbus? ille nudus in cruce, tu pretiosis amictus? ille in cruce, & tu in delicijs?

Et deinde his verbis Christus Dominus ostendit longe diuersam spem in eo collocandam à fidelibus esse, quam gentes in Dijs suis, gentes enim, vel negant diuinam circa humana providentiam, vel Deos habent similes Baal, qui suos non exaudiunt, sed nec vident. Quia oculos habent, & non vident, & licet Deum credant cæli, ut Iudei, & Sarraceni, non tam credunt diuinam, infinitam pietatem, qua homo fieri, & mortem pati pro hominibus voluit. Fidelis ergo, qui non vult, Deum cuncta providere, patrem suum esse, omnia scire, & prospicere, & tanta pro eo prestitisse, multo amplioris spem in Deo suo habere tenetur. Esdras ait. Erubui petere auxilium à rege, quia dixeramus regi, manus Dei nostri super omnes, qui querunt eum in bonitate, & imperium eius, & furor super omnes, qui derelinquunt eum. Si enim auxiliares à rege copias postulassem, proximum erat, ut is mihi insultaret, & paternam Dei nostri curam, & providentiam esse inanem, diceret, cum ego alia præter ipsum patrocinia quererem. Preclara Esdræ ratio. Ego prædico Deum meum omnipotentem, & omnia curantem, quo pacto opere ostendam, me parum in eo fidere? insultaret mihi hac de re infidelis. Vere insultare possunt nobis infideles, cum nos viderint sollicitos in temporalibus, & nobis dicere, vos predicatis Deum vestrum omnia curantem, omnipotentem, verum etiam amatissimum, sanguinem pro vobis fundentem. Quomodo ergo in eum non speratis? Quid solliciti estis modicæ fidei? scit pater vester, quia his omnibus indigetis. Ille tanquam pater necessaria vobis ministrabit. Profecto ex quo Deus dignatus est hominum pater dici, omnem ab eis sollicitudinem merito abstulit. Si enim nunc Hispaniarum Rex vilem aliquem puerum in filium adoptaret, & ille anxius esset, & sollicitus, dicens, quid comedam? erit ne mihi vestis, ut me induam? an non, inscium rideres puerum? & diceres, quid sollicitus es de his minimis, cum te rex in filium adoptauerit? Sollicitus esto, quomodo patri tuo placeas, ille enim non cibum, & vestes

Esdr. 10.

Simile.

solum,

solum, sed & regna præstabit tibi. An non potius ridendus, & irridendus homo est, quem Deus in filium adoptauit, & sollicitus est de cibo, & veste? Audi loquentem Dominum ad te per *Esaïam*. Noli timere Israel, quia redemi te, vocaui te nomine tuo, meus es tu, ex quo honorabilis factus es in oculis meis, & gloriosus, ego dilexi te. Beatus ergo vir, qui timet Dominum, & c. gloria, & diuitiæ in domo eius. Sicut Iacob, qui licet in baculo suo transgressus sit Iordanem, sed regreditur cum duabus turmis diues, & potens.

Sed obijcies. Multos video ego iustos, qui non abundant temporalibus copijs, sed vel mediocrem, vel pauperem vitam degunt. Et Aristoteles inter problemata sua vnum proposuit, dicens. Cur paupertas ad bonos diuertere solet, potius quàm ad improbos? Licet ergo ego sperem in Domino, & ei adherere, pauper ero. Ad hoc duo mihi explicanda sunt, quæ vt melius percipias. No tandum est. Aliam esse rationem finis, & aliam mediocrem, quibus finem consequimur. Finis enim, quia per seipsum appetibilis est, quo magis eum consequimur, & plus de eo participamus, eo nobis melius est. Vt cum salus expetitur ab infirmo, quo eam abundantiore consequitur, eo illi melius. In his vero quæ media duntaxat sunt, non ita res se habet, nec enim quo plura, & maiora, eo meliora, sed quo fini consequendo vtiliora, eo potiora arbitramur. Vt patet in medicaminibus, non enim quo plures potiones amaræ, plures phlebotomiæ, eo melius infirmo est, sed quo conuenientiora hæc saluti sunt, eo meliora iudicantur. Nunc ergo ad nostra accedamus. Vita æterna finis est hominis, & gratia, & diuina dona, quibus eam consequimur, rationem finis habent. Et ideo quo maiorem quis consequitur gloriam, gratiam, & dona cælestia, eo melius ei est. Bona temporalia non sunt hominis finis, sed media potius. Et inde est, non nobis meliora esse, quia maiora, aut plura, sed quia fini consequendo conuenientiora. Non ideo homini melius est, quia ditior, aut potentior, sed quia ea possidet, quibus conuenientius vitam æternam consequetur. Et hac ratione orat Sapiens. Duo rogavi te, ne deneges mihi, antequam moriar vanitatem, & verba mendacia longe fac à me, mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi, tri-

buc

Ahuc tantum victui meo necessaria. Ne forte satiatus illiciar ad negandum, & dicam, quis est Dominus: aut egestate compulsus furer, & periurem nomen Dei. Quibus verbis ostendit, ea bona temporalia homini conuenire, atque optima esse, quibus vitam consequatur æternam.

His suppositis, vt obiectioni satisfaciam, dico. Aliquando iusto expedire, multa bona temporalia possidere, vt elemosynis factis regnum cæleste mereatur, & tunc plurima bona ei Deus concedet. Sicut Dauidi dedit, vt relinqueret in templi ædificium. Sic etiam patriarchis amplam dedit substantiam, quibus multa opera misericordiæ præstabant.

Aliquando vero accidit, vt homini conueniant ea solum, quæ victui necessaria sunt. Et hoc contingit vt in plurimum, quæ ratione hoc sibi concedi Sapiens orat, & tunc ea Deus iustis concedit. Sed ea lege, vt modicum illud, quod iusto conceditur, melius illi sapiat, quam multum, quod peccatori datur. Iuxta illud Psalmi. Melius est modicum iusto, super diuitias peccatorum multas, quoniam brachia peccatorum conterentur. Confirmat autem iustos Dominus. Nouit enim iustum paucis contentum esse, nec plura desiderat, & ideo ditissimus est. Qui esurit, aut sitit, & cibo, ac potu satiatur conuenienti, sanus iudicatur. Qui vero non satiatur cibo sumpto, aut potu, sed quo plerumque sumpsit, plerumque appetit, infirmus merito putatur, nec ei remedium est, plus comedere aut bibere, sed humorem tollere, qui interius latens, sanum vel sitim auget. Huic persimilis auarus est, qui nunquam impletur, satiatur nunquam.

Iustus vero contentus sua sorte est, amplius non appetit. Hinc Paulus, est autem quæstus magnus pietas cum sufficientia. Id est, animus sua sorte contentus, qui amplius non desiderat. Hinc Seneca. Si mihi res meæ non sufficiunt, ego sufficio rebus meis. Id est, si illæ votis meis non se accommodant, ego me illis accommodo. Et hoc forsitan usurpauit Seneca ex Paulo dicente. Ego scio in ijs, in quibus sum, sufficiens esse, id est, noui equidem contentus esse ijs, quæ possideo. Quod alibi repetit dicens. Habentes alimenta, & quibus tegamur, ijs contenti simus.

Aliquando vero iusto expedit paupertas, vt Lazaro, qui ciebat saturari de micis, quæ cadebant de mensa diuitis, & nemo

Kk

illi

*Esaï. 43.**Psal. III.**Gene. 32.**Aristo.**Psalm. 36.**Psalm. 36.**Simile.**1. Tim. 6.**Seneca.**Philip. 4.**2. Tim. 6.**Luc. 16.**Prover. 30.*

illi dabit. Et tunc iustus derelictus non est, quoniam à Deo A
protegitur, qui ei patientiâ subministrat, & merita magna. Si-
cut ergo dicit Euangelista distributa à Domino talenta esse se-
cundum propriam virtutem, vni plura concessa, alij pauciora,
sed cuique ea sunt data, quæ secundum vires eius expediebat,
ei dari, ita bona temporalia tribuit Dominus iustis secundum
propriam virtutem, Deus enim, qui nouit cuiusque natiuâ cõ-
ditionem, ingenium, mores, pericula, ac discrimina, cuique cõ-
cedit, quod ei maxime aptum est. Et ea sorte quisque debet ef-
se contentus, quam ei Deus dedit. Et primum regnũ Dei quæ-
rere, certus, quod temporalia, quæ ei fuerint conuenientia, cõ-
cedet Deus, &c.

Aggei. 1. *Quærite ergo primum regnum Dei, &c.* Quia illud non quæ- B
ris, temporalia non recipis. Audi prophetam id manifestis ver-
bis dicentem. Ponite corda vestra super vias vestras. Semina-
stis multum, & intulistis parum, comedistis, & non estis satiati,
bibistis, & non estis inebriati, operuistis vos, & non estis calefa-
ti, & qui mercedes cõgregauit, misit illas in sacculũ pertusum
respexistis ad amplius, & ecce factum est minus, & intulistis in-
domum, & exufflaui illud. Quam ob causam? dicit Dominus
exercituũ. Quia domus mea deserta est, & vos festinatis
vnusquisq; in domum suã. Propter hoc super vos
prohibiti sunt cæli, ne darent rorem, & terra
prohibita est, ne daret ger-
men, &c.

C
Dominica

A Dominica Decimaquinta, Post Pentecosten,

*Them. Ecce defunctus efferebatur, filius vni-
cus matris sue.* Luc. 7.



B Vid aliud defunctus hic nisi peccatorẽ fig-
nificat? Effectus enim causam repræsentat,
mors vero peccati effectus est. Dicente
Paulo. Per peccatum mors. Imò veto pec- *Rom. 5.*
catũ mors est, & potiori ratione dici mors
debet, quam corporis interitus. Hinc sa *Sapie. 6.*
piens. Homo occidit per malitiam animã *Rom. 6.*
suam. Hinc etiam Paulus. An nescitis, quoniam cui exhibetis
vos seruos ad obediendum, serui estis eius, cui obedistis, siue
peccati ad mortem, siue obeditionis ad iustitiam. Attẽde, quo
homo se deiciat, dum peccat. Nihil in hoc mundo nobilius
homine, ad Dei imaginem condito. Nihil vilius peccato, quod
est nihil, & nihilo deterius. An non miserrimum, hominem
fieri seruum nihili? Ideo melius esset peccatori, si natus non
fuisset, tunc enim nihil esset, at nunc seruus est nihili. Recte
Psaltes ait. Ad nihilum redactus sum, & nesciui. Addit vero
C Paulus. Effici peccatorem seruũ peccati ad mortem, quia pec-
cato moritur. Audi ò homo, quæ tibi eligẽda proponũtur, pro-
ponit vero ea Deus per Moysen populo suo. Cõsidera, quod
hodie proposuerim in conspectu tuo vitam, & bonũ, & è con-
trario mortẽ, & malũ. Testes inuoco hodie cælum, & terram,
quod proposuerim vobis vitã, & mortem, benedictionẽ, & ma-
ledictionẽ. Elige ergo vitam, vt tu viuas, & diligas Dominum
Deũ tuũ. Licet ergo peccator exteri⁹ viuere videatur, sed mor-
tuus est. Hinc Ioãnes. Nomẽ habes, quod viuas, & mortuus es. *Apot. 3.*
Est enim peccatũ simile fulmini, q; in cinerẽ vertit gladiũ, vagi-
na intacta. Ita peccatũ animã occidit, corpore integro manẽte. *Simile.*

Kk 2

Hinc

Eccle. 8.

Hinc Sapiens, Vidi impios sepultos, qui etiam dum adhuc viuent, in loco sancto erant. Qua in re mirum illud est, quod sepulchrum viuat, corpus, scilicet, & anima mortua sit. Sic enim Plato dixit corpus sepulchrum animæ.

Plato.

Efficitur vero hæc spiritualis mors ad instar corporalis mortis, in qua præcedit languor, qui in dies grauior factus, tandem mortem adfert. Ita in animo incipit quispiam malè se habere, donec tandem mortem incurrit peccati. Infirmittatis vero spiritualis initium statù, & progressum ostendit Iacobus. Vnusquisque tentatur à concupiscentia sua abstractus, & illectus. Deinde de concupiscentia, cum conceperit, parit peccatum. Peccatù vero, cum consummatum fuerit, generat mortem. Attende ð homò tentationem, & cum eam videris, caue, cum delectationem suggerit appetitus, medicamina adhibe infirmitati, ne moriaris, caue, quia mors in olla, & si remedia non adhibueris morieris. Solent aliqui, in leuioribus infirmitatibus medicum non consulere, medicamina non adhibere, sed qui in grauissima infirmitate id efficeret, sine dubio moreretur. Tentatio inducens hominem ad lethale peccatum, grauissima est infirmitas, remedijs, & cura indiget. Ideo sobrij estote, & vigilate, ne vos demon occidat.

D. Tho.

Philip. 1.

Sed forte ais, cum lumine naturali, & fide constet, animam esse immortalem, quomodo mori potest peccato? D. Thomas in illud Pauli ad Philipenses, mihi viuere Christus est, lectione secunda mortem animæ, & vitam sic explicat. Cum vitamotionem, quandam importet, nam viua mouentur à se ipsis, illud dicitur vita in homine, quod est principium operandi, tale vero est vltimus finis. Vnde cum propter Deum summe dilectum operatur quis, Deus est illi principium agendi, vnde & vita eius dicitur. Et ideo Moyses ait. Ipse est enim vita tua, & longitudo dierum tuorum. Quid vero mirù, quod homo Deo coniunctus viuat, cum sit coniunctus vitæ per essentiam? sicut coniunctus igni ignitur. Rebus vero alijs coniunctus homo mori dicitur, quia nihilo iungitur, omnis enim creatura ex se nihil est, vnde efficitur nihil, quia sine verbo, per quod facta sunt omnia, sine quo omnia nihil. Amisso ergo Deo qui vita hominis est, merito mori dicitur.

Dent. 30.

Sed

A Sed hoc valde mirandum hac in re est, quod hanc mortem sibi inferat ipse peccator. Horremus audientes, quod aliquis sibi mortem conscuerit, & iure quidem, amor enim naturalis, quo nos diligimus, maximus est, & contra illum summù, quod potest, facit, qui se vita priuat. Quomodo ergo non horremus audientes, quod quispiam sibi vitam adimat, quæ Deus est? An non hæc excellentior vita, quam naturalis? An non sibi crudelissimus hostis? Audi angelum dicentem Tobia: Qui autem faciunt iniquitatem, & peccatum, hostes sunt animæ suæ. Quæ vero sit hostis, attende. Plus mali tibi inferis, cum peccas, quàm inferre tibi posset vniuersa creaturarum congregatio. Finge nunc vniuersitatē creaturarum, quæ in cælo, terra, & inferno sunt, in te vnum conituisse summo odio, vt tibi malum omnine, quod posset inferret, & in manus traditus tatorum hostis, quisque malum omne, quod potest, efficere, tibi inferret. Proculdubio licet angeli, demones, homines, & effera animantia simul in te infurgerent, tantum malum tibi inferre nequirent, quantum ipse tibi inferis, cum peccatum committis. Sed minù diximus, quam dicere potuimus, adjiciamus, quod maximum est. Si Deus summo odio te prosequeretur, ac decerneret, infinitam potentiam suam, ac iram in te vnum effundere, & omne malum, quod inferre potest de potentia absoluta, tibi inferre. Adhuc tantum malum inferre non valeret, quantum tu tibi inferis, dum peccas.

Tobi. 12.

Hoc, quod diximus, statim manifesta ratione comprobabimus, si prius hoc vnum dixerimus. Cum audis, Deum aliquid facere non posse, ne putaueris, ex eo limitē poni diuine potestati, quæ infinita est. Plura enim Deus facere non potest, quia infinitus est, & infinite bonus, quæ si facere posset, Deus non esset. Dicimus, Deum peccare non posse, est ne id defectus potestati? Absit, imo si peccare, & deficere posset, Deus non esset, quia ergo Deus est, quia infinite perfectus, deficere, & peccare non potest.

Nunc ergo, quod superius diximus, ostendamus, si vniuersæ creature tibi malum omne, quod possunt, inferret, quod nam malum tibi facere possent? Certè malum pœniæ, illud quidem maximum, sed ultra illud procedere non valerent.

Kk 3

lum

lumenim culpæ, & peccatum in te ponere non possunt te re-
 nuente, in malo ergo pœnæ illis sistendum est, licet vniuersas
 suas vires in te exerant. Insuper si Deus ipse infinita sua po-
 tentia vellet omne malum, quod potest, tibi inferre, quod
 efficeret malum, certe mala pœnæ innumera inferre potest.
 At vero malum culpæ inferre, nequaquam potest, Deus
 enim peccati causa, & effector esse non potest, diuinæ enim
 bonitati repugnat, vt peccati causa sit, adeo Deo peccatum
 repugnat, vt mori quidem possit in assumpta natura, pecca-
 re vero nequaquam possit, sine ipso factum est hoc nihil. Si
 peccati causa esset, peccaret, ac deficeret, quod longe à Deo
 est. Ex dictis reliquum est, omne malum, quod ab vniuersis
 creaturis timeri tibi potest, malum esse pœnæ, non culpæ. Et
 item omne malum, quod Deus inferre potest, malum esse
 pœnæ, non culpæ. Malum vero, quod ipse tibi infers, dum
 peccas malum est culpæ. Conferamus nunc inter se duo ista
 mala, & videamus, quod illorum superet. De hac re quæstio-
 nem mouet Diuus Thomas, dum de malo agit, & tandem
 proposita cōclusionem ait; malum culpæ multis partibus maius
 est omni malo pœnæ, nec tantum malo pœnæ sensibilis, sed
 & malo damni, quod est carentia diuinæ visionis, quod ma-
 lum infinitum dicitur, quia bono priuat infinito. Probat propo-
 sitam conclusionem D. Thomas, quia culpa facit hominetti
 simpliciter, & absolute malum, non tamen pœna. Secundum il-
 lud Dionysij, puniri non est malum, sed fieri pœna dignum. Fin-
 ge nunc hominem, in quo sit omnis pœna absque culpa, non
 dices eum simpliciter malum. Finge alium, in quo sit culpa abs-
 que vlla pœna, hunc simpliciter malum, & absolute pronun-
 ciabis.

D. The. 1. p.
 q. 48. ar. 6.

Dionis. c. 4.
 de diu. no.

Ex quibus sequitur, quantum sit homini formidandum, ac
 fugiendum peccatum. Formidares nãc, ac trepidares, si audi-
 res, vniuersas creaturas, & Deum ipsum in te coniurasse, quia
 malum pœnæ tibi inferre possunt, quomodo non formidas
 peccatum, quod maius est malum? Hoc vero malum est om-
 nino timendum, fugiendum omnino, potius quam reliqua
 omnia mala. Sed forsitan putabis per exaggerationem dicta esse,

quæ

A quæ audisti, & minus esse, quam dicitur. Hoc scias, hominẽ
 nec vero angelum pro dignitate dicere non posse, quam sit
 malum peccatum. Solus Deus malitiam vniuersam peccati com-
 prehendit, sumit enim infinitatem ab obiecto, bonitate, scili-
 cet diuina, contra quam directe peccatum tendit. Vnde solus
 Deus omne peccati malum cognoscere, & penetrare valet, &
 solus ipse omnino explicare, quicquid homo, vel etiã angelus
 hac de re dixerit, minus est malitia peccati.

En igitur, quod initio proposuimus, peccatum mortem
 esse, & mortem omnium miseriam, hic ergo defunctus ado-
 lescens effigies est peccatoris. Sed quomodo surget? Veniat
 Iesus in ciuitatem Naim, quod fluctuationem significat.
 Promiserat ille. Non dabit in æternum fluctuationem iusto,
 vt à fluctuatione liber sit homo, veniat in fluctuationem Deus.

B Descendit ipse in mundum, vt mortuus suscitaretur, & nunc
 venit in ciuitatem Naim. Vnde Matthæus ait. Circuibat Iesus
 totam Galileam, docens in Synagogis eorum, & prædicans
 euangelium regni. Pretiosa certè animarum salus est, quam ita
 anxie Christus quærit. Si enim diabolus circuit, quærens,
 quem deuoret, multo magis Christus circuit, quærens, quem
 liberet. Sciebat enim, se esse fidei iustorem illum, cui Sa-
 piens loquitur, dicens. Discurre & festina, suscita amicum
 tuum, ne dederis somnum oculis tuis. Desiderium hoc il-
 lum à ciuitate in ciuitatem trahebat. Cucurri in siti, ait ipse.
 Hæc siti fecit, vt curreret, & exultaret vt gigas ad curren-
 dam viam, hac siti fatigatus animam patri redidit, dicens, fi-
 tio. Hinc discant ministri Christi, & omnes fideles, nul-
 lum non mouere lapidem, vt peccatorem suscitent, & à pec-
 cato reuocent. Hoc monet nos Sapiens dicens. Erue eos,
 qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum, libe-
 rare ne cesses. Si Christus à sinu patris descendit, & homo fa-
 ctus Crucem subiit, vt hoc opus perageret, quomodo tu
 illud non magnificies? Venit Christus in Naim, in fluctua-
 tionem, & commotionem, in ciuitatem commotam, & pe-
 stilentem. Hoc vero argumentum amoris est, vt visites amicũ, veni
 re in ciuitate commotam, armis repletã, & pestilentia laboratã,

Psal. 45.

Matth. 4.

1. Pet. 3.

Prou. 6.

Psal. 61.

Ioan. 19.

Prover. 24.

Kk 4 Quid

Psal. 5.

Quid est homo, quod memor es eius, aut filius hominis, quoniam visitas eum? Præceperat Deus homini, ut custodiret se, nec ex inferno admitteret quempiam, à quo pestem posset contrahere, ille vero locum diabolo dedit, & peccatum incurrit, & per peccatum mortem. Vt hanc Christus pestem auferret, Naim venit, ad eum ergo accedamus, ut suscitetur.

Ecce defunctus efferebatur. Sed qua de causa mortem incurrit? Quia orphanus sine patre erat. Multi hodie intereunt, quia patrem non habent, vel si habent, negligens est in filiorum educatione. Hanc miseram hominum conditionem deplorat Hieremias. Pupilli facti sumus absque patre, matres nostræ quasi viduæ, Vide Domine, & considera afflictionem nostram.

Vel dicere possumus causam mortis huius adolescentiam fuisse. Aristoteles ait, adolescentiam rationi rectæ subditam non esse, sed passionibus, quæ in illa ætate abundant, ratio vero tunc debilis est. Vnde quartum, quod se ignorare Sapiens ait, est, via viri in adolescentia. Hinc adolescentior filius à patre petijt portionem substantiæ, & profectus in regionem longinquam eam dissipauit. Sed audi o adolescentens Sapiens. Latere iuuenis in adolescentia tua, & in bono sit cor tuum in diebus iuuentutis tuæ, & ambula in vijs cordis tui, & in intuitu oculorum tuorum, & scito, quod pro omnibus his adducet te. Deus in iudicium, adolescentia enim, & voluptas vana sunt. Summa cura necessaria est adolescenti, ne mortem animæ incurrat. Ideo Sa-

Arist. 10.

Ethic. c. 9.

Prou. 30.

Luc. 13.

Eccle. 11.

Eccle. 6.

1. Tim. 4.

Prou. 22.

Iob. 20.

Thren. 3.

piens monet. Fili à iuuentute tua excipe disciplinam, & vsque ad canos inueniēs sapientiam. Iuuenis erat Timotheus, sed senex moribus. Ad quem Paulus. Nemo adolescentiam tuam contemnet. Sed forsitan dices, nunc adolescens sum, & si vitijs me tradidero, cito ab eis me expediam, cum vir fuero. Audi Dei spiritum oppositum docentem. Prouerbiū est, adolescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea. Et Iob. Ossa eius implebuntur vitijs adolescentiæ eius, & cū eo in pulvere dormient. Sicut enim cum febris ossa occupauerit, difficillime sanari potest, ita vitia adolescentiæ ossa penetrant, & in ipso sepulchro quodammodo perseverat. Ideo bonum est viro, cū

porta-

A portauerit iugum ab adolescentia sua. Et Psaltes. In quō corrigat adolescentior viam suam? In custodiendo sermones tuos. Ideo parentes in adolescentium educatione vigilent. Et ipsi adolescentes gratiæ remedia quærant, ut natura in firmitatem vincant. Ad sacramenta frequenter accedant, & pia opera exercent.

Hic vero adolescens mortuus *efferebatur*. Extra ciuitatem ducebatur. Mos fuit antiquis, extra vrbes sepulchra collocare. Et primum martyrum reliquiæ in Ecclesias ductæ sunt, & in altaribus collocabantur, ut super illas diuinum offerretur sacrificium. Ideo nunc in consecratione ararum reliquiæ ponuntur. Qua ratione initio Missæ dicitur, quorum reliquiæ hodie sunt. Deinde vero alij confessores sancti in Ecclesijs human-

B bantur, & deinde fideles omnes. Sed hoc verbo, *efferebantur*, aliud etiam innuitur malum, quod adolescentibus accidere solet, ut non solum peccatum admittant, sed & publicè peccare non vereantur, & ideo in publicum efferuntur. De qua re Esa. ait. Filij tui proiecti sunt, dormierunt in capite omnium viarū. Sicut bestia illaqueata, pleni indignatione Domini, increpatione Dei tui. Sicut enim bestia illaqueata omnibus transeuntibus est manifesta, & omnium patet iniurijs. Ita publicè peccans omnia peccata admittit, & videri ab hominibus, non erubescit. De quibus etiam idem propheta loquitur. Peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt. Hoc vero extremū malum est, cū frons meretricis facta est peccatori, nec erubescit, sed potius lætatur cum malefecerit, & exultat in rebus pessimis.

C Hoc etiam verbo, *efferebatur*, ostenditur abominatio peccatoris, quæ tanta est, ut ab omnibus projiciatur extra ciuitatē, nec vllus eum sustinere valeat in domo, nec ipsa mater, quis enim cum mortuo habitare poterit? Locus conueniens mortuo extra ciuitatem est. Et locus conueniens peccatori similiter. Quia sicut ille inficeret domum, & ciuitatem, ita, & hic omnibus scanda lum est. Ideo peccans Adam extra paradysum projicitur. Et eiectus est accusator fratrum de cælo, postquam iniquitas in eo inuenta est. Sic & Nabucodonosor ab hominibus eiectus est, & cum feris com-

Psal. 118.

Esa. 51.

Esa. 1.

Hier. 3.

Gene. 3.

Apoc. 12.

Kk 5

mora

moratus, quarum mores fuerat imitatus, merito ab hominibus, & eorum consortio peccator separatur, ne eos inficiat. Sed mirum hoc est, quod tunc mortuus à Christo excipitur, cum ab omnibus eijcitur, à ciuitate mater proijciebat filium, & Christus eum reuocat, & exceptit. Vt. verus inueniatur, qui dicit. Pater meus, & mater mea dereliquerunt me, Dominus autem assumpsit me. Audi iterum Psaltem. Frater non redimit, redimet homo? Quasi dicat. In die ultionis frater fratrem non iuuabit, nec redimere poterit, quomodo ergo alter homo illud præstabit? Ecce in die mortis frater non adiuvat, nec vero mater, sed omnes proijciunt mortuum, & reppellunt. Sed cum omnis frater relinquit, est primogenitus in multis fratribus, qui expiciat, qui te iuuet, & redimat.

Sed quomodo excitandus est hic mortuus? Primum ait, Lucas Tetigit loculum, & steterunt, qui eum portabant. Loculus dicitur locus emortui corporis, dicitur vero diminutiue à loco quia paruus est locus. En qui prius locum grandem quærebat, & per amplam domum, iam loculo contentus est. Sed vt hic Theophilactus ait, Loculum animæ Græci corpus dixerunt. Et sicut loculus operiri solet panno serico exterius, cum intus corpus sit fœtidum. Ita plures in pulchro, & ornato corpore animas portant scædas, & emortuas. Et hi quidem adolentes parum proficiunt concionibus, & admonitionibus, donec Dominus tangit loculū corporis graui morbo, & tunc respiscere solent. Nec parua illis misericordia impeditur, cum eorum animæ curantur, licet corpus affligatur, tunc enim detinetur, qui impetu currebat in infernū. Similis enim C iuuenis peccator esse solet equo indomito, qui in præcipitia currit. Audi Hieremiam. Attendi, & auscultauī, nemo, quod bonum est loquitur, nullus est qui agat pœnitentiam super peccato suo, dicens, quid feci? Omnes cōuersi sunt ad cursum suum quasi equus impetu vadens ad præliū. Si agere pœnitentiam iuuenis nō vult, sed impetu in vitia duci, & in infernū, an non ingens ei misericordia conceditur cum tacto loculo detinetur? Si in mare vellet quis se præcipitem dare, an non esses ei misericors, si teneres? Hinc Psaltes Dominū orat. In chamo & freno maxillas eorum constringe, qui non approximāt ad te.

Vt

A Vt bestia tractatur à Deo peccator, qui similis bestijs factus est, & chamo detinetur, ac freno corporis, scilicet, tribulatione. Sic Manasses à Deo sanatus est, qui præceps in tartara ruibat. Sic Ionas, qui à Deo fugiebat.

B Steterunt, inquit, qui eum portabant. Principiū remedij, peccatoris est, stare paulisper, cursum tenere, vt consideret viam suam, & illius exitum, ac finē. Agens viator viam suam, & duas inueniens vias, dubius est, quam teneat. Eligit eam, quæ à sinistris est, sed cum vterius processerit, videt, nō rectam se tenuisse viam, quid agat viator? Sistet tunc, viam considerat, & locum, à quo discessit, locum in quem pergit, interrogat viatores de via sua, & tunc rectam semitam capit, per quam in viam deducatur. An non simile quid perages, qui nunc in via es? Per fidem nunc ambulamus, sed à recta via declinamus, & viam quæ à sinistris est tenemus, cum eam, quæ à dextris est, tenere deberemus. Vides te amisisse rectā viam, siste paulisper, considera, vnde exieris, quo pergis, vt corrigas vias tuas. Dic mihi ò homo, quo viam agis? Dices, in cælum, in hoc enim natus sum, & ad hoc in mundum veni, ad hoc baptismum suscepī. Sed num rectam viam tenes in cælum. An non viæ tuæ viæ inferni? Quo enim te ducet libido? Quo superbia? Certe ad inferos. Ergo cum à recta via declinaueris, siste, & dic, quis terminus huius viæ meæ est? an non præcipitium? An non infernus. Declinemus ergo ab hac via. Sic Dauid fecit, cum ait. Cōsideraui vias meas, & conuerti pedes meos in testimonia tua. Consideraui, ait, vias meas, & errasse me agnoui, incedentem per eas, ideo in Dei viam conuerti pedem meum. Breuis voluptatis delectatio tristitiam parit sempiternam, dixit Euripides. Quis finē attendet peccati, & illud committet? Ideo Moses. Vtinam saperent, & intelligerēt, ac nouissima prouiderēt, si nouissima viæ prouideris, sistens paululum, sapiēs, & viam rectam tenebis.

Fontium, & fluuiorum aquæ dulces nunc sunt; sed earum finis mare est amarum, quo cum peruenerint, amaritudinem induent. Dulcis profecto nunc cibus optimus, vinum pretiosum, lauta mensa, pretiosus amictus. Sed audi Paulum. Quorum finis interitus. Et Sapientem, extrema gau-

Psal. 26.

Psal. 48.

Theophi.

Hier. 8.

Psal. 31.

2. Para. 76.

Simile.

Psal. 118.

Euripid. Dent. 3 2.

Philip. 3. Fron. 4.

gau-

Luc.6.
Amos.8.

gaudij luctus occupat. Et Christum Dominum. Væ qui ride-
tis, quoniam flebitis. Et Amos prophetam. Conuertâ festiuita-
tes vestras in luctû, & omnia cática vestra in plâctû. Omne ma-
lum peccatoris inde procedit, quod finem non inspicit. Hinc
plorabat Ieremias. Sordes eius in pedibus eius, & non est re-
cordata finis sui. Tu ergo siste, & recordare finis, & inde initium
resurrectionis tuæ erit.

Thren.1.

Tandem Christus Dominus ait, *adolescens tibi dico surge.*
Adolescens hic erat, nobilis, & diues, cum turba ciuitatis eum
comitaretur, & nihilominus mortem non euasit. Et tu ado-
lescens ais, cum senuero, pœnitentiã agam. Quomodo nosti,
te in senectutem peruenturum? Deinde diuina gloria hic ostē-
ditur, & hominis infima conditio, vertit enim Deus in cinerē
iuuenes, principes, & reges. Cum exequiæ principibus viris
magna cum pompa fiunt, dicuntur principis honores. Vulgo
dicitur, *las honras de fulano.* Sed melius diceretur, agi quidem
Dei honores, hominis vero ignominiam, ibi enim vilitas, homi-
nis manifesta fit, & Dei gloria, & honor, qui in cinerem vertit
principes terrę. Efficiens illud, quod per Ezechielem regi AE-
gypti comminatur. Superbia tua ascendit in aures meas, ponã
ergo circulum in naribus tuis, & scies, quia ego Dominus. Cir-
cui nũc principum sepulchra, vt Diogenes fecisse, fertur, & ibi
Dei potentiam videbis, qui in paruo sepulchro eum locat,
quem totus mundus non capiebat. Hic est Dei honos, &
hęc hominis ignominia. Qua ratione Psaltes ait. Quoniam co-
gitatio hominis confitebitur tibi, & reliquiæ cogitationis diē
festum agent tibi. Terribili, & ei qui aufert spiritum principũ,
terribili apud reges terrę. Quid sibi vult, cogitatio hominis, cõ-
fitebitur tibi? Cum aliquem magnum, elatum dicere vis, eum
dicis virum cogitationum, vulgo dicitur, (*hombre de altos pen-
samientos.*) Quasi ergo Dauid ait, quis non timebit te ò rex gē-
tium, cum te laudent superbæ hominem cogitationes, viden-
tes, te auferre spiritum principum, & vanas eorum cogitationes
derimere, & turrim eorum dissipare, & eum deiicere, qui se
Deum putabãt in terra, & in paruo loculo ponere, vbi ab om-
nibus concuſsetur.

Eze.29.

Psal.75.

Si ergo surgere à peccato vis, & viã dirigere tuam, mortẽ
cogita,

A cogita, quæ ad adolescentibus, principibus, & regibus seruata est.
Ferunt naturales philosophi viperæ exultæ cinerem eiusdem
viperæ morsibus medelam conferre. Momordit animum tuũ
caro tua, diuitiæ, mundi gloria. Vis presentaneam medelam?
Hęc vniuersa in cinerem verte consideratione tua, & salutem
recuperabis. An non ita Moyses medicinam confecit filijs Is-
rael? Vitulos illi adorauerant aureos, quos ille vertit in cinerē,
& eos illis tribuit bibendos, qui ergo adorati, eis perditioni fue-
runt, in cinerem versi in medelam conuersi sunt. Quid colis
ò homo? quid in hoc mundo adoras? Ille mulierculam, ille
numos, ille prædia, domum, supellectilem, ille corpus suum.
Verte hęc vniuersa in cinerem, quem bibas consideratione, &
tibi medicamina erunt. An non hęc, quæ colis, in cinerem ver-
tenda sunt? Tulit Naaman Syrus de terra Israel onus duo-
rum burdonum, ne vltra idola coleret. Si tu ergo memoria te
nueris puluerem hunc, idola non coles, sed Deum, sed vocis
Christi Domini vim attende, *resedit, qui erat mortuus.* Quo-
niam vt Anna ait. Dominus mortificat, & viuificat, deducit
ad inferos, & reducit. Vox quidem Domini in virtute, vox
Domini in magnificentia. Sed mirandum hoc valde est, quod
mortui audiunt vocem filij Dei, & statim surgunt, & viui non
audiunt, nec surgunt. Quot ad te voces Dominus dedit, quot
inspirationibus cor pullauit, dicēs, adolescens, vel ætate, vel
moribus, surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit
te Christus, nec tamen hucusque audisti. Ego autem, tanquam
surdus, non audiebam, & factus sum sicut homo non audiens.
Psaltes ait. Illud vero tibi pertimescendum est, quod si hic nõ
audis Dei voces dulces, audies voces terribiles, verba mala. Si
hic non audieris dicentem: Venite ad me omnes, audies vocē
dicentis, ite, discedite à me maledicti in ignem æternum.

Exo.32.

4.Reg.1.

1.Reg.2.
Psal.28.

Ephe.3.

Psal.37.

3.Reg.17.

4.Reg.4.

Et dedit illum matri suæ. Sicut Elias fecisse legitur, & Eliseus,
qui filios suscitatos matribus dederunt. Potuit à se suscitatum
alteri donare, vel sibi seruare, vt se sequeretur, noluit tamen,
sed matri dedit, cui ea de causa prius dixerat, *noli flere*, cito
enim ei reddendus erat filius. Ex quo colligitur, de malis tẽpo-
ralibus non nimium nobis dolendum, quia parua mala sunt, &
cito nobis resarcienda, vel in hac vita, vel in futura, ideo Chri-

stus

Chrysof. ho. 5. ad rom. stus ait, *noli flere*, Chrysofostomus ait. Mala hæc temporalia phisophantibus sunt tatum nomina rebus carentia, vera autè calamitas est peccatū. Vt vero hoc probet, ait. Multi nūc longā, & transmarinam nauigationem à terræ finibus in Arabiam abeunt, vt fimum beati Iob cernant, & conspicati terram deosculantur, quæ illius victoris certamina, & cruorem omni auro pretiosiore suscepit. Maioris enim pretij vulnera Iob sunt quam omnes lapilli, & gemmæ, & plus splendoris emittit ex se corpus illius vulneratum, quam sol, hic enim illuminat oculos corporis, illud oculos mentis. Vis nosse, pretiosa illa vulnera esse quæ gemmæ? Mortuus est tibi fili, cōsolationē, & leuamē nō suscipies, etiā si gemmæ & lapilli tibi ostendantur. Si verò vulnera Iob tibi proponantur, si tibi dicatur, tu vnum filium amisti, Iob vero septem, & tres filias, tu filium, non substantiā, nō salutem, ille vero cum omnia amiserit, gratias agit, tu ergo noli flere. His auditis consolationē suscipies. Ecce quomodo vulnera Iob pretiosiora sunt Margaritis. Attende tribulationis lucrum. Cum Iob diues, & sanus esset, habuit dæmon, vnde accusaret eum, licet mendaciter, dicens. Nunquid Iob frustra timet Deum? & cum eo in arenam descendit. Sed postquam tribulatus fuit, aufugit dæmon, nec habuit vnde accusaret. Mirabilis profecto pugna. In pugnis huius sæculi, qui vulnerati inimicum, vincit, & coronam accipit. Sed ecce diabole contriuiti Iob, quomodo eum fugis? Tūc ergo Iob redditus est victor, & nobis factus illustrior. Pulchrum eius corpus, cum sanum esset, sed multo pretiosius factū est vulneribus infectū. Quoniā & lanæ pulchræ quidem, & ante quam inficiantur, postquam vero purpureæ factę fuerint, ineffabilem capiunt pulchritudinem. Nisi corpus illius plagis perforasset, radij animi nō prodijissent, qui latebant. Si in fimo non posuisset, ipsius nō agnouisset diuitias. Nec enim tam splendens in folio rex sedens, quā insignis erat ille, & illustris in fimo. Etenim post regium folium mors, post fimum autem illum gloria. Ne ergo desleamus mala, ex quibus tanta nobis bona parantur, &c.

Concionē

CONCIONEM ALIAM IN
GRAMDE HOCEVANGELIO DO
MINICAE DECIMAE QVINTAE,
QVAE PRAECESIT, VIDE IN TOMO
primo Concionum, Feria quinta post Do-
minicā quartā Quadragesimæ.

Dominica Decimasexta post Pentecosten.

The. Et ecce homo quidam Hydropicus erat an-
te illum. Lucæ. 14.



ROPONITVR nobis in euangelio Christi medicus, & magister, sanans egrotum, & docens humilitatem, ostendensque in Dei domo, & mundi etiam humilem exaltari. In Dei domo manifestum illud est, nam Christus Dominus vsurpat sibi humile nomē, dicens se filiū hominis, humillimū locū, crucē, scilicet. Et pater supremū ei cōcedit nomē, dicēs, hic est filius meus dilectus. Et supremū locū, constituens eum ad dexteram suam in cælestibus, super omnē potestatem, & dominationem, Ioannes ait. Non sum propheta, & Christus de eo pronunciat, plus est quam propheta, adeo vero cum Deo potens humilitas est, vt cum eam viderit, etiā in acerrimo hoste, & in eo, contra quem multa minatus fuerat, nihil illi mali faciat, sed omnia ei concedat pro voto. Mirabile hoc humilitatis in Achab videri potest, qui Dei acerrimus fuerat hostis, & plura ei mala minatus Deus, sed videns eū humiliatum, ait Eliæ. Non ne vides Achab humiliatum coram me? nō inducam in diebus eius mala. Sed tūc præcipue humi-

litas

Mat. 17.
Ephē. 1.

Ioan. 1.

3. Reg. 23.

litas pretiosa est, quando in statu celsiore inuenitur, nec enim adeo mirum in statu infimo humilitatem reperiri, at in celsitudine humilem esse, mirabile plane est. Plenus lumine descendit Moyses à consortio Dei, & omnes lumen illud videbant, ipse ignorabat, quod cornuta esset facies eius à consortio Domini. Sic sciant omnes te virum iustum, & sanctum, & tu illud ignora. Hac vero in re, sicut in reliquis excelluit Maria, quæ in altissimam vocata dignitatem matris Dei, se humilem ancillam nuncupat, eam oremus, gratiam vt nobis exoret, &c.

Baruc. 3.

Magna profecto Dei in homines dignatio, cum in terris visus, & cum hominibus conuersatus est. Sed maxima videbatur Pharisæis, quod publicanos, & peccatores reciperet, & manducaret cum illis. Sed maiorem hodie ostendit, dum inuitari se permittit à maximis peccatoribus, à principe Pharisæorum, à crudelissimis inimicis, qui obseruabant eum, & ideo eum inuitabant, vt laqueos ei proponerent, quibus caperetur, & ideo hydropicum ei proponunt, vt in sabatho eum sanet. Vnde ait

Prone. 23.

Lucas. Cum intraret Iesus in domum cuiusdam principis pharisæorum, &c. Consilium dederat Sapiens. Ne comedas cum homine inuido, & ne desideres cibos eius, quoniam in similitudine harioli, & coniectoris æstimat, quod ignorat. Comede, & bibe, dicet tibi, & mens eius non est tecum. Cibos, quos comederas, euomes, & perdes pulchros sermones tuos. Nihilominus tamè adeo benignus & humanus Deus homo factus fuit, vt ab his se inuitari, permetteret. Vnde ei dici potest illud Ezechielis, fili hominis increduli, & subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas.

Eze. 2.

Sed scælix nihilominus domus, in qua Christus hospitio excipitur, non enim sine mercede erit. In nuptijs aquam vertit in vinum. Domum Zachæi ingressus ait, hodie salus domui huic facta est. Domum Matthæi intrans, eum efficit Apostum, & Euangelistam. Et hospes factus Marthæ, & Mariæ fratrem illarum suscitatur. Et olim exceptus ab Abraham, ei promittit filium. Et Apud Loth hospitatus, eum seruat in columen. Quia vt ipse ait. Domum maiestatis meæ glorificabo. Et nunc ab inimicis exceptus hydropicum curat, & monita salutis dat docēs humilitatem. Sed ais, scælices illi, qui eo tempore vixerunt, quando

Ioan. 2.

Luc. 19.

Mat. 9.

Ioan. 11.

Gene. 17.

Gene. 19.

Esa. 60.

Christus

A Christus Dominus in terra fuit, potuerunt enim tantum hospitem domo excipere. Scælices quidem, sed beati etiam, qui non viderunt, & crediderunt. Possunt enim hi hospitio excipere Christum. Si vero quæras, qua arte, duplici respondebo. Prior sit, excipe pauperem, & Christum excepisti, da ei cibum, & Christo dedisti. An non ipse hoc dixit cum ait. Hospes eras, & collegistis me, esurui, & dedistis mihi manducare? Audi ergo Christi consilium. Cum facis conuiuium, voca pauperes, & debiles, claudos, & cæcos, & beatus eris, quia non habet retribuere tibi, retribuatur enim tibi in resurrectione iustorum. Et priusquam Christus in mundum veniret, hoc seruauit Tobias. Dum esset paratum prandium bonum Tobia in die festo, misit filium suum, vocare pauperes timentes Deum. Sicut enim seruatur domus Raab in Ierico, quasi recepisset Iosue, quia exploratores illius suscepit. Ita seruabitur domus illius, qui pauperes suscepit. Hinc Psaltes. Beatus vir, qui intelligit super egenum, & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus. Altera vero sit. Excipe Christum in Eucharistia, & ipsum met in propria persona suscepisti, nec domus tua vacua erit à mercede. Si enim princeps exceptus hospitio non patitur, hospitem mercede carere, quanto minus Deus noster, qui magnificus est super omnes, & magnificauit Dominus facere nobiscum. Hinc Ecclesia ait, vt quotquot ex hac altaris participatione sacrosanctum filij tui corpus, & sanguinem sumpserimus, omni benedictione cælesti, & gratia repleamur.

Ioan. 20.

Matth. 25.

Luc. 13.

Tob. 2.

Ios. 6.

Psal. 40.

Psal. 123.

Sed tantæ benignitati saluatoris, qua gratitudine respondere debant Pharisæi? Audi Euangelistam. Et ipsi obseruabant eum. In conuiuium eum obseruant, vt calumniarentur: quia ibi facile homo peccat. In conuiuium Balthasar vasa templi violat, & laudabat Deos aureos, & argenteos. In conuiuijs plura peccata perpetrantur. Sed obseruant hi Christum, vt videant, an aliquid dicat, vel faciat, quod calumniari possent. Quia vt Amos ait. Odio habuerunt corripientem in porta, & loquentem perfecte abominati sunt, & ideo obseruant eum. Iuxta illud Psalms. Obseruabit peccator iustum, & stridebit super eum dentibus suis. Quo contra nos monet sapiens. Ne insidieris, & quæras iniquitatem

Dani. 5.

Amos. 3.

Psal. 36.

Prone. 24.

LI tatem

tatem in domo iusti, neque vastes requiem eius. Simul vero in hac mensa videbis quasi in imagine depictum, quod in mundo geritur. Quid in hac mensa videbis nisi dolos, odia, fictiones, mendacia? Inuitatur Christus, & insidias ei parant Pharisæi. Hoc ingenium est mundi, qui te laudant coram, & te obmurmurant, ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant, Ezechiel vidit animalia quatuor, & quatuor facies vni, quo significat concionatorem verbi Dei, qui omnibus omnia fieri debet, vt Paulus, & omni statui veritatem annunciare, vt Baptista. Sed & homines sunt in mundo, qui non quatuor facies tantum sed innumeras habent, vt decipiant, & homines cum extrinsecus appareant, cornua tauri habent, & vngues leonis, vt ledant, Huiusmodi sunt hi, qui Christum inuitant.

Et ecce homo hydropicus erat ante illum. Omnia mala corporis effectus sunt peccati, & sic aliquid illius nobis innotescere faciunt. Hydropicus siti perpetua vexatus ostendit nobis peccatorum sitim inextinguibilem. De qua Iob. Tenebitur planta illius laqueo, & exardescet contra eum sitis. In quæ verba Gregorius ait. Ideo intra domum Pharisæi hydropicus curatur, vt per ægritudinem corporis istius intelligatur ægritudo mentis alterius. Sed qua ratione proprium est peccatoris sitire? Respondetur. Sitis est appetitus frigidi, & humidi refrigerantis internum calorem, cum afflictione maxima. Quod translatum ad animum significat illius desiderium maximum, quo bonum appetit, quod adeo vehemens, & innatum nobis est, vt cum philosophi, & theologici dicant, necessarium esse in intellectu habitum, quo prima principia cognoscat, in voluntate necessarius non est, vt bonum appetat, quia ipsa voluntas non adeo appetens bonum est, quam inclinatio, & appetitus boni. Iuuat etiam voluntatis inclinationem appetitus noster insatiabilis. De quo Sapiens ait, sanguifuga duæ sunt filia, dicentes affer, affer. Tria sunt insatiabilia, & quartum nunquam dicit, sufficit, infernus, & os vulgæ, & terra, que non satiatur aqua, ignis vero nunquam dicit sufficit. Hic est appetitus noster, qui nunquam dicit, satis est.

Sed

A Sed qua ratione sitim hanc extinguere possumus. Id quod sitim extinguere debet, fortius siti esse oportet, quod si infirmius sit, non modo non extinguet, sed auget, vt cum parum aquæ mittitur in fornacem ignis, non extinguit ignem sed auget. Nunc ergo hoc interest inter iustum, & peccatorem, quod vterque sane sitim sedare curat, sed iustus sapienter, quærit enim Deum, qui fortior est appetitu, & siti, & ideo præualeat in sitim. Ecce Deus magnus, vincens scientiam nostram, ait Iob. Sicut vero vincit scientiam, & intellectum, ita voluntatem, & eius sitim, & ideo hanc extinguere potest. Sicut enim vnus sol lumine implet mundum vniuersum, cælum, & terram, ita Deus non vnâ solam voluntatem implere potest, sed vniuersas Angelorum, & hominum, & sui ipsius met, quod amplius est, & postquam hominum, & Angelorum expleuit sitim, tantum redundat, vt non illud homo capiat. Et ideo dicitur, intra in gaudium Domini tu inon, illud in te, sed tu in illud, quia si piscis in mare. Audi nunc Deum sepe ostendentem, quomodo suorum sitim extinguat. Si quis sitit, veniat ad me, & bibat, & flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Et iterum. Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei non sitiet in æternum, sed fiet in eo fons aquæ viuæ. Ad has aquas inuitabat Esa. Omnes sitientes venite ad aquas. Et idem Esaias. Effundam aquas super sitientem, & fluenta super aridam. Effundam spiritum meum super semen tuum, & benedictionem meam super stirpem tuam, & germinabunt inter herbas quasi salices iuxta præterfluentes aquas. Iste dicit, Domini ego sum & ille vocabit in nomine Iacob. Et hic scribet manu sua Domino, & in nomine Israel assimilabitur. Quo loco promittit Dominus eam aquæ abundantiam suis, vt reliquos excedant quia si salices herbas. O si nunc aperirentur corda virorum, videremus cor, quod alit mundus dicens, date ei arctum panem, & aquam breuem, vt est apud Esaiam. Videres certe cor infimum, quasi paruam, & siccam herbam. E contra videres cor à Deo resectum in altum erigi vt salicem, & tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum. Quia de illo bibunt fonte, de quo Ioannes, Ego sitienti dabo de fonte

Ll 2 aquæ

Eze. 1.

Iob. 18.

Greg.

Prover. 30.

Iob. 36.

Mat. 23.

Ioan. 7.

Ioan. 4.

Esa. 55.

Esa. 44.

Esa. 30.

Psalm. 1.

Apoc. 21.

Apoc. 22. aquæ viuæ gratis. Et iterum. Qui sitit, veniat, & qui vult, accipiat aquam vitæ gratis.

Psal. 35. Cant. 1. Zacha. 9. Vt vero ostendat Deus quo pacto iusti fatientur, dicit, inebriari eos. Hinc Psaltes. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ. Et spōsa. Introduxit me rex in cellam vinariâ, & comedite amici, & inebriamini charissimi. Et Zacharias. Bibentes inebriabuntur quasi à vino, & replebuntur vt phiale. Et licet plena satietas iusti feruetur in futuram gloriam, vbi Deus videtur facie ad faciem, sed & nunc Deum per gratiam possidentes satiantur, ea, quæ mundi sunt, non appetentes, quiescuntque, & exultant spe cælestis aquæ.

Luc. 16. Inspiciens vero peccator, vt sitim extinguat, ea bibit, quæ sitim augent, non sedant, quæ minora sunt voluntate, & de desiderio nostro, ideo illud augent. Auersus enim à Deo, ad creaturam conuertitur, quæ gutta est, vnde sitim explere nequaquam potest. Ideo diues aquæ guttam petit, consolationem, scilicet creaturæ, quia à creatore longe se distare vidit, & à plenitudine fontis. Quod vero omnis creatura minor sit sitim voluntatis, patet, quoniam illa appetit omne bonum, quod in solo Deo est. Hinc hydropisis peccatoris ortum habet. Cum enim creaturam ebibit, videns se non satiari aliam quærit, putans se illa satiandum, & illa habita; ignis plus accenditur, & sitis crescit, & si vniuersum mundum ei dederis, sitiet amplius. An non id Alexandro accidisse, memoriarum Plutarchus prodidit? qui inuentus est à familiari suo plorans, & causam sciscitatus ait, audiui à philosopho plures esse mundos, ego vero vnum solum obtineo. Sic & Nabucdo nosor obtento, ac deuicto Arphaxat, cogitare cepit, quomodo vniuersam terrâ suâ subiugaret imperio, quod si obtinuisset, fleret, vt Alexander præ siti. His omnibus contingit illud prophetæ. Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ cōtinere non valent aquas, & ideo siti vexantur. Sicut Ismael, de quo dicitur. Abraham tollens panem, & vtrem aquæ, imposuit scapulæ Agar, tradiditque puerum & dimisit eam. Cumque cōsumpta esset aqua in vtre, abiit puerum, ne videret eum præ siti morietem. A perit autem ei

Domi-

A Dominus oculos, & vidit puteum aquæ viuæ, quo puerum perstravit, & peccator similis Ismaeli, clamans præ sitiiora Deum, ostendat tibi puteum aquarum viuentium, alias siti peribis. Luxur illud Psalms, Elurientes, & sitientes, anima eorum in ipsis defecit. *Psal. 106.*

Sed sigillatim peccatorum sitim expendamus. De avaro Sapientis ait. Avarus non implebitur pecunia. Hinc optat, vniuersa congregare. Ad que Esaias ait. Væ qui coniugitis domum ad domum, & agrum agro copulatis, vsque ad terminum loci. Nunquid habitabitis vos soli in medio terræ? Hoc vero signum est manifestum, finem ipsorum diuitias esse, quia sine fine eas diligunt, & sine termino, media enim in mensura diliguntur. Superbi sitis describitur optime in Aman dicente. Cum hæc

B omnia habeam, nihil me habere puto, quam diu videro Mardochæum Iudæum sedentem ante foras regias, quia eum non adorabat, nec ei genu flecebat. Homini vero carnalis sitis manifesta est, putat enim aliquid sibi restare semper quo delectetur, quodque expertus non sit. Et tandem de omnibus peccatoribus ait Esaias. Sicut somniat esuriens, & comedit, cum autem fuerit expergefactus, vacua est anima eius. Et sicut somniat sitiens, & bibit, & postquam fuerit expergefactus, lassus adhuc sitit, & anima eius vacua est. Sic erit multitudo omnium gentium, quæ dimicauerunt contra montem Sion. Illud quidem in morte manifeste accidet, peccatori, cum exibat spiritus eius, & reuertetur in terram suam, in illa die peribunt omnes cogitationes eorum: tunc enim surgit anima à corporis lecto,

C in quo obdormierat. Id ipsum peccatori accidet, cum à peccato in Deum conuertitur, tunc enim dicitur, quem fructum habuistis tunc in his, in quibus nunc etabescitis? Et denique omnis peccator? Cum ad inuentiones suas cōsummat, videt se de desiderio frustratum, & sitientem. Quid sitis & miser homo; honores, diuitias, voluptates? Vel ea assequeris, vel non, si non obtinuerit ea, sities, si obtinueris, amplius saties, & arctaberis, sicut febricitans, qui aquam petit, si non ei datur, sitit, si datur, deterius se habet. Hinc Iob. Panis eius in vtero illius vertetur in fel aspidum intrinsecus, diuitias, quas deuorauit, euomet. Non videat riuos fluminis, torrentis mellis,

Ll 3

& bu-

Ecl. 51.

& butyri luet, quæ fecit omnia, nec tamen consumetur. Omnes
feri peccatores, qui hæc experti estis, audite Sapientem. Ap-
propiate ad me indocti, & congregate vos in domum disci-
plinæ, quid adhuc retardatis? & quid dicitis in his? Ani-
mæ vestræ sitiunt vehementer, comparate vobis sine argen-
to sapientiam. Videte oculis vestris, quia modicum laboravi, &
inueni mihi multam requiem. Domus sapientiæ domus est, in
qua Christus est, accede ad eum hydrope, vt saneris, ipse enim
est salus tua.

Sed quid hoc hydrope viso Christus Dominus ait? Dixit
ad legis peritos, & pharisæos, si licet sabbatho curare? Quasi ve-
niam ac facultatem, vt hunc sanaret, Christus petit, quia certè
ita in maligno positus mūdus est, vt oporteat, à peccatoribus
facultatem petere, vt recta operentur iusti, sic alibi ait Christus
Dominus, licet sabbathis benefacere, an male, animam sal-
uam facere, an perdere? Festus dies Deo dicatus est. Vnde
de consecratione distinctione tertia cap. ieiunia, dicitur. Die
dominica nihil aliud agendum est, nisi Deo vacandum, nulla
operatio die illa agatur, nisi in hymnis, Psalmis, & canticis spi-
ritualibus dies illa transigatur. Quantum ab hoc mundus distat
cum hos dies diabolo consecrauerit, in eis enim ludi, comessa-
tiones, & luxuriæ exercentur. Qua propter per Esaiam Do-
minus ait. Neomeniam, & sabbathum, & festiuitates alias
non feram. Iniqui sunt cætus vestri, calendas vestras, &
solēnitates vestras odiuit anima mea, facta sunt mihi molesta,
laboravi sustinens. Impleuerunt impij illud Psalmi. Quiesce-
re faciamus omnes dies festos Dei à terra. Tollit enim Dei fe-
stum, qui in ea non Deo, sed diabolo vacat. Et ideo Ieremias
ait. Deriserunt inimici sabbata eius. Quid non derideat de-
mon festa nostra, in quibus videt, sibi non Deo vacari? Peccato-
res ergo malefacere in festo putant licere, non vero benefacere,
& ideo Christus Dominus ait, licet sabbathis benefacere, an male? De
vero ita nos diligit, vt in die ipsi dicato velit proximo inseruia-
mus, salutem eius curemus, & sacrum etiam si opus est relinqua-
mus, vt infirmo adstemus. Festum diem Deo agis, cum proximo
benefacis. Sed quid Pharisæi Christo Domino respondēt?

At illi tacuerunt.

Nō

A Non soluta hydrope opere non curant infirmum, sed
nec verbo eum iuuant, orantes Christum, vt eum sanet. Nec
opera dāt, nec verba. Nō sic Apostoli, qui interpellāt pro Cha-
nana, dicētes, dimitte eā, quia clamat post nos. Et Maria. Vinū
nō habēt. Et Elifeus ad Sunamitidē. Nūquid habes negotiū? &
vis, vt loquar regi, siue principi militiæ? Quo docemur, indue-
re viscera misericordiæ. Et quomodo (ait Tobias) potueris, esto
misericors, si opere leuare potes pauperis inopiam, leua, si ope-
re nō vales, vide, an verbo aliquid possis, & illud præsta. Si nec
opere, nec verbis, induite vos viscera misericordiæ, corde misere-
re pauperis, & mercede non vacuaueris, Pharisæi vero, nec ope-
re, nec verbo, nec corde misericordiā præstebāt. Quos Dñs ar-
guit, dicēs. *Cuius vestrum asinus aut bos in puteū cadet &c.* Qua
si dicat. Homini nonne est impendenda misericordia, quā bru-
tis exhiberis? Sed nunc multi responderent, nequaquam. Et qui
nam hi? certe, qui equis larga pabula præstant, & panes canibus
& parietes tapetis pretiosis induunt, & pauperes fame perire
permittunt. O miseri an non audistis. Non est bonum, fumere
panem filiorum, & mittere canibus? & non poterant ad hæc res-
pondere illi. Immisericors enim, quid Deo respondeat arguenti
non habet. Ideo Psaltes ait. Erubescant impij, & deducantur in
infernū, muta fiant labia dolosa. Ideo qui nuptiali veste ca-
ruit, obmutuit, vestis enim illa charitas est, quam induimus,
cum vt Paulus ait, induimur viscera misericordiæ. Quid
enim respondere poteris ò homo Deo dicenti tibi, petij ego
à te panem, & negasti mihi, vt dares canij, petij à te
numos, & negasti mihi, vt dares meretrici? Certe non po-
terunt ad hæc respondere immisericordes. Ideo cum hæc
proponentur in iudicio tacebunt, & omnis iniquitas oppilabit
os suum.

Eis vero tacentibus Christus Dominus humilitatis doctri-
nam proponit, quæ specialis, ac propria est Christianæ
religionis virtus. *Sede in nouissimo loco.* Discite à me,
quia mitis sum, & humilis corde. Ideo Paulus. Obsecro vos ego
vincētus in Domino, vt digne ambuletis vocatione, qua vocati
estis cum omni humilitate. Vis videre Deū recubentem in no-
uissimo loco, cum primum potuerit usurpare? Inspice Christū

Ll 4. Domi

Matth. 15.

Ioan. 2.

4. Reg. 4.

Tob. 4.

Colos. 4.

Mat. 15.

Psal. 30.

Colos. 3.

Psal. 106.

Matt. 11.

Eph. 4.

Esa. 53.

Ephe. 3.
Gene. 18.
1. Reg. 24.

Dominum factum nouissimum virorum, in cruce infima mori voluit. Et Paulus, qui se dicit primum peccatorum, se compellat minimum sanctorum. Et denique sancti omnes in humilitate excelluerunt. Abraham se dicit puluerem, & cinerem. Et Dauid, quem persequeris rex Israel, quem persequeris? canem mortuum, aut pulicem vnum.

4. Reg. 4.
Iaco. 4.
Esa. 66.

Sed qua ratione vult Deus nos deijci, atque humiliari. Nisi ut gloriam nostram vsurpet? imo ut nobis suam gloriam tribuat. Ut sit in nobis capacitas, quam facit humilitas. Hæc enim efficit vasa vacua, in quæ oleum defluit. Nam Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Vnde Esaias. Quæ est ista domus, quam ædificabitis mihi; & quis est iste locus requietionis meæ, facta sunt vniuersa ista, dicit Dominus, ad quem autem respiciam, nisi ad pauperulum, & contritum spiritu, & tremementem sermones meos? Sed quid sibi vult Dominus, cum ait, facta sunt vniuersa ista. Illis verbis superbos notat, qui se reputant factos, ac perfectos, nihil sibi deesse putant. Et ideo eorum vnus ait, dicis, quia diues sum, & nullus egeat, ecce hominem, qui se perfectum putat, qui factus est. Contra vero humilis pauperem se dicit, nihil se putat habere. Hos esuriens replet Dominus bonis, diuites illos dimittens inanes. Super humilem ergo respicit Deus, in eo requiescit ut in domo.

Apoc. 3.

Luc. 14.

Videtur quidem humilis locum amittere superiorem, sed non amittit; quia qui se humiliat, exaltabitur. Hoc in corde tuo tanquam fundamentum colloca, quicquid amiseris propter Deum, non amittit, quia Deus illud multiplicatum præstabit. Si enim homo nobilis sustinere non valet, quod quispiam dicat ei propter te minor sum, quomodo id Deus sustinebit? Vixit est Moyse amisisse opes Aegypti, & Pharaonis fauorē, sed postea à Deo efficitur Deus Pharaonis. Dicente Deo miranda illa verba, ecce constitui te Deum Pharaonis. Sic humilibus accidit, videntur gloriam amittere, & recuperant. In quo simile quid contingit ei, quod Plutarchus memoriæ prodidit, ait enim. Insignis pictor mira arte equum depinxit, cumque vellet spumam circa os pingere, nunquam potuit, quocirca spongiam, in qua tergebat pennicillum, iratus in picturam projecit,

Exo. 7.

Plutar.

A cit, ut eam perderet. Sed aliter contingit, nam spumam, quam solerti arte pingere nequiuerat, casu expressit. Vbi putauit, picturam dissipare, eam perfecit. Ita qui totis adnituntur viribus, ut locum primum accipiant, id non assequuntur, assequitur vero, qui infimo loco sedens, gloriam videtur destruere, fuga enim gloria est acquisitio eius.

Contra vero, qui primum locum vsurpare vult, cum rubore nouissimum tenebit. Hinc Dominus per Esaiam ad Sobnā, qui primū locū in templo elegerat, ut ædificaret optimum sepulchrum. Quid tu hic? aut quasi quis hic? Quia excidisti tibi hic sepulchrum, excidisti in excelso memoriale diligenter, in petra tabernaculum tibi. Quasi pillam mittam te in terram latam, & spaciosam, ibi morieris. Simili de causa ad regem Tyri, ait. Quia dixisti, Deus ego sum, & in cathedra Dei sedi, adducā super te gentem robustissimam, & polluent decorem tuum, interficient, & detrahent te. Sicque impletur illud Ezechielis. Scient omnia ligna regionis, quia ego Dominus humiliavi lignū sublime, & exaltaui lignum humile. Et horum ratio est illud Sapientis. Magna potentia Dei solius, & ab humilibus honoratur. Superbus gloriam Dei sibi vsurpare conatur. Humilis eam Deo tribuit, inde fit, ut gloriam Deus humili tribuat, à superbo vero auferat quia ei resistit.

Ex quo vero Deus homo factus recubuit in nouissimo loco, sic eum honorauit sua præsentia, ut nihil illo gloriosius sit, Si enim rex nunc Ecclesiam ingressus in nouissimo loco sederet, eo irent principes, & nobiles viri, & quo quis regi propinquior, eo honorabilior esset. Cum ergo Deus mundum veniens nouissimum locum elegerit, illuc nobis omnibus eundum est, ut gloriosi simus. Audi, quid Dauid ante Christi aduentum dixerit Michol, Lūdā, & vilior siā, plusquā factus sum. Et ero humilis in oculis meis, & gloriosior apparebo. Quāto potiori iure id à nobis dicendum viso Christi Domini exemplo, &c.

Esa. 22.

Eze. 28.

Eze. 27.

Eccle. 3.

Simile.

2. Reg. 6.

Dominica Decima Septima, Post Pentecosten.

Them. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua & ex tota mente tua, hoc est maximum, & primum mandatum. B
Matthæi. 22.



Psal. 118. I aliquando lingua ignea, à diuino spiritu immissa, optanda foret, nunc maxime, quando nobis loquendum est de maximo amoris præcepto. De quo regius Psaltes ait. Ignitum eloquium tuum vehementer, & seruus tuus dilexit illud. Et conueniens huius præcepti prædicator aliquis Seraphinorum esset, qui ideo Seraphini dicuntur, quia hoc amoris igne ardent. De amore enim, & de re dilecta, nullus recte loqui nouit, nisi amans. Si de amore loqueretur Demosthenes, vel Cicero, & de re aliqua, quam illi non diligenter, non ita eleganter, & abunde dicerent, ac ille, qui amore rei illius ardet, quia ex abundantia cordis os loquitur, ut Christus Dominus ait. Oremus ergo Dominum, mittat ad nos unum de Seraphim, qui ignito calculo linguam purget, & incendat, ut cum Esaia factum legimus. Illud vero nobis obtinebit Maria, quæ mater est pulchre dilectionis; est enim turpis, & deformis dilectio, & est dilectio pulchra, vere pulchra dilectio est illa, qua Deus diligitur. Huius vero dilectionis mater Maria dicitur, quia eius nobis intercessione donatur, eam ergo ad eam salutantes, Ave Maria.

Sententia fuit à Diuo Bartholomæo sepe in sermone inculcata,

Luc. 6.

Esa. 6.

Eccle. 24.

Dionys.

Aculcata, (vt refert Diuus Dionysius) Theologia nostra & maxima est, & parua. In eoque perfimilis auctori suo Christo Iesu, qui, vt Deus maximus est, vt homo paruus factus. Huius vero sententiæ veritas hodierno Euangelio facile comprobatur, in quo summa est totius Christianæ philosophiæ. Innumera profecto sunt, quæ de virtutibus, & perfectione scripta sunt, ecce maximam Theologiam nostram, vis eam videre paruam? Audi Christum Dominum hodie dicentem. In his duobus mandatis vniuersa lex pendet, & prophetæ. Et Paulum dicentem, plenitudo legis est dilectio. En maximam, & paruam Theologiam nostram in his, quæ ad mores pertinent. Vis idem videre in his, quæ credenda sunt? Sicut primum vidisti in priori Euangelij parte, ita secundum videre licebit in secunda. Innumera sunt, quæ sancti de diuinis mysterijs tradiderunt, ecce Theologiam nostram maximam. Vis eandem breuem? Audi Christum Dominum hodie interrogantem, quid vobis videtur de Christo. Summa totius fidei nostræ Christus est, & eius cognitio vita æterna nostra est. Explicauimus iam literam Euangelij, in quo ostendimus summam totius Christianæ religionis, dum nos docet, quid credere, & facere debeamus.

Agendum iam nobis est de maximo Dei mandato. Est vero, & dicitur merito maximum, quia mandatum est legis naturalis, scriptæ, & euangelicæ, & sic omnis legis mandatum est. Est finis reliquorum præceptorum. Vnde Paulus ait. Finis præcepti charitas. Est actus supremæ virtutis, Charitatis, scilicet. Nec solum reliquos virtutum actus excedit, vt aurum reliqua metalla. Sed etiam in se ipso pretium, ac (vt ita loquar) valorem habet, & illum præstat reliquis virtutum actibus, qui nullius pretij sunt, si charitate non informantur. Sine charitate enim non solum exteriora bona nihil sunt, sed nec cælestia dona, vt Paulus ait. Est charitas similis siclo illi, de quo dicitur in Leuitico. Omnis æstimatio siclo sanctuarij ponderabitur, quia bonis operibus præmium in cælesti regno dabitur, sed mensura eius erit charitas. Ideo nos admonet Christus Dominus in

Rom. 3.

1. Tim. 2.

1. Cor. 13.

Leuit. 27.

Apeca

Apoc. 3.

Apocalypsi. Suadeo tibi, emere à me aurum ignitum, ut locupletis fias. Vere autem ignitum charitas est, quia summi pretij est, & igni persimilis, dum cor accendit, & absumit. Cum ergo de re omnium maxima, ac vtilissima agendum nobis sit, attentos vos esse oportet.

Tria nobis hodiè dicenda sunt de hoc amore. Primum quatum nostra interfit, voluntatem, & amorem ab ea procedentem recte impendere, & debito in loco collocare. Secundum, de duplici amore, amicitiae, & concupiscentiae, & qua ratione ambo hi amores Deo debeantur maxime, nec recte impendantur, si Deo non dentur. Tertium, de modo huius dilectionis, quomodo debeat esse super omnia, ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente.

Anselm.

S. Tho. 1. p.

q. 82. art. 4.

Ut vero primum explicemus, notanda est, sententia Anselmi libro de similitudinibus, & S. Thomae. Voluntas mouet intellectum, & reliquas animae potentias, sicut impellens rem, quae impellitur. Quia illa respicit finem vniuersalem, alia vero potentiae fines particulares. Cuius rei exemplum apparet in naturalibus, & politicis. Caelum enim, quod agit ad vniuersalem conseruationem generabilium, & corruptibilium, mouet omnia inferiora corpora, quorum vnum quodque agit ad conseruationem propriae speciei, vel indiuidui. Rex etiam, qui intendit bonum commune totius regni, mouet per suum imperium singulos praepositos ciuitatum, quorum quilibet vnā regit ciuitatem. Cum ergo voluntas intendat bonum in communi, & reliquae potentiae suum particulare bonum, voluntas mouet reliquas potentias per modum agentis. Sicut dux exercitus, qui victoriam respicit, mouet inferiores duces, quorum quilibet locum suum tenet particulare.

Ex hoc colligitur, quantum interfit, vtrum voluntas recte, an male se habeat. Cum enim omnia moueat, & post se rapiat, si recta via procedit, omnia recte se habebunt, si praua, omnia praua erunt. Quemadmodum si ductor exercitus viam rectam tenet, vniuersus etiam exercitus recte graditur, & procedit, si prauam, vniuersus exercitus errat. Rectitudo ergo, & error voluntatis, vniuersalis est. Rectitudo, aut error. Sicut horologium mouetur pondere appenso, quod

ducit

Simile.

Aug.

A ducit post se vniuersas horologij rotas eam in partem, qua ipsum propendet. Ita se amor habet in homine. Vnde Augustinus ait, amor meus pondus meum, illo feror, quocunque feror. Id vero manifesta in nobis experientia comprobatur. Si enim homo ex toto corde Deum diligit, cogitatio, locutio, & reliquae hominis vires Deo inseruiunt, & cum intendunt. Si vero mundum diuitias, voluptates, honores diligit, circa ea eius cor occupatur, illa cogitat, illa loquitur, illa inquirat.

Et inter alias rationes, quae concludunt, hominem debere dici bonum, aut malum simpliciter propter bonitatem, vel malitiam voluntatis, haec est vna, quia bonitas vel malitia voluntatis est vniuersalis, omnia reliqua post se rapiens. B. Vides hominem praua affectum voluntate, absolute, & simpliciter, nullo addito pronuncias, hic malus est. Et bonum, etiam absolute dicis eum, qui recta est voluntate. Non vero si loquaris propter defectum intellectus, aut alterius potentiae, sed dicis, ille malus doctor est, vel prauus artifex, bonus doctor, aut artifex, non bonus, aut malus homo. Et ratio huius, ut diximus, est, quia voluntas vniuersum post se ducit, hominem, vnde si illa bona est, vniuersum hominem rectum facit, si praua, prauum. Non sic reliquae potentiae, quarum bonitas, vel malitia in ipsis manet, nec in vniuersa diffunditur, quae in homine sunt.

Summa ergo cura, ac diligentia homo attendere debet, cui nam rei voluntatem suam, ac amorem tribuat, cui rei inhæreat, si enim recte illum praestet, vniuersa ei bona erunt, si vero prauè omnia perditā putare debet. Sicut ergo negociator, qui partem bonorum suorum negotiationi exponit, inspicit prius, ac considerat, an lucrum inde capere possit. Si vero vniuersam substantiam alicui exponit negotiationi, multo attentius, & profundius attendit, & inspicit, an lucrum inde, vel damnum reportare possit. Ita prudens, & Christianus negociator attendere debet, quod oculos conijciat, quo manus, aut pedes, aures, & gustum. Prae-

Simile.

cipua

cupua tamen consideratione, & attentius consideret, cui rei in
hæreat per amorem, cui rei dilectionem suam tribuat. Ne au
diat illud propheta. Abominabiles facti sunt, sicut ea, quæ di
lexerunt. Quia cui amorem dedit, vniuersa tribuit.

Osee. 9.

Iam secundum explicemus, quomodo recta voluntas non
est, nisi Deum diligat præcipua dilectione, nec recte impendi
tur dilectio, si Deo non tribuatur.

Duplex dilectio à philosophis traditur duplex amor. Ad
amicitiæ, & concupiscentiæ. Amor amicitiae nobilis est,
quo amicum diligimus, & ei bonum volumus propter ip
sum, vt illi bene sit. Sic amicos diligere solemus, sic pater
filium diligit, & ei bona precatur, & vult propter ipsum fi
lium, vt bene ille se habeat. Amor vero concupiscentiæ
ignobilior est, quo alicui rei bonum volumus, non prop
ter ipsam rem, vt ei bene sit, sed propter nos, vt in deno
bis bona proueniant, sic volumus bonam domum, & peram
plam, pretiosum amictum, lautam mensam, vt nos de
lectemur & bene ex his nobis sit. Siue ergo Deum con
sideremus vt amicum, amore amicitiae, siue eum atten
damus, vt bonum nostrum amore concupiscentiæ, ma
nifesta ratione ostendemus, cum super omnia diligen
dum.

Ab infimo ergo amore exordientes videamus, qua ra
tione amore concupiscentiæ à nobis Deus diligi debeat
super omnia. Quid nam putas ò homo, Deum esse? Deus
infinite est bonum, vniuersa creaturarum bona in ipso
sunt eminenter, & infinito modo, vide omnia, quæ in crea
turis tibi placent, & adde eis infinitatem, & immensitatem,
& illa Deus tuus est. In ipso pulchritudo est florum, sapor ci
borum, pretium metallorum, nihil est boni, quod in ipso
non sit. Ideo ad Moysen ait. Ostendam tibi omne bonum.
Si ergo bonum tibi desideras, si bonum expetis, Deum ti
bi dilige, qui est omne bonum, & cui vniuersa bona compa
rari non possunt. Hinc Sapiens. Omnia, quæ desiderantur,
huic non valent comparari. Quæ verba enarrans Diuus Tho
mas ait. Attende, non dici, Deum esse maius bonum omnium
bonorum, sed ei comparari non posse omnia bona. Nam inter
maius,

Exo. 33.

Prover. 3.
D. Thom.
opus. de a
more Dei.

A maius, & minus est comparatio, sed tantus Deus noster est, vt
maior creaturis dici non possit, quia creaturæ ei collatæ nihil
sunt. Hinc propheta. Omnes gentes sic sunt corameo, quasi
non sint, & quasi nihilum, & inane reputatæ sunt ei. Com
paratur vnitas millenario tanquam pars, quæ toties sumpta
efficit millenarium. Comparatur gutta mari, quia tot guttæ
sumi, & conglobari possunt, vt faciant mare. At punctum li
neæ comparari nequit, nec linea corpori. Sic omnis crea
tura est Deo incomparabilis, quia omne quod in creatura
est, etiam in infinitum auctum non faciet Deum, sed est
infinite Deo inferius. Confer ergo ò homo (ait Aug.)
quod concupiscis Deo, si marcam argenti concupiscis, quia
bona, marcam auri plus concupiscis, quia melior, quod
ergo est infinites infinite melius, quomodo non concupif
ces? Si omnia simul sumpta huic non valent comparari, quo
modo singularia ei comparabuntur? Singulæ creaturæ, Ge
nesis. 1. dicuntur bonæ, sed omnes simul sumptæ valde
bonæ. Si ergo, quæ valde bona sunt, omnia sumpta si
mul non valent huic comparari, quomodo quæ solum
bona sunt comparabuntur? Si ergo inter comparabi
lia bona illud est præligendum, quod excedit, quo
modo non erit præligendum ens non enti? infinitum fi
nito?

Esa. 40.

Aug.

Gen. 1.

Ansel.

Hinc Anselmus. Cur ergo per multa vagaris homuncio,
querens bona animæ, & corporis, ama vnum bonum, quod est
omne bonum, & satis est. Si in mundo effet pulchritudo, ho
nor, diuitiæ in abstracto, nec contracta, vel participata
ab aliquo, ac proinde essent infinita, quo studio hæc quæ
rerent homines, qui toto conatu quærunt res, quæ has qua
litates participauerunt. Hoc vero interest inter Deum & vni
uersas creaturas, quod omnis creatura habet pulchritudi
nem, & aliam omnem bonitatem participatam, Deus vero
est omnis bonitas in abstracto. Quomodo ergo hanc non que
res, qui participatam tanto studio consectaris? Quam dulcis,
erit ipsa dulcedo, quam pulchra ipsa pulchritudo, quam de
lectabilis ipsa delectatio. Si fauus dulcis propter dul
cedinem, quid ipsa dulcedo? De hac diuina bonitate
plura

plura à nobis dicta sunt superius concione prima de Trinitate, quæ inde colligere potes.

Ex quibus colligitur. Deum à nobis summè diligendum amore concupiscentiæ, cum enim hoc amore nobis bona quæramus, quærendus super omnia Deus est, qui est vniuersale, & infinitum bonum. Eum vero recte quærimus, & inuenimus, si eum diligimus, quia per amorem Deus possidetur à nobis, nec alia via nos Deus est, nisi per dilectionem. An non exardescit animus tuus auditis his, quæ superius diximus, vt dicat, ò vtinam Deum consequi possem, ò vtinã hâc prædã caperẽ, ò si hunc thesaurum inuenirẽ, tunc diues essem. Sed ò summe Deus, qua arte te inueniemus? quo pacto te capiemus? quibus laqueis te irretiemus? Dic nobis, in quo sit maxima fortitudo tua, & quo ligatus fugere nequeas? Plures putauerunt Deum ligari ieiunijs, eleemosynis, vitæ asperitate, bona hæc, & vtilia, sed charitate, & dilectione ligatur, & capitur. Nulla est vis, aut industria, nulla sapientia, nullum consilium, quibus Deus capiatur, sola dilectione irretitur, soli diligenti se adest. Si Deum diligis, eum possides. Sic ille ait. Qui diligit me, sermonem meum seruabit, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.

Ioan. 15.

Ad secundum descendamus. Quomodo Deus amore amicitie à nobis est super omnia diligendus. Huius vero rei ratio ex dictis colligitur. His enim bona desideramus, quæ bona sunt, vt illud impleatur, habenti dabitur, & abundabit. Cum in aliquo hominum bona multa videmus, precamur alia plura. Deo ergo infinite bonus cum sit, à nobis est diligendus amore amicitie, non ei bona desiderando, quæ non habet, cum omnia habeat, sed ei acclamantes, quod vniuersa bona possideat, ei congratulantes, quod illa habeat, & eius gloriam, & honorem in terra quærentes, vt qui in se optimus, & maximus est, in æstimatione creaturarum sit etiam maximus. Ad hunc etiam amorem pertinet, desiderium implendæ diuinæ voluntatis, ei placendi in omnibus, conformitas (vt ita loquar) cum diuina voluntate, vt idem sit velle, & nolle, vt lex postulat amicitie. Hæc omnia debentur in finitæ Dei bonitati, quæ tanta est, vt non diligere non possit.

Matth. 15.

A sit, si clare videatur, etiam si à libera creatura conspiciatur. Et denique ea est diuina bonitas, & pulchritudo, vt infinitus ei amor debeat, nec finitus ei satis est. Si enim infiniti essent Angeli, & infiniti homines, & quisque eorum Deum diligeret tanta dilectione, quanta eum Beatissima Virgo Maria diligit, non satis hæc dilectio esset infinitæ Dei bonitati, nisi ipse Deus se diligeret infinito amore, quo æquat suam bonitatem, & postquam beatus diligit Deum toto corde, & totis viribus, & videt ab vniuersa curia cælesti Deum etiam summe diligi, non tamen plene contentus esset, cum videat non satis pro merito Deum dilectum, nisi videret, à se ipso Deum diligi infinito amore, hoc beatum satiat, & plene contentum reddit.

Tantus demum Deus est, vt sit ipse solus qui est, & nihil esse dicatur præter Deum. Audi ipsum loquentem Moyse, ego sum, qui sum, & qui est, misit me ad vos, hæc dices Israel, hoc est nomen meum in æternum, hoc nomine compellor. Sed num Domine, non etiam homo, aut Angelus dicere potest, ego sum, qui sum? Non certe, hoc meum est nomen, quod alteri non dabo. Vt vero mysterium diuini huius nominis penetrare valeas, sige nullam à Deo conditam esse creaturam præter te, & nihil aliud esse quam Deum, & te. Tunc, te rogo, quid cogitares? quid optares? quid diligeres? certe nihil aliud præter Deum, quia nihil aliud esset, quod conspiceres, quod cogitares, quod desiderares nisi Deus. Nunc ergo cum Dominus ait, ego sum, qui sum, hoc significare voluit, tantæ bonitatis, & maiestatis ego sum, vt coram me nihil aliud sit, & tanta mihi debetur dilectio, tantum mei esse si debet desiderium, ac si nihil aliud sit præter me, quia omnis creatura nihil est, si mihi conferatur. Et potentia mea dedi ego creaturis, vt essent, sed bonitate, pulchritudine, & præsentia mea efficio, vt non sint, quia nihil apparent coram me. Sicut sol tribuit stellis lumen, & præsentia sua lumen stellarum adimit, nõ tollendq, sed abscondendo, ne videantur. Ita ego dedi creaturis, vt essent, sed coram me nihil videntur, non apparent, ita ergo intenti esse debent in me oculi omnium creaturarum, ac si nihil esset præter me. Ideo vir secundum cor Dei ait, quid

Exod. 3.

Simile.

Mm

mibi est

mihi est in celo, & à te quid volui super terram, Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum? Si ergo tantus Deo debetur amor, quo pacto paruum amorem ei negare poteris? Debes homini centum millia talentorum, est tibi vnicum talentum, an non hoc dabis, dicens, plura debeo, sed plura non habeo, ignosce mihi. Hoc ipsum est, quod seraphini innuebant, quos Esaias vidit, vt Chrysostomus, ait, qui ardentis diuino amore facies velabant suas, quasi dicerent, vniuersum, quem possumus amorem impendimus, adeo vt ardeamus igne amoris, sed minus diligimus, quam diuina bonitas postulat, quam æquare amore non possumus, & ideo facies velamus, nõ confusione, cum vniuersum, quod possumus, præstemus, sed cognitione diuinæ excellentiæ, quæ nostrum superat captum, & amorem.

Sed iam tertium ex his, quæ initio proposuimus, videamus, quomodo scilicet Deus diligendus est ex toto corde, anima, & viribus. Quæ verba significant, Deum diligendũ esse super omnia. Non enim quæcumque dilectio Deo satis est, ideo modus præcepti ponitur in præcepto, vt sit dilectio super omnia. In alijs præceptis, modus præcepti non cadit sub præcepto, hic vero secus. Et huius ratio est, quia hic est modus intrinsecus debitus tali materiæ. Sicut enim præcepto de subuentione parentũ non satisfaceret filius, elargiendo parenti parũ aliquid, sed præceptum obligat ad tantam quantitatem, sine qua non esset integra subuentio. Sic præceptum dilectionis Dei obligat, vt impendatur tanta dilectio, quanta debetur vltimo fini, qui est super omnia diligendus. Pro cuius expositione notandum est, ex Aristotele, hoc interesse inter dilectionem finis, & mediõrum, quod cum finis per se sit bonus, absolute, & sine limite est diligendus. Qui in corporis medela habet pro fine salutem, nõ præscribit medico terminum salutis, sed quam firmissimam, ac perfectissimam consequi valet, eam desiderat. Sed in medijs, quæ habent bonitatem per ordinem ad finem, ponendus est modus, non enim eo quod plura, vel maiora, sunt meliora, sed quo melius illis consequimur finem. Et ideo infirmus diligit in mensura medicamina, & potiones amaras, media ergo habent finem tanquam mensuram, finis vero nihil habet, quo mensure-

*Esa. 6.
Chrysosto.*

*Arist. I. P.
lib. c. 6.*

A Deus noster finis est vltimus, & infinitum bonum, quod consequi intendimus, reliqua omnia media sunt. Inde fit consequens, quod bona huius mundi in mensura sunt à nobis diligenda, vt scilicet, nobis conueniunt, nosque iuuat, vt Deum assequamur, Deus vero sine vilo fine, & limite diligendus. De qua re multa Bernardus, & Diuus Thomas. Præcepit Deus confici sibi Thy miama pretiosissimum, & addit. Talem compositionem non facietis in vsu vestros, quia sanctum est Domino. Homo quicumque fecerit simile, vt odore illius perfruat, peribit de populis suis. Per simile huic præcepto est mandatum dilectionis Dei, cui seruanda est dilectio super omnia, hæc est compositio, quam alteri tribuere nefas est, & soli Deo conueniens. Proprium Dei est, (ait Diuus Thomas) vt sit centrum totius amoris, est enim ille summum bonum, cui proinde debetur omnis amor, vnde amor, qui ei non impeditur, vel propter ipsum, vanus, & perditus est. Sicut enim omnis res habet centrum suum, quo propendet, sic centrum amoris Deus, quia enim ipse est principium omnium, omnis creatura, vt perficiatur, in ipsum redire contendit, vt lineam circularem efficiat, quæ perfecta est figura. Vnde ab omni creatura, etiam insensibili Deus diligitur suo modo, quid enim sunt omnes naturalium rerum inclinationes, nisi amores in Deum propendentes? cumque per imperfectionem Deum nequeant attingere, in eius participatione sistunt, nam bonum est, quod omnia appetunt. Hoc autem superat homo omnia reliqua, vt ipsum Deum possit attingere. Vnde omnis amor hominis, qui est eius pondus, in Deum propendet, centrum ergo hominis Deus. Hinc est, quod omnis creatura naturaliter plus diligit Deum, quam se. Ex quo colligitur hominis obligatio, vt Deum diligit, & quærat. Si enim decisa rupe tanto impetu in participatum bonum ruit, quanto anima debet in bonum incommutabile ferri? Si illa tollit omne obstaculum, quo modo homo non dicet cum Paulo, quis nos separabit à charitate Christi?

Hoc vero est, quod hominis miseriam manifestam facit, quod cum omnium aliarum rerum centra consistant, nec moueantur, res ipsæ centra sua quærunt, & in illa mouentur,

*Benar. libr.
de diligen-
do Deum.
D. Tho. 2. 2.
q. 27. art. 6.
Exod. 30.*

*D. Thom.
opusc. de a-
more Dei.*

Rom. 8.

Cant. 5.

Deus vero, in hominum centrum, inter homines ambulans, amatorem quærit, nec inuenit. Vocat omnes, promittit multa, ut ametur, & vix inuenit amantem. Attende illum Cant. 5. prouocantem, ut ames. Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea. Sponsa vero, quæ anima est, excusationes querit, & dilationes. Diebus innumeris obliti Dei sumus, ei resistimus, donec mittit ille manum per foramen. O diuinam manum potentissimam, quos tangis, continuo mutas, & surge, re facis à lecto tanquam sponsam, & te querere per vicus, & plateas, & anima, quæ prius quærebatur à Deo, iam Deum quærit, & quæ obsecrabatur, obsecrat, & quæ aperire volebat, ianuam inuenit clausam, ò Domine quis hic ludus tuus? quæ adinuentio? quærebas tu animam, & nunc illa te quærit, & absconderis? Ne desperes ò anima, quæ Deum diligis, & quæris, licet eum videaris non inuenire. Memor esto, multis diebus te à Deo quæsitam, & te rebellem fuisse, nunc supplicium de te sumitur, & desiderium tuum accenditur, ut cum Deum inteneris, magis in eo delecteris. Hinc inueniens sponsa sponsum ait. Inueni, quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam. In magno pretio Deus habetur ab eo, qui Deum multo tempore quæsiuit, & multis laboribus, & eum custodit, ne ab eo recedat.

Cant. 5.

Sed nunc ad peccatorem Deum non diligentem sermonem conuertamus nostrum. Te vrgeo, te rogo ò peccator, vis tibi Deum dari? vis massam argenti, aut auri? dicis, volo, vis adamantem pretiosissimum, dicis, opto, vis Deum tibi? ais, nolo, est ne tibi sensus, aut intellectus, cum hoc dicis? Sed dicis forsitan, vellem quidem Deum, sed magno pretio à me emendus est, si illum habiturus sum, relicturus sum alienam substantiam, delicias, vel honorem. Dic mihi obsecro, quo in pretio Deus dari potest, quod non sit minimum, si cum Deo conferatur? Sed te iterum rogo, vis tibi Deum gratis dari? Audi dicentem. Dabo ei bibere de fonte aque viuæ gratis. Audi rursum prophetam. Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite, venite, emite absque argento, & absque vlla commutatione vitum, & lac.

Apoc. 21.
Ejai. 55.

A & lac. Sed quomodo, ais, gratis mihi Deus datur, si multa mihi relinquenda sunt, ut eum habeam? An non tibi aliquando accidit, rem pretiosam emere vili pretio, & ais, hoc mihi gratis venditum est, quia paruo dato pretio maximam rem emisti? Hoc ipsum in hac commutatione accidet tibi, dabis parum pecuniæ alienæ, & Deum habebis infinitum thesaurum, paruum relinques delectationem, & celestem dulcedinem participabis, Relinques aliquid, sed nunc centuplum accipies. Gratis ergo tibi datur Deus, quia in infinitum excedit illud, quod relinquis, ut eum habeas. Et tandem continget tibi vita æterna, vbi Dei plena possessio conceditur, vbi diligitur Deus toto corde, nam caminus ignis est in illa Hierusalem cælesti, vbi visus Deus facie ad faciem necessario diligitur, &c.

Simile.

In eadem Dominica Decima Septima, Post Pentecosten. Concio Secunda.

Thema. Diliges Dominum Deum tuum, &c.
Matth. 22.



Gendum nobis hodie est de amore nostro, cui iure impendendus sit, quæ in re scopum attingere, plurimi refert. Diuus Thomas probat, primam omnium passionum esse amorem, nec secundam primam, sed etiam causam reliquarum, & mensuram, ex Augustino. 14. de ciuitate, vbi multa de hac re. Ex quo sequitur, ordinato amore reliqua omnia ordinata esse, & deordinato, reliqua nullo ordine consistere.

D. Tho. 1. 2.
q. 25. art. 2.
Augu. 14.
de ciuit.

re. Inordinata tristitia ex inordinato amore proficiscitur, simili
ter gaudium, & reliqua omnia, sicut vitiatō fonte riuuli ab eo
procedentes infecti sunt, & purus fons riuulos puros emittit.
Vt ergo omnia, quæ in nobis sunt, in pondere, numero, & men-
sura sint, & omnia munda, ac pura, necessarium est, amorem
ordinari. Ita secum factum gloriatur sponsa, cum ait. Introdu-
xit me rex in cellam vinariam, & ordinauit in me charitatem.
Vt id in nobis fiat, necessaria est Dei gratia, quam petamus per
Mariam.

Cant. 1.

Psal. 9.

Orat Dominum regius Psaltes. Constitue Domine legisla-
torem super eos, vt sciat gentes, quoniam homines sunt. Opor-
tet hominem lege frenari, qua regatur, vt agnoscat se Deo sub-
ditum, nec paria Deo sentiat, sed modesta. Ideo etiam in inno-
centiæ statu lex data est Adæ, cuius obseruatione se Deo sub-
ditum fateretur, Sed ò diuine legislator quæ nam est lex tua.

Gene. 2.

Minima profecto, ac facilis data est Adæ, de omni ligno paradi-
si comedere, de ligno scientiæ boni, & mali ne comedas. Vnum ve-
tuit lignum, innumera concedens. Summa legislatoris benigni-
tas, & summâ Adæ peruersitas, qui legi adeo facili non obtem-
perauit. Sed nobis Adæ filijs quænam lex proponitur? Audi
benignissimum legislatores. Dilige Deum, & proximum,
in his duobus mandatis vniuersa lex pendet, & prophetæ. Faci-
lis profecto lex, dulcis, & quam non possumus causari, diffici-
lem, & duram esse. Hinc Deuteronomij. 5. loquitur Dominus,
Audi Israel, quid Dominus Deus tuus petit à te, nisi vt timeas
Dominum Deum tuum, & ambules in vijs eius, & diligas eum
ex toto corde tuo. Quam bonus Israel Deus his, qui recto sunt

Dent. 5.

1. Ioan. 5.

3. Reg. 18.

corde. Vere mandata eius grauias non sunt, vt Ioannes ait. Non
præcipit iugulare filios, vt olim, & nunc crudelissimi demones
suis cultoribus præcipiunt, non carnes cultris incidere, vt Baal,
sed hoc tantum, Ama, & regna. An non dulcissimus diceretur
Dominus, qui seruis congregatis diceret, hoc tantum præcipio
vobis, diligite me, & vos ipsos inuicem? Vere dulcis, & rectus

Psal. 24.

Psal. 18.

Dominus, propter hoc legem dabit delinquentibus in via. Et
præcepta eius desiderabilia super aurum, & lapidem pretiosum
multum, & dulciora super mel, & fauam. Quid enim dulcius
amore? Exprobrat Deus his, qui adeo facilem legem non im-
plent.

A plent per Esaiam. Non me inuocasti Iacob, nec laborasti in me
Israel, non obtulisti mihi arietem holocausti tui, & victimis tuis
non glorificasti me. Non te seruire feci in oblatione, neque la-
borem tibi præbui in thure. Non emisti mihi argento calamū,
& adipe victimarum tuarum non inebriasti me. Veruntamen
seruire me fecisti in peccatis tuis, præbuiisti mihi laborem in ini-
quitatibus tuis. Quasi dicat. Facilia tibi imperaui, non imposui,
non extorsi à te multa, & pretiosa sacrificia, vt solent heri à ser-
uis multas operas exigere, non consumpsi substantiam tuam in
sacrificijs meis, & tamen parua, & facilia pro me non fecisti, cū
ego pro peccatis tuis laborauerim vsq; ad mortē. Quid obsecro
facilius, ac suauius amore Dei, qui est naturæ conformis? Si de-
picta ab aliquo artifice imago esset, quæ eiusdem artificis esset
forma, & effigies, cui rei afficeretur, quam diligeret nisi artifi-
cem? Quidnam homo est nisi imago Dei manu efformata, &
ad viuum ipsum Deum exprimens? quomodo ergo Deum
non diligit?

Esa. 43.

Simile.

Deinde in hoc præcepto diuina bonitas splendet, & immē-
sus in nos amor. Augustinus ait, & merito. O pie Domine, quid
tibi ego sum, vt amari iubeas te à me, & minaris mihi ingentes
miserias, irasceris, si non faciam, multa promittis, si faciam. Et
quid amor meus, quod delectaris in eo? Si potentissimus Rex
ab vniuerso regno suo in maximo pretio habitus summo stu-
dio, & multis adhibitis adinventionibus curaret, vt à rustico vi-
li amaretur, & maxima ei præmia proponeret, si eum diligeret,
an non summam in hoc bonitatem, & dilectionem ostenderet?
O Rex altissime qui à cælesti curia vniuersa immense diligeris,
quid opus tibi est amore nostro? viles vermes sumus, & tamen
omni adhibita diligentia amari à nobis curas, & ingentia no-
bis bona promittis pro dilectione parua. Nam, vt Paulus ait.
Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascen-
derunt, quæ præparauit Deus his, qui diligunt ipsum. Summa
hec Dei nostri bonitas, das nobis Domine amorem tui, & hoc
maximum donum est, & iterum donas gloriam pro amore;
dans gratiam pro gratia. Vidisti ne regem dicentem seruo, sta-
tuamus amicitiam inter nos, & dabo tibi mille auri talenta? Ma-
xima seruo gratia conceditur, si regis amicitia dignus efficiatur

Aug.

1. Cor. 2.

Psal. 93.

at verò quod rex cam amicitiam emat magno dato pretio, inau-
ditum. Deus vero noster ita nobiscum agit, quis famelico dat
cibum, & præmium promittit, si comedat? Ideo recte Psal. Deo
loquens ait. Nunquid adhæret tibi sedes iniquitatis, qui fingis
laborem in præcepto? Quasi dicat, Nunquid iniustitia aliqua in
te esse potest, aut minor aliqua æquitas, quando, vt præmio
afficias amorem iucundissimum, fingis laboriosum esse, vt præmio
occasionem capias maxima præmia donandi pro eo? sicut cum
rex magna dona alicui concedere vult pro sua liberalitate, exag-
gerat nimium, & extollit paruum aliquod obsequium, &
fingit ardua, & difficilia multa in eo obsequio, cum omnia
fuerint facilia. Quomodo ò domine laboranti mercedem nega-
bis, qui non laborantem fingis laborare, vt eum possis præmio
donare?

Simul etiam suauitatem maximam Deus nobis ostēdit, illud
præcipiens, quod omnes præstare possent. Si enim ieiunia præ-
ciperet, eo modo, quo dilectionem, tanquam rem omnino ne-
cessariam saluti, infirmi ieiunare non possent. Si eleemosynam
sic præcepisset, pauperes excluderentur a regno. Cum vero di-
lectionem præcepit, rem omnibus peruiam, ac facilem manda-
uit, amorem enim nullus non præstare potest. Ex quo etiam pa-
tet, quam iustus Deus fuerit, & æqualis rerum distributor, qui
licet in temporalibus, (quæ nihil sunt) nos fecerit inæquales, ta-
men in veris, & sempiternis bonis, quæ spiritualia sunt, æquale
omnibus dedit facultatem, vt quisque diues sit, quātum volue-
rit, dilectionis enim thesauros, & hoc aurum ignitum, quo ve-
rè diuites sumus, quisque habere potest si gratiæ Dei non desit.
Sed quoniam duplex est amor, concupiscentiæ & amicitia, vi-
dendum est quo pacto vtraque dilectione Deus à nobis sit dili-
gendus. Amore concupiscentiæ diligimus illud bonum, quod
nobis volumus, vt domum, diuitias, &c. Hoc amore diligendus
nobis Deus est, tanquam summum bonum nostrum, quo habi-
to omnia habemus, Diuus Thomas ait, ò si tantillum Deum gu-
stare mus. Res enim dulcis tripliciter potest apprehendi, audi-
tu, visu, gustu. Audis cibum aliquem esse dulcissimum, afficeris
ei. Vides illum, plus afficeris, quia visus, vt ait Aristot. plures re-
rum differentias percipit, & ideo certius iudicat de re. Gustas
cibum

D. Th. opus.
de amore

Arist.

A cibum, tunc plene ei afficeris, quia tunc est summa coniunctio.
Audire est incipientium, videre proficientium, gustare perfe-
ctorum. Vis ò homo, Deo affici? interroga de eo, & audi bona
Dei tui, vt saltem auditu eum percipias, Esaias ait. Audite au-
dientes me, & comedite bonum, & delectabitur in crasitudine
anima vestra. Postquam multa bona de Deo audieris, profice,
vt videas. Hinc Psalmista, Vacate, & videte, quoniam suavis
est Dominus. Anselmus, negotia omnia postpone, vt confide-
res Deum tuum, abscondere modicum, vt Deum contem-
plans, per intuitumque cognoscens, ei magis afficiaris. Qui per
feceris est, Deum iam gustat, & ait cum sponsa. Fructus eius
dulcis gutturi meo, ibi plene Deus cognoscitur. Auditus ali-
quid manifestauit de Deo, visus plus aliquid, sicut reginæ Sab-
ba accidit, quæ ait, media pars eorum, quæ sunt, mihi dicta non
fuerat. Vnde videns ait. Sicut audiuius, ita & vidimus,
imo & plus vidimus, quam audiuius. Qui vero Deum gustat,
plura de Deo percipit, vnde plus diligit. Hæc Diuus Thomas
vbi supra.

Sed quoniam de amore concupiscentiæ loquimur, no-
tandum est ex Diuo Thoma. Duplex est concupiscentia,
vna rei præsentis, & hæc causat delectationem, altera rei ab-
sentis, & hæc causat desiderium, & mouet, vt res dilecta
queratur. In patria præsens est beatis Deus, ideo summa
perfruuntur delectatione. Nunc vero in hac vita absens est
Deus, & ideo charitas efficit desiderium Dei, & multa bo-
na opera, quibus Deum querimus. Hinc Sapiens, si qua-
sifieris sapientiam, quasi pecuniam, & sicut thesauros effode-
ris illam, tunc scientiam Dei inuenies.

Sed obijcies, ergo nunc nulla est iusto consolatio, & delecta-
tio, cum dilectus Deus absens sit. Respondeo, imo est, & maxi-
ma, quia non est Deus omnino absens, est enim aliquomodo
præsens, & possidetur ab anima per gratiam, vnde etiam nunc
delectationem efficit, sed non plenam, quia non plene posside-
tur. Sicut puer rex, qui sub tutoribus est, nec regni admini-
strationem suscepit, est tamen Dominus regni, delectatur in
regno, nondum tamen plene delectatur, donec regni guber-
nationem suscipiat. Ita nos in Deo delectari possumus, quia nos

ter est, licet non plene, donec eum videamus facie ad faciem. A
 Nec solum iustus delectari potest in Deo, sed potiori, ac maiori
 delectatione, quam homo possidens vniuersum mundum.
 Sicut enim rex paruulus magis delectatur in regno suo, licet il-
 lud non plene possideat, quam alter homo infimus in substan-
 tia sua, quam plene possidet, magnitudo enim boni efficit, vt
 etiam non plene possessum plus delectet, quam bonum infe-
 rius plene possessum. Et cum memoratur rex paruulus, hoc reg-
 num meum est, & illud cito obtinebo, & eo fruar, plus hac co-
 gitatione gaudet, quam alter possessa substantia. Ita iustus cuius
 Deus est, beatus est, nec beatus est populus cui hæc tempora-
 lia sunt, sed cuius Dominus Deus eius, & plus gaudij percipere
 potest de tanto bono, quam peccator de omni mundi lætitia. B
 Crescit hoc iusti gaudium, cum videt se a propinquare plenæ
 possessioni. Sicut gaudet esuriens videns cibum a propinquare.
 Et tunc velocius mouetur homo in Deum, sicut lapis, cum est
 prope centrum. Ex dictis vero sequitur nobilitas, & amplitudo
 iusti, vilitas & miseranda conditio peccatoris. Augustinus ait,
 anima media est inter creatorem, & creaturas. Cum conuer-
 titur ad Deum, illuminatur, & perficitur, cum conuertitur ad crea-
 turas, obtenebratur, & vilescit. Philosophi antiqui dixerunt,
 animam creari in horizonte æternitatis, & temporis, creatoris,
 & creaturarum. Vnde cum actu respicit, & nimium afficitur
 temporalibus, non potest Deum respicere, & cum Deum respi-
 cit, temporalia obliuiscitur, nobilitatur vero, ac perficitur, cum
 Deum cognoscit, & diligit, cognitione enim, & amore Deo
 coniungitur, & vnum cum eo fit. Contra vero de peccatoribus
 dicitur. Abominabiles facti sunt, sicut ea, quæ dilexerunt. Iu-
 stus efficitur quasi alter Deus, peccator vero terreus, & in-
 fimus. Ex dictis ergo colligitur, Deum à nobis diligen-
 dum amore concupiscentiæ tanquam summum bonum no-
 strum.

Ad eundem concupiscentiæ amorem in nobis excitandū,
 aliæ etiam conducunt vtilitates, quæ ex illo nobis proueniunt.
 Quarum prior sit. Si Deum diligis, eris Dominus tui, & te ip-
 sum tibi dabit Deus. Magnū aliquid petere videtur Deus, cum
 ait, dilige me ex toto corde. Si totum cor tribuo tibi, omnia de
 di, ni-

A di, nihil mihi manet. Attende Dei ingenium, cum magna dona-
 re vult, magna postulat, cum maxima dare disponit, maxima
 etiam petit. Multum à te petit, cum ait, dilige me ex toto cor-
 de. Sed audi, quanta tibi donat, primum, & maximum omnium
 donat se tibi. Secundum donat te tibi ipsi. Si Deum non dili-
 gis, tuus non es, imo tibi maxime aduersarius, & tantum tibi in-
 fers malum, vt vniuersitas creaturarum tantum tibi inferre nō
 possit. Summa inferni mala sunt, sed quis nam eorum causa, ni-
 si peccator, quia Deum non dilexit? Congrega vniuersa mundi
 bona, pone inter sydera sedem tuam, si Deum non diligis, plus
 mali tibi cōgregas, quam vniuersa creatura tibi efficere potest.
 Et deinde, cum Deum non diligis, tuus non es, sed tyrannorū.
 B Dicere potes illud prophete. Possederunt nos Domini absque
 te. Et illud, serui dominati sunt nostri. Seruus es dæmonis, ser-
 uus cupiditatis, seruus diuitiarū & deliciarū. Et sicut seruus suus
 nō est, sed Dñi, ita tu tuus nō es. Impleturq; in te illud, eo quod
 non serueris Domino Deo tuo in gaudio, cordisque lætitia. Deut. 28.
 propter rerum omnium abundantia, serues inimico tuo, quæ
 immittet Dñs super te in fame, & siti, in frigore, & nuditate, &
 ponet iugum ferreū super ceruicem tuā, donec te conterat. An
 non experiris miser peccator iugum ferreū, quod demō posuit
 super ceruicem tuam? An non vides te à passionibus pessunda-
 ri. Vis in libertatem asseri, & vindicari? vis te tibi restitui? Vis re-
 dimi? Dilige Deum, & captiuitatem amoris diuini tibi elige,
 vt liber sis. Vos fratres in libertatem vocati estis. Sed ais. Licet
 in vitiorum captiuitate misera verfer, multis tamen fruor deli-
 cijs, quas amittam, si Deum diligere voluero. Audi, quid fa-
 cias, sacrificia has Deo, & non eas amittes sed potiores habebis,
 & meliores, delectaberis in Domino, & habens Deum in eo
 plus gaudebis, quam in omni alia re. Audi quid Abraham accide-
 rit, hoc enim ipsum tibi accidet. Erat ipsi Isaac charissimus, erat
 Isaac risus patris, hoc enim sonat Isaac, erat gaudium Abraham.
 Loquitur ei Dominus, tolle filium, quem diligis Isaac, & offer
 illum tibi super vnum montium. Offer tu Deo tuo gaudium in
 ne, quo frueris, risum, quem reputare debes errorem, & non pe-
 ribit hic risus tuus, nō auferetur à te gaudium, sed mirabitur in
 melius. Et quemadmodum Abraham viuum, & bene-
 dictum

Simile.

Psal. 143.

Augu.

Osee. 9.

Esa. 26.

Thren. 3.

Deut. 28.

Gene. 22.

dictum à Deo reportauit Isaac, ita tu gaudium caeleste recipies, multis partibus auctum super mundanum gaudium.

Altera utilitas, quam ex diuina dilectione reportabis, est, quod vniuersa, quæ in mundo sunt, tua erunt, Deo tibi eadonante, quia cor illi tradidisti. Tua erit paupertas, ex qua fructum colliges. Tua infirmitas, ex qua animæ tuæ modelam reportabis. Tuæ diuitiæ, quibus vt dominus vteris prohibito. Tuum cælum, & terra, tua vita, & mors. Omnia vestra sunt, vos autem Christi, Paulus ait. Sicut enim tua dicitur domus, qua protegeris, tuus ager, quia ex eo fructus colligis, ita diligentis Deum vniuersa quæ in mundo sunt, sua esse dicuntur, quia ex omnibus fructum colligit, nam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, vt Paulus ait.

Contra verò is, qui Deum non diligit, nihil habet, quod suum merito dicere possit, quia licet plurium rerum dominium habeat, nullum tamen sibi ex eis fructum colligit. His, quæ caduca, & peritura sunt, manifeste non vtitur in profectum, quin potius in damnum, dum eis peccat, & animæ suæ necem infert. Sed, quod magis mirandum est, nec spiritualibus bonis, & donis caelestibus proficit, si sine charitate ea possideat, vt Paulus ait. Si linguis hominum loquar, & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiã, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam, & si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Ex nulla re igitur fructum sibi colligit, qui Deum non diligit, nulla res ei prodesse potest. Qui ergo Deum diligit, sui ipsius Dominus est, & omnium rerum, & tandem Dei ipsius, qui eius est, qui eum diligit. Summæ hæc utilitates sunt, vt Deum diligamus.

Sed quoniam est amor amicitie, non respiciens quod mihi vile est, sed quod amicum decet, & hoc amore tenemur etiam diligere Deum, eum explicari à nobis oportet.

Diuus Thomas. 1. 2. q. 25. ait ex Dionysio, primus amoris effectus est vnio, amor enim est vis vnitiua, vt Dionysius ait. Et

Augu-

A Augustinus, amor est quasi iunctura quædam, duo aliqua copulans, vel copulare appetens, amantem scilicet, & quod amatur. Duplex est vnio, ait Diuus Thomas, vna realis rei ad rem, & hanc causat amor, efficiens, vt amans quærat amantem, & ei iungatur. Altera vnio secundum appetitum, & hanc causat amor concupiscentiæ apprehendens rem vt suam, & sibi conuenientem. Amor verò amicitie eam causat, in quantum alteri vult bonum sicut sibi. Hinc Aristoteles 2. Politicorum ait. Aristophanes dixit, quod amantes desiderat, ex ambobus fieri vnum, sed quia ex hoc accideret, aut ambos, aut alteram corrumpi, quærunt vnionem, quæ conuenit, & decet, vt scilicet simul conuersentur, simul colloquantur, & eadē velint, vt idem sit eis velle, & idem nolle.

Cū ergo amor amicitie vniat voluntatē iusti voluntati Dei, vt idē velit, quod Deus, attendendū nobis est, & diligenter inspicendum, quibus quasi gressibus diuina voluntas procedat, eisdem enim beatus in cælo, vbi charitas perfecta est, eisdem pro modulo suo iustus procedit in via. Primum vult Deus sibi ipsi omne bonum, quod habet, infinitam gloriam, & esse infinite perfectum. Cumque illud obtineat, infinite in se ipso delectatur, & gaudet. Hoc Deus necessario, & naturaliter vult. Deinde libere vult creaturis bona propter gloriam suam, vt in eis eius bonitas appareat. Ad eundem modum charitas perfecta beatorum efficit, vt velint Deo omnibus suis viribus infinitam gloriam, & infinita bona. Cumque videant in Deo vniuersum quod ipsi desiderant, resultat in eis fructus Spiritus sancti, & charitatis, gaudium tantum, quod explicari non potest, quia in sibi dilectissimo Deo vident bona infinita. Et hoc est præcipuum beati gaudium, nec enim adeo lætatur beatus de gloria propria, ac de Dei gloria. Hoc est gaudium illud, de quo dicitur, intra in gaudium Domini tui. Sicut enim Deus primo gaudet de gloria sua, ita & beatus. Et sic ingreditur in pelagus illud immensum diuini gaudij, efficitque illud suam, intra in gaudium Domini tui, dum de eo magis gaudent, quam de proprio. Hinc efficitur, ac procedit, vt omnes caelestium cætus resonent Dei laudes, & gloriam, non suam. Audiuit Esaias caelestes spiritus cantantes. Audiuit & Ioannes sæpe, sed non au-

Dionys.
Aug. 8. de
Trinit.

Aristo.
2. Poli.

Matt. 25.

Esa. 6.
Apoc. 9.
dierunt.

I. Corint. 3.

Rom. 8.

I. Cor. 13.

D. Th. 1. 2.
q. 25.

dierunt dicentes, ò felices nos, ò beatos, ò diuites. Sed potius sanctus Deus noster sanctus, sanctus, dignus omni honore, & benedictione, ipsi gloria, honor, & potestas. Licet enim se videant summa perfrui gloria, ac bonis, magis tamen lætantur de diuina, quam de sua beatitudine, & ideo illam decantant, eamque semper loquuntur.

Deinde beati diligunt maximè proximum, & bona ei maxima desiderant, quia in illis Deus glorificatur. Et hinc fit, vt beati beatis velint maximam gloriam, & plus velint gloriam Christi, & Mariæ quam suam, quia in illis maxime Deus glorificatur, & gloriam propriam volunt, quia ita Deus in eis glorificatur, nec ampliorem sibi desiderant gloriam, quam obtinent, quia Dei voluntati omnino conformes sunt, & vident varietate, ac diuersitate beatorum maxime Deum glorificari. Optant præterea beati nobis maxima dona cælestia, & vniuersa bona, vt Dei etiam gloria, ac bonitas in nobis splendeat, & ideo pro nobis ardentem orant.

Ad huius cælestis Hierusalem similitudinè in corde nostro efformandum est habitaculum Deo. Et qui in charitate Dei perfici vult, oportet omnem cupiditatem, & proprium lucrum à corde expellat, & Dei sui præsentiam in corde iugiter teneat, velitque Deo infinita bona, & immensam gloriam, qualem ipse habet. Complacèatque sibi in bonis Dei, gaudens, eo quod Deus in se bonus, & infinitus est, omni ornatus perfectione. Hoc opus est perfectæ charitatis, ad hunc amorem, & gaudium inuitat nos sepe scriptura. Psaltes ait. Exultate iusti in Domino. Et Paulus. Gaudete in Domino semper, iterum dico gaudete, & Psalmista. Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Hoc fuit gaudium illud Mariæ, de quo ipsa ait. Exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. Et iterum Psalmista. Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Ait, etiam carnem exultasse, quia ex redundantia spiritualis dulcedinis animæ solet caro exultare. Hoc amore inflammatus Augustinus dicitur dixisse. Si ego essem Deus, & tu Domine esses Augustinus, facerem ego te Deum, & me Augustinum. Hoc charitatis gaudium multa bona efficit in nobis. Primum, multorum bonorum operum causa est, sine gaudio enim languetani

ma in operibus suis. Vnde Aristoteles dixit. Delectationes adaugent operationes. Hinc Esdras, gaudium Domini est fortitudo nostra, quia vires præbet, vt bene operemur. Secundum hoc spirituale, & inenarrabile gaudium efficit, vt terrenum, & vile despiciamus. Sine gaudio enim esse non possumus, & qui cæleste non habet, terrenum quærit, qui vero cæleste obtinet facile spernit caducum, & vanum, gustato enim spiritu desipit omnis caro. Tertium, cum iusti multis tribulationibus, & malis opprimantur, & lachrymis abundant, hoc gaudium est, quod omnem lachrymam abstergit, quod iustos cõsolatur, & reficit. Multæ tribulationes tibi sunt, multi dolores, multæ lachrymæ, vis consolari? Audi quid Psalmista fecerit. Memor fui Dei, & delectatus sum, & defecit spiritus meus. Recordare bonorũ Dei tui, & hoc magis te oblectabit, si eum diligis, quam contristabit quæcunque tribulatio. Audi Iacob dicentem filio dilecto. Iam lætus moriar, quia vidi faciem tuam. Quasi dicat. Malum omnium terribilius, quod est mors, non poterit à me lætitiã hanc tollere, quam de conspectu tuo capio, quia diues, & potens es. Si gaudes videns multa bona in creatura dilecta, gaude potius videns infinita bona in Deo super omnia dilecto. Gaude etiam in bonis Dei tui, quia tua sunt omnia. Si amicorum omnia sunt communia, si parentum bona filiorum sunt, reputa omnia Dei bona tua esse, quia amicus, & pater tuus est. Ideo aiebat Socrates, omnia bona Dei esse bonorũ, quia illi amici Dei sunt, Dei potentia tua est, Dei sapientiã tua, quia cum oportuerit pro te miracula facere, sapientiã ostendere, sine dubio faciet. Ideo factus homo attributa sua homini dedit, vt scias, omnia diuina tua esse. Plorabat Anna, & ait ad eam Elcana vire eius. Quo vique luges, non ne ego melior sum tibi, quam decem filij? Quid luges ò anima mea, nunquid Deus tuus non est tibi melior quã vniuersa temporalia, propter quæ doles?

Sed obijcit Bernardus. Quomodo mihi dicis, gaude in Domino semper, quasi in mea esset potestate gaudere? sæpe vellẽ gaudere, nec possum. Respondet Bernardus. Affectus appetitus in nostra potestate non est semper, si tamen à nobis excutatur, & curetur, facile illum inueniemus. Sicut ait Psalmista. Laboraui in gemitu meo, id est, laboraui, & curauit, vt gemerem, & continuo

Psal. 32.

Philip. 4.

Psal. 36.

Psal. 83.

Arist.

2. Esdr. 18.

Psal. 78.

Gene. 48.

Socrates.

1. Reg. 1.

Bern. Ser. 5. in capite. ieiunij.

Psal. 6.

continuo tanta adfuit lachrymarum redundantia, vt lauare
possem per singulas noctes lacrum meum. Vis dolere de pec-
cato? nec adest tibi dolor, audi consilium, labora, vt doleas af-
fuge carnem, considera mala peccati. Ita vis gaudere de Dei bo-
nis? non adest tibi gaudium, labora, vt gaudeas, considera bona
Dei tui, & gaudebis.

I. Cor. 10.

Ex hoc amore amicitia: prouenit, vt curemus, omnia nostra
opera in gloriam Dei facere. Iuxta illud Pauli, siue ergo man-
ducatis, siue bibitis, vel aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei
facite, quoniam Deus dignus est, qui ab omni creatura glorifi-
cetur, etiam si nullum inde commodum sequeretur. Hac
ergo charitate ducimur, vt curemus, in omnibus Deo plae-
cere.

Ex hoc etiam amore procedit, proximi dilectio, qua ei bo-
na spiritualia volumus, & curamus, & temporalia, vt decet, quia
in his Deus glorificatur. Ex eodem gaudium innascitur de bo-
nis proximi, & dolor de peccatis, quia Dei offensa sunt. Hinc
oritur cura vitandi, & tollendi peccata, zelus, quo mouetur ius-
tus in peccatores, & demum vniuersa bona, & virtutum
actus ab hac charitate procedunt, non quidem eli-
ciente, sed imperante, & perficiente omnem
virtutis actum. Ipsa enim est om-
nium virtutum regina,
ac forma, &c.

(..)

In eadem

A In eadem Dominica Deci-
ma Septima Post Pente-
costen, Concio
Tertia.

Thema. Diliges Dominum Deum tuum, &c.

B

Matth. 22.



Vplex hodierno in Euangelio quaestio propo-
nitur. Prior Christo Domino, & a doctore illū
tentare volente, & respondet ei Christus, nec
solum quaestio respondet, sed etiam non qua-
esito. Interrogatus enim de maximo, & primo
mandato, postquam illud explicuit, adiecit. Se-
cundum mandatum simile est huic, diliges proximum tuū, &c.

Altera quaestio proponitur a Christo Domino pharisaeis.
Quid vobis videtur de Christo, cuius filius est? & diminute
ei respondent, quia solum eum dicunt filium Dauid, cum sit
etiam filius Dei. Vt vtramque videamus, necessaria nobis gra-
tia est, quam petamus per Mariam.

Merito regius Psalt. ait, Mirabilia testimonia tua, ideo scri-
tata est ea anima mea. Et iterum. Reuela oculos meos, & con-
siderabo mirabilia de lege tua. An non mirabilis, & stupenda
dignatio ea, quae hoc mandato exprimitur, vt velit Deus ami-
cus esse hominis, & qui nos dilexit, velit a nobis diligi, vt ami-
citia perfecta consistat. Diuus Thomas multa de hac re dixit;
opusculo de amore Dei. Vbi citat Augustinū dicentem. Obstu-
pesce anima mea dignationem Dei erga te, nobilitauit te, cōsti-
tuens dominā omnium inferiorum, omnia subijciens sub pedi-
bus tuis. Et qui dominaris vniuersae corporali creaturae non mi-
rū esset, si Angelorum, saltem Seraphinorū subdereris imperio.

Psal. 118.

*D. Th. opus-
culo de amo-
re Dei.*

Angu.

Nn

Sed

Sed non sic tecum actum est, immediate Deo subderis, sed illa
tare usque ad mortem præ admiratione, cui debueras, seruus
se, iubet, vt sis amicus. Vnde ait, Iam non dicam vos seruos, sed
amicos. Hoc est, diliges Dominum Deum tuum, quoniam ipse
prior dilexit te, statue cum eo amicitiam.

Sapie. II.

Vt amicitia stabiliatur, necessarius est amor vtriusque ami-
ci Dei erga nos amor æternus, & infinitus est, diligis omnia,
quæ sunt. Vt noster non desit amor, primum, & maximum le-
gis mandatum proponitur, diliges Dominum Deum tuum.
Sed dices. Quomodo hunc amorem habere potero? & quibus
iuuari potero, vt Deum diligam meum? Imo vero quomodo po-
terit non diligi Deus. Quid illi deest, vt non diligatur? Tot sunt
motiua diuini amoris, vt confundi nos oporteret, quod neces-
sarium sit, præcipi nobis hanc dilectionem. Si bonitas, & pulchri-
tudo, diligitur, quomodo non diligenda bonitas, & pulchritu-
do infinita? si beneficia amare compellunt, quomodo non dili-
gendus Deus perpetuus, & iugis benefactor?

*D. Th. opus.
de amore
Dei.
Ansel.*

Sed si adhuc indiges adminiculis, vt huc in te amorẽ excites
audi. Diuus Thomas ait. Secundum Anselmum tripliciter po-
test Dei amor in anima generari, quasi naturaliter, voluntarie,
& mirabiliter, seu supernaturaliter. Et sic anima consideratur
vel vt natura est, vel vt deliberatiua, vel vt illustrata gratiæ mu-
neribus.

*Iob. 12.
Simile.*

Primo modo quasi naturaliter generatur in nobis diuinus
amor per beneficia nobis à Deo concessa. Cũ dicimus naturali-
ter generari, intelligendũ nõ est, charitatis donũ esse à natura, à
gratia etenim procedit. Sed sic accipiendũ est, vt adiuuante gra-
tia Dei naturalis inclinatio adiuuet, vt diligamus. Nam & in
brutis amor cernitur circa beneficos. Hinc Iob. Interroga iu-
menta, & docebunt te. Et ad modum naturæ procedere vide-
tur hic amor ab anima. Sicut enim in generatione naturali agens
agit in sibi contrarium per contactum, & coactionem, vt sibi
assimilet, sicut cum ignis agit in lignum, calore expellens frigi-
ditatem, & cum actio durat, tandem ex ligno fit ignis. Ita Deus di-
liges peccatorẽ, cũ adhuc inimici essemus, nihilominus nos di-
lexit, & ardẽter dilexit, tãquã ignis colamẽs, vt dicitur Deut. 4.
& appropinquans hic ignis diuinus peccatori, illũ tangit benefi-
cius,

Deut. 4.

A
cijs, & disponit ad amicitiam. Incipit primum calefacere, iuxta
illud Psalmi. Tange montes, & fumigabunt. Et perseueras in be-
nefaciendo, tãdem cor humanum superat, ac ignit, iuxta illud.
Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi vt ardeat? Et
cum sit naturalis vis in rebus ex similibus similia procreans, di-
citur, quasi naturaliter generari in nobis Dei amicitiam ex Dei
amicitia. Iuxta illud Ioannis. Fratres diligamus Deum, quo-
niam ipse prior dilexit nos. Vt vero id percipias, finge me ad te
nuncium venire, ac legatum. Ingressus ergo domum tuam, &
te seorsum alloquens, sic aio. Aduentus mei causa in domum
tuam est, vt amicitia iugaris cum principe maximo, qui hac de
causa me ad te misit. Respondes mihi, qua nam de causa eum di-
ligam? quia ille vehemẽter diligit te. Ais tu, quomodo ego eius
amorem agnoscam? Et ego. Attende, quæ ad te mittit munera.
Et ostio aperto ingreditur seruus principis, deferens tibi mu-
nus, quod mille aureis numis æstimatur. Continuo ingreditur
seruus alius, qui munus defert, cuius pretium esset decem mille
aurei numis. Et statim alter intraret donaria deferens tibi sine
pretio. Et demum alius, qui epistolam defert principis, qua te
obsecrat, vt eius sis amicus, promittens tibi vniuersum reg-
num suum, si ei amicitia coniungi velis. An non tibi mani-
festè constaret his acceptis donis, & epistola, in summo te
haberi pretio ab eo principe? An non manifeste cerneres,
C
diligere te ab illo? An non excitaretur animus tuus, vt eum in
amicum tibi sumeres, qui præcipuo te amore diligit, & tan-
ta in te beneficia contulit, & maiora conferre paratus est?
Sed quid faceres, si vniuersis illis donis ad te misis, videres
demum ad te mitti cor ipsum principis, vt testem amoris sui
in te? Quis hunc amorem non diceret immensum? & qua-
si vim inferentem amico? Hæc omnia nobiscum fecit Deus.
Si rectis oculis omnia naturalia inspiciamus. Dic mihi obse-
crao, à quo putas tibi concessam animam, corpus, & omnes
eius vires? à quo terram, aquam, aerem, ignem, solem, lu-
nam, stellas, quorum beneficio viuus? A quo vniuersa, quæ
sub cælo sunt, quibus frueris? Hæc quæ natura beneficia
dicuntur, Dei beneficia sunt, Dei dona, quæ ad te mittit,
vt eius amore inspecto eum diligas, Dominus Deus tuus

*Psal. 143.
Luc. 12.*

*1. Ioan. 4.
Simile.*

*Deut. 4.
Osea. 2.*

hæc condidit, & creauit in ministerium cunctis gentibus, vt dicitur in Deuteronomio, caue ne adeo sis inscius, vt ad te dicatur illud prophetæ. Et hæc nesciuit, quia ego dedi ei frumentum, vinum, & oleum, quæ fecerunt Baal. Sed nunc horum donorum pretium attende, quo pretio æstimares terram, elementa, solem, pluuiam, oculos, manus, pedes? Non mille aureis numis, non mille talentis, sed inæstimabili pretio. Hæc ergo pretiosissima dona à Deo accepisti, quæ signa sunt amoris ipsius in te. Deinde cor suum tibi misit, cum filium, qui est in sinu patris in terras destinauit. Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, & donum infinitum, fidelem amoris testem. Deinde epistolam diuinæ scripturæ ad te mittit, qua petit, vt eum diligas, promittens tibi cælesti regnum, si eum dilexeris. Nunc o homo, te vrgeo, his acceptis beneficijs Deum non diligis? Vidisti ne lignum, omni ex parte igne circumdatum, per triginta annos, nec tamen arderet? Stupendum certe prodigium, cor humanum, in quod tā potens ignis tanto tempore agit, nec tamen igne amoris absumitur. Vnde inter quas sis prunas amoris, & beneficiorum Domini tui? Dilexit me, ait Paulus, & tradidit semetipsum pro me. Metotū debeo creatori meo, item totū me debeo gubernatori meo, item totum redemptori meo, item totum iudici meo pro peccatis meis, cui debeo decem millia talenta, item totum glorificatori meo, cui horum me dem, vt soluā, ignoro. Hinc propheta. Quid dignum offerā Domino? Indicabo tibi o homo, quid sit bonum, & quid Deus requirat à te, sollicitum te ambulare cum Deo tuo. Hæc sollicitudo amoris est, ama, & exoluisti debita vniuersa pro modulo tuo.

Esa. 1.

Attende præterea, ferocissima bruta mansuescere in beneficos, & eos diligere. Leo, vrsus, Elephas diligunt pascentes se, solus homo ad beneficia ingratus cernitur. Ideo Esaias ait. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui, Israel autem me non cognouit. Merito Iob ait. Interroga iumenta, & docebunt te. Pudeat te à iumentis superari gratitudine, cum ea superes intellectu. Quasi naturaliter, & quasi necessario diligis diligentem te, cur non Deum? Tanta res amor est, vt alio quam amore compensari non possit.

Iob. 12.

A sit, Dei vero in te amor adeo patens est, vt de eo dubitari non possit, euidentissima enim testimoniis dedit. De quibus Psaltes. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. Testis cælum, terra, elementa omnia, & quicquid in eis est. Et si hi testes non adeo fide digni tibi apparent. Testis crux, clauis, flagella, inundans sanguis, & mors Dei amore tui. Et cum hæc omnia patitur, parum ei videntur præ amoris magnitudine. Et licet repleta sit malis anima eius, & saturatus opprobrijs, nihilominus tamen amor non erat impletus, sed clamat, sicut. Ad tanti amoris conspectum etiam lapides franguntur, nec cor tuum emollitur. Ad iumenta te ante miseram, vt disceres diligere, sed nunc abi ad durissimos lapides, & discere diligere. Emolire, emollire humanum cor, ne forte de te dicatur illud Iob. Cor eius indurabitur tanquam lapis, & stringetur quasi malleatoris incus. Si enim hoc amoris igne non ardes, ignis inferni seruatus tibi est, quo ardeas in æternum. Quasi ergo ad modum naturæ generatur in nobis diuinus amor beneficijs à Deo susceptis. Iuxta illud prophetæ. In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis. Vbi Hieronymus, id est, in funiculis hominum, quibus homines duci, & trahi consueuerunt, nempe beneficijs, & dilectione. Notanter vero dicit, traham, quod vni quandam significat. Quasi dicat. Tanta erunt mea erga illos beneficia, vt quodammodo compellam eos diligere me, & quasi vim quandam suauem eis inferam, ideo eos ligabo beneficijs, quasi funiculis.

Secundo modo generatur in nobis diuinus amor per deliberationem. Nam in recta deliberatione (vt Aristoteles ait) præminens præeligitur, & præamatur. Vnde, ait Aristoteles, nullus dubitat, vtrum beatitudo, an diuitiæ sint præeligenda, propter nimiam præminentiam beatitudinis ad diuitias. Cum alicui proponitur masa auri, & ferri, vt eligat alteram ex ipsis, statim eligit aurum. Sic ergo anima deliberans, vtrum Deum eligere debeat, an creaturam, videbit in Deo manifestam excellentiam, & Deum eliget. Hinc dicitur Deuteronomij. Dominum elegisti hodie, vt sit tibi Deus. Nunc ergo deliberemus, quis nobis sit in amicum eligendus, vel Deus, vel aliquid

11. 34. 1 ge, sensibus cunctis inserui, & peccatum in illum nullo modo admittas.

Sed attende duplicem esse Dei dilectionem. Prima dilectio omnino necessaria ad salutem est, qua fortiter in heredas Deo, obediens mandatis eius, & statuens, peccatum graue non admittas, etiam si vita tibi profundenda sit. Hanc dilectionem expressit

Psal. 118. pressit Psalmista, cum ait. Iuravi, & statui, custodire legem tuam. Est vero alia dilectio perfectior, qua praecepit dici potest ex toto corde, quae subiecto exemplo manifesta fiet. Vidisti aliquando uxorem summo affectu virum diligentem, quae non solum firmiter statuit, prohibitionem in virum non admittere, nec adulterium, sed etiam ita viro affecta est, ut curet illius agnoscere ingenium, & omnia, quae ei maxime placeant, ut illa in omnibus voluntatem eius impleat, & nec in minimis ab eius voluntate aberrat, haec dilectio ex toto corde est. Similis huic dilectioni perfectorum amore est, qui Deum ex toto corde diligunt, in omnibus curantes, diuinam implere voluntatem, Deo per omnia placentes, quorum cibusest, facere voluntatem Dei, & in nulla alia re delectantur nisi in Deo suo. Tu scis, quod non sit laetata ancilla tua, nisi

Hester. 14. in te Domine, ait regina Hester. Hinc Augustinus. Minus te amat, qui tecum aliquid amat, quod non propter te amat. Hic Dei amor perfectus, licet creaturas videat, sed non in eis sistit, sed sicut columba ad arcam reuertitur, dicens, quid mihi est in caelo, & a te quid volui super terram, Deus cordis mei. Hanc dilectionem non impedit res aliqua mundi, quia omnia in Deum conuertit, efficiturque in anima illud Cantuorum. Murenullas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento. Dummodo murenullae aureae sint, argentum impedimento non est, sed ornamento. Quia si perfecta charitas in anima manet, substantia, & reliqua omnia temporalia, in Dei gloriam iustus conuertit, & sic auro, & argento anima ornatur, atque perficitur. Satis haec sint de Dei dilectione, ut de reliquis initio propositis differamus.

Addit Christus Dominus. *Secundum autem simile est huic, diliges proximum tuum sicut te ipsum.* Dicitur simile hoc manda-

A mandatum primo multis de causis, primo, quia eiusdem speciei actus, ab eadem virtute elicitus. Secundo simile in obligatione, quia sicut primum non consulitur, sed praecipitur, ita & secundum. Tertio, in autoritate, quia diuinum, & non humanum praecipitur est. Hinc Ioannes. Hoc mandatum habemus a Deo, ut qui diligit Deum, diligat & fratrem suum. Et ideo omnes traditiones humanae contra hoc praecipitur sunt nullae, sicut Christus Dominus ostendit Matth. 12. Quare & vos transgredimini, mandatum Dei propter traditiones vestras. Quarto mandatorum diuinorum quaedam sunt ceremonialia, quaedam iudicialia, quaedam moralia, & haec potiora sunt illis, & illis abrogatis per Christum, haec ampliata sunt, dicente ipso, non veni legem soluere, sed implere. Vnde ait, audistis, quia dictum est antiquis, non occides, diliges proximum. Ego autem dico vobis, nolite irasci, & diligite inimicos vestros. Moralia ergo praecipitur firmissima sunt inter diuina. Sicut ergo primum mandatum est morale, ita & secundum. Et ideo per Christum extenditur, & ampliatur. Et ideo dicitur mandatum novum, quia noua interpretatione, & extensione datum per Christum. Quinto, mandatorum Dei quaedam temporalia sunt, quaedam aeterna, temporalia, ut de custodiendo Sabbatho & fidei, & spei mandata pro hac vita constituta sunt, & in futura cessant. Sed dilectionis mandatum aeternum est, quia

C Charitas nunquam excidit. Omnibus ergo nominibus hoc mandatum dicitur maximum Dei mandatum, & simile primo. Hec Diuus Thomas, opusculo de amore Dei, & proximi, ubi plura de hac re.

In hoc vero mandato illud valde considerandum est, adeo Deum diligere hominem, ut nihil habere velit Deus, quod homini non cedat, & participet nos esse vult omnium eorum, quae ipse possidet. Gratum Deo maxime est cor hominis. Vnde ait. Fili prebe mihi cor tuum, & nihilominus huius cordis partem homini concedere vult, dicens, dilige etiam proximum. Ut participes simus corporis, quod sibi assumpsit in suppositi unitatem, illud nobis in sacramento reliquit. Et ut participes simus cordis humani, ait, diliges proximum tuum sicut te ipsum, Nec solum partem

Nu 5 tem

tem cordis homini concedere vult, sed maximam partem, cum ait, diliges proximum sicut te ipsum. Amor enim, quo nos diligimus, maximus est, & hoc amore voluit mensurari amorem proximi dicens, sicut te ipsum. Regula diligendi proximum sit dilectio tui. Sicut cum petis ab opifice, ut opus aliquod perfecte faciat, dicis ei. Fac hoc opus quasi tibi faceres. Ita ut maximum exigeret amorem in proximum, ait, sicut te ipsum, ita illum dilige.

Sed interrogas, quomodo me, & proximum diligam? Respondeo. Diligere est velle bonum alicui, diligere te est velle tibi bonum, diligere proximum est velle proximo bonum. Sed quia plura sunt bonorum genera, talis erit amor, quale fuerit bonum, quod tibi, aut proximo vis. Est enim bonum, quod est simpliciter bonum, & essentialiter, quod est Deus, & velle tibi, aut alteri hoc bonum, est simpliciter, & absolute diligere. Similiter cum vis virtutem, & gratiam, quibus Deus possidetur, simpliciter diceris diligere, quia bonum vis, quod est simpliciter bonum. Alia sunt bona non simpliciter, sed secundum quid. Verbi gratia. Bonum est aurum, ait Augu. sed non simpliciter, quia bonum hic, non ubique, & bonum bene utenti eo, non omnibus. Qui hæc bona sibi, aut alijs vult, non simpliciter diligit, sed secundum quid.

D. Tho. vbi supra. Addit Diuus Thomas. Contingit contraria eidem inesse non simpliciter, sed vnum simpliciter, aliud secundum quid. Sicut Aethiops est niger simpliciter, albus secundum dentes.

Ioan. 12. Cygnus est albus simpliciter, niger secundum oculos. Ita istus diligit se simpliciter, & odit se secundum quid, quia odit animam suam in hoc mundo, & in vitam æternam custodit eam. Contra peccator odit se simpliciter, quia qui diligit iniquitatem, odit animam suam, & amat se secundum quid quia diligit sibi vilissima quædam, quæ ipsi simpliciter bona non sunt. Hinc Boetius. Vos Deo mente consimiles à rebus infimis excellentis naturæ ornamenta captatis. Nec intelligitis, quantam conditori vestro iniuriam facitis, ille genus humanum terrenis omnibus præstare voluit, & vos dignitatem vestram infra infima quæque detruditis. Nam

Psal. 10.

Boetius.

si om-

A si omne, quod cuiusque bonum est, ideo cuius est, constat esse præstantius, cum vilissima rerum bona vestra esse iudicatis, eisdem vosmetipsos vestra existimatione submittitis. Ut vero, quæ dicta sunt, amplius explicemus, notandum est. Dilectionem esse homini naturalem erga se, ut sibi bonum velit. Sed accedit amor noxius, ac, ut ita loquar, vitiosus, ut ad se trahat amorem naturalem, & efficit homines se ipsos amantes, & non Deum, aut proximum, & dicentes illud Sapientis. Venite fruamur bonis, quæ sunt. Et hic amor est fundamentum Babylonicæ civitatis. Maxime nobis cavendum, ne amor noster naturalis vincatur ab hoc amore noxiō. Aliquando vero iste amor naturalis vincitur, & informatur à gratia, & charitate, & tunc ordinate omnia diliguntur, efficiturque illud Sponsæ. Ordinaui in me charitatem. Tunc enim primo diligitur Deus propter se, & se ipsum diligit homo propter Deum, & vult sibi verè bona, quæ spiritualia sunt, & omnia temporalia in hunc finem diligit. Et proximum diligit propter Deum, optans ei bona spiritualia, & temporalia secundum quid. Hic enim est charitatis ordo. Sed quis, quid videt charitas in proximo, ut eum diligar sicut se ipsum, qui eam habet? Respondetur. Cum charitas nihil diligit nisi Deum, aut propter Deum, respicit in proximo ea, quæ Dei sunt. Primo videt eum facturam Dei esse, quam Deus diligit, qui diligit omnia, quæ sunt. Diligitur vero effectus ab eo, qui diligit causam, ut diligitur liber ab eo, qui diligit authorem, pictura ab eo, qui diligit pictorem, ita diligit proximum charitas, quia est Dei factura, & eius imago. Et licet reliqua diligit charitas, quia in omnibus Dei vestigium est, hominem tamen super reliqua, quia in eo non vestigium solum, sed imago Dei est. Et sicut honor imaginis ad eum refertur, cuius est imago, ita & amor. Diligis imaginem Christi in ligno expressam, quia tibi Christum representat, quomodo non diligenda imago Dei incorruptibilis in anima expressa. Deinde videt charitas in proximo, quod in ipso sit Deus in ratione per essentiam, præsentiam, & potentiam, in tantum quam

anima

anima in corpore. Et licet in omni creatura sit Deus, sed species alius in rationali, quia perpetua, & Dei capax. Deinde in proximo attendit diuinam gratiam, quam habet, vel habere potest, quæ efficit proximum Dei filium, diligitur vero filius ab eo, qui diligit patrem. Hinc Ioannes. Omnis, qui diligit eum, qui genuit, diligit & eum, qui natus est ex eo: In hoc cognoscimus, quia diligimus natos Dei, cum Deum diligamus. Et si proximus gratia careat, nihilominus eum diligit charitas, quia illam potest habere facile. Sicut artifex solet diligere impolitum lignum, quod cernit aptum esse, ut ex eo præcipua fiat imago. Licet ergo proximus sit impolitus, facile tamen diuina manu efficietur Dei imago per gratiam. Et tandem charitas videt voluntatem amantiissimi Dei volentis diligi proximum. Quod si Deus vellet, vel nutu, vel diligeretur, quæuis alia res minima, satis esset charitati nutus Dei, ut eam diligeret. Hinc Petrus, Castificantes corda vestra in obedientia charitatis, non tantum necessitatis.

Sed iam questionem Christi Domini videamus, qua obmutescere fecit inimicos, & obstructum est os loquentium iniqua. *Quid vobis videtur de Christo, cuius filius est?* & Conuenienter Christus Dominus propositis, & edoctis his, quæ ad mores, & actionem pertinent, questionem mouet, qua doceamur de his, quæ credenda sunt. Erat vero error Iudæorum, & nunc est, dicentium Messiam futurum purum hominem, quem errorem, ut confutet Christus Dominus interrogat, cuius filius sit Messias. Illi dicunt, solum Davidis filium esse. Quos Christus Dominus manifesta ratione conuincit, cum eum vocet David Dominum suum, nec sic eum conuenienter appellaret, si aliquid non haberet, quo excederet, & emineret Davidi. Ostendit ergo Deum esse, sicut etiam alijs scripturæ locis fit manifestum.

Obmutuerunt pharisæi. *Et ex illa die non sunt causi eum amplius interrogate.* Sed qua questione proposita obmutescunt? Hac plane, quid vobis videtur de Christo? Vis tu omnes hostes tuos obmutescere? Vis ut ad te accedere non audeant? Cum te illi tentauerint, tu interroga eos, & dic quid

A quid vobis videtur de Christo? Accedit ad te dæmon tentans, & suadens superba sapere, dic illi, quid tibi videtur de Christo? docuit ne ille verbo, & exemplo superbiam? Accedit inimicus offerens diuitias, vel delicias, dic ei, quid tibi videtur de Christo? an non ille pauperem, & asperam vitam duxit? Obmutescant plane inimici tui, nec habebunt, quid amplius tibi loquantur, Christi namque consideratio omnem pellit virtutem inimici. Ipse aliquando dixit. Tace obmutescere, idem nunc dicet, si eius auxilio uti volueris, eius exemplis inspectis, &c.

Mar. 2.
Luc. 4.

B Dominica Decima Octaua, Post Pentecosten.

Ascendens Iesus in nauiculam trans fretauit, & venit in ciuitatem suam, & ecce offerrebant ei paralyticum, &c. Matth. 9.



Mnia corporis mala à malo animæ processisse à peccato scilicet, sacra scriptura testante, agnoscimus, & cum effectus natura sua causam representet, mala corporis, aliquid nobis innotescere faciunt ex animæ malis. Hodierno Euangelio proponitur paralyticus in lecto iacens. Paralysis passio naturalis est, sanguinis meatus præcludens, & sic quam partem attigerit corporis, inutilem reddit operi. Significat vero animæ paralytum, quam lethali peccato incurrit homo, quo impeditur tum à multis bonis operibus, tum etià ab omni opere, quod dignum sit gratiæ & gloriæ. Opera sine charitate facta vacua esse ab omni merito gratiæ & gloriæ, fides est certissima.

Beati-

2. Cor. 13.

Beatitudo namque, solum repromissa est operibus in charitate factis. Quod multis verbis Paulus docet. Si linguis hominum loquar & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æsonans. Et si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam, & si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam charitatem autem non habuero nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Quibus verbis ostendit Paulus excellentissima opera nihil esse, si sine charitate fiant.

¶ Huius vero rei duplex est ratio. Prior illa est, cum operatio procedat a natura, qualis unusquisque est, talia præstat opera. Brutum non intelligit, quia caret natura rationis participante. Lapis non sensit, non enim habet esse sensitivum, gratia autem Dei est, quæ homini dat esse supernaturale, ac gratuitum, cum ea careat peccator, præstare non potest opera grata Deo, atque adeo digna æterna mercede. Solum vero præstabit opera moraliter bona, non tamen opera tantæ dignitatis ac excellentiæ, ut vita æterna digna censeantur. Hinc Ioannis. 15. Sicut palmes non potest ferre fructum à seipso, nisi manserit in vitæ, ita & vos nisi in me manseritis. Posterior vero eiusdem rei ratio est. A natura nobis insitum est, ut amici opera nobis placeant, inimici vero displiceant. Sicut amicitia quædam est inter duos cõsonantia, & cõformitas, ita inimicitia dissõnantia & deformitas est. Ea ergo quæ ab amico fiunt, grata nobis ac iucunda sunt, quæ vero ab inimico, non ita, sed ex opposito, ac molesta esse solent. Hinc nulla Christi opera placere phariseis poterant, licet diuina omnia existerent. Et nulla obsequia Dauidis Sauli grata erant. Cum ergo is, qui gratia ornatus est, & charitate Dei sit amicus, ille vero qui peccati seruus est, inimicus sit, non mirum si illius opera à Deo acceptentur ut grata, & præmio cælesti digna huius vero tali remuneratione digna minime censeantur. Duo ministrant regi, & alter minor præstat obsequia, & ei placet, & mercedem magnam consequitur, alter maiora præstat, & recipit nihil, quod si huius rei rationem queras, audies, inuenit ille gratiam in oculis regis, hic vero non inuenit.

Ioan. 15.

Simile.

Auenit. Hoc vero maximè contingit, in his qui Deo obsequuntur cum principium & radix totius meriti apud Deum, in amicitia & gratia ipsius consistat.

¶ Hinc vero illud oritur, ut minima opera iusti Deo maximè grata sint. Sicut amantissimo parenti, gratissima sunt etiam, minima filij paruuli verba, vel facta, eaquæ magnificat, ac laudat. Illud vero cælesti ac diuino patri, cum filijs suis contingere, manifeste ostendit, qui ait. Nam & capilli capitis vestri, numerati sunt omnes. Quo significatur, minimas etiã iusti cogitationes à Deo numerari, in retributione. Itæquæ illud, vulnerasti cor meum soror mea sponsa in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui. Minimū profecto est crinis, vnus tamè etiã hic, si spõsa sit, cor Dei vulnerat. Mira profecto res, & quæ fidem humanam superat, sed non diuinam, calicem aquæ frigidæ, à Deo remunerãdum æterna mercede, & infinita mercede, quæ Deus ipse est, merces omnino est magna nimis.

¶ Hoc vero summè cõsolari potest pius, ac iustus. Hinc Sapiens. Comede cum lætitia panem tuum, quia placent Deo opera tua. Sicut namque summe delectat regis ministrum, cum nouit obsequia sua regi gratissima esse. Ita prorsus iustus, summa perfundèdus lætitia est, cum nouerit grata Deo esse opera sua. Quia ille gratus est, grata sunt eius obsequia. Sic enim de Abele dicitur. Respexit Dominus ad Abel & ad munera eius.

¶ Opera vero inimici, placere non possunt Deo, ut se procul illis in mercedem det, quia odio sunt Deo impius & impietas eius. Vnde opera quantumuis maxima non ei placent. Et sic impij in circuitu ambulant, ut Psalmus ait, quia nihil proficiunt. Sicut enim qui in circuitu ambulat, nihil ambulando proficit, sed semper in eadem hæret falebra, sic peccator operans, ac laborans nihil proficit. Hinc loquitur Dominus. Ne offeratis incensum frustra, incensum abominatio est mihi, manus enim vestræ sanguine plene sunt. Hinc Sapiens. 3. Qui abiicit sapientiam, & disciplinam, infelix est, & vacua est spes illorum, & labores sine fructu, & inutilia opera eorum. Et Prouerbiorum. 11. Impius facit opus instabile, seminant autem iustitiam merces fidelis. Opus dicitur instabile cuius retributio temporalis est. Licet ergo exterius similia sint

Simile.

Matth. 10.

Luc. 12.

Cant. 4.

Eccle. 9.

Gen. 4.

Sapi. 14.

Psal. 11.

Esa. 1.

Sap. 3.

Prou. 11.

Iob. 39.

sint multa opera iusti, & peccatoris; reuera tamen, multum in illa ter illa interest, vt explicat Iob cum ait. Penna strutionis similis est pennis Herodij, & accipitris, pennis quidem præditus est struthio, sed tanto pondere corporis grauat, vt non possit in altum volando efferri, sicut Accipiter & Herodius. Sic opera iniusti, quantumcunque magna appareant, in caelum tamen non ascendunt, sed hic receperunt mercedem suam.

¶ Quia in re miserandum omnino, ac deplorandum peccatoris dispendium est, dum innumera opera perficit, quæ si Deo gratus perficeret, digna essent caelesti regno, & æterna gloria munerarentur, nunc vero quia in peccato fiunt, in æternum, obliuione tradentur, nec in futuro sæculo mercedem recipient. Hæc vero opera omnino à sanctis mortua dicuntur, nec vnquam viuificantur, etiam si demum peccator in gratiam redeat. Vide Diuum Thomam. 3. q. 89. art. 6. part.

D. Tho. 3. p. q. 89. art. 6. part.

¶ Audi nunc iusti hac in re fælicitatem, ex qua colligere facile poteris, peccatoris, in eadem re infælicitatem, & miseriam. Vtrumque verò proposito exemplo fiet planum, atque perspicuum. Siquis tibi diceret, fac tu annulos argenteds & pretium cuiusque denarium vnum, vel duo non excedat, ego vero, in quolibet annulo speciosissimum adamantem aut splendidissimum carbunculum imponam, cuius præcium adeo ingens sit, vt ditissimæ, & opulentissimæ ciuitatis præcium, & diuitias superet, perfecti ergo annuli vendantur, præcium vero inter nos, ex æquo diuidamus, an non vtile tibi esset hoc cõmerciũ? Sed audi adhuc vtilius multo. Veniuntur hi annuli, & omne præcium tibi cedat, tuum sit, mihi volo nihil. Tale cõmerciũ, non est apud filios hominum, est vero Christo Domino cum hominibus, si tamen iusti esse velint, Deoque grati, & cum eo societatem inire. Audi ò iuste, quam cum Deo societatem inieris. Opus tu perfice, ait Christus Dominus, quod vel minimum sit, à domo tua calicẽ aquæ frigidæ da pauperi, cuius præcium est dipondium vnum. Ego vero gratia mea illud opus ornabo, meritis meis ditabo, vt Deus sit equa merces eius, & vniuersa hæc merces tibi sit. O inauditum cõmer-

Simile.

A cõmerciũ, ò summam Dei in nos largitatem, ò prædicandã munificentiam Dei nostri. Merito in epistola hodierna Paulus ait. In omnibus diuites facti estis in Christo. His vero diuitijs caret peccator cuius opera à Christo Dño non ornatur gratia ac merito suo, atque adeo ferè nullius sunt pretij, opera paralytici sunt inutilia, vel nulla, vt ergo tibi proficua sint opera tua, vt audire possis illud Hieremiæ, quiescat vox tua à ploratu, est merces operi tuo, curandum tibi est, paralytim exuere, ad Christumque vt saneris venire. Sed vt veluti in speculo videre possimus, quomodo sanandi simus, huius paralytici curationem attendamus oportet. Ait ergo sacer euangelista.

1. Cor. 1.

Hier. 31.

¶ Ascendens Iesus in nauiculam, transfretauit. Vt enim nos à paralyti, lectoque erigeret, ille transfretauit, in mundum venit, & quamuis absque labore potuisset nos ab omni malo liberare, tamen vt magis nobis innotesceret diuinus eius amor, sese in labores plurimos dedit, ostendens eo amore nos profectum, vt nullus ei labor impedimento fuerit, sed nec mors ipsa, quo minus nostra curaret, Licet vero omnia Dei opera mirabilia sint, laude, ac gratitudine digna, ea vero præcipue, quæ summo labore peregit. Ex quibus hoc vnum est, transfretauit, multas namque confecit vias, ac itinera, nunc pedibus, nunc nauigio, & in summa paupertate, in laboribus plurimis, in fame, & siti, & omnia hæc propter nos, se vero in labores dedit, vt nos à laboribus liberaret, nec vero laborare voluit per diem vnum, aut alterum, sed per vniuersam vitam. Hinc ille per Psaltem loquitur, pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea. Nunc ergo ascendens in nauiculam transfretauit. Sed aliam Domine, duriorem nauim conscendisti, & aliud mare periculosius transfretasti, cum diceres. Veni in altitudinem maris, & demersit me tempestas. Cum crucis nauigium super humeros tulisti, & mare absorbit te, tanquam Ionã & mors rabida te deuorauit. Sed omnes hos labores libenter tulisti, vt nos à maledictione laborum liberares, qui nobis in maledictionem dati erant. Sed tu factus es pro nobis maledictum, vt nos benedictione frueremur.

Psal. 87.

Psal. 68.

¶ Sed quis obsecro viscera humana, cum habeat, videre potest

O o

test

cõmer-

test alterum pro eo laboratem vsq; admortē, quē non aspiciat **A**
 oculis beneuolis, atq; gratis, eoq; gratioribus, quo labores ma-
 iores sunt, & maiori dilectione susceptis? Est tibi fidelis mini-
 ster in omnib; tua curans, noctu, diuq; laborans, se, suaq; obli-
 uiscitur, vt tua curet, dicis, te huic plurimum debere, neq; ha-
 bere quid illi dignum persoluas. Nunc ergo oculos conuertere
 ad eum, qui fabricatus est cælum, & terram, qui ministrum,
 seruumq; tuum se se effecit, cum non venit ministrari, sed mi-
 nistrare, pro nobis die ac nocte laborauit, somno nō indolge-
 bat, vt tua curaret, vt substantiam tuam augetet, cibum perse-
 pē non capiebat, tanta ei pro nobis laborandi cura erat. Quam
 pijs, gratisque oculis hunc fidelissimum seruum aspiceret tene-
 mur. Si vero vel minimum, laboris tibi subeundum est in ob-
 sequio Dei tui, imò & pro bono animæ tuæ, continuo defici-
 & dura, aspera que illa tibi apparent, & denique omnia, in qui-
 bus Deo obsequium præstamus, laborem dicimus, omnia diffi-
 cilia, asperaq; putamus, licet nobis in prōptu sint. Quis nūc ad
 te diceret, necesse est transfretare, vt Deo placeas, durissimū
 illud diceret, cū ad templū venire, orare, confiteri durū putes,
 sed ecce nunc hoc durissimum pro te Christus præstat. *Trans-
 fretauit*, ait euangelista. Quo te docet in causa tua laborare,
 qui enim non laborat non manducabit. *Voca, ait, operarios*
 & redde illis mercedem.

Matth. 20.

Sed quo deuenit Christus cū transfretauit? Vtique *in ciui-
 tatem suam*, id est, in Chapharnaū vt patet Marci. 2. vbi ait, hoc
 miraculum factum fuisse, in Chapharnaū. Dicitur vero ciuitas
 eius, vel quia Metropolis erat Galilææ, vbi Christus educatus,
 vt Lyra ait, nam secundum iura ciuilia, ciuitas alicuius dicitur
 ea esse, quæ Metropolis est eius oppidi, in quo ille natus est.
 Vel melius secundum Chryostomum, dicitur Chapharnaum
 ciuitas eius, quia vt dicitur Matthæi. 4. migrauerat iam à Naza-
 reth, & trāstulerat domicilium in Chapharnaum. Sic ait Mat-
 thæus, relicta ciuitate Nazareth venit, & habitauit in ciuitate
 Chapharnaum.

Marc. 2.

Lyra.

Chrysof. Mat. 4.

Mat. 15.

Primum ergo Christus in suam venit ciuitatem, primum
 in suos beneficus deinde in alienos. Ordinata hæc charitas est,
 hinc ipse ait. Non sum missus, nisi ad oues, quæ perierunt
domus

A domus Israel. Quo facto nos docuit, primum attendere fami-
 liæ nostræ. Quia vt Paulus ait. Siquis suorum, maximè dome-
 sticorum, curam non habet, fidem negauit, & est infideli de-
 terior. Primum ergo Christus Dominus suos visitat. Sed in-
 terrogas, quosnam Christus Dominus suos dicit? Si enim in
 illos primum beneficia confert, curandum nobis erit profecto,
 vt ex illis nos simus, vt in nos maximè sit beneficus. Maxi-
 mum profecto, illud est, quòd nos Christus Dominus vt suos
 aspiciat. Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem di-
 lexit eos. Primum dicere possemus, illos Christi Domini esse,
 quos ipse sanguine fuso redemit, sibi que emit. Sicut enim
 tuam dicis domum, vel prædium, quod emisti, sic cum emp-
 ti simus à Christo, & pretio magno, eius nos esse, dubium non
 est. Hinc Paulus. Nō estis vestri, empti enim estis pretio mag-
 no, glorificate, & portate Deū in corpore vestro. Sed hac ratio-
 ne, vniuersus mundus Christi esse cōprobatur, omnes namque
 redemit, & ita res se habet, ex iustitia nāq; omnes nos Chri-
 sti sumus. Sed suos ille potius dicit, qui non solū sui sunt, iusti-
 tia, sed voluntate propria se ipsos illi tradiderūt, nec se alijs tra-
 dūt, vel se ipsos vsurpāt sibi, sed se totos Christo Dño dāt, vt e-
 ius sint facto, & opere, cuius sunt iure, atq; ratione. Quid enim
 mihi prodest meā esse domū, aut prædium, eo quod illud eme-
 rim, si tamen alter possideat, & fructū capiat? non illa mea di-
 cas, sed aliena, imò plus me contristat, & Angit, cum videam
 non possideri à me, quod ego emi, quàm si penitus non emis-
 sem. Iure, iustitiaque exigente, omnes Christi sumus, quia
 ille nos fecit, & emit, sed si nos non possideat, si ex nobis fru-
 ctum non capiat, non nos suos dicit, sed alienos: quia alter nos
 possidet. Hinc Propheta deplorat. Possederūt nos Domini abs-
 que te: Vnde alienos tunc nos dicit, filij alieni mentiti sunt mi-
 hi, quod si in Deo tristitia esse posset, hac de re summe ille
 doleret, cum videt nos ab alijs dominis possideri. Et cum in
 assumpta humanitate dolere potuit? de hac re vsque ad mor-
 tem contristatus est. Audi conquerentem Dominum per Pro-
 phetā. Ego plantaui te vineā electam, omne semē verū, quomo-
 do ergo conuersa es mihi in prauū, vinea aliena. An non meri-
 to Deus noster cū nobis expostulabit, quod ei dominiū nostri
 negauit.

1. Tim. 5.

Ioan. 12.

1. Cor. 6.

Esa. 26.

Psal. 17.

Hier. 2.

negauimus, similes facti agricolis illis, qui vineę negauerunt fructus, sibiq; surripere voluerunt vineā hærede interfecto. Verè in propria venit, & sui eum nõ receperunt, vt Ioanes ait. Quid putas à te effici, cum immundam cogitationem, vel iram, vel auaritiā admittis in corde tuo? certe Deum à mente tua repellis, eum cordis tui possessione priuas, & dæmoni illam, peccatõq; tradis, & cum Dei sis iure, dæmonis efficeris re ipsa, qui inimicus est tibi. Quo (te obsecro) dolore angeris, cum vides prædia tua, domos, & omnem denique substantiã, ab inimicis tuis de prædari, obtineri, ac possideri. Quid demum si vxorẽ dilectissimã, ab eisdem videres deturpari, ac constuprari? Hinc vel collige, quo afficitur Christus dolore, cum te videat, & animã tuã sibi charissimã à dæmonibus obtineri, perdi, ac possideri?

¶ Sed ò Domine tui esse volumus, tãtũ modo inuocetur nomen tuũ super nos, aufer opprobrium nostrum, & quamuis in aliena simus potestate, eripere tu nos facile poteris, & ex ipso si opus fuerit, deducere inferno, eripe ergo nos de inimicis fortissimis, & potestate Pharaonis, eripere tuos facile poteris, ex ore leonis: liberare nos poteris ad instar Dauidis, da ergo nobis spiritum tuũ, vt tui simus. Quia si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius, ait Paulus. Sed quis est spiritus Christi? vtique cum tangi cor tuum vides, facileque tibi esse à malo recedere, & bona operari, quæ prius impossibilia apparebant, nunc facilia iudicas; spiritus hic Christi est, sicut contra spiritus nequam, qui te ad malum perducit, spiritus Christi charitas est, hæc, qui habet, spiritum Christi habet. Sed videamus, quid in patria sua Christo offeratur.

Et ecce offerebat ei paralyticum iacentem in lecto. Sed incõgrua oblatio hæc videtur, vt Christo Dño offeratur, quæ cõuẽtio lucis ad tenebras, qualis hic minister erit Christo, qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos, flãmã ignis, hi quidẽ conuenientissimi Deo ministri sunt, at paralyticus quomodo illius ministerio conueniens esse poterit. Nõ sine grãdi mysterio, hic ei offertur minister, & ab eo suscipit libenter, nã qui in cælo domũ habet refertã, ministris illis spiritibus, mũdũ adueniẽs, ministros alios sibi quærit, illis valde similes, peccatores, scilicet, ex quib; domũ suã implet, & hos ille quærit, vt ostendit ex p̄lo

quæ

quæ perierat, quam bonus pastor requirit, & dragmã perdit. Non, veni ait vocare iustos, sed peccatores. Sicut Dauid claudum Isboset, in domũ, & mensam recipit, & lapsum Egyptium à Domino derelictum agrotum, & omnes illos, qui ad eum venerunt, qui erant amaro animo, & oppressi ære alieno. Ad eundem modum Christus Dominus peccatores recipit, eorum ministerio vti vult, illi ipsi placent maxime, atque adeo, hoc eius ingenium cum esset omnibus notum, vt eis placeant, offerunt nunc paralyticũ peccatorem, cui dicat, remittuntur tibi peccata tua. Si ergo tu Deo tuo placere desideras, ei offer peccatores multos, conarẽ vt adducas Christo Domino illos, qui in peccatis sunt, vt liberentur à diaboli laqueis, his namque equalis ille delectatur maxime. Sicut enim cum noverunt ministri magni principis, illi gratum esse hunc, vel illum cibum, illum summa industria quærunt, eiq; offerunt. Sicut filij Isaac, quærunt cibum patri, qui ei placeat, vt ab eo benedictionem, consequantur. Sic si fideles Dei ministri essemus, si eum toto corde diligeremus, si ei maxime placere desideraremus, mare, & aridã circuiremus, vt faceremus vnum profelytum, vt peccatorem aliquem Deo offerremus. Hoc nos hortatur Psalmus. Afferte Domino filij Dei afferte Domino filios arietum, filios vero hominum ille magis requirit, hoc ille efficit, qui ait. In Christo Iesu, per Euangelium ego vos genui. Et quia Romanis scribens, ait. Nolo vos ignorare fratres, quia sæpe proposui venire ad vos, & prohibitus sum vsq; adhuc. Sed quid, tibi negotij est apud Romanos, num sis aliqua? Absit. Sed vt aliquẽ fructum habeam in vobis, sicut & in cæteris gentibus, vt aliquid fructus ex vobis colligam, quod Domini mei mensæ apponam.

Videns Iesus fidem illorum dixit paralytico, remittuntur tibi peccata tua. Rectè Hieremias. Domine, oculi tui fidem respiciunt. Sed fidẽ, ait, illorũ. Si enim Aman impietas tanta fuit, vt vniuersum Israel delere voluerit, propter Mardocheum, sibi non assurgentem, non ne Dei pietas maior erit, vt alijs beneficiat propter alios? Sicut ergo dicitur. Recordatus est Dominus Abraham, & eripuit Loth. Et Job orante pro amicis, eis Deus condonat. Et Abraham pro Abimelech orante, propi-

tius

Mat. 21.

Ioan. 1.

Rom. 8.

Psal. 102.

Mat. 15.

Matth. 9.

2. Reg. 9.

Simile.

Gene. 25.

Psal. 35.

1. Cor. 4.

Rom. 12.

Hier. 5.

Gene. 19.

Gene. 20.

Exo. 32.

tius ei fuit Deus. Et Moyses orante placatus est Dominus Israel. Ita nunc videns illorum fidem, ait paralytico. *Remittuntur tibi peccata tua.* Ostendit verbis his Christus, hunc hominem incurrisse paralyticum propter peccata, & praeclarum se medicum exhibet, a radice incipiens, ut infirmitatem pellat procul omnem. Cum ergo infirmitate vexaris, animam primum curare te oportet, deinde corpus, ideo namque saepe medicinae nihil infirmo proficiunt, quia propter peccata eum Deus flagellat, neque cessabunt verbera, donec cessent peccata. Quod vero propter peccata multa veniat mala, etiam corporis, patet. Prouerborum 11. Si iustus in terra recipit quanto magis impius, & peccator? Et 1. Petri. 4. Tempus est, ut incipiat iudicium a domo Dei. Si autem primum a nobis, quis finis eorum, qui non credunt Euangelio? Et Hieremias 49. Ecce quibus non erat iudicium, ut biberent calicem, bibentes bibent, & tu quasi innocens relinqueris? Non eris innocens, sed bibens bibes. Augustinus de ciuitate, licet aliqua bona, & aliqua inter mala in hac vita mercede, & supplicio Deus non afficiat, ut ostendat aliam fore vitam in qua omnia a qua lance peranda sunt multa tamen bona opera hic Deus praemio afficit, & multa mala supplicio, ut ostendatur in homines diuina prouidentia. Si ergo mala pateris, peccata primum ab anima tua repelle, quibus de medio sublatis facilis tibi, ad salutem consequendam, via erit. Sed eo verbo audito, quidam describentes dixerunt, intrase, *hic blasphematur.* Quia quod Deus est, sibi arrogat, Esa. 43. Ego sum, ego sum, ipse qui deleo iniquitates tuas, propter me. Vere dulcissimum verbum auditui hominis est, remittuntur tibi peccata tua. Quam laetum est verbum dante ad mortem, sententia contra te lata mutatur, liber dimitteris? an non laetissimum verbum homini in infernum damnato, liber iam es, omnia debita tua tibi dimittuntur? Hic est omnis fructus, ut auferatur peccatum, ut Esa. ait. In hoc instituta sacramenta, in hoc Apostoli missi sunt, in hoc Euangelium mundo praedicatum, in hoc Deus homo factus est & mortem subiit, hoc nobis summe desiderandum, hoc maxime expetendum, ut peccatorum veniam consequamur. Sed nunquam satis homo credit Deum peccata omnino remittere, ac penitus oblivione delere. Sicut enim homo nunquam omnino iniuriam remittit, sed semper aliqua eius memoria, & interior manet auerfio, sic iudicat Deum erga peccatorem se gerere. Sed certum est, Deum omnino parcere, licet aliquando aliqua remaneat exolueda

Pro. 11.

1. Petri. 4.

Hiere. 49.

Augusti. 1.

de ciuita.

Esa. 43.

Esa. 27.

pena,

A pena, sed culpa omnino deletur. Quod quia difficile creditu erat, in articulum fidei propositum fuit, quorum vnus est, remissionem peccatorum. Summe vero peccatori confert, ut alacri animo Deo inseruiat, ut pacem habeat, ut fidei corde sit, credere, ei omnino, a Deo remissa esse peccata, licet enim rei huius integra, perfectaque certitudo esse non possit in hac vita, est tamen moralis. Et haec utilis est valde homini, ne semper cum Deo se gerat, quasi timidus pusillanimisque ferus, qui ante Dominum comparere non audeat. Non nos Deus vult animo cadere, atque deficere, ut Cain. Quare, ait, tristis es & cur concidit vultus tuus? Nonne si bene egeris recipies? Si ergo bene confessus es, si peccata curas vitare, confide, remissa tibi peccata crede. Hinc Paulus. Iustificati ergo per gratiam ipsius, pacem habeamus ad Deum, ne timore deiciamur, sed pace, & dulcedine firmemur. Pharisei vero isti non crediderunt remissa huic paralytico peccata fuisse, ideo dicunt, blasphematur.

B Sed eis occurrit Christus dicens. *Quid est facilius dicere &c.* Quae verba secundum Theophilactum, sic intelligenda sunt, vos putatis, facilius esse dicere, dimittuntur tibi peccata, quam dicere, surge, & ambula, quia cum primum sit occultum, nullus scire valet, an verum sit, vel falsum, secundum vero est manifestum, an verum, vel falso dicatur. Tunc ergo Christus ait. Ego dicam hoc secundum, quod vobis difficilius esse videtur, & cum opere fuerit comprobatum, intellegitis, primum a me, verum dictum fuisse. Non est ergo facilius, dimittere peccata, quam paralyticum saluti restituere, sed est facilius illud dicere sine reprehensione cuiuspiam, quia illius veritas latens est. Sed melius cum Beato Hieronymo dicimus, Pharisei eiusdem difficultatis putabant esse, peccata dimittere, & paralyticum repente curare quoniam solius diuinae potestatis, vtrumque est. Verbum vere illud dicere, accipiendum est pro serio, & efficaciter dicere. Est ergo hic sensus. Vos arbitramini, me blasphemum, quod dicendo remittuntur tibi peccata tua, iudicatis me, vendicare mihi potestatem Deo propriam. Sed vestrum requiro iudicium, vtrum horum duorum, maioris est potestatis, serio & efficaciter dicere, remittuntur tibi peccata, an dicere, surge, & ambula? Dicetis, vtrumque esse potestatis, & solius diuinae, quae solo iussu perficit, quae vult itaque, eandem sibi potestatem arrogat, qui presumens solo verbo erigere paralyticum, quam ille, qui peccata dimittit, & eque blasphemus est, qui cum non sit Deus, hoc, vel illud sibi

Gene. 4.

Rom. 5.

Theophi.

D. Hieron.

Oo 4 arrogat,

arrogat. Hoc vero solum inter hæc dicta interest, quod qui dicit, peccata remitti, nescitur, an verè hoc dicatur, an falso, sed qui dicit, paralytico, surge, & ambula, effectu manifesto apprehenditur, an vere dicat, & ex potestate, an vero blasphemet, ut ergo certo cognoscatis, me non arroganter vsurpare potestatem remittendi peccata, sed eam verè habere, eam vobis exhibeo efficaciam horum verborum surge, & ambula, quo verbo continuo hic sanabitur, ut si non potestis, me dicere blasphemum, quia hæc verba dico, quæ solius sunt Dei, quia videtis opere me præstare, quod dico, ita non me iudicetis blasphemum, quia dixi remittuntur tibi peccata, imò credere debetis, id interius à me præstari.

Surge ait tolle lectum tuum. & vade in domum tuam. Ecce paralyticus liber factus est, tollit lectum, ambulat iam, in domum vadit. Cum videris aliquem qui ante boni nihil agebat, iam bona multa operari, paralyticum, & peccatum, ab eo discessisse crede. Sic loquitur Paulus, qui furabatur, iam non furem, magis autem labore operando manibus suis, quod bonum est, ut habeat, unde tribuat necessitate patienti paralyticum. In manu parit, qui recta non operatur, in lingua qui recta non loquitur, & sic in reliquis. Curada ergo paralyticus ista est, ut recte operantes eternam, mercedem recipiamus. Sed expendendum verbum illud Christi Domini est, *vade in domum tuam.* Quod Sapientis consilium est. *Præcurre autem prior in domum tuam, & illic aucare, & illic ludere, & age conceptiones tuas, & non in delictis, & verbo superbo.* In domum propriam currendum, dicit Sapiens, ubi gaudia comode, & sine delicto sumenda concedit. In domum vero propriam se recipit, qui interiora sua curat. Unde Sapiens. 8. Intrans in domum meam conquesca cum illa. Hæc inter Iacob, & Esau à Spiritu sancto diuersitas notatur his verbis. Quibus adultus factus est Esau vir gnarus venandi, & homo agricola, Iacob autem vir simplex, habitabat in tabernaculis, Esau ergo ad exteriora distinebat, Iacob vero interiora curabat. Qui exteriora nimium curat, non sibi vivit, sed filiis, sed substantiæ, sed amicis. Relinquet alienis diuitias suas, ait Psal. Per alienas vagat domos, aliena tractat, vicinorum vitia, ac vitia loquitur, quid ille agit in domo sua, quos faciat sumptus, quid comedat quid bibat.

Eph. 4.

Eccle. 32.

Sap. 8.

Gene. 25.

Psal. 48.

Eccle. 29.

Quibus

A Quibus Sapiens loquitur. Vita nequam hospitandi de domo in domum. His nunc Christus ait. Vade in domum tuam, tua cura, aliena relinque. In multis esto quasi infans, ait Sapiens. Et Christus Dominus ad Petrum. Quid ad te? tu me sequere. Dum ergo nostra negligimus, & alienaturamus, per alienas domos hospitamur, & diagamur. Dum vero nostra attendimus, in domum nostram venimus & illic sumus, &c.

Eccle. 32.

Iob. 21.

Concio Prima in Dominicam Decimam Nonam Post Pentecosten.

Them. Simile est regnum calorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo.
Matthæi. 22.



MERITO Deus noster homo rex dicitur, id est, humanus, & benignus, rex, & diuersus admodum à regibus terræ. Id hodie manifeste patet, cum faciens filio nuptias plures inuitat, ut in mensa eius sedeant, id est, reges terræ, nec cum regni principibus faciunt, Deus vero noster rex magnus super omnes Deos ait. Ego dispono vobis regnum, ut edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo. Maximi duxit Aman inuitati se à regina, ut eum illa, & regem comederet. Unde ait. Regina quoque Ester, nullum alium vocauit ad conuiuium cum rege, præter me. Quam ergo nos ducere debemus, vocatos nos ad Dei conuiuium? Sed vocat nos Maria, que est regina Ester, illa enim nobis gratiam obtinet, & in regnum celeste ducere curat. Ad eam nunc accedamus, &c.

Luc. 22.

Ester. 5.

Dubitari merito potest, cur Deus noster in parabellis loquitur

cur, cum modus intelligendi ipsius simplicissimus sit, & absq[ue] ulla imagine sensibili. Cur etiam vtatur parabolis, quæ deliria, continere videntur. Quando enim accidit, vel accidet, vt rex inuitet sibi subditos, & ipsi conuiuium respuant? & nuncios illius occidant? Primo dubio respondet Origenes. Sicut gemma carbunculi in ornamento auri pretiosior apparet, ita diuina veritas in parabola inclusa. Et licet modus, quo Deus intelligitur, longe sit à parabolis, & imaginibus, noster tamen intelligendi modus per imagines est. Sed parabolis vtitur, quæ somnia aut deliramenta videntur, quoniam deliria hominum pingit, deliria vero delirij declarari oportet. An non deliramentum peccatum est? An non stultitia summa? Nihilominus tamen de peccatore Sapiens ait. Stultus illudet peccatum, id est, ludet cum peccato, & quasi nihil mali sit, illud committet. Vt ergo peccati matiam intelligat, proponitur ei parabola, in qua eius grauitatem intueatur, & excessum à se commissum videat. quem in parabolis intuetur, videatque à se factum, quod fieri nequaquam posse videbatur. Vnde Dominus per Hieremiam ait. Ecce locuta es, & fecisti mala, & potuisti? Quasi dicat. Possibile ne fuit tibi, fieri potuit, vt peccares? Ideo Sapiens ait, quasi per risum stultus operatur scelus. Sapientia autem est viro prudentia. Quasi dicat. Facile stultus peccat, & quasi rem leuem peccatum estimat, quod ioco admitti potest. Sed sapientia iusto prudentiam præstat, vt intelligat peccati grauitatem immensam, ne illud admittat. Græca habent. Sapientia parit viro prudentiam. Vt hæc ergo in nobis prudentia sit, hæc parabolis vtitur Christus Dominus. Eam ergo, quæ nobis hodie proponitur, attendamus.

Simile est regnum calorum homini regi, qui facit nuptias filio suo. Rex hic pater est æternus, filius eius sponsus verbum est diuinum. Sed sponsa triplex est, & ideo ter illum desponsatum dicere possumus. Prior sponsa humanitas est, & desponsatio fuit incarnatio. Secunda, Ecclesia, cui desponsatus Christus est. Dicente Paulo Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & Ecclesia. Tertia celestis Ecclesia, cui etiam Christus desponsatus est, & demum desponsatur cuilibet anime fidei. Sed hanc non dicimus quartam sponsam, quia pars Ecclesie est.

Incarna

A Incarnatio verbi desponsatio dicitur cum humanitate, quia licet ibi duæ personæ non sint, sed vna, coniuncta tamen est humanitas verbo arctiori vinculo, quam in desponsatione iuguntur vir, & vxor, & ideo desponsatio dici potest, & plus quam desponsatio. Deinde sicut in desponsatione vtriusque bona fiunt communia, ita in incarnatione idiomata communicata sunt, vt Deus homo sit passibilis, mortalis, & homo Deus sit æternus, & incommutabilis. Sed & vniuersa sua mala Deo communicauit humana natura, etiam peccata per imputationem. Et idem hoc vinculum tanquam matrimonium institutum est in filiorum procreationem. Ex quo enim verbum caro factum est, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Et ideo Paulus ait. Vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, vt adoptionem filiorum reciperemus. Et iterum. Qui prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum. In quorum filiorum gratiam, sicut matrimonium indissolubile vinculum est, ita quod semel assumptum, nunquam dimisit. Semper enim filij indigemus eo vinculo, vt modo sit nobis aduocatus Deus homo, & postea caput in cælo. Inspiciendus ergo tibi Christus est dulcissimis oculis tanquam pater, & mater tua, pater vt Deus, mater vt homo. Ideo pater futuri sæculi ab Esaiâ dictus est.

Sponsa secunda Ecclesia est, cui desponsatur Christus Dominus. Ideo de eo Ioannes ait. Qui habet sponsam sponsus est. Et ipse hoc sibi nomen usurpauit, dicens, Non possunt lugere filij sponsi, cum apud eos sponsus est. Et ab Esaiâ dicitur sponsus, & sponsa. Et demum in toto Cantico libro hæc desponsatio celebratur. Propter hanc desponsationem Paulus ait. Despondi vos vni viro. Et sicut sponsam ornatur sponsus donis, ita Christus Ecclesiam. Vnde ait Oseas. Et sponsabo te mihi in sempiternum, & sponsabo te mihi in iustitia, & iudicio, & in misericordia, & in miserationibus, & sponsabo te mihi in fide. Vinculum hoc indissolubile est. Vnde ipse ait. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq[ue] ad consummationem sæculi. Efficitur vero vnus cū illa. Ideo Paulus, Nos membra sumus corporis eius, & de carne eius, & de ossibus eius. Est etiam hæc desponsatione bona communia, donans Ecclesie

vnuer-

Orig.

Prover. 14.

Hiere. 3.

Prover. 10.

Ephe. 5.

Ioan. 1.

Gala. 4.

Ephe. 3.

Esa. 9.

Ioan. 1.

Matt. 9.

Esa. 61.

2. Cor. 11.

Osea. 2.

Matt. vlt.

Rom. 12.

1. Cor. 2.

vnio et las gratias, & dona factus ei iustitia, sapientia, sanctifica-
tio, & redemptio, vt Paulus ait. In omnibus diuites facti estis
in Christo, in omni verbo, & in omni scientia, sicut testimo-
nium Christi confirmatum est in vobis, ita vt nihil desit vobis
in vlla gratia.

Gene. 29.

Sed sicut olim desponsatus Iacob est Liæ sippianti oculis
& post septem dies Racheli pulcherrimæ. Ita Christus Domi-
nus desponsatur nunc Ecclesiæ militanti, quæ non adeo pul-
chra est sed lippa oculis, quia per fidem ambulamus, & non per
speciem. Desponsabitur vero in iudicio Ecclesiæ vniuersæ tri-
phanti, quæ pulcherrima Rachel erit. De qua Paulus ait. Vt ex-
hiberet sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, nec
rugam, aut aliquid huiusmodi. De hac desponsatione: Ioannes
ait. Venerunt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit se. Et dau-
id est illi, vt cooperiret se bysino splendenti, & candido, byssi-
num enim iustificationes sanctotum sunt. Ecce vestram nupti-
lem sponsæ. Addit vero Ioannes. Beati qui ad cænam nuptiarum
agni vocati sunt.

2. Cor. 3.

Sed quoniam sermones singulares vtiliores sunt, aliquid di-
camus de Christi desponsatione cum singulis animabus fide-
lium. Hæc vero desponsatio duplex est, altera, quæ per fidem
efficitur, altera, quæ per charitatem. Quarum præcelsit olim si-
gura in desponsatione eorum, qui plures accipiebant vxores,
ex quibus vna erat præcipua, & domina domus, cui reliquæ pa-
rebant, & cuius filio contingebat hereditas. Alia vero erat ser-
ua vt Agar, quæ à domo pulsa est Abrahæ, & cuius filio non he-
reditas, sed dona dantur. Ad hunc modum anima, quæ Deo
desponsatur charitate, præcipua illius sponsa est, vt Sara Abrahæ,
& Ester Assueri, super cuius caput diademata regni pōnitur,
& domina domus, & omniū bonorū Dei hæc est, quia enim
se illa Deo dat, Deus ei cuncta concedit. Vnde Paulus. Omnia
vestra, vos autem Christi. Hæc in domo Dei manet in æter-
num, eius filijs hereditas contingit æterna, quia operibus il-
lius conceditur meritū gloriæ. De hac domi sponsa illi. Sexa-
ginta sunt reginæ, & octoginta concubinae, & adoleſcentularū
non est numerus, vna est columba mea, perfecta mea. Viderit
eam filia Sion, & beatissimam predicauerunt cæcæ reginæ, &
concu-

Ephē. 5.

Apo. 19.

1. Cor. 3.

Cant. 6.

A concubinae laudauerūt eā, anima vero quæ sola fide Deo despō-
satur, sponsa quidem est, sed tanquam Agar serua, quæ demum
à domo eijcienda est, sicut agar. Eijce ancillam, & filium eius. *Gene. 21.*
Ad quam tandem dicitur illud Oseæ. Iudicate matrem vestrā, *Oseæ. 2.*
iudicate eam, quoniam ipsa non vxor mea, & ego non vir eius.
Propter adulterium enim, quod admittit peccans, à Dei domo
eijcitur tandē. Et filijs eius, operibus, scilicet, non æterna, sed
temporalis merces redditur.

Miremur nunc ò fratres Dei summam dignationem, qui
cum sit infinitus, & immensus, rex sæculorum, desponsari velit
animæ infimæ, nec velit solum, sed curet, multa adhibita dilige-
tia. Finge nunc, Imperatorem esse vniuersæ terræ, in cuius sit
potestate, eligere in vxorem, quam maluerit ex vniuersis scemi-
nis, flagraret tamen amore vilissimæ sceminæ, quæ meretrix
fuit, ab omnibus conculcata, vilis genere, & moribus, pauper,
& scæda, & huic vellet matrimonio cōiungi, & multis annis cu-
rat, vt eius voluntatem in se inclinet. An non hoc omnibus ad-
mirationi esset? Sed quis non obstupesceret, si forte illa eū des-
piceret, nec ei matrimonio iungi vellet? cum ille confirmatus
& summus sit inter filios hominum, & illa omnium scemina-
rum infima. Si rem hanc homines obstupescerent, quomodo
non miramur Dei immensum amorem in animam vilem, quā
per decem, & viginti annos insequitur, & multis adhibitis ad-
inventionibus curat, in sui amorem pertrahere, vt eius sponsa
sit? Sed quis sponsus hic? infinitus, omnique perfectione orna-
tus, anima vero vilis, meretrix, pauper, & contemptibilis, Audi
Esaïam. Hæc dicit Dominus ad contemptibilem animam, ad
abominatam gentem, ad seruum dominorum. An non contē-
ptibilis anima tua? an non serua dominorum? an non abomina-
ta? à dæmonibus pessundata, à passionibus conculcata, & adeo
misera, vt minus sit nihilo, deterius enim est, cum peccato esse
quam omnino nō esse. Et nihilominus hanc animam Deus
quærit, hanc sibi vult spōsam, hanc multis annis expectat. Id ip-
sum miris verbis depingit Ezechiel, dicens. Proiecta es super sa-
ciem terræ in abiectioe animæ tuæ, transiens autem p̄rte,
vidi te conculcari in sanguine tuo, & dixi tibi, cū esses in san-
guine tuo, viue. Et ecce tempus tuum tempus amantium, & ex-
pandi

Gene. 21.

Oseæ. 2.

Simile.

Psal. 49.

Ezec. 16.

pandi amicum meum super te. Certè tempus amantium, vel amorum, nunc est, quando Deus sic amat animas, vt illas quærat, illas desideret in sponsas. Quis ergo desponsationem hanc non etiam quæret? quis amori tanto resistet, quæ anima Deum sponsum detrectabit? an non infania hæc? an non summa dementia? Et cum hoc ita sit, innumeras animarum infanias videbis. Ideo Amos ait. Congregamini super mōtes Samarię, & videte infanias multas in medio eius. Nō obliuiscitur Deus infanias istas, sed memoria tenet, vt aliquando honori suo cōsulens, vindictā retribuat. Hinc per Esaiā ait. Habitationem tuam, & egressum tuum, & introitum tuum cog noui, & infaniam tuam contra me. Eius ergo caueamus iram, qui nunc tantam experimur misericordiam.

Sed audiamus Dei misericordiam, & hominum malitiam, & infaniam, *misit*, ait Euangelista, *seruos suos vocare inuitatos ad nuptias*. Intuit Deum homines ad filij sui nuptias, quia veniē te Christo Domino in mundum, & eo desponsato humanitati & ecclesiæ allata est in mūdum gratia, pax, remissio peccatorū & omnia dona cælestia, quæ per Christū dātur. Ad hæc percipiēda homines inuitātur. Hanc vocationē perficiebat Paulus dicens. Mihi omnium sanctorum minimo data gratia hæc euāgelizare in gentibus in inuestigabiles diuitias Christi. Et quidam ex inuitatis aiebat. De cuius plenitudine omnes accepimus gratiam pro gratia. Innumera in prophetis dicta sunt de superabundantia donorum, quæ tempore Messie danda erant mundo. Ioel ait. Stillabunt montes dulcedinem, & colles fluēt lacte, & per omnes riuos Iudaibūt aque, & fons de domo Dñi egredietur, & irrigabit torrētē spinarū. Similia multa prophete vaticinātur, quod deserta germinabūt, & mōtes, & rupes fructibus iustitiæ replēdi erāt. Hęc vero donorū copia in figura expressa fuit in regno Salomonis, quādo auri copia, & argenti tanta fuit, vt lapidibus cōferri posset. Vt ergo de hac donorū plenitudine omnes capiamus, inuitamur à Deo. Sed *misit vocare*, quia vt Paulus ait, quos prædestinauit, hos & vocauit, quos vocauit, hos & iustificauit, quos iustificauit, hos & magnificauit. Vocatos nō renuētes cōiuuiū iustificat, & magnificat. Solū enim ille magn⁹ est, qui iustificationis gratiā cōsequitur,

Amos. 3.

Esa. 37.

Ephe. 3.

Ioan. 1.

Ioel. 3.

Rom. 9.

A tur, reliqua alia nihil sunt. Venire homines deberent ad hoc cōiuuium, etiam si non vocarentur sua sponte, sed Deus vocat, & inuitat, cum ipse rogandus, & obsecrandus esset.

Vidimus Dei misericordiam. Attende nunc hominum malitiam, ait enim. *Et nolabant venire*. Hinc Sapiens. Vocauit, & renuistis, extendi manum meam, & non erat, qui aspiceret. Et Iob, seruum meum vocauit, & non respondit mihi, ore proprio deprecabar illum. Et Zacharias. Noluērent attendere, & verterunt scapulam recedētes, & aures suas aggrauauerunt, ne audirent, & cor suum posuerunt vt adamantem, ne audirent legē, & Christus Dñs ait. Quoties volui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluiti. Ratio perditionis peccatorū est, quia nolunt, *nolabant*

B venire, Omnis hic iniquitas confunditur, omnis tollitur excusatio. Hic ait, non possum conuerti, ille, ait nō possum vincere passiones. *Dicite, nolo, non vero non possum*. Fugere Deū iratum, & supplicia inferētem, stultū est, quō enim à facie tua fugiam, ait Psaltes. Sed fugere Deum misericordem, & ad nuptias inuitantem, extremæ dementiæ est. Vocat stellas, & dicunt ei, adsumus. Vocat ea, quæ non sunt, tanquam ea, quæ sunt, & sic ipsum nihil ei respondet. Tu vero vocat̄is, nolo. Vocat rex per epistolam nobilem virum, vt in curiam veniat, quia eum sibi vult domus suæ ministrum, & multa ei beneficia conferre disponit: & continuo magna lætitia in curiam venit. Vocat te Deus tuus, vt venias ad nuptias, vt percipias dona ipsius, vt desponsatione ei coniungaris, & discis, nolo.

Sed quid Deus facit videns se suaque dona contempni? Audi Dei infinitam clementiam. *Iterum misit alios seruos dicens, dicite, ecce prandium meum parauit, tauri mei, & altilia occisa sunt. &c.* Cum se videat semel contemptum, iterum rogat, & quasi importunitate nos vincere curat. Offers alicui rem pretiosissimā, ille vilipendēs ait, nolo, non eum iterū rogat, Deus vero cum se ipsum tibi offerat in spōsū, cū inestimabiles offerat margaritas, & audiat, nolo, iterū mittit alios seruos. Semel vocauit Angelū, & quia statim vocatus nō venit, in eternū nō vocat. Hominē vero iterū, atq; iterū rogat.

Pro

Pron. 1.

Iob. 19.

Zacha. 7.

Matt. 23.

Psal. 38.

Baruc. 3.

Rom. 4.

Promeruit vero hanc immensam in nos misericordiam Christus Dominus suis (vt ita loquar) iterationibus in merendo. Vnum quodque Christi opus pretij erat infiniti, & sufficiens ad humani generis redemptionem. Sed multiplicauit opera, & meritum, multiplicat Deus misericordiam in homines, iterum, atque iterum vocans eos. Hinc Paulus. Potens est Deus, iterum inferere illos, iterum vocare, iterum misereri. Sed oppositum videtur dicere Iob, cum ait, semel loquitur Deus, & secundo id ipsum non repetit, quomodo ergo nunc iterum vocat. Respondet eo loco Gregorius, non his verbis significari, Deum non sepe vocare, sed quod in scriptura diuina semel loquutus est omnibus, vt inde quisque opportunam sibi accipiat medicinam, nec quisque expectet particularem sibi fieri reuelationem. Mentis enim tribulatae ingenium est, velle nosse causas tribulationis suae in singulari, vt illis agnitis leuetur, aut leniatur eius dolor. Sed Deus non cuique respondet, sed semel in scriptura omnibus loquitur, vnde tu potes decerpere, quod tibi conueniens est. Sic Diuiti ait Abraham. Habent Moysen & prophetas, nec opus est eis alia locutione. Tentaris a concupiscentia tua, abstractus, & illectus, velles diuini consilij secreta penetrare, nosse, cur tenteris. Noli singularem tibi factam locutionem querere, sed audi, quod in Paulo gestum est, qui ter Dominum rogauit, vt discederet, ab eo. stimulus carnis, & responsum accepit sibi, & alijs, sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. Tribularis, angustiaris, angeris, nosse velles, qua ratione id mali tibi venerit. Noli expectare iteratam Dei locutionem, tibi scriptum est, quod de Iob legisti, quodque per multas tribulationes introire nos oporteat in regnum Dei. Licet ergo iterum loqui Deus nolit, vocat tamen iterum, atque iterum.

Sed quid homines respondent? At illi neglexerunt, & abierunt, alius in villam suam, alius in negotiationem suam. En quibus homo, detineatur, villa significat occupationem humani laboris, quia agricultura praecipuum est, quod laborat humana necessitas. Vnde alter apud Lucam aiebat. Villam emi. Sic Cain egressus in agrum factus est homo agricola, id est, omnino deditus agris colendis. Rusticatio quidem licita est. Ideo Sapiens ait. Ne oderis opera laboriosa, & rusticationem, quam creauit al-

tissimus.

Atissimus. Quoniam etiam in statu innocentiae rusticatio fuisset sed sine labore. Ideo posuit Dominus Adam in paradiso, vt operaretur, & custodiret illum. Sed cauendum nobis est, ne similes facti Cain tradamus nos totos curis huius saeculi. Hinc Sapiens monet. Fili ne in multis sint actus tui. Et si fueris diues non eris immunis a delicto. Ideo in lege praecipit Deus, terra sabbatizare septimo quoque anno, & sabbatum instituit, vt tunc homo soli Deo vacaret, & ad conuiuium nuptiarum veniret. Qui enim propter temporalia lucra vocatus a Deo non venit in nuptias, similis profecto est homini, qui vocaretur a rege vt in sponsam accipiat eius filiam, & regni haeres sit, ille vero ne gligeret, & vocationi non responderet, quod stercus ex hoc in illum locum asportaret. Quid enim aliud facit diuitias congregans, & Dei gratiam respiciens?

B Rex vero videns horum contemptum, & quod seruos eius occiderant, iratus perdidit homicidas illos & ciuitatem eorum succendit Ierusalem, scilicet, & vniuersum mundum, antequam in iudiciu veniat, succedet similiter, ite ad exitus viarum &c. Aug. ait. Ad gentes, quae extra Ecclesiam sunt, eos mittit. Sola enim Ecclesia ciuitas est, reliqua vero desertum, & exitus viarum. In sola Ecclesia lex conueniens est, & ordo reipublicae, in reliquis extra Ecclesiam innumeros videbis errores, etiam in republica, quam descripsit Plato, in qua plura inhonesta sunt, vt Theodoretus aduertit. Etiam in Romana republica, vt Aug. in libris de ciuitate notat. Vt interim praetermittamus Sarracenuum, & Iudaeorum deliria.

C Impletæ sunt nuptiae discumbentium. Significat gentium plenitudinem, quae in Ecclesiam venit. De qua Paulus. Donec plenitudo gentium intraret. De qua plenitudine illud etiam accipi potest, quod Psaltes ait. Plantasti radices eius, & impleuit terram. De eadem etiam loquitur Daniel dicens, Lapis autem, qui percussus erat statuam, factus est mons magnus, & impleuit vniuersam terram. Cum vero numerus praedestinatorum completus fuerit, tunc impletæ erunt nuptiae discumbentium. Expectate modicum, donec compleatur numerus fratrum vestrorum, dicitur in Apocalypsi. Sed iure dubitari potest, quomodo impleri nuptiae possunt, in quibus cibus paratus infinitus est,

pp Deus

Rom. 11.

Iob. 33.

Greg.

Luc. 16.

2. Cor. 12.

Acto. 14.

Luc. 14.

Gene. 4.

Eccle. 7.

Gen. 2.

Eccle. 11.

Leuit. 25.

Exo. 20.

Simile.

Aug. 2. de

ciui. & 19.

de ci. c. 21.

Theodo.

Aug.

Rom. 11.

Psal. 79.

Dani. 2.

Apt. 6.

Deus, scilicet, ipse, & merita, propter quæ paratus est, infinita sunt. Cum ergo tot beati nunquam futuri sint, quin plures esse possint, & quin pluribus Christus meruerit, quomodo nuptiæ impletæ dicuntur? Respondeo, quod ad Dei bonitatem pertinet, nuptiæ implentur, quia Deus ipse in mensa sedet, qui se ipsum implet, comprehendit, & agnoscit, ac diligit, quantum est cognoscibilis, & amabilis. Quod vero pertinet ad Christi merita implentur, quia omnibus fides, & gratia nunc, & postea gloria tribuitur, quibus ille perijt quo ad efficaciam. Quod ad sufficientiã attinet, tot sunt Christi merita, ut impleri nequaquam possint. Et hoc ad Christi gloriam pertinet, quod merita illius tanta sint, ut impleri nunquam possint, quia in creaturis tanta capacitas (ut ita dicam) esse non potest, ut illa omnia capiant, quæ ille meruit. Sicut ergo si sol illuminaret simul omne corpus capax luminis, diceremus solis lumen impletum, non quia sol non possit amplius illuminare, sed quia nihil restat illuminandum. Sic merita Christi impleri dicuntur, cum in omnes prædestinatos effunduntur. Ex quo etiam colligitur immensitas gloriæ, quæ effundenda est in iustos, cum enim Christus Dominus meruerit infinitis hominibus, cum finitis sit tribuenda, maxima in eos liberalitate pater æternus utetur. Sicut cum nobilis vir tanta obsequia regi præstitit, & adeo egregia facinora fecit, ut à rege posset petere beneficia maxima viginti filijs, si vni duntaxat petat beneficia conferri, summa ille beneficia à rege acciperet.

Simile.

Esa. 9.

Eccle. 14.

Rom. 10.

Thren. 1.

Impletæ quidem nuptiæ nunc sunt. Sed ecce etiam impletum illud Esaiæ. Multiplicasti gentem, sed non magnificasti lætitiã. Non enim omnes vocati electi sunt, nec delectatur Deus in multitudine filiorum sceleratorum, ut Sapiens ait. Non omnes obediunt Euangelio. Et ideo sedet sola ciuitas plena populo ut Hieremias ait. Hoc vero nunc manifeste ostenditur, dum, *intrauit rex, ut videret discumbentes, & vidit ibi hominẽ, non vestitum veste nuptiali.* Sed cum plures sint huiusmodi homines, cur vnus tantum inuentus perhibetur? Respondeo. Vnum dici, ut intelligat peccator, sic ipsum puniendum à Deo esse, ac si ille solus deliquisset, & quasi nullum alium haberet

beret diuina iustitia, in quem furorem iræ suæ effunderet. Non enim in plures diuidendum est diuinum supplicium, sed cuique retribuetur, ac si solus esset, nec quia multi puniendi, ideo quisque minus punietur. Sicut contra, sic effundet Deus diuitias gloriæ suæ in vnum iustorum, ac si ille solus salutem sequeretur æternam, nec quia multi beati in cælo sunt, ideo minori donabitur quisque corona. Simili etiam ratione in hac vita crede, te vnum esse, & pro te solo Christum mortuum, licet enim pro multis profusus sit eius sanguis, sed tantam in Christo gratiã reperies, tot auxilia, si ad eum accesseris, ac si tu solus ad eum accederes. Non enim minuitur pelagus illud meritorum infinitum, quia plures accesserunt ad illud, sed integrum tibi manet. Sicut non minuitur mare, quia centum fornicæ ex eo biberunt. Vnus ergo repertus dicitur, carere veste nuptiali, quia ut vnicus punietur.

Deinde vnus repertus dicitur inter multos, ne putet impius, posse abscondi à Dei oculis, etiam si vnus sit inter plures iustos. Audi Sapientem. Ne dicas, à Deo abscondar, & ex summo quis mei memorabitur? In populo magno non agnoscar. Quæ est enim anima mea in tam immensa creatura? Ecce cælum, & cæli cælorum, abyssus, & vniuersa terra, & quæ in eis sunt in conspectu illius commouebuntur.

Sed quænam est vestis ista nuptialis, qua qui caret mittitur in tenebras? Certe illa, de qua gloriatur anima iusta per Esaiam. Gaudens gaudebo in Domino, quia induit me vestimento salutis, & indumento iustitiæ circumdedit me quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis. Cum enim omnes, qui in has vocantur nuptias, non solum conuiuæ sint, sed sponsæ Dei, oportet ornari eos, tanquam sponsam in diem sponsationis. De hac etiam veste Paulus loquitur cum ait. Induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est, in iustitia, & sanctitate veritatis. Huc etiam pertinet illud Ioannis, Venerunt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit se, & datum est ei, ut vestiret se byssino cadenti, byssinum autem iustificationes sanctorum sunt. Ex omni ergo virtute conficitur varia vestis iustorum, quæ nuptialis est. Sicut enim

Eccle. 10.

Esa. 61.

Ephe. 4.

Apo. 19.

Num. 15.
Esaï. 61.

Eccle. 9.
Gene. 37.

Ester. 4.

Sopho. 1.

Ephe. 4.

Cant. 3.

Esa. 9.

1. Reg. 20.

veste corporea voluit Deus agnosci populum suum, præcipēs, A
vt talem deferret vestē. Ita in operibus iustitiæ, & charitatis ag-
nosci suos voluit. Hinc Esaïas. Dabit eis Dominus opus eorū
in veritate, & scædus perpetuum feriam eis, & scietur in genti-
bus semen eorum, & germen eorum in medio populorū. Om-
nes, qui viderint eos, cognoscent illos, quia sunt semen, cui be-
nedixit Dominus. Ideo nos Sapiens monet. Omni tempore
vestimenta tua sint candida. Et hæc est vestis polymita talaris,
quam Iacob fecit filio suo Ioseph, quæ vsq; ad pedes eum ope-
riebat. An non oportet alia esse opera fidelis, quam infidelis? Si
palatium. Affueri in veste vili ingredi non licebat. Quomodo
in Ecclesia ferendus is est, qui veste pannosa, & vili indutus est?
Hinc minæ illæ Dei procedunt, quas per Sophoniam intenteat
dicens. Visitatione super eos, qui induti sunt veste peregrina. Sed
quæ nam vestis peregrina est? Certe mores gentium. Inde Pau-
lus ait. Vt iam non ambuletis in vanitate sensus vestri, sicut
& gentes. Exuisti veterem hominem in baptismo, & indui-
sti nouum, quo pacto poteris adeo pretiosam vestem abij-
cere? Exueras tunicam tuam pannosam, quomodo iterum in-
dues eam?

Sed postquam Christus Dominus, homo factus, in nuptias
venit, ingens scelus est, hac nuptiali veste carere, & vili indui,
Hinc Esaïas. Vestimentum mixtum sanguine erit in cõbustio-
nem, & cibum ignis. Quia paruulus natus est nobis, & filius da-
rus est nobis. Postquam enim ille exemplo suo nos docuit, &
verbo viam iustitiæ, ingens piaculum est, eum non imitari. Si il-
le pannosam nostram vestē induit, habitu inuētus vt homo, & C
quam semel assumpsit vestem, nunquam dimisit. Curtu qui
Christum induisti, eum exues? Iniuriam faceret David
Ionathæ, si quã ab eo accepit vestem, dimitte-
ret. Iniuriam nos Christo eum exuen-
tes & dimittentes, & c.

(..)

In eadem

In eadem Dominica Deci- ma Nona Post Pente- costen. Concio Secunda.

*Them. Simile est regnum calorum homini
Regi qui fecit nuptias filio suo. &c.
Matthæi. 22.*



OST quã Dei ingenium, eiusq; bonitas, ac in ho-
mines infinita dilectio nobis patuerunt, nihil dif-
ficilius dici nobis potest, quam à Deo homines
derelinqui eosq; grauissime puniri. Si enim ea
quæ fides nostra de Dei bonitate, ac in nos mi-
sericordia prædicat, Aristoteli, aut Platoni pro-
poneres, dicerent nullum hominem non saluandum. Nunc ve-
ro in fine Euangelij dicitur. Multi sunt vocati, pauci vero ele-
cti. Proponiturq; in euangelio derelictio Iudæorū, euersio Ie-
C rusalē, & euersio totius mundi, ac damnatio omniū improbo-
rum. Aequū profecto fuit, vt tantorum malorum causa nobis
proponeretur, ne eam in Deum reijciamus, sed in homines.

Pertinet quidem ad supremum, & absolutum dominiū Dei
super omnem creaturã, vt possit vti omnibus illis, ad id, quod
ipse voluerit, etiam cum maximo ipsarum incommodo. Ita vt
si vellet, omnes in æternū igne ardere, posset id efficere absq;
vllius iniuria. Sicut enim eas sola voluntate condidit, ita sola
voluntate potest in nihilum redigere, vel eis vti, vt libuerit. De-
finitur à iuris peritis dominium, vt sit ius vtendi in quemcū
que usum. Dominium creaturæ limitatum est, quia non
propter ipsam, sed propter Deum ei conceditur. At Dei do-
miniū

miniū cum sit propter ipsum dominatē, nullis limitibus clauditur, sed potest vti rebus pro sua voluntate. Ex quib' cōstat nō teneri Deū, rationē reddere mali, quod creaturis inferat. Quoniam, quando alia ratio non esset, præter diuinam ipsius voluntatē, hæc satis erat. Vnde Iob ait. Si subuerterit omnia, vel in vnum coarctauerit, quis contradicet ei? Vel quis ei dicere potest cur ita facis? Supremus Dñs est Deus, rex regū & Dñs dominatū, nulli rationē reddere cogitur. Nihilominus tamen pro sua benignitate rationem reddere Deus vult iræ suæ in homines, & quasi non Dominus, sed villicus esset, iudicari vult, ac ostēdere, non sua, sed hominum culpa ipsos perire. Vis ostendam tibi Deum iudicari volentem? audi Esaiam. Iudicate inter me, & vineam meam, quid debui facere ei, & non feci? Et hanc rem admiratur Iob dicens. Et dignum ducis, super huiusmodi operire oculos tuos, & adducere eū tecū in iudiciū? Sed hoc iudicio peracto, vincit Deus, dum iudicatur, & causæ ipsius iustitia manifesta redditur. Et is, qui punitur, obmutescit, vt hodie fecisse legitur, qui veste caruit nuptiali. Quoniam vt Plaltes ait. Cognoscetur Dominus iudicia faciens, in operibus manuum suarum comprehensus est peccator. Merito vero postquam tantō in honore homo habitus à Deo est, rationem reddit damnationis illius. Sicut enim rex qui filium, aut reginam carceri manciparet, & interficeret, rationem redderet regnis suis tantæ vltionis, vt Assuerus fecisse legitur repudiatæ Vasthi. Ita cum Deus eō hominem exaltauerit, vt eum filium dixerit, & eius animam sponsam, decuit, vt summę vltionis in hominem exercitæ ratio redderetur. Cum ergo superioribus parabolis ostenderit Iudæorum reprobationē, in hac ostēdit, eos in causa esse, quia venire ad cōuiuū noluerūt. In conuiuio vero Assueri non erat, qui nolentes cogeret ad bibendum.

Ait ergo, *simile est regnum cælorum homini regi.* Dicitur Ecclesia regnum cælorum, quia idē regnū est cū cælesti, sub eodē est rege, & eisdē legibus. Data est mihi potestas in cælo, & in terra, ait Christus Dñs. Ecce eundem regē. Lex vero charitatis vna est in cælo, & in terra. Sicut ergo idem dicitur regnū ciuitatis, & oppidorū, licet aliqua inter ea sint diuersa, quia tamē sub eodē

A eodem rege, & legibus degunt, idem dicitur regnum, ita militans, & triumphans Ecclesia vna est. Hoc vero in Ecclesia præcipue locum habet, quæ legibus è cælo latis viuunt, & in qua versantur, qui viam in cælum dirigunt. Sicut enim olim præcepit rex, eligi pueros Iudæos pulchros, cruditos, qui discerent scientias Chaldeorum, & cibo regio vteretur, vt edocti ante regem starent. Ita in militanti Ecclesia nutrit nunc Deus diuino cibo, & scientijs cælestibus imbuit eos, qui coram ipso in cælesti regno assistent semper. Merito proinde cælorū regnum dicitur, in quo cælestes homines versantur.

Sed cur dicitur, *homini regi?* Describitur nunc Dñi benignitas, ideo homo dicitur, quia homo natura sua lenis est, & mollis tactus super omnia animantia, vt Aristoteles ait. Cum vero ira Dei describitur, nō homo dicitur, sed leo, vel vrsus. Hinc Esa. Sicut rugiet leo capta præda, nec timet multitudinem clamoris: Sic descendet Dñs exercituum, vt prælietur super montē Siō. Et Ieremias ait. Factus est mihi Dominus vt leo, & vrsus infidians. Si ergo tu homo fueris, ratione vtens, erit tibi Deus homo benignus, si in bestia mutatus fueris, bestia agri tibi Deus erit. Quia cū sancto sanctus eris, cū peruerso peruerteris, vt Psaltes ait. Vnde, qui nunc homo rex dicitur, quia conuiuium parat, cum ingreditur, vt supplicio eū afficiat, qui caret veste nuptiali, non homo dicitur, sed rex duntaxat.

Secūdo homo rex dicitur, accommodans se hominum sermōni, quo dici solet homo rex, homo diues, homo potens, nō vero è conuerso, quia homo fundamentum est potestatis, honoris, diuitiarūq; . Sed profecto debile fundamentū hoc est. Statua illa Danielis in somnis visa fuit, & cito in obliuionem tradita, & eius fundamentum lutei erant pedes, ideo paruus lapis eam in cinerem vertit, cum omni argento, ære, & auro, quia omnia ea fictili innitebantur fundamento. Sic omnis mundi celsitudo, ac prosperitas super hominē luteū fundatur, ideo facile perit, ac deficit. Quia omnis caro scēnū, & omnis gloria eius quasi flos scēni, exiccatus est scēnum, & cecidit flos, quia spiritus Domini insufflauit in illud. Paruus aer omnia deiecit, quia vniuersa hominis gloria flos est scēni. Ideo non vera statua iudicanda, sed infirmum quoddam, quod citissime à memoria ha

Iob. 11.

Esa. 5.

Iob. 14.

Psal. 9.

Ester. 1.

Mester. 1.

Mat. vi.

Dani. 2.

Arist. Esa. 31.

Thren. 3.

Psal. 12.

Dani. 2.

Esa. 40.

ria hominum decidet. En quid omnia illa sint, quæ mundo maxima apparent.

2. Cor. 11.

Hic homo rex fecit nuptias filio suo, cum eum Ecclesiæ desponsauit. Iuxta illud Pauli, qui paronymus huius desponsationis erat. Despōdi vos vni viro. Nulla alia similitudine ita conuenienter exprimitur Dei in animam amor, si iusta sit, & odium si iniusta, ac similitudine sponsi, & spōsæ. Sūma enim est spōsi in spōsam dilectio, si illa casta sit, summū vero odiū, si adultera. Ita Dei amor in iustū summus est, & odiū in peccatorē. Id in fine parabolæ videre licet, cū eū eijci in tenebras exteriores præcipit, in infernū, scilicet, & à nuptijs eijci. Et hoc est illud Apoc. 22. Beati, qui lauāt stolas suas, vt sit potestas eorū in ligno vitæ, & per portas intrēt in ciuitatē. Foris canes, & venefici, & impudici, & homicidæ, & idolis seruientes, & omnis, qui amat, & facit mendaciū. Attēde Dei misericordiā in Pharaonē, quē toties & tot prodigijs vocauit, sed tādē quia vocatus nō venit, descendit in profundū quasi lapis. Sūmā ergo tibi promittit misericordiā nomē spōsi, si iustus fueris, sūmā irā, si adulter reperiaris. Hugo de Arra animę ait. Sicut in Assueri aula erat tricliniū, in quo spōsē Assueri ornabātur, & in alia aulę parte nuptię celebrabāt. Ita præsens Ecclesia tricliniū est, in qua Dei spōsæ ornantur. Cælestis vero Ierusalē regis est cubiculū, in quo nuptiæ, celebrantur. Nunc vero anima sponsa Dei est, & Chrs sponsus. De qua re loquitur Aug. liquefacto corde, & animi teneritudine, at tendēs nomē dulcissimū spōsi, ait enim. Nullum est cor, quod iste nō tangat affectus. Nullus in rebus humanis tā deuius à genere humano est, qui quod dico, nō sentiat. Nō enim dico, si loquar tota die, si plāgā tota die, nō sufficio. Nō dico, si habeā, si eut dicit propheta, fontē lachrymarū. Sed si cōuertar in lachrymas, & lachrymę fiā, in linguas, & linguæ fiā, parū est. Si ratione vteremur, cū audimus, Christus spōsus est animę nostrę, & eius promissionē tenemus firmā, quod ei in cælo cōiungemur in æternū, extra nos fieri deberemus. Puella, cui Dñs mūdi despōsatus fuisset, quibus oculis à nobis cōspiceretur, quā fœlici sorte eā diceremus? Si gratia Dei ornatus es, anima tua Christi est sponsa, sed quis est sponsus? rex omnis terræ Deus ipse est sponsus. Omnia illa nomina Christus sibi vsurpauit, quibus dilectio

debe-

A debetur. Si amorē patri debes, Chrs pater est, si fratri, Christus frater est, si magistro, & regi, Christus magister, & rex est. Si mēbra caput diligunt, & se exponūt discrimini propter illud, Christus caput tuum est. Sed super omnia Dei dulcissima nomina quod dulcius est, quod plus in Deo amoris indicat, quod plus mouet, vt eū diligamus, quod magis audere nos facit, ac sperare, nomē sponsi est. Quando enim Christus pater dicitur, significatur, ab eo nos esse accepisse. Cum magister appellatur, inuitatur, ab eo nos doctrinam mutasse. Cū vero sponsus dicitur, ostenditur, se ipsum nobis tradidisse. Hęc enim despōsationis natura est, vt sit traditio sui ipsius alteri, & ea etiā efficit vt omnia bona sint communia, & vt anima familiarissimē cum Deo agere possit, tanquam cum sponso sponsa, & ab eo recipiat vniuersa dona cælestia.

B Ecce nuptias, ad quas inuitamur, en diuitias cælestes, ad quas vocamur, *misit ergo seruos suos, vocare inuitatos ad nuptias.* Sed obsecro, quanta cum gratiarum actione hoc nuntium à nobis accipiendum esset? Certe cum ea, qua Abigail excepit nuntium Dauid dicentis sibi velle sese eam accipere in vxorem. Et illa surgens adorauit prona in terram, & ait. Ecce famula tua, sit in ancillam, vt lauet pedes seruorum Domini mei. Hanc gratiarum actionem nos Deo agere monet Paulus. Cum gaudio gratias agentes Deo, qui dignos nos fecit in partē fortis sanctorum in lumine. Qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suæ, in quo habemus redemptionem, & remissionem peccatorum. Deo

C ergo gratias referamus, qui nos vocauit in sortem sanctorum, non in sortem impiorum, qui dicunt, venite fruamur bonis, quæ sunt, &c. quoniam hęc est pars nostra, & hęc est fors nostra. Mirum profecto est, quomodo improborum sortem præligant homines, & oblitī sint sortis sanctorum, & nuptiarū ad quas vocati sunt. Sed ais. Quando me vocauit Deus in has nuptias. Audi diuinā, & infinitā Dei in te clemētiam, quæ nisi Dei esset, satis non fuisset, vt te sustineret. Sponsauit sibi animā tuā in baptismo. Et sicut à latere Adęeducta Eua est, sic ex meritīs Christi procedit anima tua gratia ornata. Ibi inter te, & Deū

Pp 5

pactum

Hugo
Ester.Aug. tract.
13. in Ioan.

1. Reg. 25.

Colos. 1.

Sap. 2.

factū firmatū est, ibi promissisti Deo fidē, ibi abrenūciasti diabolo, mūdo, & pompis illi. Cū vero ad rationis vsum peruenisti, cūq; promissis stare debuisses, rupisti vincula, & infidelis promissis fuisti, & Deo adulter inuētus es. Et puer cū esses, in Deū peccasti. Sed dicit forsā quis, puer ille est, nō mirū puerilia tractet. Si iuuenis, proficit in peius, si vir similiter. Quid Deo faciet, cū hec viderit? Vidisti spōsum, quid agat, cū spōsam adulterā agnoscit? Deo tamē vidēs animas adulteras, eas vocat, & iterū vocat, dicēs. Tu autē fornicata es cū amatorib' multis, tamē reuertere ad me, dicit Dñs. ¶ Sed quid homo facit, qui tāta Domini videt misericordiā? Audi hominū peruersitatē. *illi nolēbāt venire.* Quæ nā alia, nisi diuina patiētia id sustineret? Expediit vero hoc in loco Chrysof. hominū dementiā, qui ad nuptias vocati nō veniūt. In nuptijs nihil triste, nihil luctuosū, omnia plena sūt gaudio. Hinc Baruc inquit. Vide iucūditatē, à Dño Deo tuo tibi veniētem. Et fugis, & declinas quasi laborē, & dicis sermonē Dñi onus Dñi, vt est apud Hieremīā. An non querelas illas fundet Deo, quas olim per Hierē. Quid inuenerūt in me patres veltri iniquitatis, vt elōgarent à me? Sed ais. Cū ad has vocor nuptias, nō ne ad pœnitentiā, & afflictionē vocor? quo modo ergo ad gaudia? Audi insane, an non Christus ignominiam crucis vertit in gloriam, & honorem? ita amaram pœnitentiā dulcem effecit. Putas te vocari in tristitias, cū ad Deū vocaris? Num in tristia vocatur spōsa, cum in nuptias vocatur, & nō potius in læta? Audi Esaiā. Ecce serui mei comedēt, & vos esuriētis. Ecce serui mei libēt, & vos sitietis. Ecce serui mei lætabūt, & vos cōfundemini. Ecce serui mei clamabūt præ exultatione cordis, & vos vllulabitis præ cōtritione cordis. Et huius ratio manifesta est, quoniā delectatio procedit ex perceptione cōueniētis. Vnde quo res fuerit cōueniētior, & potētia perfectior, vt percipiat, & obiectū vehemētius vnitū potētiae, eo maior erit delectatio, ex quo manifeste colligit, in eo actu quo Deo ab anima possidēt, summā esse delectationē. Ille enim est cōueniētissimus, implēs omnē animę capacitatē, infinit' ille est, & ex se valēs infinitā efficere delectationem. Potentia vero qua percipitur, spiritualis est, quæ plus percipit, quam sensus, qui in exterioribus sistit, intellectus vero, ad quod quid est penetrat.

Hierē. 3.

Chrysof.

Baruc. 4.

Hierē. 23.

Hierē. 2.

Esai. 65.

A trat. Coniunctio vero obiecti cum potentia vehementior & intimior est, & perfectior, & simul percipit totum Deū, nō sicut sensus, qui non simul percipit obiectum suum, sed successiue, nunc vnā partē, deinde aliam. Quod si omnis cibus simul perciperet, magis delectaret. Deo vero adest iusto totus simul. Nec ideo iudicāda est vita iusti tristis, quia aliqua tribulatione tāgatur, quia gutta fellis pelag' dulcedinis amarū reddere nō valet.

Sed quid Dñs faciet, vidēs eos venire nolle? Iterū mittit alios seruos, qui dicant, *ecce prandiu meū parauit, tauri mei, & altitia occisa sunt, & omnia parata, venite ad nuptias.* Tauri, & altitia occisa, Christum significat pro nobis mortuū, ille enim solus virtutem cōtinet omnium sacrificiorū, ille est omnia nobis, & ideo omni malo nostro, medicamē omni infirmitati, remediū vniuersis peccatis, & tērationib'. Greg. ait. Omnia parata esse, quia Christo in cruce immolato patet introitus regni cœlestis, quod ante clausum fuerat. Vnde Paulus. Habentes itaque fratres fiduciam in introitu sanctorū in sanguine Christi, qui initiāuit nobis viam nouam, & viuētem per velamen, id est carnem suam. In lege veteri nō omnia parata, quia à lege aspiciēbant reprobationes, nunc vero propē sunt.

Deinde cum dicit, omnia parata esse, significat in diuino illo cōuiuio Deū ipsū in cibum dari, omnia enim alibi quā in ipso, nō sunt. Verē omnia parata nobis sunt, cum Deus cibus nobis offertur. Merito Psaltes ait, parasti in dulcedine tua pauperi Deus. Cū vero quid parauerit, non dicat. manifestū est ineffabile illud esse, & ideo Deū paratum. Felicitissimum hoc nuncium Psaltes acceperat, cum ait. Hęc recordatus sum, & effudi in me animam, meam, quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis vsque ad domum Dei, in voce exultationis, & confessionis, sonus epulantis. Quasi dicat. Recogitans aterni fontis delicias, effundo animam meam, id est, affectui meo habenas laxo, vt quantum possit, currat ad te, quia in tabernaculo tuo auditur dulcissimus sonus gaudij, & laudis, quasi sonus, qui est in cōuiuio lautissimo, vbi omnes gaudent. Effundat impius cor ad secularia desideria, ego effundam ad cōuiuium illud, in quo parata sunt omnia.

Greg.
Heb. 10.

Psal. 67.

Psal. 42.

Sed

¶ Sed, quid respōdet coniuuæ tãto nūcio. *At illi neglexerunt.* A. Obstupescēdū planē hoc est. Audis ò homo Christū pro te immolatum parasse tibi omnē gratiam, omne donum, & negligis? Audisti ianuā paradisi apertam, & immensam gloriam, te expectātem, & negligis. Negligere est parui penderē. Quomodo ergo nos effugiemus, (Paulus loquitur) si tātā neglexerimus salutem? Hinc Deus homines negligit, & merito. Quoniam ipsi nō permanserunt in testamento meo, & ego neglexi eos, dicit Dominus. Sed qua de causa illi neglexerunt.

Heb. 2.

Heb. 8.

Ecc. 26.

Ezech. 28.

Osce. 11.

Psal. 70.

Chryso. 8.

33.

Esai. 47.

August.

Ecclesi. 7.

Bonauent.

Hicr. 2.

Luc. 16.

Abierunt, ait, alius in villam suam, alius vero ad negotiationē suam. Negotiationes sæculi huius impedimento esse solēt Dei verbo, & vocationi. Hinc Sapiens. Difficile exiit negotiator à negligentia. Hinc Ezechiel. In multitudine negotiationis tuę repleta sunt interiora tua iniquitate. Hinc Oseas. Circūdedit me Ephraim in negotiatione sua, & in dolo domus Israel. Vbi nos legimus in Psalmo. Quoniam non cognoui literaturam, introibo in potentias Domini. Breuiarium Romanum, & translatio septuaginta legunt. Quoniam non cognoui negotiationem, vel negotiationes. Quasi dicat. Quia nō me immiscui terrenis negotiationibus, quæ auocāt animū à supernis, introibo in potentias Dñi. Verbū Hebræum. Sephor, quod ibi ponitur, deriuatur à verbo, Sephar, quod significat numerare. Vnde significat Dauid, quia rationes, & negotia nesciui, introibo in domū tuam. Chrysostomus multa in negotiatiores dicit, summū eorū discrimen ostendit, difficileq; inueniri negotiatorē iustū. Et inter causas derelictionis populi sui, vnā Deus dicit esse, iniquitatē negotiatorum. Vnde Esaias. Negotiatores tui ab adolescētia sua, vnus quisq; in via sua errauerūt. Multa de hac re Augustinus in Psalmo septuagesimū. Hinc Sapiens. Inueni, quod fecerit Deus hominem rectū, & ipse se immiscuerit infinitis quæstionibus. Sed dicit negotiator, necessaria mihi negotiatio est, vt viuā. Huic dici potest, ait Diuus Bonauentura, illud Hieremiæ. Quid niteris bonam ostēdere viā tuam, ad quærendam dilectionem, quæ insuper & malitias tuas docuisti vias tuas, & in aliis tuis inuentus est sanguis animarum pauperum, & innocentum. Deridebant Pharisei Christum, de contemptu diuitiarum differentem, quia *erat auar,*

A auari; nimia enim æstimatio temporalium animū auocat ab amore, & æstimatione æternorum, cum tamen hæc magni ducenda sint, illa vero nihili. Audi ethnicum Senecam in naturalibus quæstionibus dicentem. Centrum est ò homines, in quo navigatis, punctum est, pro quo litigatis, infinita sunt spacia cæli, quæ non curatis. An non subors peritendetur fidelis, hæc audiens ab ethnico? Vt ergo negotiationi quidam incumberet, venire in nuptiale conuiuium noluit. Dicit negotiatori, ora, ad eucharistiam accede. Respondet, non mihi vacat, quia negotia gero, Chrysostomus ait. Quauis autem videantur rationabiles exculpationes esse, sed hinc discimus, etiam si necessaria sint, quæ detinent, omnibus tamen preponere spiritualia oportere. Dic mihi ò homo, quid tibi magis necessarium est, vitam æternam consequi, an hæc negotia gerere? Si sollicitus es, quomodo ad instans viuas in hoc mundo, quomodo sollicitus non es, quomodo in æternum viuas in cælo? Omnia vero, quibus victurus in cælo es, hic acquirere, ac negotiari oportet. Noli ergo spiritum extinguere, & obruere negotijs, sed sic ea tracta, vt tempus animæ tuæ conueniens serues. Si enim videres hominem in Indijs commorantem, qui Hispaniam venire disponit, vniuersam pecuniam dare, vt prædia in Indijs emat, stultum eum diceres, deberet enim, prædia ibi acquisita vendere, vt pecuniam in Hispaniam secum deportaret. Nosti ò homo cito tibi ex hac vita in aliam migrandum? Quid ergo hic vniuersos labores tuos collocas? Quid hic radicari conaris? An non rectius faceres, si ea, quæ hic tibi sunt, colligeres, & tecum deportares, vt in æternum viueres?

Hucusque misericordiam Dei vidimus. Sed & iustitia, in illo est, & idco in rebelles, & homicidas seruorum iratus, perdidit eos missis exercitibus suis. Excitatus enim est Dñs tanquā dormiens. Dormiebat prius, dissimulans peccata hominū, sed furgens tanquam potes crapulatus à vino hostes percurit suos. Et iterū. Iratus est furor Domini in populum suum, & abominatus est hæreditatem suā. Et tanquam Dñs exercitū, exercitus suos mittit, tū cōtra Ierusalē, tū etiā cōtra omnē peccatorem,

Seneca.

Chryso.

Simile.

Psal. 77.

Psal. 105.

re præcipue in iudicio, cum pugnabit contra infensatos orbis terrarum. Et ciuitatem Ierusalem, & vniuersum mundum succendit, quia ut Sapiens ait. Stipula collecta synagoga peccatum, & consummatio eorum flamma ignis.

Eccle. 23.

Hab. 3.

Actu. 13.

Sed quia Dei ingenium illud est, cum iratus fueris, misericordiam recordaberis. Addit, *ite ad exitus viarum, &c.* Sic alloquitur Iudeos Paulus. Vobis quidem primum oportebat, prædicari verbum Dei, sed quia indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gætes. Nō fuerunt nuptijs digni, quia ut August. ait, peccator, etiam pane, quo vescitur, indignus est, quanto plus Deo, & vita æterna. Ite ergo serui in exitus viarum, & inde conuiuas colligite. Sed quæ sunt viæ istæ, certè viæ hominum, mores sunt hominum. Via auari cupiditas est diuitiarum, superbi, cupiditas honorum, & sic in reliquis. Omnes nos, quasi oues, errauimus, vnusquisque in viam suam declinauit, ait Esaias. Omnes peccatores in via cordis sui ambulat, in desiderio animæ suæ. Extra viam tuam exire debes, ut ad nuptiale conuiuium venire possis. A via sua Abraham exiit, cum profectus est de terra sua, & de cognatione sua. A via sua exiit Loth eductus de Sodomis. Relinque ergo viam tuam ut Dei conuiuio frui possis.

Esa. 53.

Gene. 13.

Gene. 19.

Esa. 27.

Egressi serui in vias congregauerunt, &c. Hinc propheta, Qui egrediuntur impetu à Iacob, florebit, & germinabit Israel, & implebunt faciem orbis semine. Hoc peregerunt Apostoli, & eorum successores, qui ingrediuntur ad Deum per orationem & egrediuntur ad salutem proximorum curandam. Et ingreditur, & egredietur, & pascua inueniet, ait Christus Dñs. Non enim vult rex, ministros suos semper in cubiculo, & aula cum eo versari, sed vult eos aliquando egredi, ut contra regis hostes pugnent, & cum confecto bello redeunt, eis magna beneficia concedit. Sic animalia mystica ibant, & reuertebantur in similitudinem fulguris coruscantis. Sic Hieremias dicitur. Quocumque mittam te, ibis, & quæ mandauero tibi loqueris. Non solum Deus quærendus in oratione est, sed & in proximorum salute curanda. Exierunt ergo, & congregauerunt omnes, quos inuenerunt. Ut impletur illud Plalmi. Congregate illi sanctos eius. Et illud.

Ioa. 10.

Eze. 1.

Hier. 1.

Psal. 49.

A Iud. Et de regionibus congregabit eos. Ad hoc enim Christus Psal. 106. Dominus veit, ut filios Dei, qui erant dispersi, congregaret Ioan. 11. in vnum. *Intrauit autem rex, & vidit hominem non vestitum veste nuptiali.* Vestis hæc nuptialis Charitas est. De qua Petrus ait 1. Pet. 4. Operit multitudinem peccatorum. Et illa est vestis, forma, & vita virtutum. Hæc est coccinum illud, de quo dicitur. Qui vestiebat vos coccino in delicijs. Coccinum enim est purpura pretiosa binstincta in sanguine conchiliorum. De quo sæpe in tabernaculi constructione meminit scriptura, dicēs coccoq; binstincto. Dicitur vero charitas bis tincta, quia Deum respicit, & proximum: Eadem pallium Eliæ est, Eliseo relictam cum duplici eius spiritu. Vnde Gregorius ait. Quid vestis nuptialis, nisi charitas, qua vestitus Dominus venit, cum ad nuptias venit. Si

2. Reg. 1.

4. Regu. 2.

Grego.

B cut ergo hac veste indutus sponsus est, ita eadem ornari sponsam vult. Hæc charitatis vestem amisit Adam & Eva cum viderunt se nudos. Et Dominus ad eum. Quis ostēdit tibi, quod nudus esses, nisi quia de ligno, de quo præceperam tibi, ne comederes, comediti? Ut hac veste nos induamur, Christus pellē suam deposuit, & ut eam intingeret, sanguine fudit. De hac veste dicitur. Byssus, & purpura indumentum eius, & ridebit in die nouissimo. Sed noli expectare tempus nuptiarum, ut hæc vestē facias, & induas, sed prius eam indue. Ne tibi cōtingat, quod virginibus fatuus, quæ oleum querūt, cum in nuptias vocat. Cū dies venit, inquit indutus veste pretiosa apparere debes, tūc ordiri illam vis, & cōfici? Caue, ne dicas, dū adhuc ordire, succidit me. Beatus, qui custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet. Ioānes ait. Ei enim, qui nō custodit, dicitur illud Naū. Ostēdā in gētibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam.

Gen. 3.

Pron. 31.

Mat. 13.

Esa. 38.

Apoc. 16.

Naum. 3.

Psal. 44.

1. Cor. 13.

Rom. 12.

C Hæc vestis charitatis vna est, & multiplex. In vestitu deaurato, circumdata varietate sponsa Dei est. Vna est charitas, quia vna est virtus. Sed multiplex est, quia sicut multi arboris rami ex vna radice prodeunt, ita multæ virtutes ex vna charitate generantur. Quia charitas patiens est, benigna est, & ut Paulus ait. Multiplex etiam dicitur, quia pro statuum varietate diuersa præstat opera. Vnde Paulus. Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent. Ita multi

vnum

vnū corpus sumus in Christo, singuli autem, alter alterius mēbra. Habentes autem donationes secundum gratiam, quæ data est nobis, differentes, siue prophetiam, secundum rationem fidei, siue ministerium in ministrando, siue qui docet in doctrina, qui exhortatur in exhortatio, qui tribuit in simplicitate, qui præest in sollicitudine, qui miseretur in hilaritate. Chryso-
Chryf. mus hic multa dicit de cura hominis in animæ vestibus, potius quam in corporis amictu, ait enim. Non possumus, animam, & corpus simul exornare. Si quis domum tuam aureis exornare vellet, te vero sacco, & cilicijs indueret, id ferre nō posses. Quo modo ergo tu corpus, animæ domicilium pretiosis induis, & animam nudam relinquis? Memor esto animam tuam ad nuptias vocari, & non quascunq; sed Dei, qualis vero ornatus Dei sponsam deceat, tu videris. Vide, quo pacto Assueri sponsæ parabantur. Sit ergo anima tua sicut regina, in vestitu deauro, circumdata varietate, cuius ornatus pulchritudinem si videres, fulgore percussus in terram concideres. Est enim mulier amicta

sole, & luna sub pedibus eius. Sicut ergo rex expectans sponsam de longe venientem, eam despiceret si veste nuptiali careret, & pānosa indueretur. Ita Deus animā veste nuptiali carentem, &c.

(. .)

Dominica

A Dominica Vigesima Post Pentecosten. Concio Prima.

Thema. Vade, filius tuus viuit, &c.

Ioan. 4.

B.



Nteralia, quæ Diuus Dionysius expendit in diuina gubernatione, qua Deus hominem gubernat, illud præcipuū est, quod Deus conatur homines ad se trahere. Et merito id præcipuum dicimus, quia gubernatio est dilectio gubernatorum in suum finem. Hinc Iob ait. Post se
Dionys. ad Demophi. & de diu. no mini.
 omnem hominem trahit, & ante se innumerabiles, sic enim homo conseruatur, & perficitur, & amoru diuino fit satis, qui vnio nem expetit eorum, quæ diligit.

Adeo vero Deus desiderat hominem ad se trahere, vt in omnibus, quæ extra se operantur, id intendat, & ideo factus homo est, & crucem sustinuit, vt inde homines efficacius ad se duceret. Dicente ipso. Cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me. Et tunc etiam Deus hominem ad se trahit, cum eundem separare à se videtur. Cum flagella, & tribulationes immittit, separare hominem à se videtur, sed tunc etiam trahit. Sicut cum venatoria auis Herodius ardeam alte volantem insequi contendit diuersam viam eligit, & quæ contraria videtur ei, quam ardea tenet, sed in altum se erigens tadem in ardeam magno impetu descendit, & eam capit. Sic se habet Deus cum anima, quæ ab eo recessit per superbiam. Alte volat anima, iuxta illud Psalmi. Si ambulauit in magnis, & mirabilibus super me. Accedit quidem homo ad cor altum, vt Psaltes ait, sed exaltabitur Deus, vt eum capiat, & quando eum tribulat, & affligit, videtur quidem ab homine recedere, sed tunc magis appropriat.

Qq

Et ira

Apoc. 12.

Iob. 21.

Ioan. 12.

Simile.

Psal. 130.

Psal. 63.

Psal. 29.
Sap. 12.

Dani. 45.

Psal. 31.

Osee. 6.

2. Reg. 14.

Esai. 26.

Chryf.

Danie. 2.

Et ira quidē in indignationē eius, sed vita in volūtate ipsius, ut dicitur in Psal. quia licet indignari videatur, tamen vitam æternam nobis curat præstare. Hinc Sapiens ait. O quam bonus, & suavis est Dñe spiritus tuus in omnibus, idēo quos hos, qui exierant corripis. In omnibus dicit suauem Dñi spiritū, quia non solum quando bona præstat, sed etiā quando mala, & vltiones adhibet, bonū curat nostrū. Hoc Nabucdonosori accidisse Dani. testatur, qui à Deo correptus, eum agnouit. Hoc etiā hodierna die cum Regulo factū, Euangelica testatur historia, cui vexatio dedit intellectum, vt ad Christum veniret, & in eū crederet cū tota domo sua. Et id quotidie experientia testatur, cū videmus plures, qui à Deo recesserant, infirmitate graui eos vrgente ad Deū accēdere. Id sibi accidisse testatur Dauid dicens; conuersus sum in grūna mea, dum cōfigitur spina. Quādo ærumna oppressus sum, quādo spina cōfigisti me, tunc conuersus sum. Et id ipsum pluribus accidisse testatur Osee, in tribulatione sua manē confurgent ad me. Venite, & reuertamur ad Dominum quia ipse capiet, & sanabit nos, percutiet, & curabit nos. Et sic qui ad Deum venire noluit propter ipsum, venit propter se, vt à Deo iuuetur, & liberetur. Sicut noluit venire Iosab ad Absalō ab eo vocatus, & venit, quia cōburi fecit agrū ipsius. Hinc Esai. loquens Domino ait. Indulxisti genti Domine, indulxisti genti, nunquid glorificatus es in angustia requisierunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis. Hoc hodie Regulo accidit, qui ad Christū nō venerat, donec filij infirmitate ducti est. Felix omnino tribulatio, quæ nos ad Deum venire compellit.

Erat quidā Regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaū. Regulus dicitur secundum Chryf. quia de semine regio erat, vt nō me Græcū Basileus significat. Vel quia potestate aliquam regiā habebat, sed paruam, idēo Regulus dicitur. Eius filius licet nō bilis, diues, & potens infirmatur. Quo ostenditur, quā modici & prope nihil sint omnia bona mūdi huius, omnia exiguis puluis sunt, licet aliud appareāt. An nō meministi statuē illi apud Daniē, quæ aurea, argentea, & ærea videbatur? Sed omnia illa puluere esse ostendit exiguis lapis, qui eam percussit, & in puluere conuertit. Huius per similes filius reguli erat, qui auro, gemmisque ornabatur, sed ecce exiguum aerem, eum deiecit in locum, &

A tūm, & in mortem. Vere vana, & fragilia sunt omnia mundi bona, quæ hominem iuuare nequeunt in magnis periculis, & necessitatibus, non dico spiritualibus, sed nec corporalibus. Hinc Psaltes ait. Non saluatur rex per multam virtutem, & gigas non saluabitur in multitudine virtutis suæ. Nec vires, nec diuitiæ, nec regna hominem saluare possunt, non dico à morte æterna, sed nec à temporali. Falax equus ad salutem, in abundantia autem virtutis suæ non saluabitur. Quis nam hic equus est? Certe caro fortis nobilis, diues, princeps, sed quomodo falax? quia promissa nō implet sed mentitur, ac decipit nos, promittit enim longam, felicemque vitam, sed cito deceptio eius manifesta fit. Ecce infirmatur ad mortem, & non proderunt diuitiæ in die vltionis, vt Sapiens ait.

B Sed ais, quod mihi remedium erit, ne me decipiat equus iste? Video, me iuuenem, fortem, diuitem, nobilem, sanum, et equum validum. Ne fallax tibi sit, accipe cōsiliū quod Dominus Iosue dedit, cum prædixisset victoriam quinque regum subiungit. Equos eorum subneruabis, & currus igne combures quem locū exponens & expendens Origenes ait. Non præcipit Deus occidi, aut subneruari reliqua iumenta, quæ oneribus ferendis apta sunt, imo vero illa seruauerunt, vt eo capite dicitur, omnem prædam, ac iumenta diuiserunt sibi, solum præcipit subneruari equos, & currus comburi. Et merito, ait Origenes,

C quia equus animal est ferum, & arrogans, non hæc manere debent in tabernaculis iustorum, arrogantia enim, delitiæ, & effrē nata cupiditas eneruanda sunt. Iumentum oneri ferendo aptum maneat, quia caro non occidēda est, sed seruanda, ita tamē vt spiritui subdita onera ferat ieiuniorū, vigiliarumque. Subneruatur quippe equus, ait Origenes, quādo ieiunij, & vigilijs, & abstinentiæ afflictione corpus humiliatur. In neruis vis est animalis, cum subneruatur, vires ab eo tolluntur, vires ergo carnis domandæ sunt, ne spiritui dominetur. Tenebantur tunc milites Iosue, equos subneruare. Sed nos, qui Christo (cujus figura fuit Iosue) militamus, multo strictiori vinculo tenemur; carnē subneruare, cū ille de cælo descenderit, & omnē temporale factum, & gloriam paruipenderit, & carnē suam afflixerit, vt nos similiter facere doceret. Sicut prædixerat Zacharias.

Q9 ?

Ecce

Ecce rex tuus venit tibi iustus, & saluator, ipse pauper, ascendens super asinam, & super pullum filium asinae, & dispergam quadrigam ex Ephraim, & equum de Hierusalé. Currusque & equos dixit dispergendos quia sicut Iosue currus combussit, & equos subneruauit. Ita Christus Dominus pompam, & mundi gloriam, ac diuitias contempsit, & doctrina sua, ac exemplo relinquenda monstrauit, ut qui utuntur hoc mundo sint, quasi non utentes. Quia verè hæc omnia vanà sunt, & saluare nos nequaquam possunt, ut nunc videmus in filio Reguli infirmo. Sed interrogat Gregor. qua ratione post Christi copiosam redemptionem, & peccati remissionem manet infirmitas, & alia corporis incòmoda, quæ effectus peccati sunt. Sublata namque de medio causa, effectus deberet auferri. Copiosam verò Christi redemptionem fuisse testatur Psal. dicens. Copiosa apud eum redemptio, & ipse redimet Israel, ex omnibus iniquitatibus eius.

Respondet Gregor. Primo manere mala ista in remissionem culparum, quas in hac vita homines admittunt. Licet enim redemptus homo sit, sed plena illius sanitas in futuram vitam seruetur. In hac vero ita debilis est, ut omnem venialem culpam vitare non possit, & plura etiam mortifera admittit. Septies in die cadit iustus, ait Sapiens. Et non est homo, qui non peccet. Et si dixerimus, ait Ioannes, quod peccatum non habemus, ipsi nos seducimus. Ut ergo poenas pro peccatis debitas in hac vita persoluamus, manent corporis mala. Et hac de causa patienter tolerare mala debes, imo & illa exoptare, & a Deo petere, ut debitas poenas hic exoluas, sicut faciebat Iob cum aiebat. Quis det, ut veniat petitio mea, & quod exopto, tribuat mihi Deus, ut qui cepit, ipse me conterat, soluat manum suam, & succidat me, & hæc mihi sit consolatio, quod affligens me dolore, non parcat. Hinc Augustinus ait. Hic seca, hic vire, donec in æternum parcas. Et Habacuc. Ingredietur putredo in ossibus meis, & subter me scateat, donec requiescam in die tribulationis, & ascendam ad populum accinctum nostrum. In re medium ergo culparum poenæ nobis relictæ sunt, donec omnino deletis culpis, absorbeat in inimica mors, & omne malum corporis.

Secundo ait Gregor. Licet homo redemptus sit, & gratia ei concessa

A concessa, qua corpus possit subdere spiritui tamen plene in hac vita non subiugatur, sed bellum gerit aduersus spiritum, quod intestinum, & grauisimum est, cum sit perpetuum inter duo coniunctissima, sibi aduersantia iugiter, ut inter Esau, & Iacob in eodem vtero consistentes, vbi paruuli collidebantur. Oportuit ergo multa mala carnis relinquere, ut debilis sit, & spiritum non superet, sed superetur ab eo. Hinc Paulus. Cum infirmor, tunc potens sum. Id est. Cum caro infirmatur, spiritus potentior efficitur. Sicut enim in factionibus accidit, ut cum vna præualet, altera deijciatur, & in statera, quando lanx vna descendit, altera sursum erigitur. Sic cum caro deprimatur, spiritus eleuatur.

B Sic sancti plurimas afflictiones corpori dederunt, ut rationi subderetur. Hinc Hilarius (referente Hieronymo in eius vita) corpori aiebat. Ego te fame cōficiam, ut potius cibum cogites, quam delectationes. Et Euagrius (referente Paladio) dicentibus ut quid corpus tuum occidis? respondebat, occidit me, occido illud. Et cum maximis afflictionibus, & pœnis Abbas Moyses corpus opprimeret suum, eique discipuli dicerent, quiesce pater paulisper. Aiebat ille, quiescant pœsiones, & quiescam ego. Recordabantur sancti illius, quod de populo Israel vaticinatus est Moyses. In crassatus est dilectus, & recalcitrauit, in crassatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem suum, & recessit à Deo salutari suo. Quemadmodum ferox equus, qui multa cibaria in dies recipit, nec tamen exercetur in cursu, eadem solet feritate procedere, ut equitè deijciat in terram. Id ipsum carni in delicijs enutritæ accidere solet, cum non humiliatur afflictionibus. Ideo ergo mala corporis relicta sunt, ut spiritus saluus sit. Hinc Gregorius. Infirmitas corpus cruciat, sed mentem curat. Hinc sponsa. Nigra sum, sed formosa, sicut tabernacula cedar, sicut peles Salomonis. Exterius in corpore nigra propter corporis afflictiones, interius vero formosa, quemadmodum tabernacula Ismaelitarum, quæ exterius iniurijs temporum exposita nigra sunt, & deformia, interius vero ornata. Quia eorum domus tētoria sunt in quibus vniuersa pretiosa conduntur. Merito Paulus ait. Gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi. Recte Bernardus ait, optima infirmitas, quæ Christi virtute compensatur. Et Sapiens. Infirmitas grauis solam

Greg.

Psal. 129.

Prouer. 24.

Eccle. 7.

1. Ioan. 1.

Iob. 6.

Aug.

Habac. 3.

Gene. 25.

2. Cor. 12.

Simile.

Hierony.

Paladius.

Deut. 32.

Greg.

Cant. 1.

2. Cor. 12.

Bernar.

Eccle. 3. 1.

briam facit animam. Ideo ergo tibi infirmitas à Deo immittitur, A
vt in animo cureris.

Sed ais. Multi infirmitate non curantur, & laboribus nihil
proficiunt in melius. Væ eis, illis enim loquitur Deus per pro-
phetam. Ego dedi vobis stuporem dentium incunctis vrbibus
vestris, & indigentiam panum in omnibus locis vestris, & non
estis reuerſi ad me, dicit Dominus. Ego quoque prohibui vo-
bis imbrem, &c. & non rediſtiſti ad me dicit Dominus, &c.
Subuerſi vos, ſicut ſubuerſit Dominus Sodomam, & Gomor-
rham, & facti eſtiſti, quaſi torris raptus ab incendio, & non redi-
ſtiſti ad me, dicit Dominus. Qua propter hæc faciã tibi Iſrael.
Poſtquam autem hæc fecero tibi, præparare in occurſum Dei
tui Iſrael. Optimis verbis deſcribit propheta dicitur hominũ,
qui Dei flagellis deteriores fiunt. Ait enim. Dedi tibi ſtuporẽ
dentium, vt videres, te comediffe peccati vnam acerbam, non
maturam. Dedi tibi infirmitatem peſſimam, quam contraxiſti
ſenſualẽm degens vitam, & non es reuerſus ad me. Dedi tibi
alia mala, nec ſic reuerſus es ad me, factus es quaſi torris erutus
ab igne, nec ſic reuerſus es ad me. Hæc faciã tibi, ideſt, non
eris immunis ab hoc delicto, ſed innumera recipies mala. Eſt il-
la ſcripturæ phraſis, hæc faciã mihi Deus, & hæc addat, ideſt, in-
numera præſtet mala. Præparare in occurſum Dei tui, quaſi di-
cat. Ego in campum deſcendam tecum, egomet arma ſumam
contra te, & omnipotens pugnabo in te, ideo arma præpara,
quoniaſi ego occurram tibi. Sed quomodo occurreſi? Occur-
ram eis quaſi læna, & quaſi vſa raptis catulis, vt propheta ait.
Vbi Hieronymus ait. Summam notari ferocitatem, cum enim
catuli rapti ſunt, vſa ſeuifiſſima eſt. Sed Domine fieri ne poteſt,
vt velis cum homine contendere? cum eo in arenam deſcen-
dere? Contra folium, quod vento rapitur, oſtendis poten-
tiam tuam, & ſtipulam ſiccã perſequeris? A facie iræ
tuæ quis ſuſtinebit? Ne ergo hanc experiaris iram, ad Deum
nunc conuertere, & à Deo flagellatus peccatum agnoſce
tuum.

Infirmitas reguli filii. Et cum audiſſet, quia Ieſus aduen-
ſet in Galilæam, abiit ad eum. & rogabat eum, vt deſcenderet, & ſa-
naret filium eius. Vidit, Chriſtum venire in patriam ſuam, &
ideo

A ideo auſus eſt, ab eo miſericordiam poſtulare. Sic etiam homi-
nibus animus adiicitur, vt ad Deum accedant, & ab eo benefi-
cia poſtulent, poſtquam Deus in terram noſtram deſcendit.
Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt.
Sicut cum rex venit in aliquam ciuitatem, vt in ea habitet, au-
dent ciues à rege beneficia petere ciuitati ſuæ, quam ſua præſen-
tia nobilitat.

Intrauit ad Aſſuerum Hefter, & viſa illius maiestate deficit
animo, reſidebat enim ſuper folium regni ſui indutus veſtibus
regijs, auroque fulgens, & pretioſis lapidibus, eratque terribilis
aſpectu. Sic Deus noſter terribilis ſuper omnes, qui in circui-
tu eius ſunt. Sed Aſſuerus feſtinus exiliuit de folio, & ſu-
ſtentans Hefter in vlnis ſuis, blandiebatur ei dicens, ego
ſum frater tuus, ſoli metuere. Tunc illa apperuit petiti-
onem ſuam. Deſcendit Deus de folio maiestatis, venit in Gali-
læam, omnes ad eum accedere poſſumus, & eũ orare. Sed quid
orat Regulus?

Vt deſcenderet, & ſanaret filium eius. Cura filij ipſum vrge-
bat, curare enim pater debet ſalutem filij, præcipue ſpiritualem.
Sic Tobias à pueritia timere Deum docuit filium ſuum. Et Iob
ſanctificabat filios ſuos, conſurgensque diluculo offerebat ho-
locauſta per ſingulos dies. Sic Ana Samuelem ducit in templũ.
Quod ſi filius infirmitate animo, oportet patrem id maxime cu-
rare, & oratione Deum pulſare, filiũ erudire, ac caſtigare. Orat
ergo Regulus, vt deſcendat, ac ſanet filium. Sed attende Chriſti
Domini benignitatem cum regulo, quam quotidie nos experi-
mur, quamque explicuit regius Pſaltes, cum ait. Sicut miſere-
tur pater filiorum, miſertus eſt Dominus timentibus ſe, quoniaſi
ipſe cognouit figmentum noſtrum, recordatus eſt, quoniaſi
puluis ſumus, homo ſicut fœnum dies eius, tanquam floſ agri
ſic efflorebit. A deo debilis homo eſt, vt ſimilis ſit figmento, &
flori, qui facile decidit. Et ideo Deus pro ſua infinita miſericor-
dia, miſeretur hominis, & imperfectiones illius tolerat, & cum
minimum quid fecerit, quaſi multa feciſſet, ei plurima conce-
dit dona, quia ſicut pater miſeretur filij paruuli, & multa tole-
rat, ac diſſimulat, & parua, quæ filius facit, ipſe magni ducit. Ita
Deus noſter nobiſcum ſe habet.

Amos. 4.

Oſec. 13.
Hierony.

Iob. 13.

Barnuc. 3.

Hefter. 15.

Tob. 1.

Iob. 1.

1. Reg. 17.

Pſal. 162.

Attende hoc in regulo impletum, quem quasi tenerum filium Christus tractat, & imperfectiones tolerat, vide nunc reguli fidem imperfectam, qua ad Christum venit, dicens. *Descende, priusquam moriatur filius.* Nescit, ubique Christum esse secundum diuinitatem. Quanto rectius Cenurio dixit. Tantū dic verbo, & sanabitur puer meus. Minima fide ad eum regulas accessit, vt ad prophetam. Sed cum increpatus à Christo Domino est, creuit fides ei, cū verbo Christi credidit sanātū filiū. Sed perfecta fuit in eo fides, cum viso miraculo credidit ipse, & domus eius tota. Sicut in natura est puer, adolescens, & vir. Ita fides in triplici statu. Sustinuit vero Christus imperfectiōnem reguli, docuit, & corripuit eum, vt pater filium, donec crescat, & vir sit. Ita etiam nobiscū Deus se habet, innumeras imperfectiones tolerat, ac dissimulat, quasi ei perfecto obsequio inseruiremus. Quemadmodum pictor incipit efformare imaginem, nec eam perdit, quia imperfecta, & impolita est, sed eam paulatim perficit, ac cōsummat. Sic Christus Dominus in peccatorem immittit primum spiritum timoris, qui est non in habitantis Spiritus sancti, sed disponentis, & quasi aquila prouocat ad volandum pullos suos, ita prouocat peccatorem eo spiritu, vt à peccato recedat, eumque tolerat, & expectat, & calamū quassatum non cōfringit, & lignum fumigans non extinguit. Multa peccata homo videt, quæ ei manifesta sunt, sed si etiam occulta videret, & imperfectiones innumeras, quas in operibus optimis admittit, tunc vere nosset, quam iuste posset eum Deus repellere à domo, & obsequio suo. Quoniam facti sumus immundi omnes nos, & omnes iustitiæ nostræ tanquam pānus menstruata, Deus vero pro sua infinita bonitate nos tolerat, & tanquam pueris compatitur.

Increpat vero regulum tanquam filium dicens. *Nisi signa, & prodigia videritis, non creditis.* Innatū fuit Iudæis, & quæ si à natura infitum, vt signa peterent, & sine pluribus signis non crederent. Hinc Paulus, Iudæi signa perunt, Græci sapientiam quærunt, Abraham audita à Deo promissione terræ illius, ait, Domine Deus vnde scire possum, quod possessurus sum eam? Et Moyse Deo ait, non credent mihi filij Israel. Et ait Dominus. Si non crediderint tibi, nec audierint vocem signi prioris, credent

A credent verbo signi sequentis. Quod si nec duobus signis crediderint, sume aquam fluminis, & vertetur in sanguinem. Sic Gedeon signum petit. Sic Ezechias. Et à Christo Domino sapissime signa petita sunt. Reprehendit vero Christus Dominus signa petentes, quia plura præstiterat, & ex eis, & scripturis adeo manifestum erat, ipsum esse Messiam, vt insignis proteruia iam esset, illud non credidisse. Vnde ad quosdam signum petentes ait. Facto vesperi dicitis, serenum erit, rubicundum enim, est cælum, & mane, hodie tempestas, rutilat enim triste cælum. Faciem ergo cæli dijudicare nostis, signa autem temporum nō potestis scire? Quasi dicat. Ex datis iam signis me nosse debueratis, nō noua signa quærere. Et cum plurima signa vidissent, plura expetebant. Recte valētis est, vno hausto potu sitim sedare, infirmi vero est, mille potibus non satiari, & huiusmodi hi erant.

Licet increpatus Regulus à petitione non destitit, sed ait. *Descende, priusquam moriatur filius meus.* Et Christus Dominus ait. *Vade filius tuus viuat.* Attende Christi Domini benignitatem. Per similes nūc ille est patri, ad quē filius amantissimus dicit, opus est mihi veste, hæc enim rupta, & vetus est, at pater eum carpit, & increpat, quia plurima vestimenta atterit, & nihilominus petitioni illius acquiescens, nouam vestem ei confici præcipit. Ita Christus Dominus increpat Regulum, sed ei concedit, quod petit. Et licet importunus sit, eum sustinet, & exaudit. Homines dicimus, non posse nos sustinere importunos. Deus vero non solum nos sustinet, cum importuni sumus sed vult, ac præcipit esse importunos. Sic exaudiuit Chananeā importunam, Regulum importunum. Et nos omnes monet, vt importuni simus ei, adhibitis ad hoc exemplis amici, qui nocte importunus amico petit tres panes, & viduæ importune petentis vindictam à iudice multo. Hoc vero maximum Dei arguit amorē, qui cupit, vt semper ei assistamus, semper eū ore-mus, oportet, semper orare, & nunquam deficere. Et vnū ex his quæ oratio habere debet, vt impetret, est perseuerantia, quæ importunitas est. Diuersum ingenium Dei nostri ab ingenio aliorum Deorum, qui Dij dicuntur, & non sunt. De eis enim Sapientes pronunciant apud Danielem exceptis Dijs, quorum

Matth. 8.

Simile.

Esa. 64.

1. Cor. 1.

Gene. 15.

Exo. 4.

Matth. 16.

Simile.

Simile.

Matth. 15.

Luc. 17.

Luc. 18.

Dani. 2.

Prone. 8. non est cum hominibus conuersatio. At Dei nostri deliciae sunt, esse cum filiis hominum. Vult nobiscum semper conuersari, vult nos ipsi importunos esse.

Credidit regulus, & domum reuersus filium in columen reperit.

Vt vērō reguli huius historiam nobis accommodemus, sciendum, vnumquemque hominem regulum esse. Homo conditus à Deo rex est, sed post peccatum regulus est. Regnum hominīs explicuit Deus dicens. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, vt præsēt volatilibus cæli, & bestiis terræ, &c. Et Sapiens ait. Dedit homini potestatem eorum, quæ sunt super terram, posuit timorem illius super omnem carnem, dominatus est bestiarum, & volatiliū. Sed peccato imminutum est regnum eius, bestiarum enim, quæ ad nutum ei parebant, nunc non parent. Et in se ipsum, & appetitum suum licet principetur, sed non absoluto Domino, vt prius. Rebellat enim caro contra spiritum, & sæpius eum superat. Merito non rex sed regulus dicitur. Luxa illud Abdæ. Ecce paruulum in gentibus dedite, contemptibilistu es valde. Merito, verò omnis creatura contra hominem rebellauit, quia ipse Deo obedire noluit. Fortitudo naturæ lapsæ minima est. Hinc Esaias. Erit fortitudo vestra quasi fauilla stupæ. In natura integra potens homo erat ad omnem virtutem, at in lapsa infirmus, & impotens. En regulum. Sed, quomodo eius filius se habeat, videamus. Te interrogo ò homo, habes filium? Olim maledicti lege putabantur, qui filios non habebant. Nunc vero maledictus est, qui in spiritu filium non habet. Da eis vuluam sine liberis, & hubera arentia lacte, ait Propheta. Sed quis, inquis, filius meus est? Res quædam interior, quæ ab anima nascitur tanquam à matre, & à Deo vtratre. Sed quid hoc est? Certe non scientia, non nobilitas. Quid ergo? Fides, quæ per charitatem operatur, hic est filius, quem si non habueris, maledictioni subiacebis æternæ. Hic fructus est, quem producere debes, vt non excidaris, & in ignem mittaris. Er qui hunc fructum profert, dat fructum multum.

Sihunc

A Si hunc filium habes, serua illum, & conserua, propter illum enim vita tibi concedetur æterna. Aliquando pater, vel mater propter filium possidet maioratum, vel principatum, quem statim ammittit, si filius moriatur, ideo præcipua cura filium seruat. Serua ergo tu filium huac, propter illum enim regno æternò potieris, & si illum ammittis, regnum ammissi.

Sed nunc attende, an infirmatus sit filius tuus. Sicut infirmatur corpus, cum calore extraneo inflammatur, cum vires deficient, cum cibus non esuritur. Ita cum non esuris iustitiam, cum fastidis orationem, sacramenta, & piā lectionem, & reliqua bona opera, infirmatur filius tuus. Antequam domus decidat, minatur ruinam, & aliquæ minimæ partes ruunt. Cum vides te non sustinere verbum asperum, cum non operaris opera Dei facile, cum viriliter tentationi non resistis, sed quasi dubitas, an facias peccatum vel non; pedes tui commouentur, pene moti sunt, infirmatur hic filius tuus. Accede ad Christum, priusquam moriatur. Et illud fac, quod hodie Paulus in epistola monet. Accipite armaturam Dei, vt possitis stare in die malo, id est, in die laborioso tentationis. Sed ais, ego laborem non sentio, cum tentor. Ita est. Sed nec impudica mulier affligitur, cum in malum sollicitatur, casta vero, & virgo affligitur. Annon affligenda anima, cum videt in dubio esse, an Deum ammittat? ò vita, in qua hoc discrimen est, quis te diligit? in dubium reuocatur, an Deus ammittendus sit? quid laboris non sentiat, qui nouit, quantum bonum sit Deus? Accede ad Christum, priusquam filius moriatur, si crescit tentatio, crescat oratio. Projice te ad eius pedes, & dic, descende, priusquam moriatur filius meus. Dic cum Psalmista. De reliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum, Domine vim patior, responde pro me, & sanabit Christus filium tuum, & liberabit te à die malo.

Sed forsan ais. Assensum præbui tentationi, mortuus est fi-

Simile.

Ephē. 6.

Psal. 37.

Esa. 38.

est filius meus, superest ne remedium? Hic enim reguli filius incipiebat mori, mortuus tamen non erat. Superest quidem, quia licet peccaueris, incipis mori. Duplex est mors, sicut & vita, mors peccati, & mors secunda, quæ est infernus, peccare est incipere mori in inferno, sicut viuere vita gratiæ est incipere viuere in cælo. Incipis ergo mori si peccasti, est enim peccatum principium inferni, vermibus eum rodentibus peccator scætet. Nihil tristius peccatore, qui aliquando Deum gustauit, licet exterius rideat, sed interius plorat, pedem vnum in inferno iam posuit. Sed audi remedium. Venit Iesus à Iudæa in Galilæam, à terra laudis ad terram mutationis, à cælo in terram. Traxit vero eum clamor sanctorum orantium. Descende priusquam moriatur genus humanum. Hoc petebat David, Domine inclina cælos tuos, & descende. Et Esaias. Utinam dirumperes cælos, & descenderes. Et ille ait. Vidi afflictionem populi mei in Aegypto, & clamorem eius audiui, & sciens dolorem eius, descendi, vt liberem eum. Sicut ergo clamor eum traxit in terram, ita clamor trahet eum ad te. Clama, ne cesses, eiulâ, & plora, & viuet filius tuus, &c.

In eadem

Psal. 17.
Esaï. 64.
Exo. 3.

A In eadem Dominica Vigesima Post Pentecosten, Concio Secunda.

B Thema. Erat quidam Regulus, cuius filius infirmabatur Chapharnaum, &c.
Ioan. 4.



Proprium est Babylonici calicis pleni abominatio-
ne, vt somnū conciliet, bibentibus, & in somnia plura efficiat. Et quæ admodū qui somniat, plura bona se putat habere, quæ tamen non habet, & aliquando mala, in quæ non incidit. Ita peccator putat se diuitem, cum non sit, & sanum, cum infirmus sit. Sicut somniat pincerna potum se Pharaoni dare, & cum euigilat, videt se carceri mancipatum. Ita nunc putas ò homo liberum te esse, ac sanum, cum infirmus sis, & captiuus, putas te diuitem, nullius egen-
tem, cum sis pauper miser, & miserabilis. Vt nostram agnoscamus infirmitatem, lumen cæleste petamus nobis concedi, precatu Mariæ æterni luminis parentis optime.

C Proponitur nobis in Euangelio modus quærendi remediū omnium malorum. Fides excitat, vt quærat. In Christo illud quærendum est. Oratione obtinetur. Et verbo Christi omnia mala pelluntur. Infirmatur Reguli filius, nec medici eum cura re potuerunt. Commouetur patris viscera. Sed quis ad eum accederet, & in aurem diceret rei euentum, certe leuaret eum consolatione, cum audiret, infirmitas hæc non est ad mortem, viuet filius tuus, & tu eum tota domo viues vita fidei. Felix enim iun, quod tanti boni causa est. Non tribulat, & affligit Deus vt affligat,

Simila

Gene. 40.

affligat, sed vt plurima bona præstet. Si nosset homo bona, quæ Deus pro parua tribulatione ei parat, non deficeret in tribulatione, sed gauderet, sed exultaret, sed gloriaretur. Non audisti iocum Ioseph cum Benjamin dilecto? Dat scyphum in saccu eius, mittit iudicem, qui quærat, capitur Benjamin, sed iocus ille fuit amoris, & dulcedinis plenus, & mutua agnitione terminatus. Infirmo vero filio remedium quærit regulus, non à Pythonibus, nec in medicorum arte confusus, sed in Christo. In crepatur ab eo, sed increpationi Dei proxima est eius misericordia. Statim ait, vade, filius tuus viuit. Hæc de litera Euangelij.

Aug.

Augustinus ait, sicut perspicilia quæ oculis anteponuntur non ideo facta sunt, vt videantur, sed vt illorum interpositu reliqua videamus; ita infirmitates corporis non propterea immituntur vt in illis si stamus, sed vt per illas animi morbos videamus. Cum enim corporalis infirmitas effectus peccati sit, illud nobis manifestat.

Sed qualis hodie proponitur nobis infirmitas? Febris certe, vt per eam agnoscamus animæ febrim. Sed quid febris est? Inordinatus calor circa cor accensus, qui inde procedens, totum occupat corpus, sed in pulsus inordinato motu præcipue agnoscitur. Principium febris solet esse frigus nimium, & terminus eius calor nimius, à frigore niuis ad calorem nimium. Ita principium omnis mali frigiditas spiritus est. Hinc Christus Dominus. Quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Et quemadmodum correptus frigore nihil valet operari, ita cum videris vacantem te à bonis operibus, agnosce appropinquare febrim mortiferam. Cum enim bona opera relinquis facile, similis es infirmo, cuius opera vitalia cessant, cui mortem appropinquare dicis, cessatio enim ab operibus corrumpit habitum virtutis.

Matth. 24.

Huic frigori proximè succedit excessus caloris, qui febris est, qua incipit homo mori. Inordinatus enim calor viuificus est, & vitam conferuat. Inordinatus vero febris est. Amor ordinatus charitas est, qua diligitur primo loco Deus. Secundo animæ propria. Tertio anima proximi. Quarto corpus proprium, deinde corpus proximi. Inordinatio huius amoris febris est.

Vis

A Vis videre febricitatem? Audi Psaltem regium. Incensa igne, & suffossa, ab increpatione vultus tui peribit. Incensa est Babylo nica clibanus, æstuat continuo cor desiderij prauis. An non sic Amon languebat præ desiderio Thamar? Aman præ desiderio honoris? Nabucodonosor præ desiderio imperij? Et quemadmodum febricitans cogitat fontes, riuos, flumina; ita tu cogitas regna, diuitias, honores, voluptates; dicisque in corde tuo, si essem dux, vel rex, si diues, hæc, & hæc agerem. Vere febricitas, cogitans inania, ardes inordinata cupiditate, incipiens ardere igne inferni. Et spiritus tuus similis fit pueris illis, qui immolabantur idolo Moloch, qui in eius manibus ponebantur, cum ille Bsuccensus igne erat, & sic cremabantur.

Agnoscutur febris ista in veloci pulsus motu. Amor enim inordinatus diuitiarum, honorum, ac voluptatum facile deprehenditur, in solitudine nimia temporalium, in laboribus plurimis, vt honores, aut voluptates acquiras. Et quemadmodum febricitans nullibi quiescit, iam in hoc, iam in illud latus vertitur, & causam tam concitati, & turbati motus in lectum reijcit, cum tamen non lectus, sed febris id efficiat; ita nullibi quiescit peccator, quia affectum non collocat in Deo, qui eius finis verus est, vbicumque collocauerit, non satiatur, non quiescit. Non est pax impijs dicit Dominus. Solus enim Deus satiare, ac implere potest hominis cor. Hinc illud efficitur, quod Horatius ait initio sermonum, vt nemo sua sorte sit contentus, sed mercator laudat militis sortem, & contra. Et si commutes officia, minus erunt contenti, non enim officium in causa est, sed febris. Febris etiam gustum mutare solet, ac inficere, vt fastidiat febricitans optimos cibos, & salutare, esuriat vero noxios. Ita peccator fastidit Mâna, verbum Dei, orationem, porcos vero, & cæpas. A Egypti esurit, ludos, comestationes, inania verba.

Sed cuius conditionis est hic febricitans? & quo loco in febrim incidit? Certe iuuenis est, filius reguli, principis viri, & in Capharnatim febricitat, quod interpretatur villa pulcherrima, vel villa consolationis, vt Hieronymus ait. Non ergo inuitas, quod febricitat; innotuit enim esset valde, quod non febricitaret. Iuuenis, diues, & in Capharnaum, in delicijs, quo modo non febricitat.

Psal. 79.

2. Reg. 13.

4. Reg. 23.

3. Reg. 11.

Leuit. 20.

Simile.

Esai. 48.

Horat.

1. Reg. 29.

Hierony.

1. Reg. 29.

Prop. 11. briciter? An non Sapiens ait. Prosperitas stultorum interficiet illos? Difficile profecto hominem reperies, qui in prosperis se contineat in officio, & qui febris non corripiatur. Beatus diues, qui inuentus est sine macula, qui post aurum non abiit, &c.

Eccl. 14. Quis est hic, & laudabimus eum, fecit enim mirabilia in vita sua. Nouit quidem vir perfectus in prosperitate modum tenere, & vt nauæ vento nimio flante, sciunt vela complicare, sic ille se se constringere, vt fortis Vlysses, ne cantu sirenarum ducatur. Id quidem Paulus nouit, qui ait. Scio & humiliari, scio, & abundare, vbique, & in omnibus institutus sum, & satiari, & esurire, & abundare, & penuriam pati. Sed quis est hic? & laudabimus eum. Quam sit hoc difficile, ostendit exemplum, non dico multorum, sed pene innumerabilium, qui prosperitate, ac rerum abundantia perierunt, & pereunt. Hinc enim difficilimum Christus dixit, diuitem intrare in regnum cælorum. Quid enim fecit, vt Pincerna obliuisceretur Ioseph, in carcere manentis, & interpretationis somnij, nisi prosperitas? Hinc dicitur. Rebus autem succedentibus prospere oblitus est interpretis sui. Quid Oziam perdidit, nisi prosperitas? Cæperat ille regnare magna iustitia, sequutus in omnibus cõsiliu Ioiadæ, qui fuit propheta Zacharias, sed qui bene cæperat, male cõsummauit. Et huius rationem scriptura reddens ait. Cum roboratus esset, eleuatum est cor eius in interitum suum, & neglexit Dominum Deum suum. Quid Nabucodonosorem Assyriorum regem superbire fecit, nisi victoria obtenta contra Arphaxat regem Medorum? Vnde dicitur. Tunc exaltatum est regum Nabucdonosor nimis, & cor eius eleuatum est, adeo, vt omnes Deos terræ deleri præceperit, vt solus ipse haberetur Deus. Quid inclytus Salomonem deiecit, & in idololatriam traxit, vt daret maculam in gloriam suam, & dubium nobis exitum vltimæ suæ salutis reliquerit nisi prosperitas nimia, & deliciæ mulierum? Et quod magis mirandum est, quid regem Dauid in superbiam impulit, vt numerari populum præceperit, quo in Deum grauius peccauit, nisi prosperitas? Victoria inimicorum? & multa congregata diuitiæ? Est enim hic effectus prosperitatis mundanæ, hominem dormientem, & inertem facere, Dei, & sui met oblitum.

Deut. 6. 8. Qua propter Deus populum admonet suum, vt cum ingressus fuerit

A fuerit terram optimam Deum non obliuiscatur. Cumque introduxerit te Dominus in terram, pro qua iurauit patribus tuis, & dederit tibi ciuitates magnas, & optimas, quas non ædificasti, domos plenas multarum opum, quas non extruxisti, cisternas, quas non fodisti, vinea, & oliueta, quæ non plantasti, & comederis, & saturatus fueris, caue diligenter, nec obliuiscaris Domini Dei tui, qui eduxit te de terra Aegypti. Merito ait, caue diligenter, quia difficile est, in prosperitate habere in præcordijs Deum. Et licet non semel de hac re fuerint admoniti, cito oblitus sunt admonitionis, & in prosperitate Deum oblitus sunt, quod præuidens Moyses, eis prædixit dicens. Constituit eum super excelsum terram, vt

Deut. 32.

B comederet fructus agrorum, vt sugeret mel de petra, oleumque de saxo durissimo. Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit, incrassatus, impinguatus, dilatatus derelinquit Deum factorem suum. Sed num in dilecto obliuio tanta esse potest? Est certe, quia Manases, & Ephraim fratres sunt, significant vero abundantiam, & obliuionem. Hinc Oseas, vitis frondosa Israel, fructus adæquatus est ei. Secundum multitudinem fructus sui multiplicauit altaria, iuxta vbertatem terræ suæ exuberauit simulacris.

In Capharnaum ergo infirmatur Regulifilius, quia in prosperitate homo perire solet. Inter eas ciuitates, quibus vè diuinum interminatum est, vna est Capharnaum. Vnde dicitur. Væ tibi

Mat. 11.

C Corozain, vè tibi Bethsaida, quia si in Tyro, & Sidone, &c. Et tu Capharnaum vsque ad cælos exaltaberis, veruntamè vsque ad infernum descèdes. Quia si in Sodomis, &c. Quibus verbis ostenditur malum aliud prosperitatis, quod furdos facit homines ad verba diuina audienda. O misera, & deploranda Capharnaum, miserandaq; mundi prosperitas, in vobis homo infirmatur, & medicinæ fores occluditis, dum verbum diuinum non auditis. Capharnaum fuit ciuitas, in qua plura miracula Christus fecit adeo vt ei dicerent Nazareni. Quanta audiimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua. Et nihilominus Christus Dominus ait, ciues illius parum profecisse miraculis, & verbis suis. Grande malum est, infirmari in Capharnaum, sed grauisimum, Dei verbis non commoueri. Induratur hominis

cor prosperitate, vt Deum non audiat.

Sicut vero prosperitas à Deo separatur, ita tribulatio ad Deum trahit, sicut Regulum traxit ad Christum Dominum. Prosperitas efficit, vt homo Deum, & seipsum non agnoscat, tribulatio facit, vt se, & Deum cognoscat. Sic flagellatus Nabuedono

Danie. 4. for Deum agnouit, & ait. Oculos meos ad cælum leuani, & sensus meus redditus est mihi, & altissimo benedixi. Et nunc ego Nabucodonosor laudo, & magnifico regem cæli, quia omnia opera eius vera, & omnes viæ eius iudicia, & gradientes in superbia po

3. Mach. 9. test humiliare. Id ipsum Antiocho accidit, qui non se agnouit, donec à Deo percussus est. Hinc igitur cæpit ex graui superbia deductus ad sui agnitionem venire, diuina admonitus plaga. Et ait, iustum est, hominem subditum esse Deo.

Quando rectius se habuit Dauid, quando eum Saul persequebatur, quando à ciuitate fugit Absalonem, quando à Semei maledicebatur, quam cum delicijs deditus, & otio vacans, vidit Bersabee se lauans, & populum numerari precepit. Hinc ipse ait. Bonum mihi, quia humiliasti me, vt dicam iustificationes tuas. Et iterum. Latati sumus pro diebus, in quibus nos humiliasti, annis, quibus vidimus mala. Hinc sancti non prosperitatem, sed tribulationem maximam duxerunt Dei beneficium. Beatus homo, qui corripitur à Deo, increpationem ergo Domini ne reprobet, quia ipse vulnerat, & medetur, percutit, & manus eius sanabunt, vt

Psal. 118. Job ait. *Iob. 5.* Quod diximus de prosperitate temporali, aliquando accidere solet in spiritali prosperitate, quæ aliquando hominem perdere solet. Prosperitatem hanc dico consolationes, & reuelationes, in quibus etiam verum habet, quod superius diximus, prosperitas stultorum perdet illos. Vis videre hominem perditum hac prosperitate? Audi Dauid dicentem. Ego dixi, in abundantia mea, non mouebor in eternum. Elatus superbia est, ait Basilius, & ideo permissus est cadere in adulterium, & homicidium. Et ita accidit, quod ille subiungit. Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. Et ideo utilis est tentatio, ne hac prosperitate pereat homo. Audi prosperum hominem. Si gloriari oportet, non expedit quidem, ve-

Psal. 29. *Basilius.* *2. Cor. 12.*

nam

A nam autem ad visiones, & reuelationes Domini. Sed ne eis extollatur, ne magnitudo reuelationum extolat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, Angelus Sathanae, qui me colaphizet. Augustinus ait, fuisse hanc carnis tentationem.

Infirmus est Reguli filius, venit ad Iesum. *Et rogabat eum, vt descenderet, & sanaret filium eius.* Putabat, non nisi presentia Christi suum posse sanare filium. Ita Sunamitis ait. Viuit Dominus, & viuit anima tua, non dimittam te. Et Naaman: Putabam, quod egrederetur ad me, & stans inuocaret nomen Dei sui, & manu sua tangeret locum lepræ, & sanaret me.

B me. Infirma fides Reguli est; & ideo à Christo increpatur, è contra magna Centurionis fides, & ideo laudatur. Regulus petit, vt in domum eius veniat, & noluit. Ad Centurionis vero domum properat non vocatus. Sed cur Domine non eo proficisceris, quo vocaris, pergis vero eo quo non vocaris? Respondetur, huius diuersitatis hanc esse causam quod mundus honorat eum, qui diuitijs, & nobilitate magnus apparet. At Christus eum, qui fide maior est. Non ne pauperes elegit in hoc mundo, diuites in fide, hæredes regni? In mundi oculis honorabilior erat Regulus Centurione. At vero in Christi oculis aliter se res habet. Quia vt Esaias ait. Non secundum visionem oculorum iudicabit.

C bit. Si ergo coram hominibus minimus sis, noli curare, virtutem amplectere, & magnus eris in oculis Domini, & qui in Dei oculis magnus est, ille vere est magnus. Recte Christus tanquam Deus homines virtute præditos magnos dicit, homines magnos virtute, quia illa magnitudo vera est, & homini intrinseca. Ea vero magnitudo, quæ mundus suspicit, quæ à mune re, diuitijs, domo, nobilitateq; est, nõ vera, & intrinseca magnitudo est: sed illi per similes, de qua gloriari pygmeus posset, qui in loco edito positus diceret his, qui inferius sunt, ego maior sum, quæ vos omnes, quoniã altior sum, nõ vere id pronüciaret quia equus super quæ est, aut suggestus nõ est vnus cum illo, sed diuersa sunt, & vnus nõ constituitur, ideoq; illi verè magni non efficiunt. Sed ille vere magnus, qui in se, & per se ipsum magnus est. Qui domum amplam, & magnam, qui diuitias, qui officium habet

4. Reg. 4. *4. Reg. 5.* *Matt. 8.* *Iacob. 2.* *Esai. 9.* *Simile.*

magnum, non ideo magnus est, in loco quidem superiore est, A
sed non ideo magnus, quia illa, quæ habet, non idem cum
ipso sunt, sed diuersa. At virtus verum hominis bonum est, &
Eccle. 44. intrinsece homini inhæret, ideo hominē magnū facit, & recte
homines magni virtute dicuntur apud sapientē. Ideo in Christi
oculis Centurio commendabilior est Regulo, & eum plus ho-
norat.

Attende etiam infirmam fidem, & imperfectam Reguli ora-
tionem. Descende, ait, vt filium sanes. Non solum salutem pe-
tit, sed modum præscribit, dum petit, vt descendat. Petenda à
Deo salus est, sed non ei modus præscribendus, quo salutem do-
net. Hinc Iudith ait. Non est iste sermo, qui misericordiam Dei
Ind. 8. prouocet, sed potius iram. Posuistis vos tempus miseracionis
Domini, & in arbitrium vestrum diem cōstitulistis ei. Fides cre-
dit, & sperat à Deo remedium, modum non præscribit, sed Deo
relinquit. Sic exijt Abraham, nesciens, quo iret, credit filij po-
steritatem, cum eum duceret in mortem. Moyses educit popu-
lum Israel ex Aegypto nesciens, quo pacto eū liberare pos-
set à Pharaone. Et iuxta mare positus, nescit, qua via liberan-
dus sit, tamen populum admonet, dicens. Vos tacebitis, Domi-
Dani. 13.
Iona. 4. nus autem pugnabit pro vobis. Et Susannæ cor erat confidens
in domino, cum nesciret, qua via liberari posset. Sic & Ionas
in ventre ceti confidit, & ait. Rursus videbo templum Domini
cum nesciret, quo ordine illud perfici posset. Hæc fides magna
Deum deuincit, vt magna conferat beneficia. Qui enim videt
artem, ac viā liberationis, non ita soli Deo fidit, ac ille, qui nesciens
eam soli Deo innititur. Tu ergo si vis magna esse fide, re-
uelat Domino viam tuam, spera in eo, & ipse faciet. Et cum vi-
deris, nullum tibi humanum superesse remedium, tunc magis
illud à Deo spera, & experieris mirabilia, quæ Deus fidei tuæ
conferet beneficia.

Sed qua hora sanitati restituitur infirmus? *Hora septima re-*
liquit eum febris. Sacrum aliquod mysterium in hoc septe-
4. Reg. 4. nario absconditum est. Nam filius Sunamitis vitæ restitu-
tus septies oscitasse dicitur. Et Naaman leproso dicitur. La-
4. Reg. 5. uare septies in Iordane. Et Psaltes ait. Septies in die laudem
dixi tibi. Sacramentum huius horæ septimæ est, ait
Hugo

A Hugo cardinalis. Hora septima est hora media inter sextam,
& nonam. Hora sexta Crucifixus est Christus Dominus, &
Hugo in hūc locum. hora nona expirauit, hora ergo septima fuit in Cruce. Erat
ergo humanum genus ægrotum, & si de cælo medicus non
descenderet, non erat homo, aut Angelus, qui cum sanare
posset. Descendit Christus à Iudæa in Galilæam, à cælo in
terram, & hora septima, qua in Cruce fuit hominem sanitati
restituit. Vere aspera medicina illa fuit. Sed magnus de cæ-
lo venit medicus, quia magnus in terra iacebat ægrotus, & du-
ra admodum purgatio illa fuit, amaraque potio, quia amarum
erat hominis crimen. Summa vero fuit Christi in nos miseri-
cordia, cum ibi dolores sustinuit, quos nos tolerare debuisse-
B mus. Sicut infirmatur infans, nec potionem amarā sumere va-
Simile. let præ teneritudine, sumit eam nutrix, vt in lacte suauis aliqua
sit medicinæ qualitas, & virtus, qua infans saluti restituatur. Ita
non poterat homo pro peccato satisfacere, stomachus ei non
erat, vt potionem biberet. Qua peccatum deleteretur. Sumit eā
Christus Dominus, tanquam nutrix, & postea in lacte suauis fa-
cilis pœnitentiæ peruenit ad nos virtus potiois, & calicis Chri-
sti, & applicatur nobis meritum, & satisfactio Christi, & ita nos
sanamur.

Sed quis dicendo consequi valeat amaritudinem potiois
illius, quam Christus Dominus e bibit vsque ad fæces? Vidit
eam in horto, & factus est in agonia, & sudor sanguineus pro-
C fluxit, in terram. Et adeo ei difficilis apparuit, vt diceret. Pater
Io. 19. transfer calicem hunc à me. Et quemadmodum infirmus vi-
dens amarā potionem turbulentam, ac sædam, eam horret, &
Simile. declinat, dicens, tollite eā ab oculis meis. Sed tandē vitæ amor
eum compellit, vt eam eibat. Ita Christus cum calice passionis
se habuit. Agonia vero illa effectus fuit contentionis, & pug-
næ inter amorem Christi Domini in nos, & naturalem mortis
timorem, timor enim mortem recusabat, amor eam optabat,
pugnabant inter se, & campus pugnæ cor Christi erat, sed tan-
dem amor superauit timorem, quia perfecta charitas foras mit-
tit timorem, eiecit eum à loco pugnæ, & cum exiret prodijt san-
guine madefactus. Et tunc factus est sudor eius sicut guttæ san-
guinis decurrentis in terram. Mirus profecto, & inauditus su-
Luc. 22. dor,

dor, magna hominis infirmitas. Sed ab hoc sudore declinare **A** cæpit hominum languor, sicut sudoribus infirmi leuari solent. Amarissima profecto potio illa, & quam nullus hominum bibe re posset, nisi homo Deus, cum & ipsum in tanto discrimine constituerit. Sed attende iam, quomodo virtus huius amarissimæ potionis nobis datur in dulci lacte, quid enim facilius esse potest Christiana pœnitentia? At illa participamus Christi passionem, & merita. Vis suauitatem, ac facilitatem eius videre? Dic obsecro, si cuilibet infirmo in corpore nunc diceretur, ut sanitatem consequaris, tantum opus est, ut doleas de infirmitate tua, & eam medico dicas, non in edias, non purgationes, non phlebotomias, à te exigo. An non illa facilis iudicaretur medicina? Quis vel ad horam ægrotaret? Cur igitur, non facilis iudicabitur, ut animæ salutem consequaris, & febrem pestiferam peccati cures, pœnitentia, in qua illud solum à te exigitur, ut doleas de peccato, & illud confessario manifestes? **B** Recte Paulus. Quomodo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem, oblatam nobis facili, ac suauis medicina?

Sed audi effectum miraculi Christi *Credidit ipse, & domus eius tota.* Beda notat triplicem statum fidei in Regulo, incipientem, cum venit ad Christum cuius præsentia & non aliter existimauit, suum posse sanari filium. Proficientem, cum credidit verbo Christi, & sic credidit, quod absens sanare posset. Perfectam vero, & viuam, cum credidit ipse, & domus eius tota. Hæc fides viuam hominem saluat. Ideo nobis orandum est **C** cum Apostolis, Domine adauge nobis fidem. De hac perfecta fide dicitur. Ut omnis, qui credit in ipsum, non pereat. Et qui credit in filium Dei, habet vitam æternam. Hac enim fide primum assentimur reuelatis à Deo, ipso Deo interius inspirante qua non credimus ut dæmones, qui credunt, & contremiscunt, illi enim ea fide agnoscunt Deum hostem, sed fides viuam agnoscit Deum, ut patrem, & superiorem, & ei se subdit. Sicut cum homo nesciens, quis sit pater eius tandem illum agnoscit, simul agnoscit, & se illi subijcit. Ita credit, qui ait. Credidi, propter quod locutus sum. Ego autem humiliatus sum nimis. Nimis dicit se humiliatum excelso Deo, & parenti optimo. Et hinc ulterius procedit fides hæc, ut Deo obediat, &

mandata

A mandata eius obseruet. Hinc Paulus. De his volo te confirmare, ut discant bonis operibus præesse, qui credunt Deo. De inde hæc fides viuam confidit, ac sperat in hoc patre, & saluatore, quod ab eo recipiet bona cuncta gratiæ, & gloriæ. Et hinc prouenit exultatio illa, de qua Petrus ait. Credentes autem exultatis lætitia inenarrabili, & glorificata, reportantes finem fidei vestræ salutem animarum uestrarum. Qui vero tantorum bonorum spem concipit, abstinere se ab his, quæ impedimento esse possunt consecutioni tantorum bonorum. Hinc Ioannes. **B** Omnis, qui habet hanc spem, sanctificat se, sicut & ipse sanctus est. Et Paulus, habentes igitur has promissiones emundemus nos metipsos ab omni inquinamento carnis, & spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei. Et hanc spem vocat Paulus anchoram, quæ non in imis, sed in supernis tanta figitur certitudine, ut nullis procellis dimoueri possit. Hac fide perfecta, atque formata credidit Regulus, & domus eius tota quæ fidem Domini est imitata. Domus

vero nostra tota credit, cum vniuersa, quæ in nobis sunt, huic fidei seruiunt, ac ministrant, &c.

(. . .)

Rr 4

Domini

Simile.

Heb. 2.

Beda.

Tobi. 17.

Ioan. 3.

Ioan. 3.

Iaco. 2.

Psal. 113.

Tuum. 3.

1. Pet. 1.

1. Ioan. 3.

2. Cor. 7.

Rom. 5.

Dominica Vigesima Pri- ma, Post Penteco- sten.

*Thema. Sic & pater meus celestis faciet
vobis, si non remiseritis vnusquisque
fratri suo de cordibus vestris. &c.
Matth. 18.*



N hoc Euāgelio ostēditur, existenti in Ecclesia per fidem, necessariam esse charitatē, quæ vsque ad inimicos extendatur, sine qua Deo placere non possumus. Dicitur vero initio Euāgelij Ecclesia regnum cælorum, quia illa cælestis est, & de cælo eius leges, & ordo venerunt. Et si Ecclesiæ politia, atque gubernatio regnis alijs conferatur, tanto ea superat interuallo, quāto cælestia terrenis antecellunt. Merito ergo regnum cælorum nūcupatur. Ideo Canticorum. 1. dicitur, o pulcherrima mulierum. Alia enim regna, & imperia ex hoc mūdo traxerunt originem, Ecclesiæ vero monarchia cælestis est. Hinc Ioannes ait. Vidi ciuitatem sanctam Hierusalem descendentem de cælo, à Deo paratam tanquam sponsam. Vere Christus dilexit Ecclesiam, & eam sibi gloriosam exhibuit, quia sponsam eam sibi voluit esse. Et quemadmodum si in potestate tua esset, vt sponsam tuam ditares omni bono, id sine dubio præstares. Ita Christus exhibuit sibi gloriosam Ecclesiam. De veteri quidem synagoga, quæ Ecclesia fuit, multa Moyles eius Paranympus ait. Non est alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris. Quæ est enim alia gens sicilyta,

Cant. 1.

Apo. 21.

Deut. 4.

A clyta, vt habeat ceremonias, iustaque iudicia, & vniuersam legem, quam ego proponam hodie ante oculos vestros? Et de eadem Psalmus ait. Beata gens, cuius est Dominus Deus eius, populus quem elegit in hereditatem sibi. Et iterum. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Cumque ad illam Ecclesiam male dicendam conductus esset Balaam multis muneribus, ostendit ei Deus illius pulchritudinem, & non potuit non eam benedicere, dixitque. Quā pulchra tabernacula tua Iacob, tentoria tua Israel, vt valles nemorosæ, vt hortii iuxta fluuios irrigui vt tabernacula, quæ fixit Dominus, quasi cedri prope aquas. Sed de Christi Ecclesia multo potiora dicta sunt, longo interuallo **B** Synagogam superat. Quod manifestis verbis Psalmus ostendit dicens. Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob. Quasi dicat. Præstantiora sunt infima quæque populi Christiani, quam summa culmina veteris Synagogæ. Sicut dici solet, præstat huius domus ianua vniuersæ domui illæ. Ita portæ Ecclesiæ præstantiores dicuntur vniuersæ Synagoga. Ecclesia ergo Christi regnum est cælorum, Ierusalem descendens de cælo, monarchia è cælis descendens, quia à Deo ipso ordinata, & constituta est, & in ea diuina est iurisdicatio. Fuerunt, & sunt nationes aliquæ adeo elatæ in cogitationibus suis, & superbæ, vt reliquas omnes barbaras appellarent. Ita Græci olim, & Romani loquebantur, apud ipsos **C** putabant vitam esse politicam duntaxat in reliquis barbariæ. Sic etiam nunc Angli loquuntur, cumque inclytum alterius nationis hominem audiant, cum eum laudant, dicunt, hæc, & hæc bona in eo sunt, sed Anglus non est, quasi barbarus sit, si Anglus non est. Mira hominum iactantia, & incredibilis animi elatio. Sed hoc, quod in alijs nationibus superbia est, in Ecclesia duntaxat est ipsa rei veritas. Potest enim Ecclesia eos, qui extra illam versantur, barbaros nuncupare, & nihili ducere. Ita Sapiens ait. Si quis erit consummatus inter filios hominum, si ab illo abfuerit sapientia tua, in nihilum computabitur. Merito ergo fidelis de quolibet infidelium pronunciare potest, hæc, & illa bona habet, sed de Ecclesia non est, ab eo abest diuina sapientia, in nihilum computandus est.

Psal. 32.

Psal. 86.

Num. 24.

Psal. 86.

Sap. 9.

Rr s. Hac

Hæc ergo Ecclesia, quæ, quia Deo similis est, regnum celo-
rum dicitur, Deo in misericordia, vt assimiletur, oportet. Parce-
re, & misereri maxime Dei proprium Ecclesia ait, in hoc ergo
ipsi nos similes præstamus. Hoc intendit hodierna parabola ho-
minis regis, qui debitum decem millium talentorum dimmisit
& iratus est in seruum, qui alteri non dimisit.

Matt. 6.

Peccatum debitum est. Hinc oramus. Dimmitte nobis
debita nostra. Nec solum debitum est, sed talenti debitum,
id est, maximum debitum, & debitum decem millium talento-
rum, quod summum est, quia est sex mille milliarium. Hoc
summum hominis debitum, cum peccata ad supremum per-
uenerunt, hoc ostendit Dominus Zachariæ, ad quem ait An-
gelus. Leua oculos tuos, & vide, quid est hoc, quod egreditur,
& dixi, quid nam est? & ait. Hæc est amphora egrediens, &
dixit, hæc est oculus eorum in vniuersa terra. Et ecce talen-
tum plumbi portabatur, & ecce mulier vna sedens in medio am-
phoræ, & dixit. Hæc est impietas, & proiecit eam in medio am-
phoræ, & misit massam plumbeam in os eius. Amphora men-
sura est, per quam significatur certus peccatorum numerus,
quem Deus in sua præscientia statuit, vt cum impletus fuerit,
peccatorem puniat. De qua mensura ait. Necdum enim com-
pletæ sunt iniquitates Amorrhæorum vsque ad præsens tempus
& ideo eos nunc delebo. Manifestius de hac mensura loquitur

Gene. 15.

Christus Dominus. Implete mensuram patrum vestrorum. Am-
phora ergo illa Zachariæ, est mensura peccatorum, qua completa
Dominus peccatorem punit. Addit vero propheta. Hæc est ocu-
lus eorum in vniuersa terra, id est. Vbi cunque sint peccatores, in
hanc mensuram oculos conijciunt, id est, tam effrenatè peccat,
vt ad nihil aliud aspicere videantur, quam vt hanc mensuram
expleant. Addit præterea. Et ecce talentum plumbi portaba-
tur. Talentum nomen est ponderis sexaginta minarum, siue
sex mille dragmarum, hoc vero talentum vocat postea massam
plumbi, vt Hieronymus ait. Quid vero hoc talentum sit,
statim indicabimus. Et ecce in medio amphoræ illius mulier se-
debat, quæ est iniquitas, vt significet mensuram illam nihil aliud
continere, quam iniquitatem. Hæc vero describitur habi-
tu mulieris, vt Cyrillus ait, quia typus voluptatis est mulier,
& infirmitatis. Hæc vero mulier prius erat in amphora, sed

Hierony.

Cyrl.

non

A non tota, pars enim eius foris erat. Sed proiecit eam postea
in medio amphoræ, vt amphora omnino impleretur. Hoc Iu-
dæi fecerunt, cum Christum occiderunt. Et ideo ad eos Chri-
stus ait. Itaque testimonio estis vobis metipsis, quia filij estis
eorum, qui prophetas occiderunt. Et vos implete mensuram
patrum vestrorum. Quibus verbis ad huc Zachariæ locum spe-
ctare videtur Dominus. Quasi dicat. Implete mensuram pecca-
torum, quam patres vestri olim implere ceperunt, vt est apud
Zachariam. Cæteri vero peccatores id faciunt, cum in gentia
iam facinora admittunt, quibus mensuram suam expleant. Et tandè
propheta ait. Misit massam plumbi in os eius. Si in os amphoræ
intelligas, significat, diu mensuram impietatem in eis, vt quæ
clausa est masa plumbi. Si vero ad os mulieris referas, significat de-
bitum maximum ex iniquitate contractum, quod in ore eius
est, qui illud negare non potest. Et ideo omnis iniquitas oppri-
bit os suum, vt Psal. ait. Ecce peccatoris ingens debitum, talen-
tum scilicet, quod maximum est pondus, & decem millia talen-
ta, quibus innumera peccata significantur.

His vero verbis significatur debitum hoc infinitum esse, &
tantum, vt si omnis creatura illud persolvere tentaret, ne-
quaquam posset. Quia per peccatum efficitur homo debitor,
non sui tantum, quem à Deo abstulit, sed etiam diuinitatis
ipsius, infinitum plane debitum. Debes ò peccator Deo, &
debes ei diuinitatem, quis tantum debitum persolvere pote-
rit? Si vniuersas dederis creaturas, nihil dedisti, plus multo
debes, quia Deum debes. Sed quomodo, ais, Deum debeo?
quando ego diuinitatem illius surripui? Respondeo. Quem ad-
modum si nunc Hispaniarum rex corona regni insigniretur,
& tu coronam à capite eius tolleres, & illam seruo imponeres,
quantum in te fuit, regnum abstulisti à rege, & seruo dedisti, reg-
num regi surripuisti, regnum ei debes. Cùm mortaliter peccas, hoc
cùm Deo tuo efficis. Ille finis vltimus est, ille rex, ille super om-
nia diligendus, & habendus. Tu vero, hanc regni coronam huc
vltimo fini debitum honorè, & dilectionem à Deo tuo auferis, &
creature tribuis, propter quã Deum derelinquis. Diuinum ergo ho-
norè à Deo auferens, ei diuinitatem surripuisti, & debes. Et sic
omne peccatum mortale participatio idololatrice, & idolola-
tria quæ

Matt. 23.

Zacha. 3.

Psal. 106.

Simile.

Rom. 1.

triam quidam spiritualis est. Qua illud efficit, quod Paulus ait. Mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in gloriam corruptibilis hominis, quia gloriam Deo tribuendam creaturæ tribuis.

Hinc vero illud effectum est, vt oportuerit Christum hominem fieri, & pati, vt plene huic debito fieret satis, ille enim, Deus cum esset, patri se pro nobis obtulit, & si Deum abstulimus, Deus redditus est, & sic iustitiæ Dei satisfactum. Et disruptum est chirographum debiti nostri, & damnationis nostræ Christo in cruce oblato, dicente Paulo. Delens quod aduersum nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio affigens illud cruci. Si dum peccas, attēderes chirographum, quod manu tua subscriptum das, quod te denuncias, vt æternas pœnas sustineas, & infinitum contrahis debitum, non tam facile peccares. Aliquando in necessitate, constitutus, merces quæris, quas caro emis pretio, & illas diuēdis tanquam vltroneas vili, vnde debitum contrahis. Sed si cordatus vir es, attendens debitum, simul attendis, quando, vel vnde illud soluere possis. Nunc peccans attende, solis creatis viribus impossibile esse persolui debitum, quod contrahis. Ideoque similis efficeris homini, qui debitis onerari minimum ducit, nec attendit, se non esse soluendo. Et hinc, & inde pecuniam exigit à creditoribus, postea in carcerem truditur, nec nunquam inde exire potest. Simile quid peccatori accidit, qui plura hic, & ibi peccata committit, & debitis oneratus in infernum truditur. Vbi talento plumbi operitur os laci, vt inde nunquam emergere possit. Audi dicentem. Amen dico tibi nō exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem.

Matt. 5.

Sed iam attende infinitam Dei misericordiam erga peccatorem, qui coram eo humiliatur. Nam cū oblatuſ ei esset seruus debens decē millia talenta, & ille procidens diceret, patientiam habete in me, & omnia reddam tibi, misertus Dominus serui illius dimisit eum, & debitum dimisit ei. Quibus verbis ostenditur, veritas illius, quod Paulus ait. Qui potens est, superabundanter satiare, quam petimus, aut intelligimus. Petebat iste debitor duntaxat tempus, vt soluereſ, & condonat ei vniuersum debitum.

Colos. 2.

Christo in cruce oblato, dicente Paulo. Delens quod aduersum nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio affigens illud cruci. Si dum peccas, attēderes chirographum, quod manu tua subscriptum das, quod te denuncias, vt æternas pœnas sustineas, & infinitum contrahis debitum, non tam facile peccares. Aliquando in necessitate, constitutus, merces quæris, quas caro emis pretio, & illas diuēdis tanquam vltroneas vili, vnde debitum contrahis. Sed si cordatus vir es, attendens debitum, simul attendis, quando, vel vnde illud soluere possis. Nunc peccans attende, solis creatis viribus impossibile esse persolui debitum, quod contrahis. Ideoque similis efficeris homini, qui debitis onerari minimum ducit, nec attendit, se non esse soluendo. Et hinc, & inde pecuniam exigit à creditoribus, postea in carcerem truditur, nec nunquam inde exire potest. Simile quid peccatori accidit, qui plura hic, & ibi peccata committit, & debitis oneratus in infernum truditur. Vbi talento plumbi operitur os laci, vt inde nunquam emergere possit. Audi dicentem. Amen dico tibi nō exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem.

Ephes. 3.

Sed iam attende infinitam Dei misericordiam erga peccatorem, qui coram eo humiliatur. Nam cū oblatuſ ei esset seruus debens decē millia talenta, & ille procidens diceret, patientiam habete in me, & omnia reddam tibi, misertus Dominus serui illius dimisit eum, & debitum dimisit ei. Quibus verbis ostenditur, veritas illius, quod Paulus ait. Qui potens est, superabundanter satiare, quam petimus, aut intelligimus. Petebat iste debitor duntaxat tempus, vt soluereſ, & condonat ei vniuersum debitum.

A debitum. Infirmirate grauaris, & oras Deum, concede mihi vitam, vt peccata pœnitendo deleam, & delet Deus statim peccata, & omne remittit tibi debitum, & in super vitam concedit. Optimè cum debitore ageres, si cum ille ait, concede mihi tempus, & ego omne debitum reddam, tu dicerēs, remitto tibi omne, quod debes.

Sed dubitas, quomodo tantum debitum a deo facile remittitur? Summe hoc facto Deus misericordiam suam commendat, ac dilectionem, cum ingentia crimina tam facile remittit, & hominem in gratiam admittit suam, quasi nihil curet honorem suum, & quasi leue quid commisisset homo. Non considerasti hanc diuinam bonitatem, & in te largitatem? Leue quid in hominem admisisti, etiam in fratrem, vel in patrem, & difficillime veniam impetrare potes. Et in Deum ingentia facinora perpetrasti, & vna fusa lachrymula in momento veniam consequeris? Vix adulter, & homicida David ait, peccaui Domino, cum audit, Dominus quoque tranſtulit peccatum tuum, nō morieris. Et quia hoc Domini ingenium nouerat Ionas, noluit ire in Niuiuen, nouit enim facili pœnitētia adhibita, Deum mutaturū consilium. Hinc cum pepercisset Dominus Niuiue, dicitur. Orauit Dominum, & dixit. Obsecro Domine, nūquid non hoc est verbum meum, cum adhuc essem in terra mea. Propter hoc præoccupauit, vt fugerem in Tharsis, scio enim, quia tu Deus clemens, & misericors es, patiens, & multæ miserationis, & ignoscens super malitia. De hac veniæ facilitate multa diximus Primo Tomo concionum nostrarum, concione Secunda in Feriam Quintam post Dominicam Quintam Quadragesimæ.

In hac vero veniæ facilitate duo Deus intendit. Primum, nobis benefacere. Secundum exemplar, Regulamque nobis proponere, vt cum fratribus nostris misericordes simus eisque ignoscamus. Indiges ò homo magna Dei misericordia, eam quotidie recipis, disce ergo à Deo tuo misereri. Estote misericordes, sicut & pater vester cælestis misericors est. Hinc Sapient. Ne sit porrecta manus tua ad recipiendum, & ad dandum collecta. Multa bona recipis à Deo, & pauca pauperibus tribuis, indulgentiam recipis plurium peccatorum, & parcere nescis.

Iona. 4.

Eccle. 4.

Prov. 20. nescis ei, qui leuiter in te peccauit. Pondus, & pondus mensura & mēlura abominatio est apud Dominū. Si mensuram visticibi magnam, vt recipias, & paruam, vt dones, abominabilis eris Deo tuo. Et illud tibi certum sit, qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. Et iudicium sine misericordia ei, qui non facit misericordiam. De qua re mirabiliter Sapiens ait. Qui vindicari vult, à Domino inueniet vindictam, & peccata illi seruans seruabit. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. Homo homini seruat iram, & à Deo quarit medelam? In hominem similem sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur. Ipse, dum caro sit, reseruat iram, & propiciationem petit à Deo? Quis exorabit pro delictis illius? Memento nouissimorum, & desine inimicari. Sicut à publica potestate solent aliquando mensuræ visitari, vt videat, an rectæ sint, & iustæ, & accepta optima, & iusta mensura, eaque adhibita alijs mensuris, iudicat eas, & quæ minores apparent in patibulo suspenduntur in exemplum. Ita Deus aliquando nobiscum faciet. Mensura iusta & optima, qua nobis ille contulit debitorum donationem, Christus Dominus est, cui conformari hac in re tenemur, ne iniustæ mensuræ videamur. Hinc Paulus. Induite vos ergo sicut electi Dei sancti viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, & patientiam, supportantes inuicem, & donantes vobis metipsis, si quis aduersus aliquem habet querelam, sicut Deus donabit nobis in Christo. Ecce mensuram, cuius comparatione iudicandi sumus. Vt eis, qui fratribus non condonant, non enim huic mensuræ similes apparebunt, & ideo damnationem æternam incurrunt. Et vide ne forte de hac, & de illa mensura loquatur Esaias dicens. In mensura contra mensuram, cum abiecta fuerit, iudicabis eam. Meditata est in spiritu suo duro per diem æstus. Quasi dicat. Nunc exaltatur homo, & vane effertur in cogitatione sua, cum se videt diuitem, & mundi bonis affluentem. Sed aliquando abiectus erit, cum, scilicet, supplex, & tremens ad iudicium veniet. Tunc iudicandus erit in mensura Christi contra mensuram eius, dum ostens. Christi misericordia

in

A in peccatores, hominis crudelitas apparebit, qui misericordia vsus non est. Vnde de misericordiæ operibus iudicium futurum, ipse Christus testatus est. Attende mensuram rectam Christum in cruce orantem pro inimicis crudelissimis, antequam spiritum in patris manus comendat, vt ostendat, prius reconciliandos nos fratribus esse, quam spiritum Deo offeramus. Attende quoties tibi peccata dimisit, vt inde discas misereri, & parcere. Notat Prosper Aquitanicus libro de promissionibus cap. 26. Patres Antiquos, qui Christi gessere figuram, excelluisse in amore, inimicorum, & beneficentia in eos. Ita Moyses, Ioseph, Dauid. Sed Christi in cruce exemplum præcipuum est, cum pro inimicis orat, & sanguinem fundit, & pro eis vitam donat, qui eam auferunt. O immensa charitas, misericordia infinita. O ignis magis mirandus, quam qui in rubo apparuit Moysi. In spinosa cruce Christus erat, saturatus opprobrijs, plagis innumeris acceptis, ibi charitatem immensam ostendit, ibi flammam immittit, & ibi nos docet, vt è cathedra, nos illuminat igne suo, & inflammat, & immittit ignem, quem venit mittere in terram. Et impletur illud Hieremiæ. De excelso misit ignem in ossibus meis, & erudiuit me. De excelso ait, quia de vertice crucis, vbi Christus est, misit hunc ignem, vt nos erudiat.

Sed iam crudelitatem eius, qui non nouit dimittere, attendamus, mire in Euangelio expositam. Postquam Dei misericordiam expertus fuerat, qui ei decem millia talenta dimisit. Egressus seruus ille, inuenit vnum de conseruis suis, qui debebat ei centum denarios, & tenens suffocabat eum, dicens, redde quod debes. Primum attendenda est mira hominis vicisitudo, & quam alter est à se ipso breui temporis interualo. Tanta rerum vicisitudo est, vt dixerit quidam philosophus, non eundem esse equum, qui ingreditur, & egreditur fluuium. Sed hoc in homine potissimum locum habet, qui nunquā in eodem statu permanet. Attende seruum istū, qui paulo ante humilis, & procidens erat, nūc egressus adeo superbus est, vt suffocare velit cōseruum, sic videbis hominē corā altari adeo humilem, & deuotum, vt eū caelestem dicere possis, & inter sidera comorantem,

sed

Prosper.

Thren. 2.

sed inde egressus, & minima laceffitius iniuria, lucifero persimilis est.

1. in. 7.

Ideo ait Ioannes. Licet multi crederent in eum, ipse tamen non se crederet eis, quia ipse sciebat quid esset in homine. Id est. Nouerat humani cordis mutationes: non est enim Chameleon, qui tot colores mutat. Ecce Iudæ nunc Apostolus, miracula parant, cum Christo manducant, & statim proditor factus est. Et Petrus multa promittens, statim negat. Præuus est cor hominis, & inscrutabile. Vere iam ascendit usque ad cælos, iam descendit usque ad abyssos. Iam deuota oratione in cælis conuersaris, iam uero appropinquat anima tua inferno inferiori. Caue mutationes tantas, & in bono perseverare stude.

Huic debebatur centum denarij, ille debebat decem millia talenta. Multum profecto interest inter hæc debita, & hoc ipsum interest inter culpam in Deum commissam, & iniuriam homini irrogatam. Offensa enim creaturæ, si Dei offensæ conferatur, nihil est ratione diuinæ excellentiæ, cui collata omnis creatura nihil est, censenda, & ideo offensæ creaturæ nihil est, si diuinæ conferatur. Hinc Psalmus. qui peccato suo læserat Vriam, & uxorem eius, ait. Tibi soli peccaui, quasi in alium non peccasset. Hac uero in re apparet diuina longanimitas, & misericordia, qui cum agnoscat, diuinam suam excellentiam, & immensam culpam, quæ in eum admittitur, & videns mundum sibi innumeris beneficijs obstrictum, & summa erga ipsum ingratitude, innumerisque peccatis, quasi si nihil videret, sic se habet. Nullus hominum fuisse vel omnium mitissimus, qui mundum non millies euertisset. Vere Dei misericordia infinita est. Ex Dei omnipotentia colligimus diuina attributa infinita esse, & ex ea etiam colligimus diuinam misericordiam infinitam. Sic Sapiens colligit, dicens. Misereris omnium, quia omnia potes, dissimulans peccata hominum propter penitentiam, & parcens illis. Et ex infinita eius misericordia colligi etiam potest illius omnipotentia. Attende diuinam maiestatem infinitam, & hominum in peccatis effrenatam licentiam, quasi Deus esset cæcus, aut impotens, & videbis admirandam Dei patientiam, & thesauros misericordiarum infinitos, ex quibus colliges illius omnipotentiam, plus quàm

ex vni-

A ex vniuersi creatione. Vnde Ecclesia, Deus, qui omnipotentiam tuam in parcendo maxime, & miserando manifestas. Mirabilis plane Dei potentia ostenditur, dum vnico verbo hanc mundalem machinam condidit, vocans ea, quæ non sunt, tanquam ea, quæ sunt: Sed mirabilior apparet, si immensa eius patientia, & misericordia attendatur, qua animum continet, ne in ultionem facile procedat. Homo irascitur facile, præcipue si se contemni viderit, & exprobari, Deus vero omnipotentia sua sustinere potest vasa iræ apta in interitum, & innumera hominum peccata, stomachum habet hæc omnia capientem. Ideo Exod. 34. vocat eum Moyses. Hæc appain, id est, longas habes nares, quia non cito irascitur, non facile fumus ascendit in eius nares, quia omnipotens cum sit, facile mala plura tolerat. Pessimam profecto culpa est, qua Deus omnipotens offenditur, quod summum malum est. Sed optime nobiscum actum est, dum Deus omnipotens est, in quem peccamus, si enim in hominem, vel Angelum peccaremus, parum nos sustineret, & cito iram effunderet, sed Deus tanquam omnipotens plura sustinet, diu expectat, multum tolerat. Hinc per Oseam loquitur, non faciam furor meum iram meam, non conuertar, ut disperdam Ephraim, quoniam Deus ego, & non homo, in medio tui Sanctus, & non ingrediar ciuitatem. Sed & hac ratione cauere debemus, & peccatum vitare, maxime quia sicut sustinet plurimum quia omnipotens, ita cum vlciscitur, tanquam omnipotens vlciscetur. Nullus enim alius infinito tempore puniret nisi omnipotens Deus. Quasi omnipotens miseretur, & decem millia talenta condonat. Quasi omnipotens punit, tradens tormentibus, donec reddat vniuersum debitum.

Attendendum præterea est, verbum illud, suffocabat. Conseruus erat, & tamen suffocabat eum. Summa crudelitas inter fideles, inter conseruos, inter fratres esse solet, & tanta, ut dici possit, à Turca, & barbaro tantam non inferendam, cauenda maxime ira, quæ id efficit. Quis hostium cum Ioseph faceret, quod fratres fecerunt? Duo fratres in vtero ipso colliduntur. Quo propinquior frater tuus est, eo ira plus nocere, ac ferire solet. Hoc uero verbum suffocabat, & vniuersum hoc Estan gelium respicit præcipue dominos, & principes mundi.

S i me quis-

Exo. 34.

Osea. 11.

Psal. 50.

Sap. 11.

ne quispiam, qui plura receperit à Deo, plura debeat, quam A princeps? Est ne aliquis, cui plus condonatum sit? Plus hi delinquent in Deum, & illis ignoscit. Et tamen ipsi crudeles sunt alijs, suffocant sibi subditos, & reliquos omnes conculcant. Hic Iacobus. Nonne diuites per potentiam opprimunt vos, & ipsi trahunt vos ad iudicia? Hoc ergo eorum iudicium durissimum efficiet, quod cum ipsi maximè indigeant diuina misericordia, & eam petant, nolint ea uti. Ex his, quæ passus est, didicit Christus misericordiam, tu eandem discere ex ea, quæ tibi confertur, & noli destruere pontem misericordiæ, quem transisti.

Sed nunc Christi Domini rationem attende efficacissimam. Debes tu decem millia talenta, debet tibi conseruus tuus centum denarios. Si volueris remittere, quod tibi debetur, remittetur tibi immensum debitum, quod debes, si non dimiseris, non dimittetur tibi, quid ergo tibi agendum est? Nunquid non dimitteres centum denarios, ut tibi dimittantur decem millia talenta? Hoc ipsum nunc tibi accidit lacessitus iniuria es, debet tibi inimicus tuus substantiam, honorem, vitam. Quanta hæc sunt? an non temporalia sunt? centum ergo denarij sunt ut plurimum. Tu in Deum peccasti, quantum te debere credis? Deum debes, infinito debito oneratus es, æternas penas debes in inferno subeundas. Ait tibi Deus tuus, remitte temporale, quod tibi debetur, remittam ego æternum, quod mihi debes, quod si non remiseris, non remittam. Quis nisi amens paruum debitum non remittat, ut ab infinito, & æterno liber sit?

Sed aliquid maius in hoc Euangelio dici videtur. Non enim solum peccata non dimittuntur ei, qui dimittere non vult. Sed & peccata dimissa redire videtur, cum enim rex dimississet decem millia talenta, postea ait. *Iratu* Dominus eius tradidit eum tortoribus, quoad usque redderet vniuersum debitum, sic & pater meus celestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris. Quo nam pacto semel dimissum debitum repetitur ab eo, qui non utitur misericordia? nonne sine penitentia sunt dona Dei? ut Paulus ait, donum vero Dei fuit remissio peccatorum, quomodo ergo peccata illa redire possunt? Respon-

dent

A dent Doctores, & sancti. Primum peccata remissa redire dicuntur in eo, qui nunc peccat, quia nunc est in peccatore auersio similis ei, quæ fuerat prius, & nunc est peccator sicut antea, atque adeo in pristinum statum rediisse dicitur.

Secundo redire peccata dicuntur priora, propter ingratitudinem, quam committit peccans nunc, post remissionem peccatorum præcedentium, ex qua fit, ut quodammodo illa peccata redeant, dum ex illis dimissis aggrauatur culpa delicti præsentis. In capite. Episcopus. 12. quæstione. 2. *c. Episc.* habetur. Si fuerit seruus ab Ecclesia manumissus, & postea accusauerit Ecclesiam, potest illa ipsum resumere in seruum propter ingratitudinem. Et ratione ingratitudinis multæ donationes rescindi possunt secundum iura. Licet **B** ergo non redeat grauitas eadem peccatorum præcedentium, quia tamen ingratitudo sumitur per respectum ad ipsa, ipsa redire dicuntur, quia sunt in virtute huius actus.

Tertio tandem singulariter per odium fratris dicuntur peccata priora redire, quia non solum est ingratus peccator Deo, qui illi peccata remisit, sed specialiter facit contra formam remissionis, qua petenti ipsi remissionem donata est à Deo, ipse vero, à quo remissio petitur, non vult eam donare. Vnde hæc peccata directius opponuntur beneficio remissionis, atque adeo magis ingratus reddunt hominem. Et ideo magis in his peccatis præcedentia existunt in virtute, ut magis propter hæc homo puniatur. Tantum denique, & tam graue peccatum est odij **C** fraterni, ut propter hoc peccatum ita homo puniatur, ac si vniuersa peccata admisisset, summe ergo illud cauendum nobis est. Hoc vero peccatum, quantum sit, Dominus ostendit, qui nulla iniuria lacessuit seruum sibi oblatum, debentem sibi decem millia talenta, cum vero iniurius fuit conseruo, duriter eum obiurgans ait. *Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, &c.* Quibus verbis ostendit Dominus, quasi pluris facere, iniurias nobis illatas, quam sibi ipsi. Eiusdem sceleris graue piaculum ostendit, quod Christus Dominus ait. *Videntes autem conserui eius, quæ fiebant, contristati sunt valde, & venerunt, & narrauerunt Domino suo, Quibus*

Sf 2

verbis

Iob. 2.

Rom. 12.

verbis ostendit facinus hoc, non Deo solum ingratum esse, sed & omni creaturæ, quæ ideo te accusat apud Deum. Quia cum omnis creatura communicet alijs, quæ à Deo recipit, indignū ei videtur, vt qui recipit misericordiam, eam non præster.

Ait vero, *tradidit eum tortoribus*. In hac vita, & in futura, quia vt Dominus ait. Eadem mensura, qua mensi fueritis, remetietur vobis. Hinc cum Achab, & Iezabel impijs, & crudelibus factum est, vt ipsi crudeliter necarentur, & in loco, in quo linxerunt canes sanguinem Nabot, linxerunt & sanguinem Achab. Et fratres Ioseph in Aegypto oppressi sunt, quia fratrem opprefcerant. Vnde aiunt. Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum, & non audiuimus vocem eius, dum deprecatur nos. Et quia Pharaon, & sui aquis suffocabat pueros Israel, ipsi aquis suffocati sunt. Et Adonibezech ait. Septuaginta reges amputatis manuum, & pedum summitatibus colligebant sub me fa mea ciborum reliquias, sicut feci, ita reddidit mihi Dominus. Ea tortores, quibus Dominus in vita tradit immisericordes, vt in poculo quo propinauerunt, propinetur illis. In alio vero saeculo tortores demones sunt, quibus tradendi sunt peccatores, donec reddant vniuersum debitum, quod cum reddere non valeant in æternum, æterna erit eorum cruciatio.

Ex quibus omnibus demum colligitur, in nostra esse potestate, Deum nobis misericordem, aut vindicem, & crudelē, si ita loqui licet, facere. Vis Deum tibi misericordem? esto misericors. Et beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequuntur. Quis non velit Deum sibi propitium, & misericordē. Si vero crudelis extiteris, crudelē tibi futurū Deū crede. De eo enim Psal. ait. Cū sancto sanctus eris, cum viro innocēte innocens eris, cum electo electus eris, cū peruerso peruerteris, quia tu populum humilem saluum facies, & oculos superborum humiliabis. Peruersum Deum futurum peruersis, ait, quia similis Deus speculo est, & illud refert, quod ei obijcitur, si blanda facies, blandā refert, si iratam, iratā. Peruersus ergo Deus dicitur id est, iratus, indignationis plenus in eos, qui misereri noluerunt, &c.

In Dominica

A In Dominica Vigesima Prima Post Pentecost. Concio Secunda.

Nonne oportuit, & te misereri conserui tui sicut & ego tui misertus sum.
Matt. 18.

B



VM plenitudo legis dilectio sit, & qui diligit proximum, legē impleuit, mirandū non est, si hac de re sapius tractetur. Hanc vero legem sancti præcipui maxime implent, & quod Deo aliquis est propinquior, eo magis proximorum efficitur seruus. In cælesti curia non vsu venit, quod in terrena, in qua rebus succedentibus prosperè, obliuiscitur homo interpretis sui in carcere constituti, vt Pincerna. Imo quo altius quis ascendit, eò maiorem nostri curam gerit. Hinc superius Seraphin summè nos diligit, & nostra curat. Maria tantum ascendit, vt amplius ascendere non potuerit. Ideo super omnes nostri curam gerit, & quæ altior est nobis, humilior, & humanior existit: & quæ Deo gratior, nostri amantiſſima. Audit hodie seruus iste, discere deberes à misericordia mea in te, aliorum misereri, à misericordijs sibi collatis discit Maria nobis misericordiam conferre. Summas illa misericordias suscepit, summas etiam præstat. Fiducialiter ergo ad eam accedamus.

Optime Bernar. ait. Qui se ipsum discutens, plures defectus non inuenit, non rectè se discussit, in multis enim offendimus omnes. Ita nunc dicere possum. Qui perlecto aliquo Euangelio non inuenit grauissimas, ac diuinas sententias, ac rationes non rectè perlegit. Sine dubio nanque in Euangelio illæ sunt, quod virtus Dei est omni credēti, vt Paulus ait, & Christo persimile. Vnde sicut ille excelsior cælis, maximus, optimusq; est

Tom. Secundus

Sf 3

& ad

Luc. 6.

3. Reg. 22.

Gen. 44.

Exo. 14.

Jud. 1.

Matth. 5.

Psal. 17.

Gen. 41.

Bernar.

Rom. 1.

Ioan. 6.

& admirabilis, ita eius verba diuina sunt, verba vitæ æternæ habes, Petrus ait. Maxime mirabilia, & efficacissima sunt.

Duo hodie expendamus mirabilia in Euangelio, quæ sibi aduersari videntur, conueniunt vero maximè. Primum est, proponit Christus Dominus nobis misericordiam suam in exemplar misericordiæ nostræ, cum ait. *Nonne oportuit, & te miseri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum?* Sicut alibi ait. Esto te misericordes, sicut & Pater vester cælestis misericors est. Secundum est, quod misericordiam nostram dicit ille mensuram esse misericordiæ, qua in nos vsurus est. Hoc ille expressit, dum ait. *Sic Pater meus cælestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquis que fratri suo.* Mirum profecto, ac diuinum ostenditur artificium, in duabus illis particulis, sicut, & sic. In priori ostenditur nobis exemplar miserendi. In posteriori mensura misericordiæ, quam nobis Deus præstabit. Opera sua regulam facit operum nostrorum, & opera nostra mensuram efficit bonorū, quæ in nos effundet, Qua in re suprema hominis celsitudo apparet, dum eum sibi Deus cōnectit, vt tribuens ei misericordiā suam in exēplar, hominem obliget, ac deuinciat, vt plurima prestat. Dum vero misericordiam nostram mensuram suā efficit, se ipsum nobis deuincit, vt quam voluerimus misericordiam, nobis ille donet. Vtrumque expendamus, mirabilia enim vbique inueniemus. Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Primum, misericordiam suam nobis exemplar proponit, quo nos deuinxit maximè, vt misericordia magna ac perfecta præditi simus. Socratem dixisse fertur. Si Deus est optimus rerū omniā, post Deū nihil excellentius esse potest, quā Deo assimilari. Sicut ergo Deus perfectissimus est, & omnia opera illius perfecta, ita voluit nos perfectos esse pro statu, & mēsurā nostrā, & hac lege nos in amicitia suā admittit vt quisq; perfici curet. Hinc ad Abrahamā ait. Ego Dñs omnipotēs, ambula corā me, & esto perfectus, ponāq; fœdus meū inter me, & te. Quasi dicat. Amicitia tecū cōponam, sed hac lege, vt perfectus sis. Et de Noe dicitur. Noe vir iustus, atq; perfectus coram Deo ambulauit. Et Moyses loquens populo vniuerso ait. Perfectus eris, & absq; macula cum Dōminā Deo tuo. Quod si in lege naturæ, & scripta voluit Deus, homines esse perfe-

Act

Actos, quomodo in Evangelica lege id à nobis non exigeret Lex enim vetus nihil ad perfectum adduxit, vt Paulus ait. Evangelica vero est verbum consummans, id est, perficiens. Vnde nobis dicitur. Estote ergo perfecti, sicut & pater vester cælestis perfectus est.

Heb. 7.
Rom. 9.

Matth. 5.

Nec vero mirandum est, exigī à nobis perfectionem in his, quæ ad animam pertinent, cum eam maxima cura queramus in his, quæ corpus spectant, anima vero multo est pretiosior, & primo loco à nobis habenda. Et cum omnis res naturalis perfecta in se fit, & secundum vltimum potentia operetur quid mirum, id ab homine exigatur, qui omnium est princeps?

Hæc vero perfectio, & diuina assimilatio in charitate, & misericordia esse debet. Hæc enim summa est Christianæ legis, & propter hanc Christus ait. Estote & vos perfecti, sicut pater vester cælestis. Et ideo qui in hac dilectione, & misericordia excelluerunt, præcipui habiti sunt. Et ideo Ioseph fratribus præfertur in benedictione, & hereditate, quia benefecit inimicis. Hinc Ambrosius libro de Ioseph ait. Quid autem esset, quod mereretur Ioseph præferri cæteris, si aut lædentes læsisset, aut diligentes dilexisset? Hoc enim plerique faciunt. Sed illud mirabile, si diligas inimicum tuum. Iure ergo mirandus, qui hoc fecit ante Euangelium, vt Iesus parceret, appetitus ignosceret, venditus non referret iniuriam, sed gratiam pro contumelia solueret. Sed quia diuina misericordia nobis proponitur in exemplar, videamus, inspiciamusque eius modum, ordinem, & vt ita loquar conditiones, vt eas nos imitemur. Et licet multæ hæc sint, sed duas expendamus, quas in Euangelio nobis Christus proponit, dum ait. *Omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me.* Prior est quæ ostenditur illo verbo *omne debitum*. Omne enim peccatorum genus ignoscit, & omnem eorum numerum, etiam si decem millia talenta sint. Nullum enim in hac vita peccatum est irremissibile, licet peccata grauissima sint, licet circumstantijs aueta, licet numero multa, licet iteratō patrata. Si fuerint peccata tua vt coccinū, quasi nix dealbabūtur. Licet peccaueris super numerū are

Matth. 5.

Ambr.

Sap. 1.
Iosue. 21.

Heb. 5.

Rom. 3.

Gen. 45.

næ maris, tibi remedium est. Sanabiles fecit nationes orbiterarum, & non est in illis medicamentum exterminij. Ciuitates refugij olim signatæ fuerunt, sed non omnibus securæ erant. Locus facer nunc delinquentibus auxiliatur, sed non omnibus. At diuina misericordia omnes protegit. Diues in omnes, qui inuocant illum. Omnis, qui crediderit in illum, non confundetur, & contumatus factus est omnibus obtæperantibus sibi causa salutis æternæ. Aliqui sunt, qui se ipsos à diuina misericordia alienant, & excludunt, quia eorum peccata ipsis grauisima apparent, sed Deus nullum excludit. *Omne debitum dimisi tibi.* Et sicut Paulus ait. Nunquid incredulitas eorum fidem Dei euacuabit? absit. Quasi dicat. Potuerunt ne efficere peccatis suis, vt verax non esset, & promissa impleret? nequaquam. Sic nunc dicendum, nunquid peccata eorum misericordiam Dei euacuauerunt? absit. Accede tu supplex ad Deum, & dic, *patientiam habet in me, & omnia reddat tibi*, & dimittentur vniuersa peccata tua. Maior est Dei misericordia debitis tuis, pete eius misericordiam magnam, procide ad pedes eius, qui sunt eius humanitas, propone ei misericordiam infinitam, qua homo factus est, & pro te cruci afflixus, propone infinita illius merita, & satisfactionem. En Domine ad pedes tuos est inimicus tuus, quid ei facies. Petis ò homo tempus, vt mihi persoluas, ego condono tibi debita vniuersa. O infinita Dei bonitas, & misericordia. Vendiderunt Iosephum fratres sui, postea antè eum proni iacent, & ipse ait, ego sum Ioseph, quem vendistis. Tremunt illi, ac pauent, at ille. Accedite ad me, nolite pauere, nec durum vobis videatur, quod vendidistis me. Osculatur eos, & amplexatur. Domine quomodo, aut qua fronte accedet ad te, qui te vendidit pro delectatione vili? Accede ad me ait Christus, nõ hoc mirum est, quoniam puluis es, & figmentum, quid mirum quod deliqueris, ipse excusat peccata nostra. Aduocatum habemus, & patronum apud patrem, qui nos defendat, & excuset. Tu noli te excusare, vt Adam, sed accusa te, ille excusabit, ille condonabit. Sed si iustus aduocatus est, quomodo tuetur in iustam meam causam. Ille iustitiam tibi donabit, & causam tuam iustam reddet, ipse enim persoluit debita tua, & dicit patri. Ego persolui debita huius, venia ei condonetur, quia ego merita mea

ei cõ-

A ei condono. Vnde putas, dicere, hunc seruum. *Omnia reddat tibi?* Vnde habes ò homo substantiam, vt tantum reddas debitum? Cum homo est in peccato, & à Christo segregatus, nihil habet quod reddat. Sed accepta Christi Domini gratia, & eius meritis participas, iam habet, vnde omnia reddat, imò plus reddere potest, quam debet. Potest enim pro inobedientia sua Christi Dni obedientiam dare, pro suis peccatis merita Christi. Et præterea omnia reddere dicitur, quia illud Pauli implet. Sicut exhibuistis membra vestra, seruire iniquitati ad iniquitatem, ita exhibete nunc seruire iustitiæ in sanctificationem. Qui vniuersa, quæ habet, dat recte dicit, omnia reddam tibi, quia omnia, quæ possum facio, id significat Psaltes cum ait. Cinerem tanquam panem manducauam, ait Psalm. Quæ verba enarrans Gregorius hom. **B** 19. in Ezechi. ait significare Psalmistam, opera pœnitentiæ ita ipsi familiaria esse, & præ manibus versari, vt panis quotidianus. Et ideo dicere potest. Feci iudicium, & iustitiam, nõ tradas me calumniatibus meis.

Sed peccatori hac in re cauendum est, ne illi accidat, quod **A** Egyptijs, qui putauerunt posse ingredi per mare rubrum sicco vestigio, nec tamen potuerunt, quia clausa eis via est, & descenderunt in profundum, quasi lapis, ita multi putant, postea sibi pœnitentiam agendam, & confitendum in morte, & morte præuerti id non præstituerunt, & cum dicerent, fugiamus Ierusalem, non valuerunt, quia clausa fuit ianua, nec induciæ, quas petierunt, eis concessæ sunt, nec tempus longum, quod exoptauerunt.

C Sed vere pœnitentibus misericordia Dei tanta est, vt dicat. Omne debitum dimisi tibi, nihil enim illis non remittitur. Qua in re mirabilis profecto Dei misericordia apparet, quoniam nihil non remittit, nullum miserendi terminum prescribit, nullum peccatum irremissibile voluit esse, cum in omnibus humanis iudicijs oppositum videamus. Quod mirum est valde si attendimus grauitatem culpæ, quæ in Deum committitur, in gratitudine peccatoris, & contemptu Dei, & quæ facile, & sine dispendio vlcisci possit Deus in peccatores. En exemplar nobis propositum miserèdi, quod imitari debes. Misericordia vteris vniuersali in omnes, qui te laeserunt, siue in corpore, siue in substan-

S f s

tia

Rom. 6.

Psal. 107.

Greg.

Psal. 118.

Exo. 14.

tia, siue in honore. Quidam facile remittunt acceptas in substantia iniurias, vel etiam in corpore, sed non in honore. Si vero Deum imitari vis, omnem remitte iniuriam, sicut ille omne peccatum.

Rom. 2.
Psal. 138.

Sed multa obijcis mihi. Primum obijcies, vile, abiectumque esse iniuriam condonare. Imo vero gloria, & honor in omnem animam hominis operantis bonum. Nimis honorati sunt amici tui Deus. De hac re multa diximus in. 1. tomo concionum nostrarum, feria sexta, post cineres. Nunc illud tantum dicamus. Num ingloriu tibi erit, quod Deo gloriosissimu est. Sed ad homines descendamus. Num inglorium fuit Dauidi, quod Semei pepercerit? Num fortis non extitit Iacob, cui dicitur, si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines preualebis, qui luctatus cum Angelo eum superauit, & tamen videns iratum fratrem, exlauit a patris domo, & ei munera offert? Num vilis, & abiectus Ioseph, qui fratribus ignoscit, & benefecit? Sed sanctos relinquamus, & Ethnicos consideremus. An non fortis Iulius Cæsar, de quo memorie prodiderunt scriptores, quod solas obliuisceretur iniurias, & offensas, & propterea magnanimiti nomen est consecutus? Et hoc asserit Cicero, omnium gloriosissimum esse eorum, quæ gessit. Non potest non fortissimum illud opus esse, in quo dæmonem, mundum, & nos ipsos superamus. Sed ais, video minus forte id opus nequaquam esse, sed a multis reputatur vile, & abiectum. Dicam tibi, quia norunt omnes te Deo non obsequi, ei non placere, si ignoscis inimico, putant, non propter Deum id te egisse, sed alia de causa. Si vero fidelis, & perfectus esses, cum remitteres iniurias, gloriosissimè appareres, scirent enim omnes, Dei causa illud a te preestari.

Gen. 26.

Obijcis secundo, iam remisisti illi semel, aut bis, hoc factis esse debet. Nequaquam, septuagies septies ei remittas oportet, sicut Deus tibi. Sic Isaac puteos fodiebat, & Philistim obruebant lapidibus, sed ille perseuerauit, eosque vicit puteo fosso, qui obstrui non potuit. Obijcies tertio, abutetur ille patientia mea, & in peius proficiet. Attende Deum, qui misericordia vititur, licet ea plures abutantur, tu bonum tibi

A tibi cura, sit ille, qui esse volet. Obijcis demum, non ignoscit Deus ei, qui se non agnoscit. Ita est, in amicum eum non suscipit, sed multa ei bona confert, vt se agnoscat. Ita tu cibans inimicum, carbones ignis congeres super caput eius.

Sed iam secundam proprietatem diuinæ misericordie contemplemur, quæ significatur illis verbis, *quoniam rogasti me.* Quasi dicat, sine vllis tuis meritis, sed sola bonitate mea.

Interrogat Paulus. Vt quid enim Christus, cum adhuc infirmi essemus, pro impijs mortuus est? vix enim pro iusto quis moritur, nam pro bono forsitan quis audeat mori. Quæ verba enarrans Aug. super Psalm. 148. ait. An forte impius merebatur amari? nõ quidẽ: ergo merebatur damnari; Respondes, Christus tamen pro impijs mortuus est. A mauit non amatus, vt redamaretur. Cum esses in sanguine tuo, cũ inquam esses in sanguine tuo, dixi tibi, viue, ait propheta. Comendat autẽ charitatem suam in nobis. His verbis Paulus respondet quæstioni, vt scilicet, reddat suam charitatem illustriorem, & magis comendabilem, qui omnino non est, nõ potest mereri, vt fiat, quia prius est esse, quam mereri, ita peccator mereri non potest diuinam dilectionem, & gratiam. Sed non ideo desperet, quia sine meritis ei conferetur, sed non sine dispositione, & humiliatione, sicut huic remittitur debitum prostrato, & oranti, patientiam habe in me. Peccator es, dum sic es, merereri non potes, orare tamen, & supplicare potes, & Deus ita misericors est, vt

Rom. 5.

Aug.

Eze. 16.

B oranti tibi, & prostrato peccata dimittat, ideo dic, Deus propitius esto mihi peccatori, & patientiam habe in me. Quod si oratio tibi arida apparet sine meritis, & merita proponere vis, propone merita Christi infinita, aliena enim merita proponere potes. Sic fecit seruus Abraham, Domine Deus Domini mei Abraham, occurre obsecro mihi hodie, & fac misericordiam tuam cum Domino meo Abraham. Sed expressius aliena merita in peccati remissione in proposuerunt fratres Ioseph dicentes. Pater tuus præcepit nobis, antequam moreretur, vt hæc tibi verbis illius diceremus. Obsecro, obliuiscaris sceleris fratrum tuorum, & peccati, ac malitiæ, quam exercuerunt in te. Nos quoque oramus, vt seruo Dei patri

Gen. 24.

Gen. 50.

patri

patri tuo dimittas iniquitatem hanc. Quibus auditis fleuit Ioseph. Et ait, nolite timere, consolatusque est eos, & blande, ac leniter est locutus. Multo magis nobis Christi merita suffragantur.

Ex hac Dei misericordia discite tu, misereri fratris, etiam sine meritis ipsius. Sicut patris amore Ioseph fratribus ignoscit. Satis tibi sint Christi in te merita, ut propter illum parcas. Et sicut precipit tibi ut miserearis conferui, ita precipit omnibus conferuis ut tui misereantur, unam prestat misericordiam tu, & mille tibi rependuntur.

Vidimus primum, quomodo scilicet Dei misericordia exemplar sit nostrae, quo exemplari proposito, multa a nobis exiguntur misericordia. Iam secundum videamus, quod initio proposuimus, quomodo scilicet, misericordia nostra mensura sit diuinae in nos misericordiae, quia qua mensura mensi fueritis, re-

metietur vobis. Misericordia tua mensura est bonorum, quae proximo praestas, in hac mensura tibi tribuenda est diuina misericordia, ut sicut feminaueris, ita & metas. Et si parce feminas parce & metes, si feminas in benedictionibus, de benedictionibus & metes, ut Paulus ait. Hinc Aug. in libro. 50. homiliarum homilia sexta infert. In potestate nostra positum est, qualiter in die iudicij iudicemur. Tecum ergo negotiari te oportet Dei veniam. Vince te ipsum, & Deum vinces, ac superabis. Ignosce tu, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. Ignosce, quod minus est, ut ignoscatur tibi, quod maius est. Aliquando merces vitronae diuenduntur vili, & tunc occasionem tibi oblatam dicis, ut eas emas. En venditur diuina misericordia, & propitiationis adeo exili pretio, ut pro parua venia, & misericordia tua, magna Dei misericordia tibi detur. Noli occasionem praetermittere. Si enim non dimiseritis hominibus, nec pater meus dimittet vobis. In quae verba August. in Enchiridio ad Laurentium ca. 74. ait. Ad tam magnum tonitruum qui non expergitur, non dormit, sed mortuus est. Sicut ergo ex fonte tantam colligis aquam, quantum vas est, quod defers, ita ex diuinae misericordiae fonte colliges misericordiam tantam, quantum ipse praestiteris. Quia oleum non deficiet, nisi cum vas defuerit.

Ex quo infertur, dulcissimum debere homini esse, quod multa ha-

ta habeat, quae ignoscat, ut multa usus misericordia, maximam a Deo recipiat. Sicut enim misericors gaudet viso inope, quia nactus est occasionem miserendi. Ita qui diuinam misericordiam exoptat, qui perfectionem animi sui quaerit, letari deberet multis acceptis iniurijs, ut multa habeat, quibus Deum sibi deuincire possit. Et hinc saltem inimicum dilige, quia tibi misericordiae materiae subministrat. Praecipui namque charitatis actus illi sunt, de quibus Paulus, Charitas patiens est, benigna est. Quae verba enarras Greg. 22. moral. c. 2. ait. Haec praecipua charitatis munera, & totius religionis nostrae summa est, patientia tolerare mala, & benignitate bona conferre. Quae Christus Dominus expressit dicens. Dimittite, & dimittet vobis date & dabit vobis. Primum ad patientiam pertinet, secundum ad benignitatem. Addit verò Greg. loco superius citato. Sed sciendum est, quia qui dimittit, & non dat, & si non plene operatus est, meliorem partem tamen misericordiae tenet. Qui enim bona praestat, sed mala non sustinet, omnino misericordiam nullam facit. Et ideo prius nos fratri reconciliari praecipit, quam dona nostra suscipiat. Hinc Bernardus in sermone de obedientia, patientia, & sapientia ait. Perfectio Christiana consistit in hoc, ut bona facias, & mala patiaris. Propter quae Psalm. ait. Paratum cor meum Deus, paratum cor meum. Bis se paratum dicit, ad mala, scilicet, sustinenda, & bona praestanda. Sicut ergo proposita misericordia sua, ut exemplari, nos Deus deuinxit, ut misericordes simus. Ita efficiens misericordiam nostram mensuram suam, se deuinxit, ut misericordibus misericordiam praestet, & mensuram bonam, & super effluentem nobis donet.

Sed hucusque vidimus bona misericordiae. Nunc vero consideranda nobis sunt mala crudelitatis. Et quae maneant supplicia eum, qui vindicari vult. Haec vero in euangelio mire descripta sunt. Ait enim cum suffocaret conferuum, & eum in carcere misisset conferuus. *Videntes autem conferui quae fiebant, venerunt, & narrauerunt Domino suo.* Merito Christus Dominus ait, Nolite contemnere unum depusillis istis, qui in me credunt. Dico enim vobis, quia Angeli eorum semper vident faciem patris mei. Angeli eis sunt, qui laeduntur, & cum laedis eum, qui eorum custodia commissus est; non solum laedis hominem, quem vides,

sed

Luc. 6.

2. Cor. 9.
August.

Aug.

1. Cor. 13.
Greg.

Luc. 6.

Bernard.

Psal. 56.

Matt. 18.

sed Angelum eius, qui querelas coram Deo proponet contra te. Vis Angelum videre loquentem pro ijs, quos custodit contra laesores eorum? Audi in Zacharia. Et respondit Angelus Domini, & dixit, Domine exercituum vsque quo tu non misereberis Ierusalem, & urbium Iuda, quibus iratus es? Iste iam septuagesimus annus est? Et respondit Dominus Angelo, qui loquebatur in me verba bona, verba consolatoria. Ira magna ego irascor super gentes opulentas, quia ego iratus sum parum, ipsi vero adiuuerunt in malum. Et statim multa bona promittit Ierusalem, & innumera mala, & excidium minatur Babylonij, qui eos opprefferant. Quia ecce ego leuo manum meam super eos & erunt praedae his, qui seruiebant sibi. Sic ergo tibi continget si iniuriam proximo intuleris. Angelus eius pro ipso loquetur coram Deo, & contra te, *narrauerunt Domino suo*. Nouerat ille, & viderat, sed cum audit, tunc praecipit eum vocari. Facillus tolerare videtur Deus, quae videt, quam quae audit, cum enim pauperum querelas audit, sustinere non potest, quin vindictamumat. Ecce sanguis fratris tui clamat ad me de terra, quid fecisti? ait ad Cain. Mirum hac in re illud est, quod Sapiens ait. Ab inope ne auertas oculos tuos propter iram, & non relinquant querentibus tibi retro maledicere. Maledicentis enim tibi in amaritudine animae exaudietur deprecatio illius. Exaudiet autem eum, qui fecit illum. Quasi dicat. Caue iram in inopem in eum, scilicet, qui te minor est, in conseruum, tibi debitorem & ne relinquant querentibus tibi retro maledicere. Clarius graeca habent. Et ne des locum homini maledicendi tibi. Sic ergo est intelligendum, querentibus, id est, postulantibus a te misericordiam, ne des occasionem, vt male precentur tibi, idque retro, hoc est, secreto, & post tergum, quia non audent coram maledicere. Audiet enim Deus maledicentem, quia fecit illum. Mirum profecto, adeo Deo displicere iratum hominem, vt maledictiones in eum prolatas Deus exaudiat. Sed qui maledictionem audit, quomodo vocet Angelorum contra illum interpellantium audiet? *Tunc vocauit illum Dominus suus*. Tunc, statim cum malum perpetravit. Quam breue tempus impio conceditur in malum. Tunc, cum dicitur pax, & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus. Licet vero cito in omnes peccatores sententia feratur, citius tamen in im-

Zachar. I.
C. 2.

Gene. 4.
Eccle. 4.

1. Thes. 5.

A misericordes. Ideo nunc ait. Tunc, id est, statim, cum tradidit conseruum in carcerem. Quia vt Psa. ait. Viri sanguinum non dimidiabunt dies suos. Quando id minus cogitabat Aman, cum vindictam in Machocheum parabat, suspensus ille in cruce est. Quando Antiochus vindictam in Dei populum facere disponebat, sublatu de medio est. Cum Pharaon Israel persequitur, dicens. Euaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea, suffocatus est. In operibus manuum suarum comprehensus est peccator. Id est. Cum opera peccati exercet, vocatur a Domino in iudicium. Cum adhuc furtum in manibus ipsius est. Hinc Esaias. Quoniam subito, dum non speratur, veniet contritio eius, & comminuetur sicut conteritur lagena figuli contritione perualida. Hinc Psa. Prius quam intelligerent spinam vestrae rhamnum, sicut viuentes sic in ira absorbet eos. Id est, Prius quam spinam obduruerint, vt rhamnus sint, priusquam prauis intolerabiles fiant, priusquam alios pungant, & lacerent, antequam spina vindictam in opus prodeat, absorbebit Deus eos. O si profunda consideratione attenderemus illud tunc, adeo breue nec differre conuersionem auderemus, nec vindictam sumeremus.

Et iratus Dominus eius tradidit illum tortoribus &c. Sed quibus tortoribus tradendus est iniquus? Horribilibus, & formidabilibus carnificibus, quorum vel nomen solum horrore incutit. De his loquitur Dominus ad Iob. Quis reuelauit faciem indumenti eius? & in medio oris eius quis intrauit? portas vultus eius quis aperiet? Per gyrum dentium eius formido, corpus eius quasi scuta fusilia, compactum squamis se prementibus, vna vni coniungitur, & ne spiraculum quidem incedit per eas, vna alteri adhaerebit, & tenentes se nequaquam separabuntur. Sternutatio eius splendor ignis, & oculi eius vt palpebrae diluculi. De ore eius lapides procedunt, sicut tepidus ignis accensus. De naribus eius procedit fumus, sicut ollae succellae, atque feruetis. Halitus eius prunas ardere facit, & flamma de ore eius egreditur. En naturam carnificum, quibus traditur cruciandus immisericors. Si vero carnifices huiusmodi sunt, quanta obsecro erunt tormenta miserorum, qui illis traduntur. Abi in carcerem, & vide tormenta, quae malefactori dantur, vt veritatem confiteatur. Sed paruo haec durat tempore, si vero per decem dies, vel annos, quisquam torqueretur, quanta illa vexatio foret? Quid obsecro erunt infer-

Psal. 54.
Hester. 7.
2. Mach.

Exo. 14.
Psal. 9.

Esa. 30.

Psal. 57.

Iob. 41.

ni tor-

Esa. 33.

ni tormenta, quæ in æternum durabunt, & immensa sunt? Quis vestrum poterit habitare cum igne deuorante, & cum ardoribus sempiternis? Si tormenta illa sustinere non uales, remitte iniuriam.

Sic enim faciet pater meus cælestis uobis, si non remiseritis. Ingens est peccatum odij fraterni, quod Deus tam seuerè punnit. Nullus profecto est, qui ita caro emat pretio ac Deus, & tam uili uendat. Minima obsequia nostra æterna mercede emit, & immensam suam misericordiam pro parua misericordia tua largitur. Sicut te habueris cum proximo, ita se tecum habebit. Remittis centum denarios, & remittit tibi decem millia talenta. Quis vestrum est, qui non peccauit? quis dicet, nihil debeo? quis dicet, rationes mihi sunt optima? quis diuina misericordia, & indulgentia non eger? Indulge ergo, ut indulgentiam percipias. Si dicis, durum hoc est, sit ita. Non vis ignoscere, non remittetur tibi. Unus est misericordiam pons, per quem in cælum transire potes, illum destruis, non pertransibis, nec diuinam assequeris misericordiam.

Concio

A Concio Tertia in Dominica Vigesima Prima Post Pentecosten.

Simile est regnum cælorum homini Regi &c.
Matthæi. 18.

B



DIXERAT Christus Dominus superius hoc capite. Si peccauerit in te frater tuus, si tibi malum intulerit, caue ne tu malus efficiare, imo curandum tibi est, ut adeo bonus sis, ut lucreris fratrem tuum. Interrogat Petrus. Quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? usque septies? Dixit illi Iesus. Non dico usque septies, sed usque septuagies septies. Nullus in hac re terminas præscribendus, potius lassitudine conficiendus est, qui malum infert, quam tu ei dimittes. Sed ais durum hoc est. Audi ergo similitudinem, qua uideas durum id non esse. *Simile est regnum cælorum &c.* Ecclesia regnum cælorum nuncupatur, quia filij eius, licet in terra uersentur, in ea peregrini sunt eorum uero patria, & ciuitas habitatio nis cælum est, ibi domus maioricatus nostri, ibi substantia nostra. Substantia mea apud te est. Et portio mea in terra uiuentium. *Psal. 28.* *Psal. 141.* *Acto. 22.* Quam diu uero sumus in hoc corpore peregrinamur à Domino, & ideo etiam nunc ciues nos cæli dici oportet, & priuilegia, uitamque cælestium habere debemus. Cum Paulum uerberasset inimici, dixit. Si hominem Romanum, & indemnatum licet uobis flagellare? Cui Tribunus. Dic mihi si tu Romanus es? at ille dixit, etiam, & respondit Tribunus. Ego multa summa ciuitatem hanc consecutus sum. Et Paulus ait. Ego autem & natus sum.

T t Estis

Ephē. 2.

Estis ò fratres ciues sanctorum, & domestici Dei. Ideo cogitationes, & mores cælestes habere debetis, nec degenerare unquam à Dei filijs. Et quando vile aliquid, & abiectum tibi demon obtulerit, dic, non hæc debet filium Dei, cuiem cælestem Imo imitari Deum debemus. Hinc Paulus. Estote ergo imitatores Dei sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos. Hæc Dei dilectio, & misericordia nobis hodie proponitur in exemplar dilectionis nostræ, & misericordiam in inimicos.

Ephē. 5.

Tria in hoc Euangelio nobis proponuntur. Primum, diuina misericordia, & bonitas in nos, qua facile ingentia debita remittit. Secundum, miseria nostra, & animi angustia, cum parua debita, leues iniurias remittere nesciamus, Tertium diuina ultio, & asperitas dictis, & factis ostensa in eos, qui immisericordes sunt

Posuit rationem rex cum seruis, & oblatuſ est ei vnus, qui debebat decem millia talenta. Imensum profecto debitum, & insolubile. Sed quis, ais, tantum debitum debet? Audi quendam, qui tantum se debere cõfiteatur. Multiplicatæ sunt super capillos scapitis mei, & cor meum dereliquit me. Sed quomodo, ais, tordecit peccata sua Dauid cum scilicet duo admiserit peccata? Non mireris, quod Dauid id dicat sed te potius mirare, quod pauca putas peccata tua. Abyssum enim diuinæ bonitatis, & abyssum malitiæ nostræ nullus in hac vita penetrare potest. In multis offendimus omnes, ait Iacobus. Sæpe putas bona te agere, & mercedem æternam tibi comparare, & peccata perpetrare, quibus supplicium paratum est. Sapius Eleemosynam facis, sacrum audis, & eo modo hæc præstas, vt pœnas potius merearis, quam præmia. Magna ergo cautela bona à nobis agenda sunt. Hinc Iob. Si lotus fuero quasi aquis, nix, & fulserint velut mundissimæ manus meæ, tamen sordibus intinges me, & abominabuntur me vestimenta mea. Si ergo recte te noueris, si opera tua inspexeris, dices, debeo decem millia talenta. Quid est peccatum? insolubile debitum, quod in inferno nunquam soluetur, & etiam in eo citra condignum punitur.

Sed quid est in causa, quod minora, & pauciora nobis apparere
pecca-

peccata nostræ; nec tanto debito oneratos nos credimus? Certè, quia Dei bonitatem non nouimus; quia in eius conspectu non sumus. Debebat seruus hic decem millia talenta, sed donec oblatuſ regi est, donec in conspectu eius positus, & coram illius facie, id non agnouit, & ideo remedium non curauerat, coram rege constitutus nouit debitum suum, & proci-dens orat. Vis agnoscere debita tua? Coram Deo sta, eius bonitatem contemplare, eum perfectè agnosce, & tunc quid sit peccatum, videbis. Audi Psalm. Quid est tibi mare, quod fugisti, & tu Iordanis, quia conuersus es retrorsum. A facie Domini mota est terra, à facie Dei Iacob: Quasi dicat. Viderunt Dei faciem, & ideo mare fugit, Iordanis retrorsum abiit, & terra mota est. Qui coram Dei facie non est, non nouit quid sit peccatum. Qui Deum non nouit, peccatum leue putat, Deum uide agnoscere est coram eius facie esse, eumque videre. Hinc Iob, auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus uidet te; idcirco ipse me reprehendo, & ago pœnitentiã in fauilla, & cinere. Audierat Deum Iob, sed donec ipsum uidit, non plenè agnouerat, cū uidet, tunc pœnitentiã agit, nec enim audisse satis est, nec satis ad hoc libri sunt, nec vlla hominum doctrina, nec ingenium Dei conspectus id operatur, tunc enim anima diuino illustratur lumine, vt diuinam maiestatem agnoscat, & bonitatem, quã peccans cõtempnit, & hoc intuens pauet, tremet, ve recundatur, & in terræ fossis vellet abscondi. Peccasti, ò homo & non times, non paues, non frangeris dolore. Non nouisti Deum, non adductus es in eius conspectum. Postquam te vidi, ait Iob, pœnitentiã ago in fauilla, & cinere. Homo puluis, & fauilla in Deum peccasti? In Deum cucurristi erecto collo? Qua statera iniqua ponderasti? proditor quid fecisti? non te reprehendis? Non agnouisti Deum? Si in cõspectu eius esses, statim pœniteres, & fugeres tanquam mare, & Iordanis à facie Domini. Erat homo mare, quod quiescere non potest, Iordanis, qui veloci cursu in infernum properabat, vitam agebat deperditam, quasi sine Deo in hoc mundo, seruiens desiderijs, quis te fecit retrorsum conuerti, & à via declinare mala? A facie Domini, Dei facies id operata fuit. Hinc Psalm. Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo,

Psalm. 113.

Iob. 42.

Psalm. 118.

miserere mei secundum eloquium tuum, cogitavi vias meas, & conuerti pedes meos in testimonia tua. Præclare David orat. Deprecatus sum faciem tuam. Id est. Deprecatus sum profacie tua, orauit, vt ostēderes mihi faciem tuam, vt sic saluus fiam. Sic enim cogitavi vias meas prauas, & eas dereliqui, & in vias tuas veni. Ostēde mihi faciem tuam, quam si videro, etiam si lapsus sim, frangar, licet fluuius sim, ascendam. Si ab omni peccatore, qui vitam suam mutauit in melius, interroges quis fecit, vt viam prauam derelinqueres, & rectam teneres? Dicet, à facie tua Domine concepimus. Agnouit Deum meum, lucem ab eo recepi, & ea luce vidi Deum. & salua facta est anima mea. Qui Deum non nouit, nec peccati grauitatem nouit, qui vero hæc nouit, dolet quasi parturiens, plus dolet, quam si substantiam, & vitam amisisset. Timet, tremetque licet fortissimus sit. A verbis tuis formidauit cor meum. Prius cum in peccato esset nihil pauebat, sed fidebat, vel potius vane præsumebat, sed nūc trepidat, cum in conspectum regis venit, & debitum ingens agnoscit.

Deinde coram rege debitum huius hominis manifestum factum est, quia debitum ostendit ipse rex, rationes exigens. Hinc de Sodomitis dicitur. Homines autem Sodomitæ pessimi erant, & peccatores coram Domino. Coram Domino idem est, quod in conspectu Domini, in oculis Dei, dum enim ille rationes exigit coram se proposito peccatore, apparet illius immensura debitum. Hinc intelligitur illud Psalmi. Tibi soli peccaui, & malum coram te feci. Id est. In conspectu tui solius peccaui. Curavi enim celare peccatum meum, ne illud homines scirent (sicut illi Dominus ait, tu abscondite fecisti,) sed non potui abscondere ab oculis tuis, te vidente peccaui. E ideo ait, & malum coram te feci. Te adulterij, & homicidij spectatorem habui, & hoc satis mihi esse debuit, vt non facerem, licet homines lateret, & hoc, quod ego maximè curare debui, non curavi. Si vero in oculis Domini Sodomitæ pessimi erant, absolute, & simpliciter tales erant, quod enim Deus iudicat, verum est, quicquid homines iudicet. Coram Deo ergo Sodomitæ mali erant, & coram Deo, & rege hic homo debitor apparuit, & vt Pla. ait, nō iustificabitur in conspectu

2. Reg. 12.

Psal. 142.

A tuo omnis viuens. Quia stellæ non sunt mundæ in conspectu eius, & in Angelis suis reperit prauitatem, quanto magis in his, qui habitant domos luteas, Iob. 4.

Iussit eum Dominus venundari, & vxorē eius, & filios. Hoc maximum Dei supplicium in hac vita est, quod in peccatores exercet, peccatorem venundare. Phrasi scripturæ, venundare aliquem, est, relinquere eum, à se alienare, & eum tradere passionibus, & desiderijs. Ita loquitur Paulus in persona peccatoris. Ego carnalis sum, venundatus sub peccato. Et in primo Machab. dicitur de quibusdam. Recesserunt à testamento sancto, & iuncti sunt nationibus, & venundati sunt, vt facerent malum. Et Moyses. Non ne ideo, quia Deus suus vendidit eos, & Dominus conclusit illos. Et Esaias. Ecce enim in iniquitatibus vestris venditi estis, & in sceleribus vestris dimissi matrem vestram. Sed cuiam venditur, & traditur homo iste? Certè dæmoni, & sibi ipsi, varijs desiderijs suis. Non attendisti aliquando hominem, quem tradidit Deus in desideria cordis sui, vt seruus sit prauarum affectionum, & quasi bestia eis obsequatur die, ac nocte, & si ei dicas, caue, ne pecces, ait, non possum aliud facere, quia seruus sum. Non potestis, Deo seruire, & Mammonæ, Christus ait. Quibus verbis dicit hominem, seruū pecuniæ. Vis hanc seruitutem videre? Dicit tibi Deus tuus, da pecuniam pauperi, & dicit pecuniam, vel avaritia, ne dederis, & obedis huic, non Deo tuo, an non seruus es. Hinc Paulus. Tradidit eos Deus in desideria cordis eorum. Verè inordinata desideria principantur peccatori, & eum miserè discruciant vt seruum. An nō miserè tractat ambitio hominem? an nō similiter avaritia facit? Nullus est durus tyrānus qui ita seruum vexet, ac inordinatus affectus hominē, cui principatur. Quis tyrānorū efficeret, vt Iudas Christū venderet, & tamen id effecit avaritia, & demū vt sibi vitam suspēdio adimeret. Quis tyrānorū cum dissipatore filio faceret, quod ille secū fecit, vt abiret in regionem longinquā, omnia dissiparet, & portos pasceret?

Quod vēdat Deus peccatorē, & à se abalienet, mirū nō est, quoniā peccator se alienū à Deo effecit. Sed quid est, quod vxorē, & filios ei venūdari, præcipit? quid illi peccauerūt, vt venun-

4. Reg. 4.

dentur. Sic etiam. 4. Reg. 4. filij traduntur in seruos propter patris debita. Non immerito vxor, & filij venduntur, quia etiā illi in culpa fuerunt socij, & occasionem dederunt debitis. An non sæpe mulier, vt pretiosis induatur vestibus causa est debitorū, & peccatorū viri? An non idem filijs accidere solet? Si ergo criminis rei extiterunt, simul etiam vēdantur. Sicut ergo de fidei muliere, Paulus ait. Saluatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem. Ita de praua dici potest. Damnatuſ est vir fidelis per mulierem infidelem, simul ergo cum viro venundetur, quæ focia criminis fuit. Dedit pomum Eua Adamo, in quo innumera mala erant. Si vt illa refarcirentur, Adam venundandus foret, an non merito cum eo venundanda Eua fuit? Petit Israel ab Aaron vitulos, quibus ille ait. Aurum & argentum multū necesse esse, vt opus, cōficiatur. Statim mulieres aiunt, en armillas, catenulas, annulosq; nostros. Si vt pauperes alerentur, aurum peteretur, nequaquam darent, sed in vitulos conſiciendos statim dederunt. Si Israelitæ venundandi essent, vt hoc damnum refarciretur, an non simul eorum vxores, criminis participes, venundari mererentur? Mulieres mutauerunt Salomonis sensum, an non merito vendendæ? Quid de Dalila dicam, quæ virū tradidit Philisteis, an non vt bestia tractanda esset, quæ virum tradidit, vt tanquam bestia tractetur? Quid merebatur Herodias, quæ caput Ioannis amputari fecit? Quid Iezabel, quæ curat Naboth interfici, & vineam surripi? Quæ ergo causa criminis sunt, pœnam sustineant venundetur igitur cum viris. In historia de viris illustribus ordinis Cisterciensis memoriæ proditum est, Fuisse insignem mercatorem, qui morti proximus vocato tabellione testamentum sic confecit, corpus meum terrę datur, ex qua sumptum fuit. Anima vero mea dæmonibus tradatur, quia eorum est. Dixerunt amici ad eum. Vide, quid dicas, forte dementatus es. Et cum tribus vicibus idem repeteret, ac diceret, sensu nō careo, sed hoc ita est vt dico, anima mea ad dæmones pertinet, eis tradatur, & multa alia dixit in quibus ostendit, optimo iudicio se præditum esse, nec delirare infirmitate grauatum. Et tandem addidit. Nunc ergo cum me videatis sanæ mentis esse, dico. Anima mea dæmonibus

trada-

1. Cor. 7.

Exo. 32.

Historia
Cisterciens.

A tradatur. Insuper anima vxoris meæ, & animæ filiorum meorū, & anima confessarij mei. Anima mea, quia multa aliena rapui, & iniquis cōtractibus multa subripui. Anima vxoris, quia vanitate sua, & vt superflue indueretur, me aliena rapere fecit. Anima filiorum, quia vt eis darem, quæ petebant, & prohibito volebant, ego furatus sum. Anima confessarij, quia me male absoluit. Et his dictis expirauit, en venundatos filios, & vxorem.

Deinde in hac venditione peccatoris, & vxoris, & filiorum ostenditur vastitas omnimoda, quæ per peccatum homini contingit. Hos enim peccatum meretur, vt omni modo homo desoletur, & à te auferatur vxor, liberi, substantia, vita. Hinc fratres Ioseph aiunt. Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum. In Aegypto hæc videre licet, omnia quæ in agro sunt vastantur, iumenta pereunt, filij moriuntur, & demum ipsi suffocantur. Caue peccatum, quia per illud vniuersa vastitas, adueniet tibi. Hinc Esaias, abscondisti faciem tuam à nobis, & allisisti nos in manu iniquitatis nostræ, quasi dicat, factum est, vt peccata nostra nos ducerent in præcipitium, & inde nos præcipitent, & sic contriti sumus, & relictī omnino miseri, sine templo, sine sacrificio, sine sacerdote, sine hæreditate. Hinc idem Esaias. Quoniam subito dum non speratur, veniet contritio eius, & comminuetur sicut conteritur lagena figuli contritione perualida, vt non inueniatur de fragmentis eius testa, in qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur parū aquæ de fouea. Hanc omnimodam vastitatem peccatum homini affert. Hinc Iob, si impius fuero, vax mihi est. Vel hinc dicitur peccator disce peccati malitiam quia interitum tibi machinatur, licet amicum se simulet. Solet aliquando, qui per insidias aliquē occidere vult, ad ianuā eius noctu venire, & efficere, vt aliquis notus eius ianuā pulset, vt ille aperiat amico, & tunc confodere eum possit. Cum ad ianuam cordis tui pulsat praua cogitatio, aut delectatio, amicus pulsare videtur. Sed caue, ne aperias, ibi enim peccatum est inimicus tuus, vt te perdat, & vastet. Cum ergo te videris omnino perdi ac tua desolari, vide an peccaueris, & agnosce, stipendiū peccati hæc esse.

Esai. 64.

Esai. 30.

Iob. 10.

Simile.

Tt 4

Territus

Territus seruus ille est, his auditis, & procidit dicens, *patien-
tiam habet in me.* Cum impossibile sit, debitam tantum solui, ni-
hil restat peccatori, nisi humiliatio, qua se Deo subijcit, hac
vero Deus contentus est ut in parabola Prodigii manifestauit.
Non in debitum dimisit ei. Egressus autem seruus ille. Egressus à
conspectu Domini est, & oblitus misericordiae susceptae, nisi
enim egressus à facie Domini, & oblitus eius, crimen non ad-
mitteret, quod commisit. Egressus est, & qui misericordiae sus-
ceptae in amor esse debuit, illum oblitus est. Egressus à Deo,
qui est charitas, contra charitatem facit. Egressus à domo pa-
tris dissipator filius omnia absomit, & perdit. Hinc de repro-
bo Cain dicitur. Egressus est Cain à facie Domini, & habi-
tauit profugus in terra. Sed quid est, egredi à facie Domini?
Egredi à regione illa in qua Deus responsa dabit, & patribus
apparere solitus erat. Obluisci Dei, & ab mente recedere, &
ideo singularem Dei beneuolentiam non experiri. Vnde
Iosephus libro primo antiquit. c. v. decimo ait. Tantum ab-
fuit, ut Cain hac castigatione in melius vitam mutauerit, ut
peior etiam sit factus, suis voluptatibus, vel cum aliorum iniu-
ria indulgens, & facultates domesticas per vim, ac rapinas accu-
mulis, accitis vnde cunque latrocinatorum, & nequitiae socijs,
magister illis ad facinorosam vitam est effectus. Ad hanc sim-
plicem hactenus viuendi rationem, excogitatis mensuris,
& ponderibus immutauit, pristinamque sinceritatem, & ge-
nerositatem ignaram talium artium, in nouam quandam
versutiam deprauauit. Hæc Iosephus. Hæc fuit egredi
Cain à facie Domini, elongari, & separari à Deo suo, & fie-
ri velut nauigium absque clauo, & gubernaculo, quod ven-
tus tollit, quo vult. Egressus à Deo, qui pater erat, quem
imitari debuit, tanquam exemplar, & cum ei propositum esset
optimi exemplar, non illud imitatus est. Qui ergo gloriatur pa-
trē se habere Deū, eū in misericordia imitetur, qui nō imitatur
egreditur à Deo, & ei terga vertit, & non faciem. Quā abomi-
nationē ut maximam ostendit Deus Ezech. Hinc Psal. de hoc
seruo nequā ait. Nō est Deus in cōspectu eius, iniquitatis sunt
viae illius in omnitempore. Auferuntur iudicia tua à facie eius,
omnium inimicorum suorum dominabitur.

Huic

A Huic è diuerso opponitur ille, de quo dicitur. Et ambulauit
Enoc cum Deo. Et ad Abraham loquitur Deus. Ambula corā
me, & esto perfectus. Et de Noe dicitur. Ambulauitque cum
Deo Noe. Et Abrahā ait. Viuit Dominus in cuius cōspectu am-
bulo. Qui coram Deo ambulat rectē ambulat. Qui Deum pra-
sentem agnoscit, & ita operatur, ac si Deum se videntem vide-
ret, qui Dei oculos veretur, qui dicit, quod sapē prophetae
vsurpant. Viuit Dominus, in cuius cōspectu sto, hic non
egreditur à facie Domini. Sidisse, quia ait. Prouidebam Do-
minum in cōspectu meo semper. Hinc orat Ezechias. Oble-
cro Domine, memēto quæso, quomodo ambulauerim coram
te in veritate, & corde perfecto. Qui sic operatur, ac si Deum
videret, hic inuisibilem, quasi visibilem sustinet Deum, hic à fa-
cie eius non egreditur.

B Sed notandum est, aliquos egredi à facie Domini, quos Do-
minus derelinquit. Alios vero sic egredi, ut tamen non dere-
linquatur, sed post illos egreditur Deus, ut eos quærat. Dereli-
quit Dauid Deum, sed Deus eum non deseruit, imo ad eum
prophetam misit, qui eum de peccato admoneret suo. Sic etiā
cum Ionas fugeret à facie Domini, misit post illum turbinem,
& procellam. Sic etiam in negantem, Petrum oculos coniecit
suos, quasi diceret, nolo te derelinquere. Alios vero derelin-
quit Deus, sicut ipsi Deum derelinquunt. Hinc scriptura ait. Si
quæseritis eum, inuenietis, si autem dereliqueritis eum
derelinquet vos, Domine si aliquando ego à domo tua fugerim,
si recessero à conspectu tuo, quære seruum tuum, ne dere-
linquas me, nec obliuiscaris mei. Audi diuinam misericor-
diam, quam contulit Loth. Monent eum Angeli, uxorem, & fi-
lias, ac generos, ut fugiant à Sodomis, sed dissimulant omnes
nec exire disponunt. Relinquunt Angeli generos eius, eum
vero educunt, & uxorem, & filias, quasi vi quadam. Iniu-
ria facta non est generis Loth, quia eos Angeli monuerunt,
sed maior collata misericordia est ipsi Loth cum non so-
lum monuerint eum, sed apprehensa manu eduxerint. Fors
Loth fors est prædestinatorum, quorum nullus peribit.

C Quia licet Deū dereliquerint, non eos omnino derelinquet,
sed à Sodomis educet. Reliqui conqueri non possunt, quoniam
à Deo

Tit 5

à Deo

Luc. 15.

Gen. 4.

Iosephus.

Eze. 8.

Psal. 9.

Gen. 17.

Gen. 5.

Gen. 24.

4. Reg. 3.

Esa. 38.

2. Reg. 12.

2. Para. 13.

Gen. 18.

Iere. 17.
Osee. 8.

à Deo moniti sunt, & si ab eo derelicti sunt, prius illi Deum A dereliquerunt. Hinc Ieremias. Domine, omnes, qui te derelinquunt confundentur, quoniam dereliquerunt venam aquarum viuentium. Non mirum, derelinquantur à Deo, qui Deum dereliquerunt. Hinc Oseas. Me inuocabunt, Deus meus cognouimus te Israel. Proiecit Israel bonum, inimicus persequetur eum. Quasi dicat. Inuocabit me Israel, cum angustijs captiuitatis premetur, & dicet. Tu es Deus meus, ego te cognoui, & colui, & antiquum Israelis nomen retineo, quod tibi semper placuit. Cur me deseris? Ad hoc respondet Dominus. Proiecit Israel bonum. Quasi dicat. Licet nomen Israel retineatis, sed nihil dignum hoc nomine egistis, proiecistis bonum, Dei proprium est esse bonum, & ideo boni nomine Deus, accipitur. De reliquistis me, & ego dereliqui vos, & in hostium manus tradidi. Qui vitam dereliquit, quid mirum morti obnoxius sit, qui panem dereliquit, non miretur, si fame pereat.

Sed quid egressus à facie Domini faciat, videamus. Inuenit unum de conseruis suis, qui debebat ei centum denarios, & tenens suffocabat eum. En crudeliter in conseruum, cui respondere solet conueniens supplicium Dei in crudeles, ut ipsi etiam suffocentur, nec loqui valeant, & sine penitentia discedant, nec in confessione loqui possint, & ianuam clausam reperiunt, sicut fatuæ virgines, quia oleo misericordiae caruerunt. Ad homines huius modi Christus Dominus ait. Quæretis me, & non inuenietis, & in peccato vestro moriemini. Sicut pisces capiuntur hamo, sic homines in tempore malo. Sicut enim piscis escam capiens moritur. Sic crudeles homines subito, dum non sperant, sine penitentia decedere solent. Hinc Christus Dominus ait. Si dixerit malus ille seruus in corde suo, moram facit Dominus meus venire, & cæperit percutere conseruos suos, manducet autem, & bibat cum ebriosis, veniet Dominus serui illius in die, qua non sperat, & hora, qua ignorat, & diuidet eum, partemque illius ponet cum hypocritis. Illic erit fletus, & stridor dentium. Dignum supplicium duri cordis, & immiser cordis est, ut misericordiam non inueniat, ut penitentiam veram non agat, ut loquelam ante confessionem amittat. Sic durus Nabal duro corde moritur. Et qui sibi omnem substantiam ser-

uare

A uare disponebat, audit repente. Stulte hac nocte repetent animam tuam. Sicut ergo domas cor filij, ne durus sit, & tibi resistat. Sic cor tuum domare, & lenire stude, ne postea cum penitentia illud emollire uolueris, durum reperias. Vnde putas fieri, ut in multis à Deo non audiaris, nisi quia tu in multis Deum non audis? Quia proximo tuo durus es, durus tibi Deus redditur. Petis à Deo, & non obtines, quia petit à te pauper, & non exaudis. Cum à te petitur eleemosyna, vel uenia, dicere deberes, gratias tibi ago summe Deus. Quia uoluisti à me aliquid petere, accipe, quod petis, ut reddas, quæ ego peto. Hinc est illud, quod Dominus per Zachariam mandauit principibus uiris Iudæis, qui miserunt ex Babylone in Ierusalem, ut interrogarent prophetas Domini, an ipsis ieiunandum esset, & flendum quinto mense. Ad quos propheta ait. Hec ait Dominus exercituum dicens. Iudicium verum iudicate, & misericordiam, & miserationes facite unusquisque cum fratre suo, & uiduam, & pupillum, & aduenam, & pauperem nolite calumniari, & malum viri fratri suo non cogitet in corde suo, & noluerunt attendere, & non audierunt. Sic clamabant, & non exaudiam. Dicit Dominus exercituum. Si ergo mihi ais. Deus mihi durus est, & inexorabilis, attende, quod alicui proximo tu durus es, vis tu durus cum sis, Deum tibi misericordem esse?

Serue nequam omnem debitum dimisi tibi &c. Grauisimum coram Deo crimen hoc esse ostendunt uerba durissima, & uoluntio sauisima, quam de eo sumit, qui ignoscere non nouit. Videt in nuptijs quendam non in veste nuptiali, & ait ad eum. Amice quomodo huc intrasti? Et cum Iudas eum traderet, ait. Amice ad quid uenisti? Nunc uero immiser cordem alloquens ait. Serue nequam. Caue ne audias uerbum istud, tinniet enim ambæ aures tuæ. Maximè Dei ira timenda nobis est. Hinc Psalm. Domine ne in furore tuo arguas me, nec in ira tua corripas me. Ab hoc uerbo aspero se liberandum Psalm. ait. Quoniam ipse me liberabit de laqueo uenantium, & à uerbo aspero, & uerbum asperum, serue nequam. Si obmutuit, qui audiuit, amice, quomodo huc intrasti? An non obmutescet,

Luc. 13.

Zach. 7.

Ioan. 7.
Ecclest. 9.

Matt. 24.

1. Reg. 23.

Mett. 22.

Matt. 26.

Psal. 4.

Psal. 90.

Mat. 22. cet, qui audit, serue nequam. Summè profecto odit, & auersatur Deus immisericordes, cum verba huiusmodi in eos dicat. Et cum impropere non nouerit beneficia collata, qui dat omnibus affluenter, & non impropere. Nunc huic immisericordi beneficia collata impropere, dicens. *Omne debitum dimisi tibi &c.* Si plura tibi condonauit, cur propter me pauca non condonasti? An non iustus erat, ut mihi similis esses in misericordia, potius quam dæmoni in duritia? Quid respondebis ò homo, qui ignoscere paruam iniuriam non vis, Christo Domino hæc tibi dicenti? Certe obstructum est os loquentium iniqua, ut *Psal. 62.* ait, & obstruetur os tuum, nihil enim respondere poteris. Tunc Dominus ait. Sicut se habuit cum seruo, sic me cum illo geram. Misit seruuum in carcerem, mittite eum in carcerem, debitum non dimisit, debitum ei non dimittatur. Veni, ait Angelus Ioanni, ostendam tibi damnationem meretricis magnæ, & inter alia ait, in populo, quo miscuit vobis, miscete illi. Durus fuisti, durus Deus tibi erit. Voluisti vindictam sumere, Deus de te illam sumet. Et cum solui peccatum lethale à solo homine non possit, in æternum cruciabitur. Quia peccatum licet ex parte conuersionis sit finitum, & hac parte pœna ei finita debeat: tamen ex parte auersionis est infinitum, & ei æterna pœna debetur. Et ideo peccator laborauit in æternum, & viuet adhuc in finem.

Apo. 17.

Psal. 48.

Sed dubium hic restat. Quod nam hic crimen commisit, qui solum voluit debitam sibi pecuniam solui, & hac de causa debitorem in carcerem misit, quod licitum esse videtur, & quotidie vsu venire solet. Hinc apparet, multa esse, quæ hominibus licita apparent, Deo tamen non sunt, qui cor intuetur. Ego condemnare non possum eum, qui sibi debita recuperare vult, & ideo debitorem trudit in carcerem. Sed sæpe hoc ita fit, ut Deus dicat tyrannidem, & peccatum. Licitum est diuitias possidere, & bonæ sunt diuitiæ, ubi non est peccatum in conscientia. Sed quia difficile est, diuitem intrare in regnum cælorum, beati pauperes.

Lici-

A Licitum est illatam tibi iniuriam vindicare potestate publica. Sed raro id fit zelo iustitiæ, & absq; odio. Et ideo eū Christus dānat, qui hoc fecit, nō quod fieri bene nequeat, sed quia raro, & difficile bene fiat. Si tu sanctissimus esses, & nulla percitus ira, posses id probe agere. Sed cum vix iustus sis, caue à periculo tāto, & recede, nō à malo solo, sed ab omni specie mali. Nec enim solū ab igne, & fluuio fugis, sed ab eo loco, qui valde proximus est. Vnde in discrimen venire potes. In tuto ergo salutem tuam æternam cura ponere. Tanta enim res æterna salus est, ut illam in tutissimo loco ponere debeamus, & ab omni seruire discrimine, & fatagendum nobis est, per multa bona opera certam nostram vocationem, & electionem facere. I. Pet. I.

B Dominica Vigesima Secunda Post Pentecosten.

Thema. Reddite, quæ sunt Cæsaris, Cæsari, quæ sunt Dei, Deo. Matt. 22.

C ERCVREND A breuiter litera euāgelij est, ut de Dei imagine quæ in homine est, fusius tractemus. De qua re sancti, & doctores hoc loco agunt, occasione sumpta ab imagine nūmismatis, propterquam Cæsari reddendum, Christus Dominus pronunciauit.

Tunc abeuntes Pharisei consilium inierunt, ut caperent eum in sermone. Cū parabolam duas eis proposuisset, vineæ, scilicet, & nuptiarū, quibus eorum peccatum, & reprobatio quasi in imagine eis ostēsa erat. Cū copūcti, & supplices ad Christi pedes se prouoluere debuerūt, tūc non peccata cumulat, & signū reprob-

proborum ostendunt, quod est increpatione in deterius proficiere. De quo in Primo Tomo concionum sermone de Samaritana plura diximus. Consilium ineunt, & quales consiliarij, tale & consilium. Ad hos Esaias loquitur. Inite consilium, & discipabitur, loquimini verbum, & non fiet. Attende hominum malitiam, ait Chrysof. Sicut si quis occludere voluerit aquam currentis meatum, si hac excluditur, per violentiam, aliunde semitam quaerit. Sic Iudaeorum malignitas vna parte confusa, alium sibi aditum adinuenit. Sed frustra consiliantur contra eum, de quo Iob. Qui apprehendit sapientes in astutia eorum, & consilium prauorum dissipat.

Sed quo tendit horum consilium? Plane ut caperent Iesum in sermone. Verbum in verbo capere voluerunt, sed errare verbum in verbo non potest. Videbant hi in opere non potuisse capi, cum ei acclamatum sit. Bene omnia fecit. Curant in sermone eum capere, quod facilius multo est. Facillime namque homo in verbis delinquit. Videbis hominem probum, & iustum, qui malum opus nullo modo perpetrabit, imo cauet maxime, at in sermone facile capitur, & delinquit. Aliqua leuia iuramenta homo deuitat facile obmurmurat, & verba irata profert. Hinc Iacobus. Omnis enim natura bestiarum, & volucrum & serpentium, & ceterorum domatur, & domita sunt a natura humana. Linguam autem nullus hominum domare potest, inquietum malum plene veneno mortifero. Nobis ergo maxime cauendum ne in sermone capiamur. Nam qui non offendit verbo, hic perfectus est vir.

Mittunt discipulos cum Herodianis. Id est, cum Herodis militibus, vel cum potestate saeculari, cuius autoritate tributa exigebantur. Eo vero hi tendebant, ut Lucas ait, ut traderent eum principatui, & potestati praesidis, si contra tributa aliquid diceret. Mittunt vero discipulos aetate iuniores, sed malitia pares, ut Chrysof. ait. Nam pulli serpentum natura breuiora sunt, sed virus aequale habent. Catuli luporum, & si praedam adhuc capere, non possunt, tamen sanguine gaudet, & morsibus ludunt. Hos ergo discipulos mittunt, ne si ipsi accederent, cognita eorum malitia, ab eis caueret. De consilio malorum & eorum congregatione, multa diximus Primo Tomo concionum feria sexta post dominicam passionis.

Ajunt

- A** Ajunt ergo. Magister, scimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo, non enim respicis personam hominum. De his Psal. Ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant. Et iterum. Molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula aiunt, magister, Christum magistrum sibi volunt, quem audiant, non Dominum, cui obediant. Contra vero discipuli, quibus dicitur. Vos vocatis me magister, & Domine, & benedicitis, sum etenim. Non ergo solum audiendus Christus Dominus est, sed & obediendum ei est. Hi vero, nescientes, quid dicant, diuinos Christo Domino dant honores, aiunt enim, scimus quia verax es. Est autem Deus verax, omnis homo mendax, ut Paulus ait. & Numeri. 23. Non est Deus, ut homo, ut mentiat, nec ut filius hominis, ut mutetur, & viam Dei in veritate doces.
- B** Viam naturae philosophi docuerunt, sed multis admixtis erroribus. Machometus, & alij viam diaboli docuerunt, Moyses viam Dei docuit, sed in figura, non in veritate. Quia omnia in figura contingebant illis, Christus solus viam Dei docuit in veritate, quia Deum nemo vidit unquam, & ideo nec viam ad eum docere potuit, sed unigenitus, qui est in sinu patris ipse enarrauit. Qui de terra est, de terra loquitur, & ideo nullus viam in caelum docere potuit, nisi qui descendit de caelo. Hinc Psal. Deum orat. Vias tuas Domine demonstra mihi, & semitas tuas edoce me. Qui ergo viam Dei in veritate docet Deus est, & non est tibi cura de aliquo, nec respicis personam hominum. Dei proprium hoc est. Hinc Sapiens. Pusillum, & magnum ipse fecit, & aequaliter est ei cura de omnibus. Et Actorum. 10. Non est personarum acceptor Deus. Et Paulus. Non est personarum acceptio apud Deum. & Deutero. 10. Deus magnus, & terribilis, qui personam non accipit, nec munera.

Dic ergo nobis licet censum dare Caesari, an non? Eo tempore quo Caesar Aug. describi iussit uniuersum orbem, praecipit, ut denarium quisque persolueret. Tunc surrexit Iudas Galileus dicens, tributum illud non persolendum, & multos in suam traxit sententiam. Ipse vero perijt cum suis. Ita Iosephus li. 18. antiqui tatum. De qua re meminit Gamaliel, ut refert Diuus Lucas, qui ait. Post hunc extitit Iudas Galileus in diebus professionis,

* auer-

Esa. 8.

Chrysof.

Iob. 5.

Mar. 7.

Iacob. 3.

Luc. 20.

Chrysof.

Psal. 61.

Psal. 54.

Ier. 13.

Rom. 9.

Num. 23.

1. Cor. 10.

Psal. 24.

Sap. 6.

Acto. 10.

Rom. 2.

Deut. 10.

Iosephus.

Acto. 5.

Luc. 2.

Luc. 2.

& auertit populum post se; & ipse perijt, & omnes quotquot consenserunt ei, dispersi sunt. Dies professionis dicit, dies descriptionis, cum exijt edictum à Cæsare Augusto, vt deferretur vniuersus orbis. Populus Iudæorum ægreferebat hoc tributum, & libertatem optabat. Ideo aliqui dicebant Cæsari non reddendum tributum, quia indecens erat, Dei populum peculiarem infideli principi subesse, & ei tributa persolvere. Nunc ergo consilio inito ad Iesum discipulos mittunt, vt hanc quæstionem proponant. Vt si dicat, non reddendum tributum, eum verè accusarent eius criminis, quod falsò ei imposuerunt, dicentes, eum prohibere tributa dari Cæsari. Si verò diceret tributum Cæsari dandum, aliquid gratiæ apud plebem amitteret, nec Saluator crederetur, qui eos non eripiebat à potestate infidelium.

Luc. 23.

Quibus Christus Dominus respondet. *Ostendite mihi numisma census, cuius est imago hæc, & superscriptio, dicunt ei Cæsaris, ait eis, reddite ergo, quæ sunt Cæsaris Cæsari, quæ sunt Dei Deo.* Quasi dicat. Conficere numos, eosque signare, proprium est principis: vos confitemini Cæsarem principem vestrum in hoc, quod pecuniam habetis eius insignitam imagine, reddendum ergo est ei tributum. Nec id contrarium est, aut aduersum Deo, potestis enim vtrique inferuire, reddentes Cæsari tributum, & Deo quæ ille à vobis postulat. Tributum enim infideli dare Deus non prohibuit. Si vero Cæsar aliquid peteret, quod esset contra Deum, id non Cæsaris, sed demonis tributum esset, & tunc ei omnino parendum non esset, vt Matthatias fecit.

1. Mach. 2.

In his Christi Domini verbis, aliqua adnotanda sunt. Primum. Aliqui censent, vniuersa Cæsari danda, qui scilicet credunt, omnia mundo, corporique deberi, & vniuersa in eius obsequio insuenda esse. Alij dicunt, omnia Deo danda, & nihil mundo, aut corpori. Quidam vero media via procedunt, & Deo, quæ Dei sunt, tribuenda censent. Corpori vero, & mundo, quæ illius sunt: quæ necessaria sunt. Plurimi hominū in priori sententia sunt, qui vniuersam substantiā corpori, & mundo tribuunt, vniuersum tempus eis impendunt,

1. Reg. 25.

Deo vero, & animæ suæ seruant nihil. Similes Nabal Carmelo, qui

A qui Dauidi nihil dare voluit. Et persimiles diuiti illi, de quo Lucas ait, dixisse animæ suæ. Anima habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare. Qui nec micæ mensæ Lazaro pauperi concedere volunt. Hi Deo nihil dant. Et in altero sunt extremo. In altero vero, qui nihil dare vellent corpori, omnino tamen, ei necessaria tribuenda sunt. Sic Iacob munera offert Esau, vt eum libere pertransire finat. Et Abraham Ismaeli, & filijs concubinarum largitus est munera. Non ergo Deus ita vniuersa potest, quin relinquat plurima, quæ alijs tribuas. Regi tributum, honorem, & obedientiam. Patri animi submissionem, & subuentionem. Et tandem vt Paulus ait. Reddite omnibus debita, cui honorem, honorem, cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal.

Luc. 12.

Gen. 32.

Gen. 25.

Rom. 13.

Secundum in his verbis attendendum est. Licet vniuersa, quæ in mundo sunt, Dei sint, sed aliqua singulari ratione eius propria dicuntur, quæ ideo ei seruanda sunt præcipue. Sicut vniuersa domus regia regis est, sed cubicula illa, in quibus ille habitat, præcipua ratione eius esse dicuntur. Ita licet omnis creatura Dei sit, quia ipse omnes fecit, & in omnibus habitat, sed cor hominis, & animâ illius singularius Deus possidet, cum ait. Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus, quia hoc est veluti cubiculum regium, quod ipse inhabitat. Hinc Sapiens. Anima iusti sedes est sapientiæ. Ideo

Simile.

Ioan. 14.

Sap. 7.

C anima Dei templum dicitur, Dei sedes. Singulari etiam ratione anima Dei est, quia ab eo immediate creatur, & ad sui imaginem efformata est. Sicut enim homo, qui plures depictas imagines in cubiculo contineret, diceret, hæc imago mea est præcipue, quia ego eam solus depinxi, & me in illa efformaui, mei effigies est, cæteræ meæ sunt, quia manibus ministrorum meorum confectæ, hæc vero à me solo, & mei figura ideo mea singulari ratione dicitur. Ita de alijs creaturis dixit ille. Producat terra herbam virentem, producant aquæ reptile, &c. Quia licet Deus ea condiderit, sed de potentia materiæ formas educit animalium. At hominis animam non de potentiam materiæ educit, sed ipse solus eam creat, & sui imaginem effecit.

Simile.

Gen. 1.

Hoc vero latius nobis est exponendum, ut inde colligamus, Dei nos esse singulari quadam ratione, & ei nos reddi oportere.

*D. Tho.
Gen. 2.*

Simile.

Augu.

Diuus Thomas. 1. parte, quæstione. 93. ostendit, quomodo in homine sit Dei imago, Deus quidem hominem creaturus ait faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. In inferioribus creaturis posuit Deus vestigium sui. In homine vero imaginem. Regum more, qui in magnis aureis monetis effigiem sui ponunt, in inferioribus vero monetis insignia sua duntaxat. Licet enim omnis creatura Deo assimilatur. Sed ad rationem imaginis non satis est quælibet similitudo, sed similitudo secundum vltimum rei, & propriissimum. Quædam ergo assimilantur Deo in esse, quod est cõmunissimũ, ut ita loquar, quædam in vita, quædam in intellectu, quæ ut Augustinus dicit in libro 83. quæstionum, ita sunt Deo similitudine proxima, ut in creaturis nihil sit propinquius. Sicut in corporalibus imago rei dicitur, non quælibet similitudo manus, aut pedis, sic enim vestigium hominis appellares eius imaginem, sed similitudo vultus, & faciei. Et ideo illa creatura Dei imago dicitur, quæ est similitudo vultus Dei. In Deo vero non sunt humana membra, nisi per metaphoram. Vnde vultus Dei metaphorice accipiendus est. Sicut ergo in facie hominis sensus, & animæ virtus magis elucet. Ita in diuino intellectu & voluntate maxime cognoscitur diuina virtus, dum intellectu verbum generat, voluntate, & amore spiritum sanctum producit. Ideo homo qui intellectu, & voluntate illud refert, imago Dei dicitur, quia illud repræsentat, quod in Deo est veluti facies. Hinc Psal. Signatũ est super nos lumen vultus tui Dñe. Id est. Imago, qua vultus, & facies tua repræsentatur.

Psal. 4.

D. Tho.

His, quæ diximus, addit D. Thomas arti. 6. eiusdem quæstionis. Aliter repræsentat imago, & aliter vestigium, nam imago repræsentat secundum similitudinem speciei, vestigium vero per modum effectus, qui sic repræsentat causam, quod tamen ad speciei similitudinem non pertingit. Impressiones enim, quæ ex motu animalium relinquuntur, dicuntur vestigia, & cinis dicitur vestigium ignis, est ergo hæc differen-

tia

Augu.

Atia inter hominem, & alias inferiores creaturas, quod in homine repræsentatur similitudo diuinæ naturæ, quantum ad hoc, quod in eo repræsentatur similitudo Trinitatis increatæ, quia intelligit, & amat, producit verbum, & amorem. Alia vero non intelligunt, nec amant, sed apparet in eis quoddam vestigium intellectus, & amoris producentis, si earum dispositio, & ordinatio consideretur. Merito ergo homo secundum mentem Dei imago dicitur, quia intelligit, & amat. Et præterea, imago etiam Dei dicitur, quia liber est arbitrio, & Dominus sui, & suorum actuum, quod est proprium rationalis creaturæ. Non solum homini concessit Deus mundum vniuersum: sed dedit etiam ei, ut sui ipsius dominium haberet, & sui ipsius Dominus esset, quia in re plus ei concessit, quam cum mundum dedit, quanto maior homo est mundo, qui ad hominem ordinatur. Per libertatem ergo homo est Dominus sui, & suorum actuum. Et inde ortum habet, ut aliorum omnium Dominus sit. Est ergo homo sui ipsius, & omnium relinquorum Dominus. Et in hac etiam re Dei imago est, Deoque similis, qui omnium Dominus est. Et hoc ostendit Dominus in eius creatione, cum dixit. Faciamus **B** hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Ut præsit volatilibus cæli, & bestiis terræ, &c. id est, faciamus hominem veluti alterum in mundo Deum, ut sit Dominus omnium.

Gen. 7.

C Ex dictis sequitur, singulariter hominem deuinctum esse, ut Deo se tradat, quoniam Dei est singulari ratione, & eius est imago, Ambrosius. Sicut Cæsar exigit impressionem suæ imaginis, sic & Deus animam lumine vultus sui insignitam. Sicut enim denarius imagine regis, sic signatur homo ad imaginem, & similitudinem Dei.

Ambros.

Ratio ergo præcipue militat in homine, ut se Deo tradat, quoniam ratione pollet, qua Deum agnoscit, qua beneficia illius expendere potest. Voluntatem habet, quæ in solo Deo quiescit. Et demum, cum operationes sequantur naturam, & esse cum naturam suæ similem homini concesserit eum deuinxit, ut similes operationes diuinis exhibeat. Et hinc

Vv 2

hominis

hominis perfectio colligenda est, si Deo assimiletur in operibus suis, sicut perfectio imaginis iudicatur ex assimilatione ad id, cuius est imago.

Reliquæ omnes creaturæ Dei sunt, quia ab eo conditæ, & solum hac ratione nunquam ab eo discessionem fecerunt. Ordinatione tua perseverat dies, quoniam omnia seruiunt tibi, vt Psalm. ait. Et Iudith. Tibi seruiat omnis creatura, quia dixisti, & facta sunt, misisti spiritum tuum, & creata sunt, & non est, qui resistat voci tuæ. Eadem ratione vtitur Psalm. dicens. Ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt, &c. Præceptum posuit, & non præteribunt. Si ergo tu Dei factura es, hac sola ratione in officio continendus esses, ne vnquam Dei præceptum violares. Sed multæ aliæ rationes sunt, vt diximus.

Ais vero. Omnes reliquæ creaturæ Deo obediunt semper, quia non obedire non possunt, arbitrio liberæ non sunt. Ego vero liber sum, & ideo pecco. Ita se res habet, vt Hieremias ait, fecisti malum, & potuisti. Sed si recta ratione vtereris, potestas ista, & arbitrium liberum tibi concessum magis deuinctum te tenere deberet, ne Deo rebellis esses, exemplis subiectis id manifestum fiet.

De puluere ege nos duos rex Hispaniæ suscitatur, & cum infimi de plebe essent, eorum alteri maioricatum concedit, ex quo mille aureos numos habet in annuos redditus. Alteri vero integrum concedit regnum pro sua liberalitate, nullis præcedentibus meritis. Si forte hic, cui regnum concessit, rebellis regi suo, prodicionem in eum machinaretur, & exercitum egeret, vt in regem suum dimicaret, diceres ei. Cur rebelis regi tuo est? Attende socium tuum, cui maioricatum paruum concessit, qui fidelis semper regi fuit. Ille his auditis, respondet. Ille insurgere in regem non potest, solum enim mille aureos numos in redditus annuos habet, ego vero, qui regno potior, possum exercitum cogere, & in regem rebellare. An non ad eum diceres. Ita res se habet, sed regnum hoc, & potestas, quam à rege accepisti, te magis tenere debuit, & efficere, vt regi fidelissimus esses, quoniam hæc omnia ab eo accepisti.

Psal. 118.
Iudith. 16.
Psal. 148.

Hiere. 3.

Simile.

Ati. Quid habes, quod non accepisti? quod si accepisti, quid extolleris, quasi non acceperis? Ita nunc peccatori dicimus, arbitrio liber es, cum reliquæ creaturæ non sint, sed à Deo munus hoc maximum accepisti. Insurgere in Deum potes tu, quod alia non possunt. Sed potestas ista donum Dei est, Dei donis in ipsum dimicabis? potestate ab eo tradita sic abuteris? Alio exemplo hoc ipsum manifestum fiet. Duos assumit homines rex. Primum seruū domus constituit, secundū in filium adoptat. Si prior fidelis existeret, & alter infidelis, qui in filium assumptus fuerat, an non ei probro daretur, quod in tanta dignitate à rege constitutus, proditor inueniretur. Hoc ipsum Dominus loquitur per **B** Esaiam. Filios enutriui, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Teneris ergo Deo obsequi, quia Dei es; tum creatione, tum quia ipse imago, intellectu, & volutate pollens, & libero arbitrio.

Sed ais. Numus Dei sum, eius imagine insignitus, quem in finem me Deo tradam? Respondeo tibi. Trade te Deo, vt te omnino perficiat, & adumbratam solum imaginem absoluat, & consumet. Si nunc imago aliqua adumbrata solum in tabula esset, imperfecta, ac rudis, primisque lineis duntaxat constans, si sensum haberet, nihil magis optaret, quam perfici, libenterque in artificis manibus se daret, vt eam absolueret. Hoc ipsum est, quod nunc à te petimus. Imago Dei es, sed imperfecta. Vis te

C imperfectam imaginem videre? Audi Paulum dicentem. Filioli, quos iterum parturio, donec formetur in vobis Christus. Et iterum, qui cepit in vobis opus bonum, ipse perficiet. Quod in hodierna epistola nobis propositum est. Et Iacobus. Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis, vt simus initium aliquod creaturæ eius. Et hoc ipsum Dominus in hominis conditione significauit, cum dixit. Ad imaginem, & similitudinem nostram, illud, ad tendentiam significat imperfecti ad perfectum. Vis oculis tuis subijciam, qua ratione imperfecta hæc imago perficiatur? Audi Paulum. is, qui intus est, renouatur de die in diem. Et iterum. Renouamini autem spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est iniustitia, & sapientie veritatis. Et iterum. Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, & induetes nouum, cum, qui renouatur

Tom. Secundus.

Vv 3

uatur

Esai. 1.

Simile.

Gala. 4.

Philip. 1.

Iaco. 1.

Gene. 2.

2. Cor. 4.

Ephe. 4.

Colos. 3.

uatur in agnitionem Dei secundum imaginem eius, qui creauit illum.

Vt vero hæc explicemus, attende. Adumbrata Dei imago, inchoataque in hominis natura est, gratia vero perficitur, & abundantiori gratia, & virtute magis, magisque proficit à claritate in claritatem, & sic ibunt de virtute in virtutem, & videbitur Deus Deorum in Sion. Vbi omnino perficietur similitudo, iuxta illud Ioannis. Cum autem apparuerit, similes erimus, quia videbimus eum sicuti est. Imago Dei est in homine secundum quod Deum imitatur, hæc vero imitatio est triplex. Prima, quod possit cognoscere, & amare Deum, & hæc imago est naturalis, quæ inest omni homini. Secunda, in hoc quod Deum cognoscat, & amet, sed hoc imperfecte per fidem, & charitatem, cuius actus sæpe interruptitur. Et hæc est imago iustorum in hac vita. Tertia, in hoc quod Deum videat clare, & diligat semper, & hæc imago est in patria. Vnde glossa super illud Psalm. Signatum est super nos lumen, & distinguit triplicem imaginem, creationis, recreationis, similitudinis.

Psal. 83.

1. Ioan. 3.

Psal. 4. Glossa.

Rom. 8.

Ioan. 14.

Aris.

Sed nunc de imagine recreationis, siue iustificationis, in qua versamur, aliqua dicamus. Hæc in nobis est percognitiōnem, & amorem. De qua Paulus ait. Quos præsciuit, & prædestinavit, conformes fieri imagini filij sui. Posuerat Deus initio imaginem sui in homine, sed homo illam peccato deturpauit. Venit Christus in mundum, vt hanc restauraret imaginem. Est enim homo perfectus Dei imago expressa. Et ideo, sicut ait Christus Dominus Philippo. Qui videt me, videt & patrem meum, quia ipse patris imago est. Sic, suo ordine, qui videt perfectum Christianum, videt Christum Dominum, Deus inuisibilis in se factus est in Christo visibilis. Sic Christus, qui ascendens in cælum inuisibilis nobis est redditus, in perfecto viro cernitur.

Quomodo vero cognitione, & amore Christo Domino assimilēmur, facile explicabimus. De cognitione Aristoteles asserit fieri per assimilationem ad rem cognitam. Amor etiam assimilatur, quia transire facit in rem amaram. Vnde dicitur. Sed vt

A Sed vt noerit homo, qui se vult perficere in hac vitâ, qua in re sit vltima imaginis perfecti. Notandum ex D. Thoma. quod imago Dei perfecta est in homine secundum actus præcipue. Hinc Augustinus. 9. de Trinitate, assignat Trinitatem in anima nostra secundum actualem visionem. Cum enim imaginis perfectio sit assimilatio, & representatio rei, tunc erit perfectior in anima nostra imago, cum maxime accesserit ad representandum diuinas personas. Diuinæ autem personæ distinguuntur secundum processionem verbi à dicente, & amoris connectentis vtrumque. Verbum autem in anima nostra sine actuali cognitione esse non potest, vt Augustinus dicit. 14. de Trinitate. Ideo principaliter est, imago Trinitatis in anima nostra secundum actus, cum scilicet intelligendo verbum producimus, & inde in amorem inflammamur. Sed quia principium actuum sunt habitus, & potentia, vnumquodque autem est virtualiter in suo principio, ideo secundario, & quasi ex consequenti attenditur Trinitatis imago secundum habitus, & potentias, pro vt scilicet in eis actus existunt.

D. Th.

Aug.

Aug.

Insuper non in quacunque cogitatione, & amore est in homine Trinitatis imago, sed in Dei consideratione, & amore. Vnde Augustinus. 14. de Trinitate ait. Non propterea est Dei imago in mente, quia sui meminit, & diligit, & intelligit se, sed quia potest etiam meminisse, intelligere, & amare Deum, à quo facta est. Et ratio est, quia perfecta assimilatio est, quando anima nostra representat diuinas personas representatione speciei, prout est possibile creaturæ. Verbum autem procedit à Deo secundum notitiam sui ipsius, & amor secundum quod se ipsum amat. Diuersitas autem obiectorum diuersificat speciem verbi, & amoris. Perfecta ergo Dei imago in homine erit, secundum verbum conceptum de Dei notitia, & secundum amorem eiusdem. Et hoc est, quod Paulus ait Nos autem reuelata facie gloriam Domini specularantes, in eadem imaginem transformamur à claritate in claritatem. Hæc D. Thoma. vbi supra.

Aug.

2. Cor. 3.

D. Tho.

Ex quibus sequitur necessitas orationis, & considerationis diuinorum, vt in nobis Dei imago perficiatur. Sicut enim in

11. G

obiecto speculo figura mea representatur. Ita in oratione, cum se homo Deo obicit, representatur Dei imago in anima impressa ex diuina presentia.

Est enim homo persimilis speculo, quod eius figuram in se exprimit quod illi obicitur. Si e regione ei ponas terram, terrae effigiem in eo videbis, si caelum, caeli effigiem refert. Ita anima nostra cognitione, & amore assimilatur rebus. Perspiciendum ergo homini est, cuius imaginem gerat. Aliquando enim inter rogandus homo est, cuius est imago haec, & superscriptio, & illi concedendus homo est, cuius imaginem esse gessit. Superbe cuius haec imago est? non ne daemones? in honeste cuius haec imago est? nonne bruti? Auare, cuius nam haec imago est nonne terrae? His omnibus dicitur a Ioanne. Siquis adorauerit bestiam, aut imaginem eius, & acceperit characterem in fronte sua, aut in manu sua, hic bibet de vino irae Dei. Omnis peccator diaboli characterem, & imaginem habet. Hinc Sapiens. Imitantur diabolum, qui sunt ex parte illius. Diabolo ergo tradendus est, qui imaginem diaboli habuerit. Ideo nolite conformari huic saeculo, sed reformamini in nouitate sensus vestri?

Apoc. 14.

Sap. 2.

11. G

Est tandem alia imago Christi in omni baptizato, cuius ratione Dei est, & haec est character Christi in baptismo impressus indelebiliter, quo in baptismo signamur a Christo Domino vt eius nos esse, & ad eum pertinere constat. Sicut enim oues signari solent a pastore, & inuri ferro Domini, vt eius esse noscantur, & panni etiam signari solent, & plura alia, vt domus, vasa argentea, & aurea, & tapetes insignibus, & stematibus domino signari solent. Ita fidelis quisque in Baptismo signatur characterem Christi, vt ad eum pertinere noscatur. Hinc Paulus. Qui confirmat nos vobiscum in Christo, & qui vnxit nos Deus, qui & signauit nos, & dedit pignus spiritus in cordibus nostris, & iterum. In quo & credentes signati estis spiritu promissionis sancto. Et idem. Nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in die redemptionis. Id est, in die, quo baptizati estis. Cuius signi ratio ex Diuo Thoma. 3. part. quaestione. 63. est. Quando aliquis deputatur ad aliquid consuevit aliqua re signari, vt ab alijs distinguatur. Sic olim qui ad militiam de-

2. Cor. 1.

Ephe. 1.

Ephe. 4.

D. Tho.

stinabantur.

Astinabantur, characteribus corporalibus insigniebantur, cingulo, scilicet, militari, vt nunc commendatarij cruce insigniuntur. Cum ergo omnis fidelis per baptismum deputetur in caelestem militiam, & ibi promittat fortiter, se cum hostibus pugnaturum, oportuit aliquo spirituali characterem insigniri. Hinc Augustinus. 2. contra Parmenianum ait. Si militiae characterem in corpore suo non militans pavidus exhorruerit, & ad clementiam imperatoris confugerit, ac prece fusa, & venia impetrata, militare iam ceperit, non quid homine liberato, atque correcto character ille repetitur, ac non potius agnitus approbatur? An forte minus herent sacramenta Christiana, quam corporalis haec nota?

Aug.

B Hoc vero characterem accepto teneris militare, vt bonus miles Christi Iesu, teneris ad eum confugere, eius denique esse, sicut miles tenetur militare, cum cingulum suscepit. Est vero character iste participatio quaedam sacerdotij Christi, vt noueris, te ad eum pertinere, & vsque ad sanguinem tibi resistendum pro eius gloria tuenda. Hinc Paulus. Nemo vestrum sibi viuuit, & nemo sibi moritur, siue enim viuimus, Domino viuimus, siue morimur, Domino morimur. Sicut miles non sibi viuuit, sed regi suo, vt eius regnum tueatur, & amplifcet. Labora ergo o homo, sicut bonus miles Christi, quando eius insignia suscepisti. Noli pavidus esse, & iners, cum in signe militare susceperis. Hic character ita indelebiliter heret, vt in inferno duret, in damnati poenam.

Rom. 14.

2. Tim. 2.

Exhibebitur enim ab alijs damnatis, quod militare

cingulum cum suscepit,

noluerit militare,

& cetera.

Vv §

Domi

Dominica Vigesima Ter.
tia, Post Penteco-
sten. Concio
Prima.

Ecce mulier, &c. Matth. 9.



Apoc. 5. vidi in dextera sedentis super thronum
libram scriptum intus, & foris, siue intus, & in
tergo, id est ex vtraque parte membranæ. Qui
liber diuina scriptura est, præcipue tamen Euan-
gelium, quod intus forisque scriptum dicitur,

quia si exterius cõsideretur, videbis in quoque
folio mirabile aliquod stupendum, sed si interiora penetres, vel
folium vertas, ex altera parte membranæ aliud miraculum mul-
to excellentius reperies, quod per exterius factum significatur.

Orig. ait. In Christi operibus illud perspicere libet, quod in ipso
met. Si enim exterius Christum consideres, videbis mirabile,
pulcherrimumque hominem, sed si interiora adueras, apparet
in eo diuinitas immensa. Sic si hodie enumerata in Euangelio
miracula inspiciamus, apparet mira potentia, sapientia, ac boni-
tas Christi. Potentia dum solo verbo suscitatur puellam, Sapien-
tia, dum in vili figmento iterum figuram suam impressit, & ite-
rum inspirauit in faciem puellæ spiraculum vitæ. Bonitas, dum
vocatus tam facile accedit. Sed si interius hoc miraculum con-
sideretur, vel folium vertens alteram membranæ paginam legi-
mus, aliud legemus miraculum multo diuinius. Quomodo, sci-
licet, anima mortua vitæ reuocetur. Idem in alio miraculo sana-
tæ à fluxu sanguinis videre licebit. Ideo Psal. Mirabilia opera
tua, & anima mea cognosceat nimis. Sed quid est, cognosceat ni-
mis? Non solum exterius cõsiderabit, sed etiam interius intros-
piciet.

Apoc. 5.

Orige.

Psal. 137.

Apiciet. Legamus ergo, videamusque paginam primam, quæ con-
tinet duo insignia miracula, & statim folium vertens secundam
legemus, mysterij, scilicet, in his significati.

Prima ergo pagina continet primum miraculum suscitatur
puellam. Quod etiam referunt Luc. 8. & Marc. 5. Hincque prin-
cipem Iayrum dicunt compellatuni. Illi vero non dicunt, ip-
sum Christo dixisse, filia mea defuncta est; sed in extremis est.
At Matth. ait, defuncta est. Dicunt doctores aliqui, utrumque
eum dixisse sub distinctione, scilicet, filia mea est in extremis,
vel ut iam credo, mortua, ex quo ego ab ea recessi, quod sic vere
erat factum, Chrys. ait, per exaggerationem dixisse defuncta est,
quia iam prope mortem erat. August. ait, Matthæus magis in-
tentus, ut diffusius referret Christi sermones, actus eius sub bre-
uitate describit, quos Lucas, & Marcus, longius sunt prosequuti.
B Vnde Matth. refert, non quod primis verbis Iayrus dixit sed
quod postea petijt, filiam mortuam sciens, & quod tandem a Chri-
sto ei concessum est, & opere expletum.

Accessit ergo ad Iesum, tribulatione motus filia, quæ morti
erat proxima, cum iam nubilis esset, & in ætatis flore, quod dolore au-
gere solet. Vnde Iuuenal. satyra. 15. Nature imperio gemim⁹ cum
funus adultæ Virginis occurrit. Diuina adiuuentio hæc est; nos
in necessitate, & tribulatione constituere, ut ad Deum acceda-
mus. Sic Iayrus accedit. Sic etiam quæ sanguinis fluxum patit-
Cur. In prosperitate nanque, & abundantia Dei obliuiscimur.

Quid enim pincernam facit obliuisci interpretis sui Gen. 40.
nisi quod rebus succedentibus prosperè oblitus est? Ideo non-
stram fragilitatem agnoscens Deus, tam sollicitè admonet Deum:
61. Cumque introduxerit te Dominus Deus tuus in terram,
pro qua iurauit patribus tuis Abraham, Isaac, & Jacob, & dederit
tibi ciuitates magnas, & optimas, quas non edificasti, domos
plenas multarum opum, quas non extruxisti, cisternas, quas non
fodisti, vinea, & oliueta, quæ nos plantasti, & comederis, & sa-
turatus fueris, Caue diligenter, ne obliuiscaris Deum, qui edu-
xit te de terra Aegypti. Nonandum verbum, eum diligenter.
Quæ verolexeram omnis ista prosperitas habitata erat, vidit
Moyses spiritu prophætico Deut. 32. In crassatus est dilectus, &
recolourauit, in crassatus, impinguitus, duratus, dereliquit Deum
facio-

Luc. 8.

Marc. 5.

Chrys.

August.

Iuuenal.

Gen. 40.

Deut. 6.

Deut. 32.

factorem suum, & recessit à Deo salutari suo.

Contra vero afflictio, & tribulatio ad Deum nos ducunt, & trahunt, & cum in tribulatione quispiam positum se videt ad Deum properat Psal. 82. Imple facies eorum ignominia, & queant nomen tuum Domine, & Psal. 85. In die tribulationis clamaui ad te, quia exaudisti me, & Psal. 106. Clamauerunt ad Dominum cum tribulareretur. Et Psal. 31. Conuersus sum in ærina mea, dum configitur spina. Sic Nabucdonosor in feram versus Deum agnoscit. Et de Dauid Casiodorus ait, composuisse Psalmos omnes susceptis diuinis illustrationibus, post insignes tribulationes, illustratione vero diuina animus mirè refectus

2. Reg. 15. Psalmum eructabat. Cum vero de ambulabat in solario domus regine, videt Bessabee, adulterque, & homicida fuit. Quam utilis principi huic fuit infirmitas, morsque filie, qua compulsus ad Christum veniens, non solum filie, sed etiam anime propriae obtinuit vitam. O felicissimum damnum, unde tantum est lucrum reputatum, felix prorsus malum, ex quo tantum bonum redundauit, Expertus hoc tantum tribulationis lucrum loquitur Psal. 89. Lætati sumus pro diebus quibus nos humiliasti, annis quibus vidimus mala.

Ibat ergo Iesus in domum Iayri, ut filiam eius suscitaret. Et in via miraculum aliud operatus est, sanitatem, scilicet, mulieris, quæ sanguinis fluxum patiebatur. Adeo enim hominum commodis inseruit, ut neq; in itinere otiosus esse voluerit. Oportuno vero tempore hoc edidit miraculum, ut fides principis roboretur, quæ periclitabatur, delato ad eum nuncio mortis filie, quem Christus confirmat verbo, & facto, verbo quidem dicens ei, tantum crede, facto vero sanans mulierem fluxum sanguinis patientem. Iustis enim aliquando res sic eueniunt, ut iam desperandum esse videatur, sicut euenit Dauidi dicenti. Multi dicunt anime meæ, non est salus ipsi in Deo eius. Sic ad Iob vxor ait c. 2. Adhuc permanes in innocentia tua? benedic Deo, & more re, quasi iam à Deo nihil boni sperandum esset. Sic etiam insultatum est Tobie ab vxore, manifeste vana est spes tua, & elemosynæ tuæ modo apparuerunt. Atque his, & alijs huiuscemodi verbis exprobrat ei. Sicut enim omnis virtus ut probetur à Deo tentatur, ita & fides. Ut vero fides in tentatione non deficiat,

Psal. 82.
Psal. 85.
Psal. 106.
Psal. 31.
Dani. 4.
Casiodor.

Psal. 89.

Psal. 3.
Iob. 2.

Tobie. 2.

Aciat, quando magis tentationibus iustus vrgetur, aliquid grande ei ostendit, Deus quo eius fides non modo non corruat, verum magis augeatur. Quod huic præstitit principi, sanans eam, quæ sanguinis fluxum patiebatur. D. Ambrosius de Salomone. c. 5. dicit, mulierem hanc fuisse Martham. Sed certius est, quod Eusebius lib. 7. histor. eccle. c. 24. refert, & D. Greg. Turoneus, qui aiunt, Quia Cæsareæ Philippi fecimus mentionem, iustum videtur commemorare etiam illud in ea, quod historia dignum duximus, mulierem, quam sanguinis fluxu laborantem à saluatore curatam, Euangelia tradiderunt, huius vrbs ciuem constat fuisse domusque eius in ea etiam ostenditur nunc, pro scribis vero domus ipsius, basis quædam in loco editiore collata monstratur, in qua mulieris ipsius velut genibus prouolutæ palmasque suppliciter tendentis imago ære videtur expressa. Adstat vero alia ære nihilominus fusa statua, habitu viri, stola circumdanti, & dexteram mulieri porrigentis. Huius ad pedem statuæ è basi herba quædam noua specie nascitur, quæ cum exorta fuerit, ex crescere vsque ad stolæ illius ærei indumenti fimbria solet, quam cum summo vertice crescens herba contigerit, vires inde ad depellendos omnes morbos, languoresq; acquirit. Ita ut quæcunque illa fuerit infirmitas corporis, haustu exiguo made facti salutaris graminis depellatur, nihil omnino gerens virium, si antequam æræ fimbriæ summitatem crescendo contigerit, decerpatur. Hanc statuam ad similitudinem vultus Iesu formatam tradebant, quæ permansit ad nostra vsque tempora, sicut ipsi oculis nostris inspeximus. Hæc Eusebius. Socrates vero libr. 6. tripartitæ cap. 41. refert. Cum Iulianus apostata nosset ibi esse hanc in signum saluatoris imaginem, eam abstulit, sui que imaginem ibi posuit. Sed fulmen è cælo venit, quod eius collum caputque abstulit, & truncum corpus mansit fulminis signo.

Hanc ergo mulierem Christus sanat: Perueniens vero in domum principis filiam illius suscitatur. Ecce miraculum exterius in scriptum. Sed iam ad interiora nobis transeundum est.

Filia mea modo defuncta est. Quid nam significat defuncta hæc, nisi animam lethali peccato mortuam? Homo enim per malitia ma-

Ambr.

Euseb.
Greg.

Sap. 18.

Sap. 18.

Rom. 7.
2. Cor. 4.Cant. 2.
Psal. 33.
Psal. 118.
Psal. 44.

Cant. 1.

Cant. 3.

malitiam occidit animam suam. Sed quemodo, in quis, mortua est anima, quæ uiua, & vitam corpori præstans apparet? Aduertendum, in iusto duos esse homines peccator vnus est homo tantum, vnico esse naturali subsistit. Sed iustus Christo assimilatur, qui in duabus naturis subsistit, sicque suos facit in duabus naturis quodammodo consistere, & sic iniusto est homo exterior qui apparet, videt, audit, intelligit. Intus vero alter est homo, de quo Rom. 7. Secundum interiorem hominem conditor legi Dei. Et de vtroque homine dicitur. 2. Cor. 4. Licet, is, qui foris est homo noster corrumpatur, tamen is, qui intus est, renouatur de die in diem. Hi ergo duo homines duplici vita viuunt vera; & reipla consistente, altera animalis est, altera spiritualis, altera humana, altera diuina, altera naturalis, altera supernaturalis, altera viuunt homo exterior, altera interior. Sed in quibus, quæ est hæc supernaturalis vita? Inspice hæc exteriorē, & naturalem, quæ videtur, illa enim figura est supernaturalis, & diuina, quam non vides. Sicut enim anima nostra, toto diffusa corpori, ei tribuit esse, & viuere, & hominem esse, eodem modo diuina gratia in animam effunditur, eiq; tribuit supernaturalem, & diuinam vitam, eam faciens naturæ Diuinæ consortem. Et sicut in exteriori homine sunt sculpti quinque sensus, ita in interiori homine sunt etiam interiores sensus. Est gustus, quod diuina gustat, eique dulcia sunt, quæ Dei sunt. Dicitque, fructus eius dulcis gutturi meo. Et gustate, & videte quoniam suavis est Dominus. Et quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. Est visus, & auditus diuinus, quibus videt, & audit, quæ Dei sunt. Audi filia, & vide, inclina aurem tuam. Est olfactus, quo Christi vnguenta odoratus, post eum currit, dicens. Curremus in odorem vnguentorum tuorum. Est etiam tactus, quo Deum apprehendit, vt eum non dimittat, dicitque. Tenui eum, nec dimittam. Et sicut in exteriori homine sunt vires, quibus ab inimicis inuisibilibus se defendat, cum quibus nobis perpetua lucta est, ita in interiori virtutes sunt, id enim virtus est, vis quædam animæ. Et sicut homo exterior licet animam habeat, sensus, & vires, nihil tamen operari potest sine Deo adiutore, quod auxilium dicitur à theologis auxiliū generale, quo Deus concurrat cum agente omni, vt operetur. De quo Christus ait,

pater

A pater meus vsque modo operatur, & ego operor. Eodem modo homo interior iuuatur à Deo in omni opere, & motu, vt credat, diligat, speret, & hoc auxilium dicitur speciale, quia solum datur huic homini diuino de quo Christus Dominus ait Ioa. 5. Sine me nihil potestis facere. Licet omni virtute sis præditus hoc auxilium Dei tibi necessarium est. Cum ergo anima hac vita viuunt gratiæ, est Dei filia, ex Deo nata. Qui non ex sanguinibus, &c. sed ex Deo nati sunt. Videte, qualē charitatem donauit nobis pater, vt filij Dei nominemur, & simus. Et omnia nomina diuina iustus participat, sicut & naturā diuinam, Christus vitis, ille palmes Christus lux, ille lux, Christus sal, ille sal, Christus Deus, ille Deus. Ego dixi Dij estis, & filij excelsi omnes.

Sed quando moritur hæc Dei filia? Cum venenum biberit, quod cor eius inficit, eamque interimit. Sed quod ei venenum est? Certe peccatum. Quando cogitatio turpis, aut vindictæ ingreditur animam, caue, venenum bibisti, euome continuo, si enim vsque ad cor peruenerit, si in illud intrauerit, mortem afferet. Hinc Iacobus. Peccatum, cū consummatū fuerit, generat mortem, & anima tua mortua erit sine spirituali, & diuina vita, eritque sine spiritualibus sensibus, & viribus, relinqueturque quali emortuū corpus, solo charactere, fide, & spe, & his emortuis, vere mortuus est peccator, licet viuus appareat. Patet hoc

Matt. 8. Ait Christus cuidam (& hunc fuisse Philippum Apostolum, affirmat Clemens Alexandrinus. 3. Stromatum) sequere me. Et ille, sine me, vt sepeliā patrem meū. Cui Christus. Sine mortuos sepelire mortuos suos. En appellat Christus Dominus mortuos eos, qui in mūdo, vt viui versantur, & mortuos sepeliunt. Et 1. Tim. 5. Vidua, quæ in delicijs est, viuens mortua est. Summa profecto peccati malitia, & vis, simillimaque veneno, quod inficit, & interimit hominem, ita peccatum interimit animam, & eam penitus destruit. A marissimum fel illud esset, cuius vnica gutta immissa mari dulcissimo mellis vniuersum mare verteret in fel. Vide quam malum, & amarum sit, reliquifese te Dominum Deum tuum, vnicum mortale peccatum, quod immitteretur super vitā sanctissimam Ioannis vel etiam Mariæ satis esset, vt tam immensam virtutum, & operum dulcedinem infel amarissimum comutaret. Omnes enim virtutes destrueret, om-

Ioan. 5.

Ioan. 5.

Ioan. 1.

1. Ioan. 3.

Psal. 82.

Iacob. 2.

Matt. 8.

Clem. Alex.

1. Tim. 5.

Simile.

Hier. 2.

ret, omnia opera mortificaret, perderet denique omnem substantiam. Sicut de prodigo scriptum est. Vnicus lapis, & qui paruis videbatur, maximam statuam confregit, & in puluere rediit. Sic peccatum hominem comminuit. Est ergo peccatum mors animæ, cuius vita Deus, sicut discedente anima à corpore manet de forme, & factum, ita persimilis illi relinquitur anima, à qua Deus separatur? Cum esset speciosus Christus præ filiis hominū, qui a peccata nostra in corpore sustinuit, extrinsecus ea suscipiens, sola imputatione non est ei species neque detrat, quamque possidet? Si ergo peccato homo moritur, quomodo hunc mortuum non horremus? quomodo ab eo non discimus? Si vides corpus mortuum surgere, ambulare, loqui, horres, fugis, intelligens à dæmone moueri. Quomodo non fugis peccatorem, qui mortuus est, & à dæmonio mouetur ad opera sua? Sed hoc potius mirandum, quod viuos horremus, & fugimus, quasi phantasma essent, mortuos vero non horremus, sed cum eis conuersamur. Vident discipuli Christum super mare ambulantem, & dicunt, phantasma est. Sic videntes iustū quæ sunt mundi calcare horremus, quasi phantasma esset, & videntes peccatores à dæmonibus possessos, non pauemus, nec eos declinamus.

Sed considera patris maximam tristitiam, quia vnica hæc filia erat. Sic dicitur Luc. 8. Quia vnica filia erat ei, & mortua est. Quo doceris, maximè dolendum tibi, cū vnica anima tua mortua sit. Si duæ tibi animæ essent, licet vnā perderes, posses lucrari alteram, sed cum vnica habeas, si hanc amittis, qua anima viuere poteris? Ideo orat Psal. 21. Erue à framea Deus animā meā, & de manu canis vnica meā, à framea, id est, à gladio, & de manu, ait, canis, id est, dæmonis, animam meam, quæ vnica est. Et Psal. 34. Domine quando respicies? restitue animam meam à malignitate eorum, à leonibus vnica meam. Hinc Christus Dominus. Quid prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur.

Deinde aduertenda patris cura, sollicitè Christum interpellatis inspecto puellæ periculo. Incipiebat mori. Dicitur alij Euangelistæ, & accedit pater ad Christum. Deinde ait. Modo defuncta

A Functæ est, sed veni, &c. videt infirmam filiam, & venit ad Christum, videt mortuam, & suscitari postulat. Sic ergo te ipsum circumspecte, & considera statum tuum. Si modo vocareris à Deo, si mors adesset, num paratus esses, vt eam susciperes? Attēde, animæ tuæ infirmitatem, & infirmitatis statum, si iam iā proximus morti spirituali es, quomodo non accedis ad Christum, & oras ne moriaris? dicens, ecce quem amas infirmatur. Si vides quia defunctus es, quomodo non ais, modo defuncta est filia mea, sed veni, & impone manum tuā super eam. Merito ait, modo defuncta est, veni statim, pone manum tuā super eam, nihil differre vult, sed mortuæ cōtinuo remedium adhibere curat. Qui dam enim in spiritualibus infirmitatibus adeo se negligētes exhibent, ac illi, qui in corporalibus vlcibus, post longatēpora medicū consulunt, vel chirurgū, cum iam difficillimū sit remedium. De quibus Esa. 1. Vulnus, & liuor, & plaga tumens non est circūligata, nec fota oleo, nec curata medicamine. Ex quo illud euenit, quod per prophetā dicitur. Insanabilis fractura tua pessima plaga tua. Hinc Eccl. 10. Languor prolixior grauat medicum, breuem languorem præcidit medicus. Hinc. 4. Reg. 4. missurus Elisæus Giezi, vt suscitaret filiū Sunamitis, ait. Accinge lūbos tuos, & tolle baculū meum in manu tua, & vade. Si occurrerit tibi homo, non salutes eum, & si salutauerit te quispiā, non respōdeas illi, & pones baculum meum super faciem pueri. Benè ergo pater puellæ ait, modo defuncta est, veni, innumera enim mala ex dilatione conuersionis proueniunt in animam.

C *Impone manum tuam super eam.* Imperfecta Iayri fides erat, similis fidei Naaman, qui ait. 4. Reg. 5. Putabam ego quod imponeret manum suam super me, Christus vero maxima sua misericordia dissimulat, & eum sequitur, vt manum suam imponat. Vult etiam humanitatem suam honorare, ostendens per eam vt instrumentum fieri mirabilia. Sed etiam hoc tactu diuinæ manus significatur modus, quo Deus multos suscitatur peccatores, diuina eis imposita manu. Scripturæ phrasi manum imponere est castigare. Sic Esaias. Vindicabor de inimicis meis, & conuertam manum meam ad te. Et Esaias. 9. In his omnibus non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extēta.

Luc. 15.
Dani. 3.

Esa. 53.

Mat. 14.

Luc. 8.

Psal. 21.

Psal. 34.

Mat. 16.

Ioan. 11.

Simile.

Esa. 1.

Hiere. 30.

Eccl. 10.

4. Reg. 4.

4. Reg. 5.

Esa. 7.

Esa. 9.

4. Reg. 4.

Hier. 2

Simile.

Hier. 15.

Psal. 88.

2. Math. 8.

Psal. 29.

Esa. 28.

Ezech. 20.

Sicut ergo. 4. Reg. 4. præmittit Elisæus baculum in resurrectionem pueri, sic Deus tribulatione in te immissa tibi ostēdit, quia malum, & amarum est, reliquisse te Dominum Deum tuum, te ergo conterit, frangitque tribulatione, vt iterum reformet, ac denuo efficiat. Sicut figulus, cum frangitur vas, illud iterum manu acipit, & omnino vas destruit, & lutum aliter efformat. Sic Deus, qui fictor dicitur, & figulus, qui finxit sigillatim corda eorum, Hier. 15. sicut enim vas in manu figuli, ita & vos in manu mea. Cum ergo te ille videt confractum, imponit tibi manum suam, & te destruit & perdit, vt perficiat, ac reficiat. Sic fecit cū Dauid post peccatū adulterij, & homicidij, & numerationis populi, statim enim post peccatum vitionem adhibuit. Sic etiam cum filijs eius se facturum promisit. Si autem dereliquerint filij eius legem meam, &c. & mandata mea non custodierint, visitabo in virga iniquitates eorū, & in verberibus peccata eorum. Et hanc maximam esse Dei in eos dignationem, nō indignationē ostēdit. 2. Mac. 8. Vbi multis piorū tribulationibus enueneratis, subiūgit. Obsecro autē eos, qui hūc librū lecturi sunt, ne abhorrescant propter aduersos casus, sed reputēt ea, quæ acciderunt, nō ad interitum, sed ad correptionem esse generis nostri. Etenim multo tempore non finire peccatoribus ex sententia agere, sed statim vitiones adhibere, magni beneficij indicium est. Non enim sicut in alijs nationibus Dominus patienter expectat, vt eas cū iudicij dies aduenerit, in plenitudine peccatorum puniat: ita in nobis statuit, vt peccatis nostris in finem deuolutis ita demum in nos vindicet. Propter quod nunquam quidem à nobis misericordiam suam amouet. Corripitens vero in aduersis, populum suū nō derelinquit. Si ergo videris te peccantem continuo à Deo corripit, optimū sit tibi signū, ira in indignatione eius, & vita in voluntate ipsius, ait Psal. In manu quidem Dei flagellum, & ira est, at in voluntate misericordia, & vita. Vt faciat opus suum, peregrinum opus eius, id est, vt saluet, castigat, vt generet, corrumpit. Eze. 20. Vt uo ego, dicit Dominus, quia non respondebo vobis, neque cogitatio mentis vestræ fiet dicentium, erimus sicut gentes, & sicut cognationes terræ, vt colamus ligna, & lapides, viuo ego, dicit Dominus, quoniam in manu forti, & in brachio extēro, & in furore

A in furore effuso regnabo super vos, & subijciam vos scepro meo, & inducam vos in vinculis sæderis. Cogitatio cordis multorum ex Israel hæc erat, cesset à nobis sanctus Israel, volumus esse sicut gētes, idola colere, ille nos non curet, quia alieni ab eo esse volumus, sed nō fiet ista vestra cogitatio, ait Dominus, sed ego subijciam vos scepro meo, & legi meæ vosque tribulationibus affigā, donec mei sitis, mihi que subijciamini. An non hæc summa Dei misericordia in populum illum? Similis huic est ea, qua in prædestinatos vititur. Cū prædestinatus quispiam se tradere vellet omnino vitij, nec Deum curare, vellet à Deo relinquere, & vt alienus haberi, nec flagellari, nec à Deo curari, sed, vt gentes, quæ sibi relinquuntur, esse. Sed non ita erit, si enim illa eius cogitatio compleretur, sine dubio periret in æternum, Deus verò qui hunc sibi ab æterno filium elegit, non eū omnino derelinquere vult, sed flagellat, donec ei subdatur, imponit manum suam, vt viuat, hæc summa Dei est misericordia. Simile quid in disciplinato filio cōtingere solet, qui à patre vellet non curari, sed relinqui arbitrio suo, patrem vero austerum dicit, quod eū corrigat, velletque esse patri quasi exterus, quem non curat. Sed nō sic agit pater, quia filius eius est, & quis filius quē non corripit pater? Sic pater ille cælestis nobiscū se gerit.

Et surgens sequutus est eum. Quam cito vt nobis accurrat Christus surgit. Possit Iairus dicere illud Psal. In auditu auris ebediuit mihi. Ecce obedientē Deum voci hominis. Ad eam ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt misericordiam inueniamus in auxilio opportuno. Planè præparationē cordis eorum audiuit auris tua, &c.

Et ecce mulier, quæ sanguinis fluxum. Quid mulier hæc significat, nisi animā, ex qua innumera fluit peccata? De qua Osee. 4. Iudiciū Dño cū habitatoribus terræ. Non est enim veritas, nō est misericordia, & nō est sciētia Dei in terra, maledictū, & mēdaciū, & homicidium, & furtū, & adulteriū, inundauerūt, & sanguis sanguinē tetigit. Id est. Fluxus est sanguinū, & peccatorū. sanguis enim peccata significat. Ideo Semei vocat Dauid virum sanguinū. Et Psa. 50. orat. Libera me de sanguinibus, id est, à peccatis, & eorū radice. Pro cuius expositione not. In scriptura nomine sanguinis carnis appetitus designari. Nam cū Leui. 18. esus

Simile.

Heb. 12.

Psal. 17.

Iosue. 10.

Heb. 4.

Psal. 9.

Osee. 4.

2. Reg. 16.

Psal. 50.

Leui. 18.

fanguinis prohibetur, subiungit. Vita carnis in sanguine est. Carnis enim vt substantia est, vita est in sanguine materiali: at carnis, vt vitiū dicit (quod sæpe in scriptura fit) vita in carnali vitiorum exercitio est, & eorum appetitu. Ideo tanta severitate in lege prohibitus est esus sanguinis, propter typum carnalis appetitus. Vnde Leui. 18. si quis sanguinem comederit, obfirmabo faciem meam contra animam illius, & dispedā eam de populo suo. Tam grauis comminatio manifestè ostendit, aliquid maximum malum latere sub sanguine. Cum ergo carnalis appetitus sanguis dicatur, hinc fit, vt peccata, quæ à carnali appetitu procedunt, sanguis dicantur, quia nomen causæ sæpe effectui datur, sicut picturam dicimus manum, sermo nem linguam. Ideo. 1. Corin. 3. 1. Caro, & sanguis regnum Dei non possidebit. fluxus ergo sanguinis patitur, qui carnali appetitu laxato ad omnia vitia prolabitur, summa miseria ista est. Quid ergo faciet, qui se in tanto malo videt? Accedat ad Christum cum hac muliere, oreque cum Psalte. Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis mee, id est, à peccatis, & eorum origine, ita Augu. Petit sicari fontem sanguinis, scilicet inordinatum appetitum, ne in rationem insurgat. Idem petebat. 1. Corin. 12. Ter dominū rogavi, vt discederet à me. Et Rom. 7. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Sed quia homini bonum non est, sine bello esse, si eet hoc intestinum bellum à se amouere Paulus vellet, ei tamen dicitur. Sufficit tibi gratia mea. Sicut enim in bellorum discriminibus fortes fiunt homines, & ciuitas quæ propè inimicos consistens, pugnare cogitur quotidie, fortiori est præsidio munita, sic tentationes exercendæ virtutis materia nobis sunt, & nos robustiores reddunt. Cum denicta Carthagine in senatu Romano quidam affirmaret, res Romanas iam in tuto esse, Scipionem Nasicam respondisse, Plutarchus est autor. Imò nunc in maximo discrimine versamur, cum non sit, quem timeamus. Ideo Iosue. 15. Expugnatis inimicis fortissimis adhuc relinquitur Iebuseus in exercitiū filiorū Israel, ne otio torperent. Exauditur ergo Dauid, Paulus, & hæc mulier, & omnis demum iustus, cum accedens ad Christum, petit se, à sanguinibus liberari, & eis conceditur quod postulant.

Leuit. 18.

1. Cor. 15.

Psal. 50.

Augu.

2. Cor. 12.

Roma. 7.

Plutar.

Iosue. 15.

A lant, vt à sanguine liberentur, dum appetitus eorum rationi subiicitur, ideoque peccatorum fluxum non patiuntur. At nō audiuntur petētes, omnino appetitū quiescere, hoc enim huius vitæ non est, in qua nobis perpetuo iugiterque pugnandum.

Considerandum tamen, quomodo sanguis, cuius esus prohibetur magni sit. emclumēti. Leui. enim. 18. dicitur. Ego dedi illum vobis, vt super altari meo expietis pro animabus vestris, & sanguis pro animæ piaculo sit. Cum ergo patietes, & tolerantes carnis bellū, ei fortiter resistimus, & afflictum corpus Deo offerimus, ac mortificatum, tunc sanguis hostia est Deo accepta. Si ergo sanguinem comedas, scelus operatus es, si Deo offeras sacrificiū obtulisti. Quia carnis appetitui consentire, piaculum est, refragari sacrificium.

Leuit. 18.

Fluxus ergo sanguinis cohibetur, dum peccata à concupiscentia nata resecantur, ligaturque Dei gratia appetitus ne per illicita diffluat. Quod per Christum factum Paul. ostendit, dicens. Vetus homo noster simul crucifixus est cum eo. Cohibe ergo in te peccandi voluntatem, & appetitum, & sanguinis fluxum continuisti. Qui vero aliqua peccata cohibet timore, vel alijs de causis, sed voluntatem, & appetitum peccandi non frænauit, radicem omnis mali habet, & omne peccatum iterum pullulabit. Iob. 14. Lignum habet spem, si præcisum fuerit, rursum virefcit, & rami eius pullulant. Si senerit radix eius in terra, & in puluere mortuus fuerit, truncus illius, ad odorem aque germinabit, & faciet comam quasi cum primum plantatum est. Lignum bonum iustus est, radix eius bona voluntas, dum hæc manet, licet aliqui rami præscindantur, quia aliqua opera bona non præstat, quia tamen radix manet ad aquæ odorem, id est, visitationē callestem, spirituales fructus dulces rursum germinat.

Rom. 6.

Iob. 14.

C Sed peccator arbor est mala, eius radix mala voluntas est, & inordinatus appetitus, dū hæc radix manet, licet aliquo tempore peccatorū rami præscindantur, sed continuo germinat eadem peccata, & comam facit, vt prius, cum primum oblata fuerit occasio. Huiusmodi sunt, qui hebdomada sancta peccata relinquunt, sed peccatorum voluntatem non excludentes, continuo in deteriora ruunt. Vt vero hanc voluntatem præcindas, veniat vigil sanctus de celo, & fortiter clamet, vt Daniel ait,

Dan. 4.

succidite arborem, præcidite ramos, dispergite fructus eius. Sola vox Christi hæc perficiet. Sed quia non omnino appetitus tollitur, subiungit. Veruntamen germen radicum eius in terra finite. Sed quia hic appetitus ligatus, & frenatus, Christique gratia infusus manet, additur. Alligetur vinculo ferreo, & rore cæli intingatur. Hæc vero mirabilia à Christo procedunt, ad quem qui accesserit, sentiet fontem tantam æternam, &c.

Concio Secunda in Dominica Vigesima Tertia Post Pentecosten.

Confide filia fides tua te saluam fecit, &c.
Matthæi. 9.



MErito mulieris huius fides prædicatur, quæ non solâ à Christo, sed eius veste, & ab infima vestis parte sibi credidit sanitatem prouenturâ. Beata quæ credidisti, quoniam sicut credidisti fiet tibi, sed beata prius & potius quæ Deo credidit Maria, quoniam perficientur ea, quæ dicta sunt ei à Domino. Inter quæ illud vnum est, in ea omnis, qui petit, accipit, & pulsanti aperietur. &c. Ad eam ergo accedamus. Cum Deus reliqua condens intra limites naturæ ea reliquisset, hominem tamen in finem supernaturalem ordinavit, vt Deus esset, Fruereturque per gratiam ea beatitudine, qua Deus fruitur natura. Et hoc est illud, Ficiamus hominem

Luce. 2.

Aminem ad imaginem, & similitudinem nostram. Hæc vero similitudo præcipuè penes supernaturalia attenditur. Altissima Deus de homine cogitavit, licet homo aliquando de se abiecta cogitet, & vilia. Hinc Psal. 39. Multa fecisti tu Domine Deus meus mirabilia tua, & cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi. Quasi dicat. Licet multa feceris mirabilia, tamè in his, quæ de homine cogitasti, mirabilis es supra modum.

Vt autem homo ad tantâ glòriam perueniret, quæ ab eo longè erat, moueri debuit. Vt moueretur tanquam homo eam agnoscere oportuit, nec enim vel leo mouetur in prædam, nisi agnitam. Hæc cognitio clara esse non potuit, si enim clara esset per illam nõ moueretur, sed in termino iam esset, est enim beatitudo manifesta, ac facialis Dei visio, obscura ergo cognitione mouendus erat, hæc vero obscura cognitio, fides est, quæ homini conceditur, vt in Deum se moueat. Hinc Paul. Per fidem ambulamus, & non per speciem. Id est, non clara, sed obscura cognitio est, quæ nos mouet in Deum. Et sic Secundus Philosophus interrogatus ait Antoni. 1. p. hist. quid est fides, respondit. Ignoræ rei miranda certitudo. Et Pau. Fides est sperandarum substantia rerum argumentum non apparentium. In quo se Deus cum anima habuit, ad eum modum, quo rex, qui desponsatur per procuratores absenti reginæ, ad quam ille sui imaginem pictam mittit, qua eum vel per imaginem videat, ac diligit, & vt properet, ad eum venire. Desponsabo te mihi, loquitur Deus, in fide, & iustitia. Desponsatio, qua homo in hac vita Deo desponsatur, inter absentes merito dicitur esse, non enim anima nunc Deum videt. Ideo sui imaginem, Deus animæ dat mundum hunc vniuersum, quo facile videri potest quantus sit animæ sponsus. Iuxta illud Sap. 13. A magnitudine speciei creaturæ poterit cognoscibiliter creator horum videri. Sed quia in hac imagine non omnes Deum agnoscunt, nec tantâ certitudine, quasi secundam sui imaginem animæ mittit, dum fidei donum præstat, quæ omnibus & certissime supernaturalia demõstrat, Pau. Videmus nunc per speculum, id est si in imagine contèplamur. Hæ sunt in aures aureæ, quæ dantur Rebeccæ iuxta sôtè, Gen. 24. quia in Baptismo fide donamur.

Gen. 2.

Psal. 39.

2. Cor. 5.

Secun. Phi. Antoni. Heb. 11.

Simile.

Osee. 20.

Sap. 13.

1. Cor. 13.

Gen. 24.

Gen. 1.

Sicut initio mundi condidit Deus duo luminaria, luminare autem maius ut præfesset diei, luminare minus, ut præfesset nocti, sol scilicet & lunam. Ita in homine, qui minor est mundus, duo posuit luminaria lunam & solem. Luna ratio naturalis est, quæ ad pauca extenditur, debiliorque lux est, nec ad eam certa. Sol vero fides est, quæ certissima cognitione omnia etiam supernaturalia nobis ostendit. Exceditque naturalem rationem in multis. Ideo Canticorum. 2. dicitur. Meliora sunt vbera tua vino, fragrantia unguentis optimis. Vinum cum bibitur, videtur perspicue, & clare. Sed lac cum ab vberibus suggitur, non videtur. Meliora ergo vbera pronuntiantur sponse vino, quia fides, quæ de non visis est, præstat rationi naturali, quæ plura videt per scientiam. Et sicut sol generat metalla, fecundatque terram, & omnibus bonis abundare facit. Ita fides animas nostras ditat bonis operibus, & quantum est ex eius parte, purificat cor, & omnia virtutum germina pullulare facit. Et sicut absque sole omnis stella, & luna tenebrosa est. Ita sine fide omnis intellectus, quantumvis illustratus audire potest illud Pauli: obscuratum est insipiens cor eorum. Et sicut Psal. ait. Ortus est sol, & congregati sunt &c. leones, scilicet, & tigrides. Sic fidem demones fugiunt. Hic sol est, qui stat contra Gabaon, ut Dei vincantur inimici. Deuter. 33. Ioseph benedicitur, de pomis fructuum solis, & lunæ, id est, de operibus rectis, secundum fidem, & rationem naturalem.

Cant. 2.

Simile.

Rom. 1.

Psal. 102.

Iosue. 10.

Deut. 33.

Simile.

Luc. 7.

Rom. 1.

Rom. 3.

Huius fidei fundamentum est veritas diuina, quæ nec falli, nec fallere potest. Ecclesia vero solum proponit ea, quæ Deus reuelauit. Estque veluti fidelis nuncius epistolam deferens, tu tamen credis ea, quæ in epistola continentur propter auctoritatem eius, qui epistolam scripsit. Tantis vero encomijs hæc fides celebratur in diuina scriptura, ut hæretici putauerint, eam solum sufficere ad salutem. Audi quid hodie Christus dicat, Fides tua te saluam fecit. Idem dicitur Magdalenæ. Et Paulus, identidem hoc repetit. Iustus ex fide viuunt. Et arbitramur hominem iustificari per fidem. Verbum certe Dei est, fides iustificat, sed solum eam iustificare, adinuentio est humana fidei rectæ repugnans. Fides ergo iustificat, sed non sola, sicut homo generat hominem, sed non solus, quia etiam sol concurrat in omni generatione. Et præterea cum de

fide

A fide absolute loquitur scriptura intelligitur de fide viuâ, charitate informata. Sicut cum absolute dicitur homo, intelligitur viuus non mortuus, aut pictus. De qua Pau. Fides, quæ per charitatem operatur. Et tandem Concil. Trident. sessione. 6. cap. 8. Eo per fidem iustificari dicimur, quia fides est primum fundamentum, & radix nostræ iustificationis. Est ergo fides causa, principium, & radix, hæc vero operantur quidem, sed cum non obijciatur impedimentum. Ita fide iustificaberis, si eam non impedias, si eius ductum sequaris, illa te ducet in iustitiam. Si vero eam impedis, si eius ducatum renuis, non iustificaberis. Hoc verò peccator efficit. Ut patet Rom. 1. Reuelatur ira Dei de celo super omnem impietatem, & iniustitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in iniustitia detinent. Quid est in iniustitia detinet eam capiunt, & in carcerem trudent. Illa enim cor urget, ut in opera exeat, vellet illa operari, sed peccator eam detinet. Est illa puella Naaman, vociferans, & clamans. O si Dominus meus fuisset ad prophetam, qui est in Israel, profecto curasset eum, sed peccator id exequi non vult, ideo non sanatur.

Videamus nunc mulierem, quæ fide salua facta est, eius fidem intueamur, & quomodo fidei ductum sit sequuta. Ecce mulier quæ sanguinis fluxum, &c. Ecce particula est ostendens aliquid consideratione dignum. Sunt vero multa, quæ in hac muliere attendere possumus.

Primum illud sit. Cum tantus ad Israel descendisset de celo medicus non ad eum accesserat hucusque, sed in alios medicos vniuersam effuderat substantiam. Hinc innumera nostra mala absque remedio sunt, non enim ad Deum primo accedimus, sed alia, in quibus cum remedium vllum non inuenimus, tandem ad Deum, venimus, Ioel. 5. Bestiæ agri, quasi area sitiens imbrē suspexerunt ad te, quoniã exsiccati sunt fontes aquarum, & ignis deuorauit speciosa deserti. Tunc bestiæ oculos leuant in Deum cum fontes terræ ficcos vident cum omne gramen perijt. Tu ergo qui quasi bestia primum quæsisti fontes terræ, & herbam agri, nec in aliqua re terrena remedium inuenisti, iam accede ad Deum cum hac muliere. Si bestijs similes non essemus, sed ratione duceremur, cum nouerimus, primam omnium causam Deum esse, ab eoque omnia bona nostra pendere, ad eum

Xx 5 ut ad

Gala 5.
Conc. Trident.

Rom. 1.

4. Reg. 5.

Iael. 5.

vt ad primum principium eūdem nobis esset. Sed tu quasi sine Deo esses, in alijs refugium quæris. Primo ergo in omni necessitate, & tribulatione Deū adi, ora eum, placa eum. Reuela Domino viam tuam, & spera in eo, & ipse faciet, pete ab eo, vt vias tuas dirigat.

Secundum, consideranda nobis diuina iudicia sunt. Quis diceret, expediens valde esse mulieri huic, vt salutē in medicinis non inueniret, vt eam quærens in Christo, & salutem corporis, & animæ consequeretur. Gratias agit August. in confessionib⁹ Deo, quod nihil ei succedebat ex voto, dum ea, quæ mūdi sunt, sectabatur vt sic eum à mūdo reuocaret. Num. 22. declinat asina à via, nec in eam poterat illam reducere Balaā, quod ille malum sibi iudicabat, irascebaturque in asinam. Sed postea ei ostensum est, inde sibi vitam conseruatam: nisi enim asina à via declinasset, Angelus eum occidisset. Sic Angelus eum affatur. Ego veni, vt aduerser viæ tuæ, quia peruersa est via tua, mihi que contraria, & nisi asina declinasset de via, dans locum resistenti, te occidissē. Multa ergo nobis incommoda succedunt, quæ infaulta iudicamus, sunt vero nostræ salutis æternæ causa, ideo ne deficias, cum à Deo corripis, diligenti Deum omnia cooperatur in bonum, & quæ putas mala esse, bona sunt. Tertium considerandum est, cum hæc mulier typum maximi peccatoris gerat, quomodo saluti sit restituta, hinc enim discemus, qua ratione deperditus peccator anime salutem recuperabit. Tanta infirmitas maximo eget medico, insanabilis videtur hæc infirmitas, quam nulla medicinæ ars sanauerat. Chrysof. Sicut infirmus, qui salutem sperat se consequuturum, obseruat se, nec nociua manducat, nec potum pro libito sumit, sed cum spes recedit, seque salute desperatum iudicat, omnia comedit, & bibit, nihil curans; Sic peccator cum in profundum malorum venerit, contemnit. Hi quotidie deterius habent? sicut mulier hæc. Non est istis medicus, non quod omnino sanari non possint, qui fuit error Montani, & Nouatiani, damnatus in Concilio Niceno. cap. 3. & in Latranensi, vt habetur c. firmiter, sed quod difficillima eorum sit curatio.

Sed quomodo sit sanata hæc mulier audiamus, vt inde colligamus,

A ligamus, qua arte medendum sit maximis peccatoribus. Primum accedit retro. Benè retro, quia non iustificabitur in conspectu eius omnis viuens. Qui ergo iustificandus est, retro veniat, verecundè, & humiliter, ne audiat. Frons meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. Sic etiam Magdalena retro accedit. Sic desideranti Moyse Deum videre, dicitur. Posteriora mea videbis, non faciem, non enim videbit me homo, & viuet. Retro ergo accedit, quia vultus Domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriā eorum. Retro, quia scapulis suis obumbravit tibi. Retro, vt proiciat ad tergum omnia peccata nostra: Humilitate ergo, & verecundia nobis veniendū est ad Deū. Sicut prodigus venit, dicens. Pater peccaui in cælu & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus, fac me sicut vnum de mercenarijs tuis. Si ergo fluxum pateris sanguinum, peccatorum, scilicet, primum ad Deum humiliter accede, & verecundè, cum hac muliere. Sed quid amplius illa præstet, videamus, vt nos similia præstemus, ait intra se.

Si tetigero fimbriam. &c. Totus Christus Saluator, salutare & salus nostra est, vnde omnia, quæ in eo sunt, salutem conferunt, non ipse solum, sed & salua eius visum restituit cæco, oculi respicientes Petrum, eum sanant, & vestimentum nunc ei etiam salutem confert, vox eius mortuos vite reuocat, rectè ergo hæc ait, à Christi fimbria salus mihi proueniet. Sed quid est,

C si tetigero fimbriam. Quidam intelligunt, eam tangere voluisse, quod humillimū erat vestis. Sed magis videtur, voluisse tangeri illud, quod sanctius erat in veste. Num. 15. & Deut. 22. in quatuor angulis vestis præcipitur Iudæis, fimbrias iacinthinas habere, vt sicut carne erant distincti à gentibus, sic exteriori veste per has fimbrias distinguerentur. Quo mōneretur Dei seruare mādata. Sicut etiam modo habitus religionis, vel sacerdotij mōnet gestantes, se gerere decēter. Has fimbrias Iudæi magnificabant, vt sanctiores apparerēt. Ideo quasi in signe sanctitatis Iudæorū voluit mulier hæc fimbriā tangere. De hoc fimbriæ tactu tēpore Messie faciēdo loquitur Zachar. In diebus illis apprehēdent decē homines ex omnibus linguis gentium fimbriam viri Iudæi dicentes, ibim⁹ vobiscū, audiuius enim, quoniā De⁹ vobiscum est. Vbi Hiero. per virū Iudæū Christū intelligit, illa ergo

Psal. 36.

Aug.

Num. 22.

Chrysof.

Prover. 1.

Concil. Nic.
Conci. Late.Psal. 39.
Hier. 3.
Luc. 7.
Exod. 33.

Psal. 33.

Psal. 90.
Luc. 15.Ioan. 9.
Ioan. 18.
Ioan. 11.Num. 15.
Deut. 22.

Matt. 23.

Zach. 8.

Hieronym.

*Mat. 14.**Cyrilus.**Gen. 31.**Iob. 19.**Rom. 2.**Philip. 3.**Cyrilus.**1. Pet. 4.**Philip. 2.**Psal. 44.*

ergo propheta hic impletur, cum hæc mulier Christi fimbriam apprehendit. Et postea Matth. 14. rogabant infirmi, ut vel fimbriam eius tangerent. Sic etiam hodie decem homines, id est multi (est enim phrasia scripturæ ait Cyrilus per decem plura accipere, ut Gen. 31. Mutauit mercedem meam decem vicibus, & Iob. 19. en decies confundis me) sequuntur virum Iudæum non, qui in manifesto Iudæus sit, sed qui in abscondito Iudæus est Rom. 2. qui vere Deum confitetur. Philip. 3. Nos enim sumus circumcisi, spiritu Deo seruiamus, & apprehendunt fimbriam eius, id est, id quod Iudæi proprium est, qualis erat fimbria quia gentibus maxime placitura erant Christiana charitas, & sermone Ecclesiæ. Eleganter adnotat Cyrilus, apprehendere fimbriam extremam vestis partem puerorum esse, qui patres suos sequuntur, & eorum fimbrias apprehendunt, ne cadant. Ita gentes adhibebunt Apostolis, & Euangelij prædicatoribus, eosque sequentur, ac imitabuntur, ne labantur. An non vir Iudæus Dominicus Fræscianus, Ignatius, cuius fimbriam apprehenderunt decem, id est, multi viri, eosque sequuti sunt, quia Dominus erat cum eis? Sed præcipue Christi erat apprehendenda fimbria, ut hodie impletum est.

Sed interrogas, quomodo ego fimbriam Christi tangam? Primum, si exempla eius sequutus fueris. Christus enim passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius, si fueris veluti filius paruulus patris vestigia secutus eius tenens fimbriam. Secundum vestis Christi humanitas est, habitu enim inuentus est ut homo fimbria huius vestis passio Christi est, in qua ut in sacerdotis summi, fimbria inuenies malogranata operam maxime charitatis, & campanulas miri soni, exempla, scilicet, præclara omnium virtutum, quæ imiteris. Ergo illa imitare potissimum, quæ in passione tibi ostendit. Sed quæ nobis colligimus ex hac fimbria Christi. Certe illud quod Psal. dicit, Myrrha, & gutta, & casia à vestimentis tuis, myrrha amara præseruas à corruptione significat penitentiam, & mortificationem, hoc ergo certum sit peccatoribus, qui fluxum sanguinis patiuntur, sine vitæ asperitate, nihil illis peragendum boni, nisi carnem maceraueris, vnde omne tibi malum ortum est, nunquam proficies. Quando sancti se affligebant, non se odio prosequere-

A sequebatur, sed carne Myrrha vngent, ut à corruptione seruarentur. Rom. 8. Si spiritus eius, qui suscitauit IESVM à mortuis, habitat in vobis, qui suscitauit IESVM à mortuis, viuificabit mortalia corpora vestra. Vnde colligit, ergo fratres, debitores sumus non carni, ut secundum carnem viuamus, si enim secundum carnem vixeritis, moriemini, si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuētis. In carnis ergo mortificatione vita consistit eius. Hac ergo myrrha dolorum & afflictionum plena est vniuersa vestis Christi ab initio vsque ad finem, à natiuitate vsque ad mortem. Cant. 4. Manus meæ destillauerunt myrrham, & digiti mei plenæ sunt myrrha probatissima. Non solum vero à Christi veste myrrha, sed & gutta & casia colligi poterunt, quia omnis virtus, & eius exemplar ibi videri licet. Tangitur etiam Christi fimbria, eiusque passio sacramentis susceptis, in quibus virtus passionis Christi est, ideo accedendum ad ea, ut fructum passionis suscipiamus.

Sed quid Christus Dominus ait cum se tangi sentit? Audi quis me tetigit? Vide differentiã inter has duas mulieres, quarum altera hodie sanatur, altera suscitatur. Sanatur hæc, quæ omnia videtur fecisse, quasi Christus nihil egerit. Illa domum egressa est, illa irrumpit per mediã turbam, tangit fimbriam, & ex eo fonte sibi salutem hausit, & Christus quasi nihil egerit, & quasi ille non eam adduxisset, dicit, quis me tetigit? Alteram vero suscitauit Christus, in qua illa nihil operatur, sed Christus domum eius accedit, manu eam tenet, dicit, surge. In conuersione peccatoris, Dei opus, & peccatoris opus necessarium est, sed multo plus Dei opus. Ut muri cadant. Ierico præcipit Deus, septies circumdari ciuitatem, tubis resonare, sed tandem Deus est, qui muros euertit. Milites Gedeonis elegit Deus, arma quibus vincant præbet, sed tandem Dei est victoria, ille inimicos fugat, antequam manus conferant. Tu ergo esto negotiator pretiosæ margaritæ, festina, discurre, quære, cum timore, & tremore tuam salutem operare. Sed tandem Deus est, qui præcipue operatur & velle, & perficere. Sed in hac mulierum diuersitate alia etiam electorum diuersitas apparet. Quibusdam enim apparet Deus vltro, quibus dicit. Inuentus sum à non querentibus me, palam apparui his, qui non interrogabant de me. Hi similes sunt puellæ suscitatae, ad quam ve-

*Rom. 8.**Cant. 4.**Iosua. 6.**Iudi. 7.**Rom. 10.*

nit

ait Christus. Attende quem thesaurum inuenit Paulus, cum A
 non quæreret, imo persequeretur Christum. Quem inuenit
 i. Reg. 10. Saul thesaurum, a sinas quærens, inuenit regnum. Contra vero
 quanto labore eundem thesaurum quærit illa, quæ sanguinis
 fluxum patitur. Quanto labore Christum Magdalena quærit,
 quanto similiter nunc religiosus perpetuo reclusus, &
 orans, quam vero facile eundem inuenit latro, dicens memem
 to mei, & in regnum admissus est. Quanto labore denarium lu
 crantur in vinea, qui primo mane conducti sunt; contra vero
 quâ facile eundem denarium lucrati sunt, qui in vndecima ho
 ra venerunt. Ecce impletas duas illas parabolas Prima. Simile
 est regnum cælorum thesauro abscondito in agro, qui inueni
 tus est à non quærente illum, sed aliud agenti apparuit. Et simi
 le est iterum regnum cælorum homini quærenti bonas Marga
 ritas. Hic enim quærit, ac laborat. In omni ergo hominis con
 uersione gratia Dei est potissimum operans, licet tu multum ope
 rari videaris, opera tua exigitur, licet gratia Dei totum operasse vi
 deatur, sed aliquando gratia magis elucet, aliquando vero opus no
 strum, vtrumque tamē sepe adest. Huic vero mulieri id etiā cōtingit,
 quod fides eius mēsurā fuit salutis, & misericordiæ receptæ, vt
 cogitauit, ac sperauit, sic recepit dixit, si tetigero fimbriā, salua
 ero, tetigit, & salua facta est. Et licet Chrs sit, qui sanat, dicit ta
 mē, fides tua te saluā fecit, quia quod tu credis, & speras, fidesq;
 à Deo te recept, urū hoc recipis, secundū fidem tuā fiat tibi. Si
 cut olim Mat. ait, dictū cæcis, secundum fidē vestram fiat vobis.

Mat. 9.

Sed ait, quis me tetigit? Nōluit hoc latere miraculum, tum C
 vt archisynagogus roboraretur in fide eo inspecto, tum vt mu
 lieris huius fides perficeretur, quæ putauit, potuisse Christum
 latere. Vnde Luc. ait. Videns quia non potuit latere potuis
 se ergo latere putauit. Vt ergo credat Christum Deum ve
 rum, quem nihil latet, ideo miraculum manifestat. Com
 primebatur Christus à multis, sed ab hac sola tangebatur. A
 liud enim est accedere ad Christi sacramenta fide, deuotione
 & reuerentia, & qui sic accedit, sanatur, perficiturque, &
 hic Christum tangit. Aliud vero est premere Christum,
 & sine deuotione accedere. Interrogas, quomodo ille sacramē
 torum vsu, orationis assiduitate perfectus euasit, ego nec pas
 sum

Mat. 27.

Mat. 20.

Mat. 13.

Luc. 8.

A sum in virtute dedi? An non idem Deus? idem sacramētum?
 Ita plane, sed sicut multi Christum premūt, & virtus de Deo
 ad illos non exit, sed solum ad istam, quæ deuotē, & reuerenter
 accedit. Ita in sacramentis: & oratione nobiscum fit. Quan
 do aliquod vitium te tangit, etiam si sit formica, vel cinipis, cō
 tinuo sentis, non sic, quando mortua tetangunt, ita vna pre
 catio viua spiritu plena tangens Deū plus sentitur ab eo, ac æ
 stimatur, quam mille mortuæ, lachryma vna ex visceribus, sus
 pirium vnum ex corde Christum tangunt, eum vrgent, & di
 cere faciunt, quis me tetigit? Quanti æstimauit Christus duo
 æra minuta fide, & deuotione oblata, plus omnibus alijs mu
 neribus, Calix aquæ datus eius nomine grande quid est.
 Hanc vitam, viuacemque virtutem ponit in nobis Spiritus san
 ctus, qui facit nos clamare, Abba pater, & postulare gemitibus
 inenarrabilibus. Ideo sentit modo mulierem tangentem,
 reliquos comprimētes non sentit, quia maxima opera sine spi
 ritu effecta, nihil sunt coram eo, parua magno spiritu effecta
 magni habet: Sed si solus fimbriæ contactus aded vtilis est
 huic mulieri, dic obsecro, si debitē accederes ad Euchari
 stiam, vbi vniuersum Christum tangis & intra te recipis, quæ
 inte bona operaretur? Qui indigne accedit, comprimit Chri
 stum, iudiciū sibi māducat, & bibit: imo conculcat Christum.
 Hinc Paulus ait, quanto magis qui filium Dei concul
 cauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, id est, pol
 luerit. Polluit autem quantum in se est, qui illum mittit in ster
 quilinum cordis sui. Aliquo etiam modo comprimit, qui li
 cet dignē sumat, sed non debitē ac reuerenter, non ea de
 uotione, qua par est accedit, & perfectē non diiudicat corpus
 Dñi, & ideo minimū fructū recipit. Sicut enim cōtingit quādo
 q; regē ire venatū, & profunda nocte à suis abscessisse, & cū so
 lus relictus sit, venit in hospitium, in quo non agnoscitur, quia so
 lus sine suis ingreditur illud, aliquando tā male tractatur, vt per
 dat hospites suos, aliquando minus vrbane, & vt ita dicā, vul
 gariter, vt pauca dans numismata hospiti, abscedat, aliquan
 do vero tam humaniter, comiterque, vt hospitem ditern
 reddat munere grandi. Quod si hoc homini auaro, mise
 roque accedit sæpē, quid putas illi continget, qui natura sua
 ditissimus

Marc. 12.

Rom. 8.

Heb. 10.

Simile.

Dent. 3. 2. ditissimus, liberalissimusque est, de quo scriptum est, date mag-
Psal. 132. nificentiam Deo nostro; & magnificavit Dominus facere nobis-
 cum? Aliquando ergo male susceptus interimit suscipientē;
 aliquando minus vibane susceptus, minima collata gratia rece-
 dit, sed si optimē liberalissimeque susciperetur, sine dubio di-
Luc. 19. taret suscipientem diuitijs magnis. Hoc in Zacheo videre, li-
 cet, de quo scriptum est. Hodie salus domui huic facta est.
 Gratia enim quæ datur in sacramentis ex opere operato est ma-
 ior, vel minor secundum dispositionem recipientis maiorem,
 vel minorem ex Dei auxilio procedentem.

Gene. 2. Hac vero curata muliere, aliam suscitaturus venit, & ait: *non
 est mortua puella, sed dormit.* Mors somnus dicitur, etiam ab eth-
 nicis. Sed maxime Christus tanquam rex in regno suo nomi-
 na rebus indidit. Et sicut omne quod vocauit Adam, ipsum
 est nomen eius. Ita omnia nomina à Christo indita vera sunt
 nomina, sic dicit prædicationem suam Euangelium, peccatorē
 dicit mortuum, defunctum dicit dormientem, Ecclesiam reg-
 num cælorum nunc mortem somnum appellat. Cum puer
 nascitur plorat, quia nescit, quo procedat, si vero nosset, non
 eiularet, sed gauderet, si nosset iustus, quo migrat, cū hinc exit,
 omnino gauderet, somnus ergo mors est iusti, quia sicut som-
 nus datur à natura, vt animal quiescat, & resumptis viribus sur-
 gat, & fortius operetur, sic mors iusti tendit in resurrectionem
 cum virtute, & incorruptione, & gloria. Et licet videas corpus
 corrupti ac deformari ne timeas, non enim propterea perditur?
Simile. Sicut enim vides linteū tuū à pictore liniri nigro colore, & ais,
 perdis linteū, & pictor ait, imo hoc est initiū pulchræ imaginis
 in eo depingēdæ. Ita cū De^o corp^o morte corrūpit, figurā glo-
Eccle. 5. riosā in eo apponere vult, licet nūc deturpare videatur. Deinde
 sicut dulcis est sōn^o laborātī, siue parū, siue multū comedat, ita
 mors ei, qui laborauit in Dei vinea, & obsequio^o, siue
Apoc. 3. fuerit diues, siue pauper. Beati mortuī qui in Dño moriuntur, à
 modo iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis. Ferōx
Iudith. 18. leo mors apparet, sed timendus iam non est, mel enim in ore
 eius est. Iam enim post Christum quid morte dulcius, qua
 ducimur in vitam? Ante Christum mors erat mors, iam vero
 transitus in vitam. Ideo ingrediatur putredo in ossibus meis,
 & subter

A & subter me scateat, donec ascendam ad populum accinctum **Habac. 3.**
 nostrum.

Tenens manum eius ait thalita cumi. Est vita in Christi mani-
 bus, ideo manu tāgens vitam donat, adeo magnum est brachiū
 omnipotentiae eius, vt licet in profundo sis, ad te perueniat.
 Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. **Psal. 138.**
 Si ergo te videris peccato mortuum, Deum ora cum **Psal. 143.**

Emitte manum tuam de alto, eripe me, & libera me de aquis
 multis. Pete vt rugiat, & clamet ad te excitādum, sicut leona ru-
 gitu catulos suos excitat. Surgit puella. Dicereque potest illud **Psal. 117.**
 Psalm. Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini, exalta

B uit me, non moriar, sed viuam, & narabo opera Domini. Sed
 quid est quod prius sanatur, quæ laborat fluxu sanguinis, quam
 suscitetur puella domi manens? Respondetur. Hæc signifi-
 cat occultum peccatorem, illa vero manifestum, prius ergo pu-
 blicus peccator sanari debuit, quam ille qui celat peccatum
 suum, licet grauius peccet publicus, quam occultus peccator.

De eo qui peccatum occultat dicitur **Osee. 13.** Colligata est
 iniquitas Ephraim, absconditum peccatum eius, dolores partu-
 rientis venient ei. Grauiissimi dolores sunt parturientis, quan-
 do edere filium non potest. Tales occulti peccatores, qui vul-
 nus suum non aperiunt, sed dicunt illud **Eccle. 26.** Tenebræ
 circundant me, parietes cooperiunt, & nemo circumspicit me,

C quem vereor? Et non intelligit, quoniam omnia videt o-
 culus eius. Cum est tibi in facie macula, eam delere curas, quia ab
 omnibus videtur, cum vero est tibi in pede, vbi non apparer, ni-
 hil tibi curæ est, eique remedium non adhibes. Sic cum vides,
 peccatum tuum in tenebris esse, nec videri ab alijs, magis in eo
 permanes. **Ezech. 8.** Vides fili hominis, quæ seniores domus
 Israel faciunt in tenebris? His in tenebris dæmon cubat, **Iob. 10.**
 40. In umbra dormit, in secreto calami. Sed tu occultus pecca-
 tor considera, quia te Deus videt. Ne sis de his, qui dicunt, & di-

Psal. 39. xerunt, non videbit Dominus, nec intelliget Deus Iacob. Intel-
 ligite insipientes in populo, & stulti aliquando sapite, qui plan-
 tavit aurē, non audiet? & qui finxit oculum, non considerat? Pu-
 blicus vero peccator confundi solet, & ideo facilius à peccato

Psal. 67.
Mich. 4.
Psal. 82.

reced. re. Hinc Psalm. Dixit Dominus, ex Bafan conuertam, A
Bafan, idest, confusio. Et Michæ. 4. Venies vsque ad Baby-
lonem, & ibi liberaberis. Et Psalm. Imple facies eorum, ig-
nominia, & quærent nomen tuum Domine. Vtriusque vero
peccatoris, vnica medicina Christus est, quam hodie aperit,
quæ sanguinis fluxum patitur, & princeps hic. Vterque ad
Christum accedit. Mulier hæc Ecclesiæ magistra est, osten-
dens quanta sit in Christo virtus, & diuinitas, quæ enim in ex-
trema vestis parte tantam vim inesse credidit, quid obscuro
non ostendit nobis in esse virtutis, ac diuinitatis in corpore
Christi?

Miseros nos, qui videmus mulierem ex filo tenui Christi
vestis medicamentum efficacissimum sibi conficere, nos vero
ex corpore Christi integro nobis medicinam parere nescimus. B
In vulneribus Christi medicamentum inuenit Thomas, quo
curaretur, nos contra venenum, vt in peccato persistentes,
magis vulneremur. In eodem etiam solo contactu,
princeps hic vitæ puellæ inuenit. Oremus, ergo
nos tangat, mittatq; manû suam per fora-
men, vt aperiatur ei, vt cæ-
net nobiscum, & nos
cû illo, &c.

(••)

A Dominica Vigesima Quar- tia, Post Penteco- sten.

*Thema. Cum videritis abominationem desola-
tionis, &c. Matth. 24.*

B



VOD maximè frangat hominem, ac de-
tinet, ne in vitiorum præcipitium ruat, est
iudicij memoria. Hæc regem Dauid terre *Psal. 37.*
bat dicentem. Sagittæ tuæ infixæ sunt mi-
hi, & confirmasti super me manum tuam.
Hanc Iob verebatur, cû diceret. Verebar *Iob. 9.*
omnia opera mea, sciens, quia non parceres
delinquenti. Hæc Hieremiã exterruit, *Hiere. 15.*

cum ait. Sedebam solus, quia comminatione replesti me. Hoc
Hieronimum in officio continebat dicentem, semper tubam *Hierony.*
iudicij resonare in auribus eius. Sola rei huius memoria satis
est, vt hominem sanctificet. Licet enim sæpe medicina ex mul-
tis simplicibus conficiatur, tamen aliquando simplex tantæ est
virtutis, vt aliorum simplicium non egeat commixtione, & talis
est iudicij veritas, satis potens per se hominem componere, &
in officio continere. Vnde *Psal. 74.* Liquefacta est terra, & omnes,
qui habitant in ea. Dixi iniquis, nolite inique agere, & delin-
quentibus, nolite exaltare cornu, quia nec ab oriente, nec ab oc-
cidente, nec à desertis montibus, vobis scilicet, erit auxilium,
quoniã Deus iudex est, nulla alia ratione opus esse credit *Psal.*
vt iniqui iniqua non agant, nisi quia Deus iudex est. Vt tanta ve-
ritas, & tam potens hoc possit in cordibus nostris, oremus no-
bis gratiam per Mariam dari.

Quod in maximam admirationem adduxit, nõ solû impios,
& insensatos, sed & sapientissimos, & sanctissimos viros, fuit, vi-

Pfal. 10.

dere deordinationem mundi huius, cum Deum habeat iudicem, & gubernatorem. De quo *Pfal.* Iustus Dominus, & iustitias dilexit, æquitatem vidit vultus eius, qui ea providentia mundum gubernat, ut nec minima res, vel motus folij fiat sine eius voluntate. Et si hæc deordinatio solum esset in rebus inferioribus, & minoris momenti, non tantam ingeneraret difficultatem, sed cum omnia inferiora ab homine tanto ordine sint constituta, ut semper celi elementa, & reliqua corporalia suas vices servauerint, suamque stationem custodierint, nec Dei præceptum unquam violauerint, in homine, qui est omnium finis, & mundi huius caput, videmus summam deordinationem, quæ multo peior est, quam si omnia alia deordinata essent. Quia cum ille sit supremum huius infirmi, quo medio alia cum Deo cõnectuntur, & eius gloriæ inserviunt, cum ille à Deo separatur, ei non obediens, eius gloriam non quærens, omnis alia creatura quodammodo separatur à Deo, & eius gloria quærenda, & creaturæ, quæ in Dei gloriam conditæ erant, serviunt peccato, & dæmoni. Quia licet illæ ordinem suum servent, & sic Deum glorificent, tamen instrumentum sunt hominis in peccatum. Vnde hominis deordinatio à Deo suo est uniuersalis totius mundi deordinatio, & destructio, & quasi separatio à Deo. Quæ ergo ratione iudex Deus, ista videns dissimulat, tacet, nec in ordinem redigit? Hæc ratio multos adduxit, ut diuinam negarent providentiam circa humana, & dicerent illud, circa cardines celi perambulat, nec nostra considerat. Inter quos fuit Arist. qui diuinam providentiam in lunæ orbe finit, ac terminat. Ideo Gregor. Nazianz. & Theodoretus libr. de providentia, dicunt, providentiam diuinam ab Aristotele traditam diminute. Contra Aristotelem disputavit elegantissime Aticus Philosophus Platonicus, ut refert Eusebius aduersus philosophos ca. 12. dicens, diuinorum Regulam, non esse ingenium humanum, & errasse Aristotelem, qui diuina iudicio suo voluerit metiri cum illud valde superent. Refert etiam Plutar. in vita Catonis Uticensis, dixisse Catonem, cum videret victum à Cæsare Pompeium, inesse summam difficultatem, & obscuritatem in rebus à diuina providentia profectis, dederat enim Deus præclaras victorias Pompeio à iuuentute, etiam cum pugnaret bello iniusto, &

cum

A cum primum bellum gereret iustum in patriæ defensionem, ab iniuste præstante superari cum voluit, à Cæsare, scilicet.

Hoc vero in tantâ admirationem sanctos adduxit, ut cum Deo videantur querelis contendere. Sic *Pfal.* Usque quo peccatores Domine, usque quo peccatores gloriabuntur? effabuntur, & loquentur iniquitatem, loquentur omnes, qui operantur in iustitiam? Et Hierem. 12. Iustus quidem tu es Domine, sed iusta loquar ad te. Quare via impiorum prosperatur? bene est omnibus, qui præuancantur, & iniuste agunt? Videntes hoc multi, dicunt illud *Pfal.* Quomodo scit Deus, & si est scientia in excelso? Quasi dicat. Impossibile est, hoc Deum scire, alioqui, sine re medio non esset. Evidens argumentum hoc est, etiam lumine naturali, non sic hæc esse relinquenda, sed aliquando Deum hæc ordinaturum, facturumque, ut omnis homo, & omnis creatura seruiat, vel inuita diuinæ gloriæ, & ut ex omni deordinatione peccati diuina gloria magis elucescat. Nec enim aliter mala permitteret, nisi ut se optimum Deus ostendat, ex malis bona maxima educens. Et licet potuerit Deus (ait Augu.) sic mundum componere, ut malum in eo nullum esset, voluit mala permittere, ut ex eis bona eliciens, maxime bonus appareat, summa enim bonitatis hoc est, è malis bona educere.

B Sed dubitas, quomodo ex peccatis, maximè est eliciendum bonum? Respondetur, hoc fiet cum maximo peccatoris damno, qui diuinæ gloriæ inserviet, dum immensa pœna punietur, in qua ostendatur diuina iustitia infinita, & diuina bonitas, sic peccatum odiens, & diuina maiestas, cum sic punietur eius offensor. Infelix, & miserandus homo, cuius periculo, damno, atque tormentis ostendenda est diuina iustitia, bonitas & maiestas, dum sic punietur qui in tantum Deum peccauit. Felix homo, in quem effundens bonitatis, & gloriæ thesauros, ostendet se infinitum in misericordia. Infelicissimus, vero in quem thesauros iræ effundens, ostendet infinitum se in iustitia. Sicut cum quis Regem impetit, & occidit, non satis esse solet, si regis occisor occidatur, sed acerbissima, & exquisita inueniuntur tormenta, ut in his ostendatur maiestas Regis

Tom. Secundus. Yy 3. offensi.

Iob. 22.

*Aristo.
Nazia.
Theodo.
Aticus.
Euseb.*

*Plutar.**Pfal. 93.**Hiere. 12.**Pfal. 72.**Augu.**Simile*

offensi. Sed qualia erunt mala, atque tormenta inuenienda contra infinitam maiestatis offensorem, ut in his maximis tormentis appareat infinita maiestas laesa? Hoc omnem cognitionem superat, nec explicari, aut capi ab homine potest. Hinc summa ira in iudicium Christus venit, tunc enim in ordinem redigenda est omnis deordinatio peccati, tanta ultione de peccatore sumpta, ut explicet diuinam, infinitamque bonitatem, quam peccator contempsit, & conculcauit. Deinde deordinauerat mundus uniuersa, peruerterat cuncta, venit Christus, ut ea in ordinem redigat. Exaltat mundus diuitem superbum, despicit humilem pauperem, diues loquutus est superbe, & omnes iustificauerunt illum, pauper loquutus est sensate, & dicunt quis est hic? Præponuntur multa virtuti, quæ bonorum nomine sunt indigna. Omnis hæc de ordinatio tollenda est. Contingit aliquando puerum tabulam ludi latrunculorum componere, & calculos coaptare, & in domo qua rex ponendus erat, apponit peditem, & ubi regina ponenda, ponit equitem. Puer est inficius ludi, cuncta deordinat. Venit pater pueri, & omnia suo ordine collocat, & singulos calculos proprijs domibus aptat. Hac de causa Christus Dominus in mundum ueniet, ut uniuersa suis locis coaptet, & cuique propriam sedem tribuat pro virtutis merito. O diues superbe, ubi nunc sedes? ueniet Christus, & oculos superbiorum humiliabit, & exaltabuntur cornua iusti. Fiet tunc mutatio illa brachiorum Iacob, dum in modum crucis ea mutauit, ponens dexteram super minorem, leuam super maiorem. Leuate capita uestra, dicet, qui ea demissa ferebatis, humilietur altitudo uirorum, & exaltetur uirtus, & meritum dumtaxat.

Sed tantorum malorum initia præcedent horribilia signa, quia ut dicit Gregorius, Multa debent mala præcurrere, ut malum valeant sine fine nunciare, ut sic tremens mundus ueniat supplex ad iudicis tribunal. Psalmus. Turbabitur gentes, & timebunt, qui habitant terminos à signis tuis, coram illo procident Aethiopes, & inimici eius terram lingent. Attende uenientis terrorem. Esa. 64. Descendisti, & à facie tua montes fluxerunt, cum feceris mirabilia non sustinebimus. Nec obstant signa ista in certitudine iudicij, de qua. 1. Thessalon. 5.

Ips

A Ipsi diligenter scitis, quia dies Domini sicut fur in nocte, ita ueniet. Cum enim dixerunt, pax, & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor in utero habentis, & non effugient. Quia aliqua signa præcedent aliquo tempore iudicium, & tunc ut ait Augustinus ad Eschium, dissensio erit inter bonos, & malos, hi dicent, nondum uenit iudicium, illi dicent, prope est iam. Unde mali, ut Christus dicit, erunt sicut erant in diebus Noe comedentes, & bibentes. Alia signa ut obscuritas solis, & lunæ sanguineus color, & maris immensa turbatio iam sunt tam proxima iudicio, ut manifestum sit, iudicium iam adesse. De his signis in euangelio agitur.

B Quod licet aliqui intelligant de excidio Ierosolymitano, tamen certum est, etiam loqui de fine mundi, ut dicit August. epist. ad Eschium, & 20. de ciuit. c. 5. & patet, nam cum solutionem templi Christus dixisset, interrogant discipuli, quando hæc erunt, & quod signum aduentus tui? Vbi utrumque commiscet, & ratio est, quia edocti erant arcanum mysterium, scilicet, quod sicut Deus ædificari præcepit templum, ut legalia ibi sacrificia offerrentur, cumque sacrificia cessarunt, & lex cessauit, & templum euersum est, uelut umbra in præsentia ueritatis abolita. Sic totus mundus est uelut templum legis euangelicæ, quia in toto illo sacrificatur, & colitur Christus, cessante fide in mundo, totus mundus uanus erit, & in casum processurus ideo destruendus. Et ideo euersio Hierosolymitana, quæ fuit in abolitione legis prognosticum est consummationis sæculi, quæ deficiente fide, & cultu euangelij expectatur. Unde de utroque simul loquitur Christus.

Cum uideritis abominationem. De excidio Hierusalem hoc intelligens Caietanus dicit. Abominatio desolationis est exercitus Romanorum idola colentium. Quod Luc. 21. dicit. Cū uideritis circundari Hierusalem, sed ad finem mundi hæc uerba referentes, dicimus abominationem hanc esse Antichristum, ita Hierony. Licet enim in templo multa posita sint simulacra, quæ abominationes sunt, sed præcipua abominatio est illa, de qua. 2. Thessalon. 2. Nisi uenerit discessio primum, & re-

uelatus

Y y 4

Eccle. 13.
Simile.
Psal. 17.
Psal. 74.
Gen. 48.
Greg.
Psal. 64.
Psal. 81.
Esa. 64.
1. Thes. 5.

Aug.

Mat. 25.

Aug.

Caiet.

Luc. 21.

Hierony.

2. Thes. 2.

uelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur, & extollitur super omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita ut in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus. Quibus verbis manifestè ostenditur, ante mundi finem futurum hunc hominem, per quem discessio faciendâ est à Romano Imperio, non à temporali, à quo iam omnes discessere, sed à spirituali Papæ potestate. Ita Diuus Thomâs ibi. Addit Paul. Et nunc quid detineat, scitis, ut reuelatur in tempore suo, nam mysterium iam operatur iniquitatis, utrum ut qui nunc tenet, teneat, donec de medio fiat. D. Thomâs ea verba sic interpretatur. Ut qui nunc tenet Romanum Imperium, teneat, donec omnes à Papæ obedientia discedant tunc enim veniet Antichristus.

Dicitur vero Antichristus, id est, Christo contrarius, ut exponit Aug. tract. 3. super epistolam Ioan. Et per antonomasiam sic dicitur, quia Christi hostis accerimus, & omnium iniquorum caput, ut dicit Glossa super Iob. 21. Sicut in Christo omnis plenitudo diuinitatis, ita in Antichristo omnis plenitudo iniquitatis, adeo ut eum dicat Hippolytus martyr, diabolum in humana effigie. Sed certum est, eum hominem futurum. Sic enim eum vocat Paul. Hierony. in Dani. 11. dicit. Nascetur in Babylone, ex gente Iudaica, ut sicut Nemrot ædificans Babylonicam turrem, bellum indixit Deo, sic ab eadem Babylone sit supremus Christi hostis. Erit vero armatus, atque instructus omni arte fallendi, potentia, muneribus, delicijs, terroribus, signis, & portentis, ita ut in errorem inducantur, si fieri potest etiam electi. Vnde Pau. Cuius est aduentus secundum operationem Sathanae, in omni virtute, & signis, & prodigijs mendacibus, & in omni seductione iniquitatis. Eius persecutio durabit tres annos cum dimidio, ut Aug. de ciuit. 20. dicit. c. 8. Colligitur ex Dani. 12. Eum vero interficiet Michael. Locus difficilis de Antichristo est Apocalyp. 13. Faciet ne quis possit emere, aut vendere, nisi qui habet characterem, aut nomen bestiae, aut numerum nominis eius. Hic est sapientia, qui habet intellectum, computet numerum bestiae, numerus enim hominis est, & numerus eius sexcenti sexaginta sex. Vbi Rupertus dicit, si ad hoc dicere, tria esse nomina Græca, quæ hunc numerum complerent, quia

quia literæ græcæ simul sunt literæ, & notæ numerorum. Nomina hæc sunt, Antemos, Annoime, Teitan. Primum interpretatur honori contrarius. Secundum nego. Tertium, sol. Vno ergo ex his nominibus dicitur nominandus.

Alia vero nomina sunt, quæ eundem numerum faciunt, de quibus plura Ireneus Martyr libr. 5. cap. 30. & Primasius, Hippolytus, & Ansbertus, de quibus vide Riberam in Apocalyp.

Sed dubium est, quomodo mundo senescente, & quando propter maximam elongationem ab aduentu primo Christi abundabit iniquitas, & refrigescet charitas multorum, Deus maximam permittit mundo tentationem, & tribulationem. Respondetur. Tunc dæmonem esse soluendum, & omnes suas exeret vires in vltimum certamen cum Christo, in quo superandus omnino est, & mundus Christo subijciendus. Omnia certamina, quæ illuc vsque fuerunt, non fuere vniuersi exercitus, sed quasi præambula maximi certaminis, & ut leues pugnae. Sed tunc ex vtraque parte omnis est ponenda vis, curabit dæmon, omne virus euomere, Christus vero suos armabit milites, ut suprema conferta pugna, suos coronet, non in anima solum, sed & in corpore. Vnde ait Augustinus tunc maximos futuros sanctos, & martyres illustrissimos. Et veniet Elias, & Enoch ad hoc opus, & dies breuiabuntur. De aduentu Eliæ dicit Mala. 4. Ecce ego mittam ad vos Eliam Prophetam, antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis, & conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres, eorum, id est, reliquias Israel ad fidem patrum. Quem locum Hierony. ibi, & Augustinus. 20. de ciuitate. cap. 19. intelligunt de aduentu Eliæ ante iudicium, ut Ecclesiæ animam adijciat.

Secundo erit tunc maxima persecutio piorum, ut sic Deus prouocetur, ut in iudicium procedat, & malos male perdat. Tanta enim Dei est mansuetudo, ut nisi ingenti iniquitatum clamore vindictam non exercent. Sic Gene. 18. Clamor Sodomorum, & Gomorrhæorum venit ad me. Ut misericordiam præstet, ad quam concedendam natura sua fertur, clamore non eget. Sed erit antequam clament, ego audiam, sed ad vindictam clamorem

Gene. 4.
Gene. 15.

morem expectat. Hinc ait. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Ad idē pertinet illud Gen. 15. Nondum enim impleta sunt iniquitates Amorrhæorum vsque ad præsens tēpus. Nō ergo Deus priuat hereditate, nisi propter completā iniquitatem. Cum ergo à mundi hæreditate sint tūc iniqui penitus priuandi, complenda est iniquitas, & malitia. Tertio cum iustis necessaria sit purgatio ante ascensum in cælū, post diē verē iudicij nullus purgabitur, purgantur ante illā magnis tribulationibus. Erit ergo tunc tribulatio magna, qualis nō fuit ab initio mūdi, nec fiet. Et nisi breuiati fuissent dies illi, nō fieret salua omnis caro. Sed propter electos breuiabūtur. Sicut enim propter illos longiores facti sunt, cum oportuit, vt tempore Iosue & Ezechie, lic propter eos breuiabuntur, cum illis fuerit opportunum. Quia non patietur vos tentari supra id, quod potestis, vt Paulus ait. Vnde orantibus iustis, cessabit illa procella. Hinc Psalm. Dixit, & stetit spiritus procellæ, & exaltati sunt fluctus eius, ascendunt vsque ad cælos, descēdunt vsque ab abyssos, anima eorū in malis tabescebat, & turbati sunt, & moti sunt sicut ebrius, & omnis sapientia eorum deuorata est, & clamauerunt ad Dominum cum tribularentur, & de necessitatibus eorum eduxit eos, & statuit procellam eius in auram, & siluerunt fluctus eius. Impletumque est illud Psal. In quacūq; die inuocauero te, ecce cognoui, quia Deus meus es.

Psal. 55.

Eph. 6.
Iudith. 4.

Tunc qui in Iudæa sunt fugiant ad montes. Idest, ad pænitentiam, & orationem, propterea accipite armaturam Dei, vt possitis stare in die malo, & in omnibus perfecti stare. Iudith. 4. In afflictione illa, animos confirmabat Eliachin sacerdos dicens. Scitote, quoniā exaudiet Dominus orationes vestras, si manētes perseveraueritis in ieiunijs & orationibus in conspectu Domini. Ad hos ergo fuge montes in omni tribulatione. De quibus Psal. Leuauī oculos meos in mōtes, vnde veniet auxiliū mihi. In tribulatione enim, & magno timore positos iustos Deus exaudiet. Sic Psal. 30. Ego dixi, in excessu mentis meæ proiectus sum à facie oculorū tuorū. Ideo exaudisti vocē orationis meæ, dū clamarem ad te. Illud in excessu nō significat mentis eleuationē, sed trepidationē. D. Hiero. vertit stuporē, quasi dicat Psal. Ego cū stupere, & trepidare maxima circūdatus tribulatione

& præ-

A & præ dolore vix apud me essem, putavi me à te iam derelictū & tu Domine videns animi mei summam deiectionem, & desolationem, ne me penitus absorberet, audisti me inuocantem te, educens me de malis, quibus premebar. Super quem locū optime Aug. Ego dixi in extasi mea, idest, in pauore meo, videns me tam pavidū dixi, proiectus sum à facie oculorum tuorum, si in facie tua essem, non sic pauerem, si me attenderes, nō sic trepidarem, ideo exaudisti vocem orationis meæ, quod idē est, ac illud Psalm. 93. Si dicebam, motus est spes meus, misericordia tua Domine adiuuabat me, idest. Cum vidi me periclitantē, clamaui ad te, exaudisti me, & misericordia tua adfuit mihi. Idem ad verbum Ionas propheta cap. 1. Ego dixi, abiectus sum à facie oculorū tuorū. Veruntamen rursus videbo templum sanctum tuum. Attende hoc in Petro Matthæi. 14. Ambulabat Christus super aquas. Exclamant discipuli præ timore, dicentes, phantasma est. Exclamat Christus, ego sum nolite timere. Confidit Petrus, & ait. Si tu es iube me venire ad te super aquas, in hoc videbo, si tu es, si potuero verbo tuo, quod tu potes. Ait veni. Ibat intrepidus, sed vidit ventum validum, timuit, & clamauit. En illud, ego dixi in pauore meo proiectus sum à facie oculorum tuorum. Clamat, Domine pereō. Et Iesus extēdit manū, ac tenuit eū, dicens. Modicæ fidei quare dubitasti? Clamaui ergo in pauore meo, quasi iā incipiens mergi in mare, & tu exaudisti me, tenuisti me, ne perirem.

Et tunc parebit signum filij hominis in cælo. En clauem Dauid Apoc. 3. Cum enim omnes iusti intraturi sint cælum, aperitur clauē sua. Et sicut capta ciuitate victoris vexillum in arce ponitur, ita mundo per Christum deuicto, ponitur eius vexillum in arce. Hoc signum crucem esse sancti intelligunt. Vnde Ecclesia canit. Hoc signum crucis erit in cælo, cum Dominus ad iudicandum venerit. Sed dubium est, an eadem crux, in qua Christus passus est, an alia ex luce in aere formāda, futura sit ea, quæ tunc apparebit. Certius autē est eadem crucē, qua Christus pendit, apparituram. Et sicut ministerio Angelorum omnes cineres hominum colliguntur, eorundem ministerio reliquæ crucis colligētur. Et tūc summa luce apparebit, & seruabitur in cælo

Aug.

Psal. 93.

Ionas. 1.

Matth. 14.

Apoc. 3.

Simile.
Ecclesia.

Iosue. 10.
Esa. 38.

1. Cor. 10.
Psal. 106.

Psal. 102.

Psal. 30.

Hieron.

calo in triumphi signum æternum. Sed ò crux beatissima, vbi est Christus crucifixus in te? Vbi brachia illa extensa ad recipiendos omnes peccatores? Vbi caput in illa inclinatum summo amore? Vbi pectus, & latus lancea aperit, per quod peccatores ingressum inueniebant vsque ad Dei viscera & misericordiam? O Salutifera arbor, vbi est misericordia illa pretiosissima, quam destillas? Vbi illæ vnctiones amoris, & dulcedinis, quas in vulnere nostrorum remedium producebatur? O lignum dulce, quod quasi nauis ducebas homines in portum securum salutis, vbi est salus, quam præstabas? Vbi est virgo sanctissima, quæ iuxta te erat, vt pro peccatoribus advocaret? O infelices peccatores, impenitentes, tribus terræ, quæ plangetis tunc. Quam triste vobis hoc spectaculum erit. Plangent omnes tribus terræ, ululabunt, disperient, dicent montibus, cadite super nos. Omnia sunt vobis contraria hodie, & ipsa crux, quæ baculus erat, & refrigerium, pignus diuinæ misericordiæ. Si crux vos terret, quis consolabitur vos? Si signum pietatis, & clementiæ est vobis contrarium, quid vos iuuare poterit? Non plagæ Christi, non sanguis eius. Imo tunc exterriti homines visa Christi cruce dicent, quod olim fratres Ioseph. En sanguis eius exquiritur. Infelices inimici crucis Christi, & digni qui defleantur, vt Pau. ait, quibus illo die crux inimica redditur, & qui ad eius pedes peccata plangere noluerunt, nunc sine fructu ea visa plangent. Illa crux arguet ingratos homines, quia tanto beneficio quale fuit, Christum cruci affigi, grati esse noluerunt, arguet vitia peccatorum opposita virtutibus, quæ in illa nos docuit magister noster. Ostendet nos absque excusatione esse, cum dicit, quid debuit Deus facere nobis, & non fecit. Imo quid potuit facere quod non fecit, quando vsque ad mortem vos dilexit, & sanguinem fudit, vt lauarentur peccata vestra? Nec in excusationem sui poterit peccator opponere ignorantiam, cum crux eum doceret, nec infirmitatem, cum crux ei auxilium præstaret. Sed nõ omnibus erit crux terribilis, sed inimicis eius, sicut nec iudex, quod ex diuersitate procedet conscientiarum. Sicut iudex domesticis mitis, malefactori terribilis apparet. Felices amici crucis, qui carnem suam crucifixerunt

CUM

Acum vitijs, & concupiscentijs, qui maxime delectabuntur cruce visa, vt ostendit Greg. hom. 7. in Eze. in illud, & similitudo super caput animalium, firmamentum quasi aspectus crystalli horribilis, chrystallus dulcis aspectui dicitur horribilis, quia idem Christus malis horribilis, bonis dulcis apparebit. Illis qui hic Christum timuerunt, & consideratione huius diei pauidi fuere, erit dulcis, ijs vero, qui enim non timuerunt, horribilis.

Mittet Angelos suos, & congregabunt electos eius. Audi Hieremiam. Væ quia magna est dies illa, & non est similis eius. Væ magna, non quantitate, sed virtute. Sed quæ faciunt eam magnam? Responderetur, primo tanta hominum, & Angelorum congregatio, & simul facta manifestatio eorum omnium, quæ à mundi initio acta sunt, cogitatione, verbo, & opere, quorum numerus est innumerabilis. Nã si vnus hominis acta, sine numero sunt, quæ erunt, & quanta omnium hominum? Ex quibus omnibus Deo gloria resultabit, de bonis, quia Deus fuit eorum autor. De malis quod ea permiserit, & quasi diuinus alchymista de eis bona eduxit innumera. Licet enim in contrarium peccatum intendat, sed vos cogitastis de me malum, Deus autem vertit illud in bonum ait Ioseph fratribus. Sanctis etiam erit in gloriam intueri historiam illam, tot successibus refertam, quot in mundo extitere, quæ sine dubio erit mirabilis. Ex quibus immensa Deum laudandi materia colligetur. Ideo vniuersam hanc historiam simul ibi collectam eis proponit, Apocaly. 20. Vidi mortuos magnos, & pusillos stantes in conspectu throni, & libri aperti sunt, & iudicati sunt mortui ex his, quæ erant in libris secundum opera ipsorum. Tunc, sicut Assuerus fecit coram se legi annales temporum, quibus officia fidelium seruorum, & infidelium machinata scripta erant, ita in iudicio omnium bonorum, & malorum facta pandentur. Hæc vniuersalis omnium rerum collectio, & manifestatio diuersa pro diuersitate intuentium efficiet. Boni videntes vniuersa hominum peccata, mirabuntur maxime diuinam bonitatem, quæ sustinuit in multa patientia vasa iræ apta in interitum. Dicit eis Deus, quod Ezech. 8. c. Ingredere, & vide abominationes pessimas, quas isti faciunt. Et ingressus vidi, & ecce omnis similitudo reptilium, & animalium, & vniuersa

idola

Gen. 42.

Gala. 4.

Simile.

Greg.

Gen. 50.

Apo. 20.

Hest. 6.

Ezech. 8.

idola domus Israel depicta erant in pariete. Multa mala modo a
 exterius videmus, sed cum Deus manifestauerit abscondita
 cordium, inuentiones hominum, desideria, cogitationes, innu-
 mera mirabilia, & horribilia videbimus. Eritque sanctis gloria
 singularis, diuinam intueri patientiam, & bona, quæ ex his ma-
 lis colligit Deus, metens ubi non seminavit, & flagella, & pœ-
 nam conuenientissimam, cuique peccato tribuens, vt honori
 Dei per omnia satisfiat Esai. 66. egredientur, & videbunt cada-
 uera, (quia licet viuant, moriuntur tamen morte eos depascen-
 te) virorum, qui præuaricati sunt in me. Vermis eorum nõ mo-
 rietur, & ignis eorum non extinguetur, & erunt vsque ad fa-
 tietatem visionis omni carni. Satiabuntur iusti impiorum pœ-
 nis Psalm. lætabitur iustus, cum viderit vindictam, &c. Contra
 vero iniustis, videbunt mirabiles eorum successus, viasque ple-
 nas miraculis, quibus eos Deus duxit, deduxit illos in via mira-
 bili. Ex quibus Deo summa resultat gloria, iustis summa læti-
 tia. Contra in malis erit summa confusio, cum se videant misere-
 rimos, & suam vniuersam miseriam, peccata, & tormenta omni-
 bus patere, nihil enim ibi abscondere poterunt. Quæ confu-
 sio in bonis non erit de peccatis commissis & deletis pœnitentia.
 Sicut cum pretiosi vasis pes fractus est, ne projiciatur, & pe-
 reat omnino, ei apponitur basis aurea, & maioris valoris, & de-
 coris efficitur. Sic fractura bonorum, non est insanabilis, sanata
 est pœnitentia, gratia, virtutibus, quibus pulchrior redditur iu-
 stus. Cum etiam mali bonorum felicitatem intuentur misere-
 torquentur inuidia, & odio. Hinc Psalm. Peccator videbit, & iras-
 cetur, dentibus suis fremet, & tabescet, desiderium peccatorum
 peribit. Cum viderint quanta cum facilitate, à tanta excidere
 felicitate, dicent. Ergo errauimus.

In Deo vero quid conspectus vniuersorum peccatorum ef-
 ficere poterit, nisi summam indignationem. Hinc Psalm. Posuisti
 iniquitates nostras in conspectu tuo, sæculum nostrum in illumi-
 natione vultus tui. Id est, annos nostros, ante oculos tuos, defe-
 cimus in ira tua, & in furore tuo turbati sumus. En ergo quæ ex
 tanta congregatione facta prouentura sunt.

Omnibus ergo hominibus congregatis in vnum. Videbunt
 filium hominis venientem in nubibus cum potestate magna. Sed
 ais.

Esai. 66.

Psalm. 57.

Simile.

Psalm. 111.

Sap. 5.

Psalm. 89.

A ais. Quomodo agnus vertendus est in leonem? pater in inimicum?
 sponsus in ultorem? Respondetur. Omnis misericordia anti-
 qua in peccatores, versa est in iram, & quam summè dilexit ani-
 mam, quando sponsa casta, summè odit adulteram. An non
 peccator nouit ex Dei dulcedine absinthium educere? Sicut
 vipera omnia conuertens in venenum, etiam ipsam Dei bonita-
 tem & misericordiam in peccatorum suorum patrocini-
 um vertere voluit. Ita Deus ex priori dulcedine modo fel, absinthium
 que educet, quo peccatores poter, dum quo maiori vsus est in
 peccatores misericordia, eo magis modo exardeat ira. Solet
 enim, ait Hierony. amor læsus vehementer irasci. Cum enim
 amans redamari cupiat vehementer, quædo omnia quæ in huc
 finem præstitit, videt non prædesse, immo odium peperisse, solet
 maximum amorem in odium conuertere. Vt contigit mulieri
 phuripharis cū Ioseph. Sic vidēs Christus ardentissimo eius in
 nos amoris peccatores odio respondisse; irascitur in eorum in-
 teritum, & quæ maior misericordia, amor, & expectatio pecca-
 toris, eo maior ira. Sicut enim si fluuius magnus detineretur
 obiecto obstaculo per sexaginta annos, tanta copia aquæ simul
 congregata cum exiret, indicibili properaret cursu, & rapidissi-
 mo, ita Dei ira modo detinetur per tot annos misericordia, tunc
 exiet ira impetu fluuij inundantis. Hinc Esai. 28. Ecce validus,
 & fortis Dominus, sicut impetus grandinis, turbo confringens
 sicut impetus aquarum multarum inundantium, & emissarum
 super terram spaciosam. Et Daniel. ait. Fluuius igneus, rapidus
 que egrediebatur de ore Dei. Et Esa. 59. Timebunt qui ab ori-
 ente nomen Domini, & qui ab occidente gloriam eius, cum vene-
 rit quasi fluuius violentus, quem spiritus Domini coegerit, &
 venerit Sion redemptor. Modo dissimulat Deus; expectat,
 hinc Apoc. 6. vsque quo Domine sanctus, & verus non iudicās
 & non vindicās sanguinem nostrum de his, qui sunt in terra?
 Expectate adhuc tempus modicum, cum venerit tempus, ruet
 ira impetu grandis. Ne putes o peccator, quia statim peccatis
 tuis ultionem non adhibet, obliuisci Deum peccata tua, detinet
 modo iram, thesaurizas iram; impeditur modo fluuius iustitiæ
 à misericordia; expectat, vt in die iudicij in plenitudine pecca-
 torum te puniat, sicut gentes. Ideo ait. Oculi mei super omnes
 vias.

Hieron.

Gen. 39.

Simile.

Esai. 28.

Dani. 7.

Esai. 59.

Apoc. 6.

*Esai. 16.**Psal. 49.**Esai. 42.**Hiere. 2.**Psal. 73.**Simile.**Osee. 13.**Psal. 31.**Matt. 14.**2. Cor. 5.**Psal. 79.**Iob. 14.*

vias eorum, non sunt occultata à facie mea, non fuit abscondita iniquitas eorum ab oculis meis. *Esai. 16.* Tempus veniet, quo ostendam, hæc me vidisse. Hinc *Psal. Existimasti inique, quod ero tui similis? Arguã te, & statuam contra faciem tuam. Et Esai. Tacui, semper filii, patiens fui, vt parturiens loquar, dissipabo, & absorbebo simul. Augebit vero hanc iram obstinatio, quæ tunc erit in peccatoribus, qui non confitebuntur culpam suam sed eam negabunt. Dicitque Deus, maculata es in iniquitate tua, dicent illi, non sum polluta, vt est apud Hieremiam. Hac vero obstinatione & negatione delicti Deus, & sancti maxime indignabuntur. Quia superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper. Approbabunt tunc peccata sua, & voluntate repetent ea, & maiora fecisse desiderabunt, Deum blasphemabunt quem admodum qui sub inimici est pedibus, nec humiliatur, sed denuo offendit, & vituperat, irritat aduersarium. Sic illa peccatorum obstinatio Deum & sanctos maxime iratos reddet. *Osee. 13.* Ero eis quasi leona, & quasi vrsa raptis catulis, & quasi pardus in via Assyriorum. Disrumpã interiora iecoris eorum.*

Modo ergo cum iram tenet, & misericordiam effundit, monemur, vt misericordiam quæramus tempore opportuno. Ideo *Psal. Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno, veruntamen in diluuiò aquarum multarum ad eum non appropinquabunt. A similitur iudicium diluuiò Matth. 14.* Sicut in diebus Noë sic erit aduentus filij hominis. Sicut tunc aquarum multitudinè obrutus est mundus, sic nunc tribulationum multitudinè obruetur. Hæ vero tribulationes, numerari nequeunt, sed aliqua dicamus. Prima signorum terribilium multitudo præcedens. Secunda subita in iudicium vocatio non datis indacijs, quæ peccatores tanto maiore dolore affliget, quanto minus eos prouidos inueniet. Augebit hunc dolorem comparendi necessitas, omnes nos manifestari oportet, ante tribunal Christi, vt referat vniuscuique propria corporis prout gessit. *2. Cor. 5.* Tertia ira iudicis, *Psal. Ab increpatione vultus tui peribunt.* Tantaque ira, vt *Iob. 14.* præligat esse in inferno eo tempore, ne eam videat. In inferno protegas me, donec pertranseat furor tuus. Infernum dicit protectionem. Et

Mala.

A. Malach. 3. Quis poterit cogitare diem aduentus eius, aut quis stabit ad videndum eum? Quarta, omnium delictorum manifestatio. *1. Cor. 4.* Illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, nec negare peccata poterit homo, tales erunt testes omni exceptione maiores, vt negari non possit, quod illi testificantur, Hinc *Psal. 49.* Aduocauit cælum deorsum, & terram discernere populum suum. Et *Deut. 31.* Inuocabo contra vos cælum, & terram. Per cælum Angeli custodes intelliguntur, qui contra peccatores dicent. Dicit & dæmon accusator fratrum. Et sancti qui nos iuuerunt. E terra etiã testes erunt, qui peccatorem accusent, Tunc loquetur peccator contra peccatorem, tu sollicitasti me in malũ, tu dedisti prauũ consilium. Iusti similiter, qui viderunt peccata, tunc eorum testimonium reddent. Tanta est testium multitudo, vt merito dicat peccator illud *Iob. 10.* Instauras testes tuos contra me, & multiplicas aduersum me iram tuã. Sed testis irrefragabilis est ipsa conscientia, quæ oculatus est testis. *Rom. 2.* Testimoniũ reddete illis cõsciẽtia ipsorũ, & inter se inuicẽ cogitationib⁹ accusantibus, aut etiam defendẽtibus in die, cum iudicabit Deus occulta hominum. Et sic omnis damnatus se teste dånabitur. Hinc Iere. peccatum Iuda scriptum est stylo ferreo, vngueque adamãtino, exaratum in cordibus eorum. Sed super omnia prima veritas Deus testimonium dabit. Ego sum iudex & testis, ait Dominus per Hieremiam. Ex quibus omnibus fiet, vt omnis iniquitas oppilet os suum. Et quomodo fur cum comprehenditur, sic confusi estis domus Israel, vt Hieremias ait. Quia in operibus manuum suarum comprehensus est peccator, vt *Psal. ait.* An non merito, diluuium tribulationum, iudicium dicitur? Tunc præ angustia spiritus gementes, & penitentiam agẽtes iniusti erunt, sed seram iam, ad eum tunc non appropinquabũt. Dedit illi tempus penitentia, & ille abusus est eo in superbiam *Iob. 24.* Iustum est, vt qui cum potuit mereri, noluit, cum velit, non possit. Hinc *Ioan. 9.* Venit nox, quando nemo potest operari. Diuersis horis veniunt operari ad vineam, sed omnes in die, in nocte omnes cessant ab opere. Ideo tempus post vitã sabbatũ dicitur, in quo mânia nõ colligendum *Exod. 16.* Et *Leuitic. 26.* Sex annis seres agrum

Tom. Secundus.

Zz

tuum

Eccle. 9. **A**nuum septimo anno sabbatum erit terræ. Propter nos hoc dictum est, nos agros virtutibus colēdos, Dei agricultura estis, sed per agrum stulti transiui, & cum elaboratus esse debuit, totū repleuerant vitæ. Cole ergo agrum cordis tui virtutibus. Orate ne fuga vestra, sit in sabbato, quo non licet ambulare secundum legem, quia post mortem est inutilis pœnitentia, neque effugies iram Dei. Ergo dum tempus habemus operemur bonum. Ideo Ecclesiast. 9. Quodcumque potest manus tua, instanter operare, quia nec opus nec ratio est apud inferos; quatuor properas, &c.

Mar. 13. **B** Plura vidimus diei huius signa, nihilominus tamen incerta dies est, quam nulli hominum manifestare voluit. Et hac ratione dixit se ignorari, non quia ipse nesciret sibi; sed quia alijs nesciebat, quibus nullo modo reuelanda dies illa erat. Aliqui voluerunt tempus durationis mundi definire, ut Hieronymus in epistola ad Cyprianum, ubi ait. Mundus in sex diebus fabricatus est, sex millibus annorum tantum creditur subsistere, & postea venire septenarium, in quo verus exercetur sabbathismus. Idem affirmat Ireneus libro. 5. capite, quod incipit, venit verbum Dei. Et Augustinus in Psalmum sextum citat aliorum coniecturam dicentium, mundum duraturum per septem mille annos. Sed id reprobatur Augustinus, & merito, si enim duratio mundi sciretur, simul sciretur, quando dies iudicii futura sit, quod omnino Christus negat. Sicut ergo mundus diuino beneplacito initium sumpsit, ita eodem finem accipiet: quæ vero à Dei voluntate pendent, nullus nosse potest, nisi ipse reuellet, hoc ergo cum non reuelauerit, omnino ignotum est. *Hiero.*

Ireneus. *Ang.* **C** iudicium Domino cum habitatoribus terræ. Quasi dicat, prope est Dei iudicium: non tardabit: in ianuis est: sed qua ratione? eam adjicit propheta dicens. Non est veritas, non est misericordia, non est scientia Dei in terra. Maledictum mendacium, furtum, adulterium, inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit. Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis, qui habitat in ea. An non miseram nostram ætatem his verbis descriptam vides, quando inundant peccata? Hoc ipsum Esaias ait, grauabit terram iniquitas eius, hæc illam perdet, & omnino vastabit. Hinc Tobias ait filijs, & nepotibus. Propè erit interitus Niniue. Nunc ergo filij audite me, & nolite manere hic. Video enim, quod iniquitas eius finem dabit ei. Hoc ipsum mundo accidet, cum ergo videamus plurimam iniquitatem, cito illius venturum finem expectemus. *Matth. 25.* *Simile.*

Licet vero incerta dies illa sit, iure tamen creditur esse vicina, & si attentè ea, quæ nunc sunt consideremus, non longè dies iudicii

A iudicij est. Cuius rei prior ratio est, multitudo peccatorum mundi. Causa finis mundi peccatum est, causa mortis hominis peccatum est, & illud fuit, quod hominem adstrinxit, ut in iudiciū veniat. Tolle peccatum, & non erit iudicium. Cum primū peccauit Adam, descendit Deus in iudicium cum eo, & eum vocauit, Adā ubi es? veni in iudicium, & in eo iudicio propter peccatum ad mortem damnatus est, ibi tanquam in iudicio interrogatus est, cur veritum pomum comederit, & ibi omnes homines subiere mortis sententiam propter peccatum. Sicut ergo morbi causa indies crescente, appropinquat magis æger morti, ita quo plus peccatum creuerit, eo interitus mundi propinquior est. Cum ergo innumera videamus peccata, affirmare possumus, mundi finem non longè esse. Quid enim effecit, ut priorè illum mundum Deus euerteret? nonne multitudo peccatorum? Audi dicentem. Videns Deus, quod multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis humani intèta esset ad malum omni tempore, pœnituit eum, quod hominè fecisset in terra, & ait. Delebo hominem à superficie terre, quid etiam Deum impulit ut igne absumeret quinque ciuitates: certe clamor peccatorum Sodomæ, & Gomorrhæ. Cum ergo nunc innumera videamus peccata, finem mundi appropinquare certum est, & diem iudicij. Manifestis verbis id dicere videtur Oseas, cum ait. Audite verbum Domini filij Israël, quia *Gen. 6.* **C** iudicium Domino cum habitatoribus terræ. Quasi dicat, prope est Dei iudicium: non tardabit: in ianuis est: sed qua ratione? eam adjicit propheta dicens. Non est veritas, non est misericordia, non est scientia Dei in terra. Maledictum mendacium, furtum, adulterium, inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit. Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis, qui habitat in ea. An non miseram nostram ætatem his verbis descriptam vides, quando inundant peccata? Hoc ipsum Esaias ait, grauabit terram iniquitas eius, hæc illam perdet, & omnino vastabit. Hinc Tobias ait filijs, & nepotibus. Propè erit interitus Niniue. Nunc ergo filij audite me, & nolite manere hic. Video enim, quod iniquitas eius finem dabit ei. Hoc ipsum mundo accidet, cum ergo videamus plurimam iniquitatem, cito illius venturum finem expectemus. *Gen. 19.* *Osea. 4.* *Esai. 24.* *Tob. 13.*

Simile.

cum simul videamus sanctissimos, ac perfectissimos viros non esse, qui sua bonitate peccatorum malitiā superent. Solet medicus agrum inuisere, & morbi magnitudinem, & mortis signa videns, ait, moreretur hic proculdubio, nisi iuuenis esset, & viribus præuuleret, nunc autem fortis natura est, morbo nõ succumbet. Si vero eam humorum corruptionem, & mortis indicia videt in sene debili virtute exili, quid annūciat, nisi mortē? Sic olim licet plura fuerint peccata, tamen maximi erant sancti, quibus dignus non erat mundus, propter quorum merita ac orationes illum Deus seruabat. At vero iam defecit sanctus, iam nauis rupta est, & dispaeta, fides deficit, charitas tepet, & quoniam abundauit iniquitas, refrigescit charitas multorum. Ideo quisque tabulam arripiat secundam, in qua salutem querat, iam enim securis ad radicem arboris posita est, iam gladiū vibrat Deus suum, vt mortis vulnus incutiat, quod vltimum est. Iam ignis succensus est in furore eius, vt montium fundamenta comburat, & igne absumat, quod aquæ diluuium dereliquit. Audi de hac re Sapientem. Ad hæc mors, sanguis, contentio, & romphæa, oppressiones, fames, & contritio, & flagella super iniquos creata sunt hæc omnia, & propter ipsos factus est cataclysmus, idest, diluuium aquæ, propter ipsos simile erit diluuium ignis in iudicio.

Eccle. 40.

Eadem vero ratio aliõ modo colligi sic potest, vniuersus hic mundi ordo propter hominem constitutus est, homines vero propter electos, propter quos omnia, & ideo iusti similes sunt sanguini puro, ac optimo, qui hominis vitam conseruat. Tandiu ergo mundus durabit, quandiu boni, ac sancti in mundo fuerint, cum vero numerus prædestinatorum impletus fuerit, tunc iudicium erit, & mundus peribit, quia nullus iā desiderabitur iustus ex eo colligendus. Vnde cū sancti in Apocalypsi ad Deum clamarent, & iudicij diem peterent, dicentes, vsque quo Domine sanctus, & verax non iudicas, & non vindicas sanguinem nostrum? Dictum est illis, vt requiescerent adhuc tempus modicum, donec compleantur conferui eorū, & fratres eorum. Quia vero nescitur numerus hic electorū, nisi à Deo, vnde Ecclesia ait, Deus cui soli cognitus est numerus electorum in superna foelicitate locandus, ideo nescitur, quando

doiu

A do iudicium sit futurum. Sicut vero olim cum perfecta fuit arca, mundus deletus est diluuiio, ita cum vniuersi sancti elaborati fuerint, & ex eis vt ex lapidibus, vel lignis ædificium constructum cælestis Ierusalem, mundi interitus aderit. Signum vero est, iam iam proximum esse mundi finem, quia vix iustum reperies, ac sanctum. Vnde orat Psaltes. Saluum me fac Deus, quoniam defecit sanctus. Quasi dicat. Diluuium adest vniuersi, cū sanctus deficit, salua me Dñe ab eo. Sic etiam Mich. ait. Perijt sanctus de terra, & rectus in hominibus non est, qui optimus in eis est, quasi paliurus, & qui rectus, quasi spina de sepe, dies speculationis tuæ, visitatio tua venit, nunc erit vastitas eorum. Paliurus genus est spinæ, vt Plinius ait libro. 24. c. 13. Quasi dicat, vbi quæsieris uas, aut rosas, spinas reperies te pungentes, **B** ac vulnerantes, quid ergo reliquum est, nisi vt adueniat dies speculationis, idest, dies quam speculatores prophetæ prædixerūt, dies in qua visitet Deus mundum, & eum puniat pro meritis, dies vastitatis, & perditionis.

*Psal.**Mich. 7.*

Ostendit præterea mundi finem adesse, quod nostra tempestate vidimus mundum alterum ab Hispanis inuentum esse & in eo Christi euangelium prædicatum. Sic enim cælestis magister ait, per Mattheum. Prædicabitur euangelium hoc in vniuerso orbe, & tunc erit consummatio, vidimus nunc prædicationem Euangelij ad vltimos terræ fines peruenisse, & vniuersum mundum penetrasse, non ergo longe iudicij dies est. De qua re loquitur etiam Esai. cum ait. Propter hoc in doctrinis glorificate Dominum, in insulis maris nomen Domini Dei Israel. A finibus terræ laudes audiuius, gloriam iusti. En prædicationem Euangelij descriptam, quæ facta est in vniuerso orbe. Quid ergo statim restat. Addit Esaias. Formido, fouea, & laqueus super te, qui habitator es terræ. Cõfractioe confringetur terra, contritione conteretur terra. Propè ergo mundi interitus est.

*Matth. 24.**Esai. 24.*

Sed quod certius est, illud est, quod interitus tuus propè est, & ideo vigilare te oportet. An nõ hæc maxima hominis miseria est, quod cū tres sint temporis quasi partes, præteritum, præsens, & futurum, quod præterijt, iam non est, quod præ-

Zz 3

sens


fens est, non tempus sed instans est, quod futurum est, incertum est, & cum incertum sit, certum nobis est, minimum quid esse, vapor est ad modicum parens, & deinceps exterminabitur, ideo iudica te ipsum, ne iudicaris districtius. Merito

Eccle. 9.

nos Sapiens monet Ecclesiastes. 9. quodcumque potest manus tua, instanter operare, quia nec opus nec ratio, &c.

(.:)

FINIS.



SALMANTICAE.

Excudebat Michaël Serranus de Vargas.

Anno, 1592.

Errata.

Pagina.9.linea.24.moderet.lege.morderet.p.22.li.30.vos.l.bos.
p.23.lin.1.mundi.l.ante mudi.lin.19.eminentia.le.eminentia.pa.
53.li.3.proximus.l.proximos.p.55.li.20.quæ homne.le.homine.
pa.67.li.7.habeat.le.abeat.p.109.li.8.ego.le.ergo.pa.111.li.21.af-
cendent.le.ascenderet.p.138.li.26.tolerarit:le.tolerarint.pa.244.
li.8.ne.le.me.pa.252.li.9.e.Et stadeo.le.est.Et adeo.pa.294.li.16.
reuari.le.reuocari.pa.295.li.14.quidam in.le.quidam.p.318.li.8.
&.le.huius &.pa.407.li.2.discurrere.le.discurre.pa.417.li.34.du-
cit.le.feducit.p.431.li.31.distati.l.distenti.p.436.li.21.enim.l.est
pa.452.li.4.se.l.esed.li.18.pertinten.le.pertinent.p.476.li.31.Eit
erum.le.Et iterum.pa.482.li.17.acturis.le.acturus.pa.493.li.10.
feruare.l.seruire.p.504.li.21.omni nõ.le.omnino.p.522.li.13.ex
piciat.l.excipiat.p.545.li.28.fi debet.l.debet.p.584.li.19.paritur.
le.patitur.p.614.li.5.nobis.l.vobis.p.673.lin. pen. potetiã.le.po-
tentia. pa.697.lin.3.chatatem.le.charitatem.pa.710.lin.7.a. le.ta.

Con estas eratas esta correcto conforme a su original este libro, in
titulado, Conciones in Dominicas post pascha, vsque Aduentum
En testimonio de lo quallo fime. En Salamanca oy.8.dias de octu
bre anno.1592.

El Corrector &c.

Manuel Correa de
Montenegro.




Ad Lectorem.

SO LENT hoc tempore loci sacra pagi-
na, qui in aliquo opere exponuntur in bre-
uem indicem coniici, quod facile inuenian-
tur, quã consuetudinem nos etiam seque-
mur. Verum quoniam interdum huiusmodi locorum
dumtaxat germanus sensus tangitur, interdum vero lō-
ga & rationibus, alijsque scripturis contexta ampli-
fatio subnectitur quæ maximè, ab ijs, qui concionandi
munus obeunt, expeti solet, ideo hic utrorumque index
conficietur. Quare lectorem monitum vellem, ne oculos
in solis locis, qui citantur, in indice figat, sed ea
etiam, quæ locis sæpè præmittuntur le-
gendo percurrat, ex quibus lo-
corum fusioem explica-
tionem petere
possit.



INDEX AV- THORITATVM Scripturę, quę sparsim in hoc opere explicantur ab authore secundũ ordinem veteris, ac noui testa- menti.

EX GENESI.

- Cap. 1.**  Idit quod esset bonum, & vidit cuncta quę fecer-
rat, &c. p. 318.
- Cap. 2.** Faciamus hominem ad imaginem, & simi-
litudinem nostram. p. 677.
- Cap. 3.** Adam ubi es? p. 270.
Vidit mulier, quod esset pomũ pulcherrimũ
visu. pag. 32.
- Cap. 4.** Posuit signum in Cain &c. pag. 266.
Egressus Cain à facie Domini. pag. 664.
- Cap. 6.** Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro
est. pag. 160.
- Cap. 8.** Pœnitet me fecisse hominem. pag. 403.
Inclusit eum Dominus de foris. pag. 446.
- Cap. 10.** Nemrot erat robustus venator coram Domino.
pag. 369.
- Cap. 11.** Opus ceperunt facere, & non desistent &c. pag. 103.
- Cap. 13.** Egredere de terra tua, & de cognatione tua. pag. 308.
- Cap. 15.** Apparuit clibanus fumãs, & lampas ignis transiens &c.
pag. 503.
Necdũ enim impletę sunt iniquitates Amorrhęorũ
&c. pag. 634.
- Cap. 18.** Si inueni gratiam in oculis tuis, ne transeas seruum
tuum.

INDEX.

- tuum. pag. 266.
Orat Abraham pro Sodomis, sed non plene. p. 405.
- Cap. 19.** Dissimulante illo, apprehenderunt manum eius, &c.
pag. 452.
Pluit Dominus à Domino sulphur, & ignem. pag. 140.
- Cap. 20.** Abraham orabit pro te, quia propheta est. pag. 485.
- Cap. 24.** Non comedam donec loquar sermones meos. p. 278.
- Cap. 27.** Frumento & vino stabiliui eũ, & ultra hæc filii mi quid
tibi faciam? pag. 229.
- Cap. 28.** Lapidem supposuit capiti suo Iacob. pag. 219.
- Cap. 32.** Non dimittam te, nisi prius benedixeris mihi. pag. 87.
Quid quæris nomen meum, quod est mirabile. p. 202.
- Cap. 36.** Inuenit Anna aquas calidas in solitudine. p. 45.
- Cap. 47.** Pastores ouium sumus serui tui. pag. 16.
Dies peregrinationis meę, pauci, & mali. p. 43.

Ex Exodo.

- Cap. 3.** Vadam & videbo visionem hanc magnam. pag. 53.
Quis fecit os hominis, aut quis fabricatus est matrem,
& surdum. pag. 170.
Ego sum qui sum, qui est misit me ad vos. p. 214. &
545.
- Cap. 10.** Sint tenebrę super terram Egypti, tam densę vt palpa-
ri queant. p. 391.
- Cap. 13.** Caput cum intestinis eius vorabitis, &c. pag. 239.
- Cap. 14.** Vos tacebitis, Dominus autem pugnabit pro vobis.
pag. 272.
- Cap. 19.** Vos erigis mihi in regnum sacerdotale. pagina. 89.
&. 90.
- Cap. 24.** Bis lex scribitur in tabulis. pag. 154.
- Cap. 32.** Non ne ideo, quia Deus suus vendidit illos, &c. pagina.
661.
- Videte quod ego sum solus, & non sicut alius Deus. pag.
ter. ms. pag. 210.

INDEX.

- Cap. 32. Consecraftis manus vestras Domino. pag. 332.
 Cap. 33. Noui te ex nomine, quia inuenisti gratiam coram me
 pag. 26.
 Iam nunc depone ornatum tuum. pag. 33.
 Ostendam tibi omne bonum. pag. 101. 201. & 542.
 Si non tu ipse præcedas, non educaſ nos de loco isto pa.
 235.
 Cap. 34. Tu Deus patiens. &c. pag. 641.

Ex Numeris

- Cap. 5. Præcipe filiis Israel, vt eijciant omnem leprosum ex
 tra castra ne contaminent ea. pag. 484.
 Cap. 11. Fiebât tortula saporis quasi panis oleati. pag. 251.
 Cur afflixisti seruum tuum, & cur in posuisti onus, &c.
 pag. 17.
 Recordamur piscium, quos comedebamus. &c. pa. 32.
 Auferam de spiritu tuo, tradamque eis &c. pag. 132.
 Cap. 12. Locutaque est Maria, & Aaron contra Moyſen pro-
 pter Ethiopiſſam. pag. 267.
 Cap. 22. Ita debet hic populus omnes. &c. Quomodo solet
 bos. pag. 71.
 Conqueritur aſina Balaam percussa. pag. 322.
 Cap. 24. Robustum quidem est habitaculum tuum, sed si in-
 petra posueris nidum tuum. pag. 272.
 Cap. 27. Prouideat Dominus Deus spiritum omnis carnis, &c.
 pag. 15.

Ex Leuitico.

- Cap. 2. Si obruleris munus primitiarum frugum tuarum de spi-
 ricibus adhuc virentibus, torrebis igne, & confringes in
 morem farris. pag. 275.
 Cap. 5. Anima quæ retigerit aliquid immundum, & oblita fue-
 rit immunditiæ suæ, rea est, deſquit. pag. 275.

INDEX.

- Cap. 10. Quomodo placere Domino potui in ceremonijs men-
 te lugubri. p. 44.
 Cap. 18. Efus sanguinis prohibetur. p. 691.
 Cap. 26. Maledictus eris in ciuitate, maledictus in agro, &c.
 p. 471.

Ex Deuteronomio.

- Cap. 4. Custodi animam tuam sollicitè. pag. 505.
 Deus noster ignis consumens est. pag. 221.
 Non est alia natio tam grandis, quæ habeat Deos, &c. p.
 231.
 Cap. 5. Quid Deus petit à te, nisi vt diligas eum, &c. 550.
 Cap. 6. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias.
 pag. 494.
 Cap. 8. Caue diligenter, ne obliuiscaris Domini Dei tui, &c.
 pag. 624.
 Cap. 13. Si surrexerit in medio tui propheta. &c. p. 348.
 Cap. 17. Si difficile, & ambiguum apud te iudicium esse perspe-
 xeris. p. 141. & 349.
 Cap. 20. Non succides arbores ex quibus vesci potest, si qua au-
 tem ligna non sunt pomifera. &c. pag. 353.
 Crp. 28. Maledictus eris in ciuitate, &c. p. 471.
 Cap. 30. Considera, quod hodie proposuerim in cõspectu tuo
 vitam, & bonum, &c. p. 515.
 Cap. 32. Cessare faciã ex hominibus memoriã eorum. p. 412.
 Viuo exo dicit Dominus, si acuro vt fulgur gladium
 meum, & arripuerit iudicium manus mea, &c. inc-
 briabo fagittas meas sanguinẽ. p. 368.
 Videte quod ego sim solus &c. p. 494.
 Congregabo super eos mala. p. 357.
 Excitatus est tanquam dormiens Dominus, tanquam
 potens, &c. p. 61.
 Dei perfecta sunt opera. p. 102.
 Gens absque consilio est, & sine prudentia. p. 300.
 Cap. 33. Qui appropinquant pedibus eius &c. p. 284.

INDEX.
Ex libro Iosue.

Cap. 11. Equos eorum subneruabis, & currus igne combures.
pag. 611.

Ex libro Iudicum.

Cap. 6. Si Dominus nobiscum, quomodo tanta mala patimur?
pag. 133.

Spiritus Domini induit Gedeon. p. 182.

Cap. 7. Spiritus Domini factus est super Iephte. pag. 183.
Videbam, panem subcinericium volui in castra Madiã.
&c. pag. 234.

Cap. 9. Ierunt ligna agri, vt eligerent sibi regem. pagina. 352.
& 360.

Cap. 14. Spiritus Domini irruit in Sampson. p. 183.

Cap. 20. Filij Israel numero, & virtute sua confundentes &c. p.
427.

Ex libris Regum.

Ex Primo.

Cap. 2. Vultus eius non sunt amplius in diuersa mutati. pa. 84.
Erat peccatum puerorum grande nimis coram Do-
mino, quia detrahebãt homines à sacrificio Domi-
ni. pagina. 450.

Cap. 10. Ille vero dissimulabat se audire. p. 446.

Cap. 15. Quasi peccatum ariolandi est repugnare. p. 184.
Non occidere Agag scelus fuit Saulis. p. 332.
Nonne cum paruulus esses in oculis tuis. p. 413.

Cap. 21. Vt panes calidi ponerentur &c. pag. 128.
Ecce hic gladius Goliã philistã, est inuolutus pallio
post ephoth. pag. 233.

Cap. 22. Conuenerunt ad eum omnes, qui erant amaro animo
&c. pag. 265.

Cap.

INDEX.

Cap. 24. Percussit cor suum Dauid. p. 420.

Ex Secundo.

Cap. 2. Mane mecum, ne timeas, si quis quãserit animam meã
&c. pa. 267.

Cap. 3. Vt sciret exitum tuum, & introitum, tuum. p. 177.

Cap. 5. Non ingredieris huc, nisi abstuleris cãcos & claudos.
pagina. 5.

Cum audieris sonitum clamoris gradientis in cacumi-
ne pyrorum, tunc inibis prãlium. p. 235.

Cap. 8. Iosaphat à commentarijs. p. 18.

Cap. 11. Non te frangat ista res, varius enim euentus est belli.
pag. 376.

Cap. 24. Percussit cor suum Dauid. p. 420.

Ex Tertio.

Cap. 1. Erimus ergo ego & filius meus Salomon peccatores.
pagina. 470.

Cap. 2. Prãcipit Dauid occidi Semei, & Ioab. pag. 332.

Cap. 3. Ego sum puer paruulus, ignorans ingressum, & exitum
meum. pag. 177.

Cap. 19. Baal exaudi nos, & percutiebant se lanceolis &c. pag.
340.

Vade quod meum erat, feci tibi. p. 19.

Operuit vultum suum pallio. pag. 220.

Surge, comede, grandis tibi restat via. p. 235.

Cap. 20. Custodi virum istum &c. p. 372.

Dixit in sermone Domini percute me &c. p. 232.


Non gloriatur accinctus æque vt discinctus. pag. 375.

Cap. 22. Quis decipiet A cab. p. 350.

Ex quarto.

Cap. 2. Si videris me ascendentem, fiet tibi quod vis. pa. 127.
Ascende calue, ascende calue. p. 335.

Cap. 5. Nunc ergo accepisti argentum, & vestes, vt emas oliue
ta &c. pag. 260.



I N D E X.

Ex libris Paralipomenon.

Ex primo.

Cap. 29. Tua sunt omnia &c. p. 372.

Ex Secundo.

- Cap. 6. Ergo ne credibile est, quod habitet Deus cum hominibus super terram. p. 230.
- Cap. 20. Cum ignoramus, quid agere debeamus &c. p. 70.
Die quarto congregati sunt in valle benedictionis. p. 1.
- Cap. 36. Subsannabant nuncios Dei, & parui pendebant sermones eius, illudebantque &c. p. 315.

Ex libris Esdræ.

Cap. 18. Erubui petere auxilium à Rege &c. p. 511.

Ex Secundo.

- Cap. 3. Nesciebant loqui iudaicè, sed ex media parte Azoticè. pag. 68.
- Cap. 18. gaudium Domini est fortitudo nostra. p. 559.

Ex libro Tobiaë.

- Cap. 3. Non delectaris in perditionibus nostris. p. 406.
- Cap. 12. Qui autem faciunt iniquitatè, & peccatù, hostes sunt animæ suæ. pag. 517.
- Cap. 13. Video enim, quod iniquitas eius finem dabit ei. pagin. 723.

Exlib

I N D E X.

Ex libro Iudith.

Cap. 9. Humilium & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio. p. 70.

Ex libro Esther.

- Cap. 1. Assuerus tertio anno regni sui fecit grande conuiuium cunctis principibus &c. p. 253.
- Cap. 2. Non erat: qui nolentes cogeret ad bibendum, &c. pag. 247.
- Cap. 15. Cor Assueri vertit Deus in mansuetudinem. p. 338.

Ex libro. Iob.

- Cap. 1. Nuncij plures nunciant vastitatem Iob. p. 470.
- Cap. 3. Dominus dedit, Dominus abstulit. pag. 372.
Nonne dissimulaui, nonne quieui, nonne filii &c. pag. 446.
- Cap. 5. Et scies, quod pacem habeat tabernaculum tuum. p. 10.
Stultum interficit iracundia. pag. 332.
- Cap. 6. Si voluerit contendere cum eo, non respondebit ei vnū pro mille. pag. 398.
Quis det, vt veniat petitio mea &c. p. 612.
- Cap. 7. Visitas eum diluculo, & subito probas illum. p. 41.
Quid est homo quia magnificas eum &c. p. 269.
Nam & ego habui menses vacuos, & noctes laboriosas. pag. 321.
- Cap. 9. Dies mei velociores fuerunt cursore. p. 43.
Si occidi occidat semel &c. pag. 328.
Breui viuens tempore. pag. 51.
Scio quod redemptor meus viuit, &c. reposita est hæc spes &c. pag. 122.
Silotus fuero quasi aquis niuis &c. tamen sordibus intin-

a 5

ges

INDEX.

- ges me. pag. 658.
 Verebar omnia opera mea, sciens, quia non parceres delinquenti. pag. 398.
- Cap. 11. Excelsior cælo est, & quid facies, &c. p. 194.
 Nunquid oculi carnei tibi sunt. p. 411.
- Cap. 12. Qui immutat cor principum terræ, & decipit. pagina. 351.
- Cap. 13. Etiam si occiderit me, sperabo in eo. p. 139.
 Posuisti in neruo pedem meum. pag. 311.
- Cap. 14. Tu quidem gressus meos dinumerasti. p. 339.
- Cap. 15. Tetendit aduersus Deum manum suam. p. 7.
 Qui bibit iniquitatem quasi aquam. p. 482.
 Ante quam dies eius impleantur. peribit &c. pag. 386.
- Cap. 16. Circumdederaunt me lanceis suis, conuulnerunt lumbos, &c. p. 475.
- Cap. 18. Tenebitur planta illius laqueo, & exardescet contra eum sitis. p. 530.
- Cap. 19. Expoliavit me gloria mea, & abstulit coronam, &c. pag. 475.
- Cap. 20. Quid nobis proderit, si orauerimus illum. p. 89.
- Cap. 21. Veruntamen quia non sunt in manu eorum bona sua. pag. 466.
- Cap. 26. Obstetricante manu eius eductus est coluber. &c. pag. 453.
 Gigantes gemunt sub aquis. p. 9.
- Cap. 29. Quis mihi tribuat, ut sim iuxta menses pristinos. &c. pag. 137.
- Cap. 31. Quid faciam cum surrexerit ad iudicandum Dominus pag. 381.
 Inspiratio omnipotentis dat intelligentiam. p. 170.
 Si non dixerunt viri tabernaculi mei, quis det de carnisibus eius. p. 232.
 Si vidi solem cum fulguret, & lunam incedentem clare, & letatum est cor meum in abscondito &c. pag. 424.
- Cap. 33. Tabescet caro eius &c. & videbit faciem eius cum iubilato. pag. 41. & 323.
 Semelloquitur Deus. pagina. 592.

Cap.

INDEX.

- Cap. 34. Qui conterit multos, & stare facit alios pro eis. pa. 444.
- Cap. 35. Qui dedit carmina in nocte. pag. 41.
- Cap. 36. Ecce Deus magnus vincens scientiam nostram. p. 188.
- Cap. 37. Tonabit voce magnitudinis suæ, & non inuestigabitur, &c. pagina. 41.
- Cap. 38. Nunquid coniungere valebis micantes stellas pleiades. pagina. 207.
 Quis præparat coruo escam suam. &c. pagina. 501.
- Cap. 39. Ad præceptum tuum eleuabitur aquila. p. 113.
 Cum derelinquit oua sua in terra, &c. pa. 271.
 Ad præceptum tuum eleuabitur aquila, &c. de longe contemplatur escam. pag. 320.
 Penna struthionis similis est pennæ herodij, &c. pag. 429. & 575.
- Cap. 40. Omne sublime videt, & ipse rex super omnes filios superbiæ. pag. 434.
- Cap. 41. Per gyrum dentium eius formido, &c. p. 655.
- Cap. 42. Nunc autem oculus meus videt te, id circo ipse me reprehendo. p. 659.

Ex Psalterio.

- Psal. 1. Erit tanquam lignum, &c. quod fructum suum dabit in tempore suo. pagina. 352. 358. & 531.
 Non sic impij non sic, sed tanquam puluis. p. 53.
- Psal. 2. Ego hodie genui te. p. 33. & 195.
 Postula à me, & dabo tibi gētes hæreditatem tuam. p. 72.
- Psal. 3. Ego dormiui, & soporatus sum, & exurrexi. p. 5.
- Psal. 4. Multi dicunt, quis ostendet nobis bona. pag. 320.
- Psal. 5. Quoniam non Deus volens iniquitatem tu es. p. 62.
- Psal. 6. Lauabo per singulas noctes lectum meum. pagina. 318.
 Laboravi in gemitu meo. p. 559.
- Psal. 7. Nisi conuersi fueritis, &c. pagina. 7.
 Exurge Dñe De° in præcepto &c. & propter. hæc &c. p. 112.
- Psal. 9. Ut quid Domine recessisti longe &c. p. 138.
- Psa. 10. Non est Deus in conspectu eius. pagina. 89. & 664.

Qui

INDEX.

Quid diligit iniquitatem, odit animam suam. pagina
570.

Iustus Dominus, & iustitias dilexit. p. 708.

Pfal. 11. In Domino confido quomodo dicitis animæ meæ &c.
pagina. 5.

Quoniã diminutæ sunt veritates à filijs hominũ. p. 68.
Propter miseriam inopam, & gemitum pauperum
&c. pag. 72. & 338.

Impij incircuito ambulant. p. 321. & 575.

Quis noster Dominus est. p. 394.

Pfal. 13. Dixit insipiens in corde suo, non est Deus. pag. 190.
& 215.

Pfal. 14. Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus
timentes autem Dominum glorificat. p. 150.

Pfal. 15. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt. pagi.
471.

Pfal. 16. Satiabor, cum apparuerit gloria tua. pag. 198.
Mirifica misericordias tuas, qui saluos facis, &c. pag.
285. & 477.

Propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias
duras. pag. 314.

Pfal. 17. Ignis à facie eius exarsit, carbones succensi sunt ab eo.
pag. 157.

Filij alieni mentiti sunt mihi. p. 579,

Cum peruerso peruerteris. p. 644.

Pfal. 18. Oculos suos statuerunt declinare in terram. pagina
159.

Celi enarrant gloriam Dei. &c. p. 192 & 204.

Lex Domini immaculata, conuertens animas. pag. 215,

Et dulciora super mel, & fauim. p. 550.

Pfal. 20. Exaltare Domine in virtute tua. &c. p. 105.

Pfal. 21. Remiscentur, & conuertentur ad Dominum vnũ
si fines terræ. pa. 309.

Erue à phramea Deus animam meam, & de manu ca-
nis vnicam meam. pa. 688.

Pfal. 22. Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tri-
bulant me. p. 234.

Calix

INDEX.

Calix meus inebrians quam præclarus est. p. 247.

Dominus regit me, & nihil mihi deerit. pag. 499.

Pfal. 26. Pater meus, & mater mea dereliquerunt me, Dominus
autem assumpsit me. p. 190.

Pfal. 27. Et resloruit caro mea. p. 15.

Pfal. 28. Et emundabor à delicto maximo. pag. 444.

Afferte Domino filij Dei, afferte Domino filios arie-
tum. pa. 449.

Pfal. 29. Ira in indignatione eius, & vita in voluntate ipsius. pa.
610. & 690.

Ego dixi in abundantia mea. pag. 626.

Pfal. 30. Accelera, vt eruas me. p. 42.

Abcondes eos in abscondito faciei tuæ à conturbatio-
ne hominum. p. 266.

In manibus tuis sortes meæ. p. 345.

Pfal. 31. Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportu-
no, veruntamen in diluuiò, &c. p. 114. & 720.

Pfal. 32. Non saluatur rex per multam virtutem, &c. p. 611.
Exultate iusti in Domino. p. 558.

Pfal. 33. Gustate, & videte, quoniã suauis est Dominus. pa. 339.
Vultus autem Domini super facientes mala. p. 411.
Vt perdat de terra memoriam eorum. p. 412.

Pfal. 34. Dissipati sunt nec compuncti. p. 322.

Restitue animam meam à malignitate eorum, à leoni-
bus vnicam meam. p. 688.

Pfal. 35. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, &c. p. 532.
Torrente voluptatis tuæ potabis eos. p. 198.

Homines, & iumenta saluabis Domine &c. p. 284.

Pfal. 36. Fac bonitatem, & pasceris in diuitijs eius. p. 503.

Cum ceciderit, non collidetur, quia Dominus, &c.
pag. 53.

Noli æmulari in malignantibus, &c. p. 172.

Mutuabitur peccator, & non soluet, iustus autem mise-
retur, &c. p. 344.

Melius est modicum iusto, &c. pa. 13.

Pfal. 37. Ego autem tanquam furdus non audiẽbam, & sicut mu-
tus non aperiens os suum. p. 446.

Pfal.

INDEX

- Pfal. 38.** Sed & vanè conturbatur. pag. 7.
 Quia non infernus confitebitur tibi. p. 279.
 Veruntamen in imagine pertransit homo, &c. thesaurizat, & ignorat. pag. 378.
 Posui ori meo custodiam, &c. pag. 446.
- Pfal. 39.** Hic factus est in caput anguli. p. 108.
 Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei. p. 658.
 Et dixerunt, non videbit Dominus &c. p. 705.
 Cogitationibus tuis non est, qui similis sit tibi. p. 667.
- Pfal. 41.** Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, &c. pag. 288.
 Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die, ac nocte. pag. 45. & p. 56. & p. 205. & p. 407.
 Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum. pag. 232. & 266.
 Apud me oratio Deo vitæ meæ. pag. 416.
- Pfal. 43.** Estimati sumus sicut oves occisionis. p. 271.
 Surge Deus iudica causam tuam &c. pag. 283.
 Nec enim in gladio suo possederunt terram. pa. 427.
 Tota die verecundia mea contra me est &c. pa. 488.
- Pfal. 44.** Myrrha, & gutta, & casia à vestimentis tuis. pa. 700.
- Pfal. 45.** Deus noster refugium, & virtus &c. Propterea non timebimus dum turbabitur terra &c. pag. 85.
- Pfal. 46.** Magnus Dominus, & laudabilis nimis. pag. 371.
 Quoniam rex omnis terræ Deus, psal. lite. &c. p. 96.
 Ascendit Deus in iubilatione. pag. 106.
- Pfal. 48.** Et in multitudine dinitiarum suarum gloriantur. pa. 507.
 Ne timueris, cum diues factus &c. Quoniam cum interierit, non sumet omnia. pag. 373.
 Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt. &c. pag. 322.
 Cum interierit, non sumet omnia. pag. 395.
- Pfal. 49.** Inuoca me in die tribulationis eruam te. &c. p. 139.
 Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris. pag. 268.
 Meus est enim orbis terræ, & plenitudo eius. pa. 394.
 Arguam te, & statuam contra faciem tuam. pag. 398.

Pfal. 50.

INDEX

- Pfal. 50.** Incerta, & occulta sapientiæ tuæ &c. pag. 203.
 Auerte faciem tuam à peccatis meis. p. 399.
 Libera me de sanguinibus &c. pag. 691.
- Pfal. 51.** Ego autem sicut oliua fructifera, &c. pag. 359.
 Et in multitutine dinitiarum suarum gloriantur, pag. 507.
- Pfal. 53.** Voluntariè sacrificabo tibi. pag. 178.
- Pfal. 54.** Non dimidiabunt dies suos. p. 103.
 Tu vero homo vnanimis, dux meus. &c. pag. 411.
- Pfal. 56.** Paratum cor meum Deus paratum cor meum. pa. 186. & 653.
- Pfal. 57.** Furor illis secundam similitudinem serpentis, sicut aspidis furdæ &c. pag. 448.
- Pfal. 58.** Deus meus misericordia mea. pag. 337.
- Pfal. 59.** Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiat, &c. pag. 431.
- Pfal. 61.** Effundite coram illo corda vestra. p. 73.
 Ipse Deus meus salutaris meus. pag. 272.
- Pfal. 62.** In nomine tuo lauabo manus meas. pag. 75.
- Pfal. 63.** Excelsus Dominus & humilia respicit. pag. 475.
- Pfal. 64.** Valles abundabunt frumento, clamabunt etenim hymnum dicent. pag. 163.
- Pfal. 65.** Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus. pag. 86.
- Pfal. 67.** Ecce dabit voci suæ vocem virtutis. pag. 313.
 Dominus dabit verbum euangelizantibus. &c. pa. 145.
 Parasti in in dulcedine tua pauperi Deus. p. 252.
- Pfal. 68.** Appone iniquitatem super iniquitatem eorum. p. 224. & 470.
 Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo. &c. p. 432.
- Pfal. 70.** Quoniam non cognoui literaturam introibo in potentias Domini. pa. 604.
- Pfal. 71.** Descendet sicut pluuia in vellus. p. 156.
 Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis. p. 2. & iterum de abundantia pacis. p. 8.
 Deus iudicium tuum regi da. pag. 65.

Et erit

INDEX.

- Erit firmamentum in terra in summis montium.
pag. 235.
- Pfal. 72. Mihi adherere Deo bonum est. pag. 190. & 497.
Quam bonus Israel Deus his, qui recto sunt corde pag.
339.
Quid mihi est in caelo, & à te quid volui super terram,
pag. 568.
- Pfal. 73. Propter hoc inimicus improperabit Domino. p. 65.
Quiescere faciamus omnes dies festos Dei à terra,
pag. 534.
- Pfal. 74. Quia nec ab oriente, nec ab occidente &c. p. 210.
- Pfal. 75. Factus est in pace locus eius. pag. 332.
Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt, &c.
pag. 495.
Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi, &c.
pag. 524.
- Pfal. 76. Renuit consolari anima mea. pag. 45. & 46. & 59.
Viderunt ingressus tuos Deus. pag. 119.
Exercitabor, & scopebam spiritum meum. pagin. 274.
& 318.
Turbatus sum, & non sum loquutus. p. 333.
- Pfal. 77. Obliti sunt benefactorum eius. pag. 18.
Panem angelorum manducauit homo. pagin. 229. &
234. & 255.
Spiritus vadens, & non rediens. pag. 294.
Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei ascen-
dit. pag. 305.
- Pfal. 78. Beatus populus, qui scit iubilationem. p. 36. & 37.
- Pfal. 79. Incensa igne, & suffossa ab increpatione, &c. pa. 17. &
623.
Potum dabis nobis in lachrymis in mensura. p. 31.
- Pfal. 80. Non erit in te Deus recens, nec adorabis Deum alienum
pag. 212.
Et sancti eius exultatione exultabunt. pag. 48.
- Dilata os tuum, & implebo illud. pag. 120.
- Pfal. 81. Ego dixi dii estis, & filij excelsi omnes. p. 243. & 463.
- Pfal. 82. Qui dixerunt hæreditate possideamus sanctuarium
Dei

INDEX.

- Dei. pag. 245.
- Pfal. 83. Quam dilecta tabernacula tua Domine. pag. 120.
Concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini.
pag. 224.
Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum &c. pa.
558.
- Pfal. 86. Dominus narrauit in scripturis populorum. pag. 207.
Sicut lætantium omnium &c. pag. 376.
- Pfal. 88. Si autem dereliquerint filij eius &c. Visitabo in virga
iniquitates eorum. &c. pag. 690.
- Pfal. 90. Altissimum posuisti refugium tuum &c. pa. 272.
Quoniam ipse liberauit me de laqueo venantium, & à
verbo aspero pag. 525.
- Pfal. 91. Vir insipiens non cognoscet, & stultus non intelliget
hæc pag. 50. & 191.
- Pfal. 92. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. pag. 141.
- Pfal. 93. Nunquid adhæret tibi sedes iniquitatis qui frangis labo-
rem. &c. pag. 552.
Beatus homo, quem tu erudieris Domine. pag. 170.
Vsq̄quo peccatores Domine vsq̄quo peccatores
gloriabuntur. pag. 709.
- Pfal. 95. Confessio & pulchritudo in conspectu eius. pag. 489.
- Pfal. 98. Deus tu propicius fuisti eis, & vlciscens in omnes. &c.
pag. 62.
- Pfal. 99. Ipse fecit nos, & non ipsi nos pag. 189.
- Pfal. 100. Non habitabit in medio domus meæ, qui facit super-
biam. pag. 484.
- Pfal. 102. Ortus est Sol, & congregati sunt, exhibit homo ad op⁹
suum. pag. 321.
Benedic anima mea Domino, & noli obliuisci &c. pa.
82. & 298,
Emitte spiritum tuum & creabuntur. &c. pag. 162.
Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Do-
minus. &c. pag. 338.
- Pfal. 103. Et pullis coruorum inuocantibus eum. pag. 501.
Petra refugium herinacijs. pag. 349.
Lætabitur Dominus in operibus suis. pag. 403.

INDEX.

- Qui extendis cælum sicut pellem. pag. 204.
- Pfal. 104.** Labores populorum possederunt, ut custodiant iustificationes eius. pag. 388.
- Pfal. 108.** Fiant contra Dominum semper. pag. 224.
- Pfal. 109.** Dixit Dominus Domino meo sede adextris meis. pag. 127.
- Ex utero ante luciferum genui te. pag. 195.
- Pfal. 111.** Ab auditione mala non timebit. pag. 525.
- Gloria & diuitiæ in domo eius. pag. 370.
- Iucundus homo, qui miseretur, & commodat, disponit sermones suos in iudicio. &c. pag. 389.
- Peccator videbit, & irascetur. &c. pag. 718.
- Pfal. 113.** Cælum cæli Domino. pag. 118.
- Non mortui laudabunt te Domini. pag. 279.
- Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo gloriam. pag. 418.
- Pfal. 115.** Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. pag. 305.
- Pfal. 118.** Pax multa diligentibus legem tuam. pag. 9. & 10.
- In quo corrigit adolescentior viam suam. &c. pag. 521.
- Vidi præuaricantes & tabescebam. pag. 45.
- Narrauerunt mihi iniqui fabulationes. pag. 68.
- In iudicijs tuis supersperavi. pag. 291.
- In verba tua supersperavi. pag. 291.
- Pax multa diligentibus legem tuam. pag. 319.
- Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex tua. pag. 319.
- Erravi sicut ovis, quæ perijt, quære seruum tuum Domine. pag. 270. & 286.
- Feci iudicium & iustitiam, non tradas me columnianibus meis. pag. 327. & 399.
- Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel oris meo. pag. 338.
- Funes peccatorum circumplexi sunt me. pag. 374.
- Consideravi vias meas, & conuerti pedes meos, in testimoniatua. pag. 523.

Iuravi,

INDEX.

- Iuravi, & statui custodire legem tuam. p. 568. ¶
- Bonum mihi, quia humiliasti me. p. 626.
- Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo &c. cogitavi vias meas & conuerti pedes meos, &c. pag. 615. 9.
- Pfal. 120.** Leuaui oculos meos in montes &c. p. 89.
- Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum. pag. 177.
- Pfal. 122.** Oculi nostri ad Dominum, donec misereatur nostris. pag. 76.
- Pfal. 124.** Non relinquet Dominus virgam peccatorum super, &c. p. 338.
- Pfal. 127.** Labores manuum tuarum quia manducabis &c. p. 502.
- Pfal. 129.** Quia apud te propitiatio est, & propter legem tuam, &c. p. 291. & 399.
- Pfal. 130.** Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui &c. pagina. 435.
- Pfal. 131.** Surge Domine in requiem tuam, tu, & arca &c. pag. 108.
- Pfal. 135.** Qui dat escam omni carni. p. 346.
- Pfal. 136.** Quomodo cantabimus canticum Domini. p. 33.
- Super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus. pag. 45.
- Vir languosus non dirigetur in terra. p. 447.
- Pfal. 138.** Mihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus. pag. 150.
- Mirabilis facta est scientia tua ex me. p. 192.
- Confitebor tibi, quia terribiliter magnificatus es. pag. 224.
- Mirabilia operata, & anima mea cognosceret nimis. pag. 346.
- Pfal. 140.** Cadent in reticulo eius peccatores. p. 304.
- Pone Domine custodiam ori meo, & ostium &c. p. 447.
- Pfal. 141.** Effundo in conspectu eius orationem meam. pag. 73.
- Portio mea in terra uiuentium. p. 657.
- Pfal. 142.** Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. p. 161.
- Pfal. 143.** Emitte manum tuam de alto, eripe me, &c. pag. 453.

b 2

Quo-

INDEX.

Quoniam confortauit feras portarum tuarum. p. 37.
 Beatus populus cuius. Deus Dñs eius. pag. 202. & 554.
 De manu filiorum alienorum, quorum os locutum est
 vanitatem. p. 360.

Pfal. 144. Voluntatem timentium se faciet &c. p. 86.
 Miserationes eius super omnia opera eius. pagi. 284.
 & 337.

Aperis tu manum tuam, & implebis omne animal bene
 dictione. p. 346.

Pfal. 145. In die illa peribunt omnes cogitationes eorum. p. 387.

Pfal. 146. Et pullis coruorum inuocantibus eum. p. 704.

Pfal. 147. Adipe frumenti satiat te. p. 243.

Ex libro prouerbiorum.

Cap. 1. Vocauit & reuocauit &c. p. 300.

Prosperitas stultorum interficiet illos. p. 624.

Usque quo paruuli diligitis infantiam. p. 353.

Ego quoque in interitu vestro ridebo. p. 357. & 411.

Cap. 2. Scrutator maiestatis opprimetur à gloria. p. 197.

Qui relinquunt vias rectas, & ambulat per vias tene-
 brosas. p. 392.

Si quaeritis sapientiam quasi pecuniam &c. p. 393.

Cap. 3. Quem enim diligit Deus, corripit, & quasi pater in filio
 complacet sibi. p. 148.

Omnia quæ desiderantur, huic non valent comparari.
 p. 202. & 542.

Honora Dominum de substantia tua. p. 345.

Cap. 4. Nam & ego filius fui patris mei, tenellus, & vnigenitus,
 &c. p. 359.

Iustorum semita quasi lux splendens &c. p. 392.

Omni custodia serua cor tuum. p. 430.

Cap. 5. Fautus distillans labia meretricis, sed nouissima eius &c.
 pagina. 32.

Funibus peccatorum suorum constringitur. p. 287.

Et nescit, quod de periculo animæ eius agitur. p. 305.

Cap.

INDEX.

Cap. 6. Qui seminat inter fratres discordias. pag. 8.

Cap. 8. Mecum sunt diuitiæ, & gloria. pag. 371.

Cap. 10. Filius sapiens lætificat patrem, filius vero stultus, &c.
 pag. 403.

Quali per risum stultus operatur scelus. p. 586.

Cap. 11. Est homo, qui rapit aliena, & semper in egestate est, est
 homo, quidat sua, & abundat. p. 344.

Impius facit opus instabile &c. p. 575.

Cap. 12. Non conturbabit iustum, quicquid acciderit ei. pag.
 47. & 53.

Cap. 13. Lignum vite est his, qui apprehenderint eam. pa. 313.
 Vult, & non vult piger. p. 326.

Cap. 14. Risus dolore miscebitur. p. 48.

Stultus illudet peccatum, p. 586.

Sperat iustus in morte sua. p. 104.

Cap. 15. Sicut vrbs patens, & absque murorum ambitu, ita vir,
 qui &c. p. 447.

Cap. 16. Hominis est preparare animam. p. 154. & 155.

Est via, quæ videtur homini recta &c. p. 423.

Cap. 17. Spiritus tristis exiccat ossa. p. 44.

Amicus omni tempore diligit. p. 366.

Cap. 18. Qui mollis, & dissolutus est in opere suo, frater est sua
 opera dissipantis. p. 386.

Cap. 19. Fœneratur Domino, qui miseretur pauperis. p. 390.

Cap. 21. Thesaurus desiderabilis, & oleum in habitaculo iusti.
 p. 202. & 326.

Cap. 24. Erue eos, qui ducuntur ad mortem. p. 282.

Cap. 26. Cum defecerit oleum, extinguetur lucerna. p. 158.

Cap. 27. Non habebis iugiter potestatem. p. 387.

Cap. 28. Qui auertit aurem suam ne audiat legem, oratio eius
 erit execrabilis. p. 86.

Cap. 30. Generatio quæ sibi munda videtur, & nõ est lota &c.
 pag. 424.

Quod nomen filij eius, si nosti. p. 196.

Noli regibus dare vinum. pag. 60.

Viam aquilæ in cælo. pagina. 113.

Ne accuses seruum apud Dominum suum. p. 439.

b 3

Cap.

INDEX.

- Cap. 31. Gustavit, & vidit, quoniam bona est negotiatio eius.
p. 38. & 39.
Laudent eam in portis opera eius. p. 417.

Ex lib. Ecclesiastes.

- Cap. 2. Risum reputavi errorem. p. 43.
Peccatori dedit afflictionem, & curam superfluum ut
addat &c. p. 303.
- Cap. 5. Avarus non implebitur pecunia &c. & quid prodest
possessori, nisi quod cernit diuitias oculis suis. pag.
261.
- Cap. 7. In die bona, fruiere bonis, & diem in malam præcaue. p.
380.
- Confidera opera Dei, quia nemo potest corrigere. pag.
451.
- Cap. 9. Sicut pisces capiuntur hamo, sic homines in tempore
malo. p. 304.
Qui in vno peccat multa bona perdet. p. 470.
Nemo scit vtrum odio vel amore dignus sit, sed omnia
in futurum seruantur in certa. p. 376. & 429.
- Cap. 11. Lætare ò iuuenis in adolescentia tua &c. p. 66.
Est homo laborans, & festinans, & tanto magis nõ abũ-
dabit. p. 510.

Ex Canticis.

- Cap. 1. Dilectus meus mihi, & ego illi. p. 240. & 255.
- Cap. 2. Ficus protulit grossos suos. p. 181.
Ego flos campi, & lilium conuallium. pa. 203.
En ipse stat post parietem nostrum, prospiciens per can-
cellos, &c. p. 41. & 198.
Velut lilium inter spinas, sic amica mea &c. p. 136.
Ordinavit in me charitatem. p. 149.
Fac me audire vocem tuam. pag. 284.

Intro-

INDEX.

- Introduxit me rex in cellam vinariam. p. 181
Meliora sunt vbera tua vino. p. 696.
- Cap. 3. Sicut columbæ, quæ lacte sunt lote. p. 45.
- Cap. 4. Vulnerasti cor meum soror mea sponsa mea in vno
oculorum tuorum, & in vno crine colli tui. pa.
575.
- Cap. 5. Quo abiit dilectus tuus, ò pulcherrima mulierum. pag.
115.
Anima mea liquefacta est, ut dilectus locutus est. pag.
185. & 186.
Totus desiderabilis talis est dilectus meus. p. 231.
Surgam, & circuibò ciuitatem, & quæràm, &c. p. 288
Misit manum suam per foramen &c. p. 455.
Aperi mihi soror mea &c. p. 548.
- Cap. 6. Sexaginta sunt reginæ &c. vna est columba mea perfe-
cta mea &c. p. 588.
- Cap. 8. Reuertere, similis esto dilectæ mi capræ &c. p. 112.
Fac me audire vocem tuam &c. p. 69.

Ex libro Sapientiæ.

- Cap. 1. Spiritus disciplinæ effugiet fictum &c. p. 160.
Hoc, quod continet omnia, scientiã habet vocis. p. 198.
- Cap. 2. Exiguum & cum tædio est tempus vitæ nostræ. pag. 43.
& 172.
Disimilis est alijs vita eius. p. 452.
- Cap. 3. Qui abiicit sapientiam, & disciplinam, infelix est &c. &
labores eorum sine fructu. p. 575.
- Cap. 4. Optavi, & datus est mihi sensus, inuocaui, & venit super
me spiritus sapientiæ. p. 129.
Nec lætatur Deus in multitudine filiorum infidelium. p. 296.
- Cap. 5. Nõsse enim te, consummata iustitia est. &c. p. 188.
Omnis creatura tibi creatori deseruiens, excandescit in
tormentum. p. 266.
Lassati fumus in via iniquitatis. p. 222.
Acuet autem diram iram in lanceam. p. 368.

b 4

Cap.

I N D E X.

- Cap. 7. Labores eorum sine fructu. p. 40.
 Quæcunq; sunt abscondita didici &c. p. 170.
- Cap. 8. Intrans in domum meam conquiescam cum illa. p. 584.
- Cap. 9. Nisi tu dederis sapientiam, & miseris spiritum sanctum, &c. pag. 171.
 Si quis erit consummatus inter filios hominum, si ab illo
 abfuerit sapientia tua in nihilum computabitur.
 pag. 633.
- Cap. 11. Misereris omnium, quia omnia potes. p. 640.
- Cap. 11. O quam bonus & suavis est Domine spiritus tuus &c.
 ideo eos, qui exerrant corripis, & de quibus peccat
 admones &c. pag. 396. & 610.
- Cap. 13. Amagnitudine speciei creaturæ poterit cognoscibili-
 ter creator horum videri. pag. 204. & 665.
 Vani sunt omnes homines, in quibus non subest scie-
 tia Dei. p. 215.
- Cap. 14. Creaturæ Dei in odium factæ sunt, & in tentationem.
 pagina 450.
- Cap. 16. Homo per malitiam occidit animam suam. p. 515.
 Manna continebat omnis saporis suavitatem. p. 241.
 Quod enim ab igne non poterat exterminari, statim
 ab exiguo radio solis calefactum tabescebat. p. 250.
 Homo per malitiam occidit animam suam. pagina. 305.
 & 686.
- Cap. 17. Ignis quidem nulla vis, nec syderum limpide &c. pag.
 321.

Ex Ecclesiastico.

- Cap. 2. Væ duplici corde &c. pag. 494.
- Cap. 3. Peccator adiiciet ad peccandum. pag. 275.
 Plurima supra sensum hominis ostensa sunt tibi. p. 194.
 Altiora te nequæsieris, & fortiora te &c. p. 197.
 Cor durum male habebit in nouissimo. p. 316.
 Sicut aqua extinguit ignem, ita Eleemosyna extinguit
 peccatum. p. 379.
 Ignem ardētem extinguit aqua, eleemosyna resistit pec-
 catis

I N D E X.

- catis, &c. p. 389.
- Cap. 6. Sapientia doctrinæ secundum nomen eius est. pag. 48.
 & 305.
 Alligatura eius alligatura salutis. p. 312.
 Modicum laborabis, & cito edes de generationibus il-
 lius. pag. 322. & 344.
 Est amicus socius mensæ, & non permanebit in die ne-
 cessitatis. p. 366.
- Cap. 7. Ne sis velox ad irascendum, quia ira in sinu stulti requies-
 cit. p. 332.
- Cap. 10. Immundus est apud Deum omnis, qui exaltat cor suū,
 pag. 436.
 Omnis potentatus vita brevis. p. 387.
 Nihil est iniquius, quam amare pecuniā &c. in vita sua
 proiecit intima sua. p. 508.
- Cap. 11. Ne spernas hominem in visu suo. p. 423.
- Cap. 14. Fœlix, qui non habuit animi sui tristitiam &c. p. 47.
 Beatus diues, qui inuentus est sine macula. p. 624.
- Cap. 15. Modicū laboravi, & inueni mihi multam requiem. pag.
 322.
- Cap. 16. Ne dicas à Deo abscondar, in populo magno non cog-
 noscar &c. p. 595.
- Cap. 18. Numerus dierum hominum vt multum centum anni.
 pag. 50
 Ante iudicium interrogate ipsum &c. p. 381.
- Cap. 20. Sapiens tacebit vsque ad tempus. p. 447.
- Cap. 21. Cor fatui quasi vas contractum, omnem sapientiam nõ
 tenebit. p. 315.
- Cap. 22. Super plumbum quid grauabitur? & quod illi aliud
 nomen quam fatuus. p. 271.
 Super mortuum plora, & super fatuum plora, &c. pag.
 408.
- Cap. 24. Spiritus enim meus super mel dulcis. p. 47.
- Cap. 26. Difficile exiit negotiator à negligentia. pagina.
 604.
 Qui transgreditur à iustitia in peccatum Deus parauit
 eum ad rhompheam. pagina. 286.

INDEX.

- Cap. 27. Quasi in percussura cribri pulvis, sic aporia &c. p. 315.
- Cap. 28. Relinque proximo nocenti te. p. 638.
- Cap. 29. Include eleemosynam in sinu pauperis &c. p. 379.
Vita nequam hospitandi de domo in domum. p. 584.
- Cap. 31. Lignum offensionis est aurum sacrificantium. &c. pa.
508.
Infirmitas grauis sobriam facit animam. p. 613.
- Cap. 32. Præcurre autem prior in domum tuam &c. p. 584.
In multis esto quasi inscius. p. 585.
- Cap. 34. Oculi Domini super timentes eum, protector potentia &c. p. 292.
- Cap. 36. Cor prauum dabit tristitiam. p. 47.
- Cap. 37. A consiliario prauo serua animam tuam. p. 351.
- Cap. 43. Glorificate Dominum quantum potestis, superualebit adhuc. p. 224.
- Cap. 44. Homines magni virtute. p. 628.
- Cap. 51. Appropiate ad me indocti &c. p. 284.
Modicum laboraui, & inueni mihi multam requiem. p.
322. & 344.
Anima vestra sitiunt vehementer. p. 534.

Ex Isaia.

- Cap. 1. Si audieritis me, bona terræ comedetis. p. 321. & 563.
Cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam manus enim vestrae sanguine plenae sunt. p. 86.
Solennitates vestras non feram. pag. 534.
Lauamini mundi estote &c. ibidem heu consolabor super hostibus meis. pa. 405.
- Cap. 2. Et erunt oculi tui videntes præceptorem tuum &c. p.
314.
- Cap. 3. Vae impio in malum &c. p. 470.
- Cap. 4. Erit germen Domini in magnificentia. p. 358.
Si abluerit Dominus sordes filiarum Sion, & sanguine Hierusalem &c. in spiritu iudicij. p. 155.
- Cap. 5. Vae qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis. pag.
287.

INDEX.

287. & 498.
Dominus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico. pag. 184.
Vae qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis. p. 262.
- Cap. 6. Duabus velabant faciem, &c. pagina. 96. & 202. &
346.
Ea, quae sub ipso erant replebant templum. p. 205.
Clamabant, sanctus, sanctus, sanctus, &c. p. 557.
- Cap. 7. Quia molesti estis & Deo meo. p. 87.
- Cap. 9. Vestimentum mixtum sanguine erit in combustionem. p. 596.
Lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe. pa. 1.
& 111. & 273.
Iugum enim oneris eius, & virgam humeri eius. p. 64.
Vocabitur admirabilis. p. 202.
- Cap. 10. Verbum abbreviatum faciet Dominus super terram. pa.
174.
Quid facietis in die visitationis, ad cuius confugietis auxilium. p. 210.
In fortitudine manus meae ego feci &c. p. 304.
- Cap. 11. Habitabit lupus cum agno, &c. p. 26. & 145.
Requiescet super eum spiritus Domini. p. 183. & 184.
Repleta est terra scientia Domini. p. 201.
- Cap. 12. Haurietis aquas in gaudio, de fontibus saluatoris. pag.
265.
- Cap. 14. Quomodo cessauit exactor, quieuit tributum, contriuit Dominus baculum impiorum. p. 581.
- Cap. 20. Possederunt nos Domini absque te. p. 555. & 579.
- Cap. 22. Quia excidisti tibi hic sepulchrum, excidisti in excesso &c. p. 537.
Quid tu hic, aut quasi quis hic. p. 21.
In illa die vocabit Dominus ad fletum &c. p. 33.
- Cap. 24. Cessauit gaudium tympanorum. p. 42.
Formido fouea, & laqueus, super te, qui habitator es terræ. p. 369.
Grauabit terram iniquitas eius. p. 723.

Cap.

- Cap. 26. Indulsiſti genti Domine, nunquid glorificatus es. pag. 268.
 Abſcondere modicum, ad momentum &c. pag. 29.
 Sic à facie tua Domine concepimus. pag. 34. & 419.
 Iuſtitiam non fecimus in terra, ideo non ceciderunt. pag. 147.
- Cap. 27. In meſura contra meſuram cum abiecta fuerit. &c. pag. 638.
- Cap. 28. Manda, remanda, expecta. &c. pag. 30. & 76.
 Coanguſtatum eſt ſtratum, ita vt alter decidat. pa. 494.
 Quem docebit Dominus ſcientiam, ab lactatos à lacte. pag. 60.
- Cap. 30. Et erunt oculi tui videntes præceptorem tuum. p. 270.
- Cap. 31. Dixit Dominus, cuius ignis eſt in Sion, & caminus in Hieruſalem. pag. 121.
- Cap. 32. Et erit opus iuſtitie pax. &c. pag. 2.
 Gaudium onagrorum paſcua gregum, donec effundatur ſuper nos ſpiritus de excelſo. &c. pag. 162.
 Beati qui feminatis ſuper omnes aquas. pag. 309.
- Cap. 33. Quis veſtrum poterit habitare cum igne deuorante. pag. 357.
 Væ qui ſpernis, non ne & ipſe ſperneris. pag. 422.
- Cap. 34. Vere vos teſtes mei, dicit Dominus. pag. 146.
 Et complicabuntur ſicut liber, cæli. pag. 204.
- Cap. 35. Lætabitur deſerta, & inuia, florebit ſolitudo. &c. pag. 152.
- Cap. 37. Venerunt filij vſque ad partum. pag. 34.
 Egreſſum tuum & introitum tuum cognoui, & infania tuam contra me. pag. 590.
- Cap. 38. Ecce in pace amaritudo mea amariffima. pag. 10.
 Domine vim patior reſponde pro me. pa. 64.
 Reuertus eſt ſol decem lineis per gradus, quos deſcenderat. pag. 118.
 Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anime meæ. &c. pag. 274.
 Conuertit Ezechias faciem ſuam ad parietem. pa. 275.
- Cap. 40. Sicut paſtor gregem ſuum paſcet, in brachio ſuo. &c. pag. 17.

- pag. 17.
 Quis meſus eſt pugillo aquas, & cælos palmo, &c. p. 31.
 Omnes gentes quaſi non ſint, ſic ſunt coram eo. pag. 269. 543.
- Qui ſperant in Domino mutabunt fortitudinem. pag. 343.
 Omnis caro ſcænum, & omnis gloria eius quaſi flos feni, &c. p. 599.
- Cap. 42. Quis cæcus niſi ſeruus meus, quis ſurdus &c. p. 449.
- Cap. 43. Non me inuocaſti Iacob &c., & neque laborem præbui tibi in thure. p. 551.
- Educ foras populum cæcum, & oculos habet, ſurdum & aures ei ſunt. p. 449.
 Si transferis per ignem, flamma non comburet te. p. 4.
 Noli timere Iſrael, quia redemi te. p. 512.
- Cap. 44. Effundam ſpiritum meum ſuper ſemen tuum, &c. & germinabunt inter herbas quaſi ſalices. pag. 531.
- Cap. 45. Verè tu eſ Deus abſconditus, Deus Iſrael ſaluator. pa. 202.
- Cap. 46. Qui portamini à meo utero, qui geſtamini à mea vulua. p. 17.
 Audite me domus Iacob, qui portamini à meo utero. pag. 271.
- Cap. 47. Negotiatores tui ab adoleſcentia ſua. p. 604.
- Cap. 48. Non eſt pax impijs. p. 9.
 Non à principio in abſcondito locutus ſum &c. p. 208.
- Cap. 49. Parum eſt, vt ſis mihi ſeruus ad ſucitandas tribus Iacob &c. pagina. 309.
 Poſuit os meum vt gladium acutum. p. 315.
 Sine cauſa, & vanè fortitudinem meam &c. p. 321.
- Cap. 50. Ecce enim in iniquitatibus veſtris venditi eſtis. p. 661.
- Cap. 51. Conſolabitur ergo Dominus Sion &c. p. 41.
- Cap. 52. Noli timere opprobrium hominum. p. 490.
 Quam ſpecioſi pedes euangelizantium pacem. p. 6.
- Cap. 53. Domine quis credidit auditui noſtro &c. pag. 478.
 Sicut agnus corâ tondente ſe obmuteſcet. pa. 207. 446.
 Omnes nos quaſi oues errauimus. pagina. 286.

INDEX.

Desiderauimus eum despectum, & nouissimum vir-
rum. p. 535.

- Cap. 54. Ad punctum, & in modico dereliqui te. p. 31.
- Cap. 55. Omnes sitientes venite ad aquas. p. 161. 548.
Ecce testem populis dedi eum, ducem, ac pæceptorẽ
gentibus. pag. 235.
- Cap. 57. Non enim in sempiternum litigabo, nec in perpetuum
irascar, quia spiritus à facie mea egredietur. pagina.
1. 53.
Quia ego tacens, & quasi non videns, & tui oblita
es. p. 508.
- Cap. 58. Et eris, quasi hortus irriguus, cuius non deficiet aqua.
pag. 45.
- Cap. 59. Conceperunt laborem, & pepererunt iniquitatem.
pa. 48.
Cum venerit quasi fluius violentus &c. p. 719.
- Cap. 60. Pro eo quod fuisti derelicta, & odio habita ponam te
in superbiam populorum. p. 126.
- Cap. 61. Vt prædicarem annum placabilem Domino, & diem
ultionis. p. 31.
Omnes qui viderint eos, cognoscent illos &c. p. 146.
Gaudens gaudebo in Domino, quia induit me vestimẽ
tẽ salutis. p. 595.
- Cap. 62. Gaudebit super te Deus tuus. p. 26.
- Cap. 63. In omni tribulatione eorum non est tribulatus. pagi.
54.
Affixerunt Spiritum sanctum eius. p. 61.
- Cap. 64. Allisisti nos in manu iniquitatis nostræ. p. 471. 663.
- Cap. 65. Lupus & agnus pascentur simul &c. p. 145.
Ecce serui mei comedent, & vos esueritis &c. pagina.
602.
- Cap. 66. Nunquid ego, qui alios parere facio, ipse non pariam?
pagina. 195.
Quæ est ista domus, quam ædificabitis mihi &c. facta
sunt vniuersa ista. p. 536.
Et erunt vsque ad satietatem visionis omni carni. pag.
718.

Ex Hier.

INDEX.

Ex Hieremia.

- Cap. 2. Vineæ aliena. p. 579.
Transite ad insulas Cetim. p. 486.
Nunquid terra sterilis ego sum, aut ferotina. pagina.
344.
Populus vero meus oblitus est mei diebus innumeris.
pag. 199.
Quid niteris bonam ostendere viam tuam, &c. p. 260.
Vertunt ad me tergum, & non faciem. p. 270.
- Cap. 3. Voca me pater meus es tu. p. 92.
Ecce locuta es, & fecisti mala, & potuisti? pa. 365. 676.
Iustificauit animam suam auerlatrix Israel comparatio-
ne &c. p. 439.
Frons meretricis facta est tibi &c. p. 442.
- Cap. 5. Ecce dedi verba mea in ignem, & populum istum vt lig-
na. pag. 215.
Circuite vias Hierusalem &c. quærite virum facientem
iudicium &c. p. 405.
- Cap. 6. Luctum vnigeniti fac tibi, planctum amarum. p. 210.
Defecit sufflatorium in igne, malitiæ eorum non sunt
consumptæ. p. 323.
- Cap. 7. Nolite confidere in verbis mendacij dicentes, templum
Domini &c. p. 180.
- Cap. 8. Non est vna in vitibus, & non sunt ficus in ficulnea. pa.
353.
Nunquid qui cadit, non resurget &c. p. 448.
Omnes conuersi sunt ad cursum suum quasi equus in
petu &c. p. 522.
- Cap. 9. Non gloriatur sapiens in sapietia sua &c. sed in hoc glo-
rietur, qui gloriatur, scire, & nosse me. p. 187.
- Cap. 12. Quare via peccatorum prosperatur. p. 709.
- Cap. 14. Quare sicut colonus futurus es in terra, & sicut viator
declinans ad manendum. p. 117.
- Cap. 15. Eijce illos à facie mea, & egrediantur &c. pa. 25.
Recordare mei, & visita me, & noli in patientia tua
susci-

susci-

INDEX.

- fufcipere me. p. 42.
 Laboravi rogans. pag. 300.
 Sicut vas in manu figuli, ita vos in manu mea. p. 690.
- Cap. 17.** Faciet iudicium & iustitiam in terra. p. 65.
 Maledictus homo, qui confidit in homine &c. erit quasi fimiricæ in deserto &c. benedictus vir, qui confidit in Domino &c. pa. 333.
- Cap. 23.** Putas ne Deus è vicino ego sum, &c. p. 191.
 Quia dixistis sermonem Domini onus Domini. p. 602.
- Cap. 30.** Insanabilis fractura tua, pessima plaga tua. p. 689.
- Cap. 31.** Postquam ostendisti mihi, percussi sumur meum. p. 421.
 Rursum ædificabo te, & ædificaberis virgo Israel. p. 411.
 Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam. p. 154.
 Non docebit vir ultra proximum suum, & omnes enim cognoscent me, à minimo vsque ad maximum. p. 203.
 Quiescat vox tua à ploratu, est merces operi tuo. pag. 322. & 577.
- Cap. 32.** Lætabor super eis, cum bene eis fecero. p. 297.
- Cap. 34.** Et dabo viros, qui præuicati sunt fœdus meum, & vitulum, quem conciderunt in duas partes, &c. pa. 503.
- Cap. 46.** Mercenarij eius, qui versabantur in medio eius. p. 21.
- Cap. 48.** Propterea cor meum ad Moab, &c. quia plus fecit quam potuit. pagina. 393.

Ex Threnis.

- Cap. 1.** Deriserunt inimici sabbatha eius. p. 534.
 Et non est recordata finis sui. p. 524.
 De cælo misit ignem in otsibus meis, & erudiuit me. p. 160.
 Denigrata est super carbones facies eorum. p. 44.
 Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia eius. pagina 374.

Cap.

INDEX.

- Cap. 2.** Consurge lauda in principio vigiliarum, effunde sicut aquam. pag. 73.
- Cap. 3.** Nec enim humiliavit ex corde. pag. 38.
 Quis est iste, qui dicit, ex ore altissimi &c. pag. 65.
 Nos peccauimus, id circo tu inexorabilis es. pag. 86.
 Misericordia Domini, quod non sumus consumpti. pag. 266.
- Cap. 4.** Et maior effecta est iniquitas filia populi mei peccato Sodomorum, quæ subuerfa est. &c. pag. 492.
- Cap. 5.** Serui dominati sunt nostri. pag. 555.

Ex Baruc.

- Cap. 3.** Vbi sunt principes gentium, &c. Exterminati sunt, &c. pag. 355.
- Cap. 4.** Vide iucunditatem à Domino Deo tuo tibi venientem. pag. 602.
- Cap. 5.** Beati sumus ð Israel, quia quæ Deo placent, manifesta sunt nobis. &c. p. 171.
- Cap. 6.** Sicut fuit sensus vester, vt erraretis à Deo, decres tantum, iterum conuertentes. pag. 393.

Ex Ezechiele.

- Cap. 1.** Iunctæque erant penne eorum. &c. pag. 268.
- Cap. 2.** In eo scriptæ erant lamentationes, carmen, &c. pag. 41.
- Cap. 3.** Fili hominis venter tuus comedet, & viscera tua complebuntur. &c. pag. 317.
- Cap. 4.** Diem pro anno, diem inquam pro anno dedi tibi. p. 31.
- Cap. 9.** Signa tua super frontes virorum gementium. &c. p. 148.
- Cap. 10.** Aspectus earum similitudo vna. pag. 8.
- Cap. 11.** Dabo eis corymbum. pag. 17.
- Cap. 13.** Væ, qui consuunt puluillos sub omni cubito manus. pag. 96.
- Cap. 14.** Quæsiui de eis virum, qui interponeret sepẽ. &c. p. 13.

c

Non

INDEX.

- Non ascendistis ex aduerso, nec opposuistis vos muru.
p. 21.
- Dices prophetantibus de corde suo. p. 67. 361.
- Cap. 14. Qui alienatus fuerit à me &c. propheta cum errauerit,
ego Dominus decepi prophetam illum. p. 351.
- Cap. 16. Exposuisti fornicationem tuam omni transeunti. pag.
430.
- Abominabilem fecisti decorem tuum. p. 483.
- Proiecta es super faciem terræ in abiectioe animæ tuę
pag. 589.
- Cap. 17. Et sumam ego de medulla cedri sublimis, & ponam de
vertice &c. p. 243. 358.
- Cap. 18. Anima, quę peccauerit, ipsa morietur. p. 7.
Si autem auerterit se, iustus à iustitia sua &c. omnes in-
stitię eius &c. p. 374.
- Cap. 20. Vivo ego dicit Dominus, quia non respondebo vobis,
nec cogitatio cordis vestri fiet dicentium, erimus si-
cut gentes &c. p. 690.
- Cap. 21. Aufer cydarium, tolle coronam, iniquitatem, iniquitatę
ponam in ea. p. 470.
- Cap. 24. Fili hominis ecce tollo à te desiderabile oculorum tuo-
rum. p. 328. & 56.
- Multo sudore sudatum est, nec sic exiuit ab ea rabigo.
p. 328.
- Cap. 28. In multitudine negotiationis tuę repleta sunt interio-
ra tua iniquitate. p. 604.
- Cap. 29. Dices, me est fluuius, & ego feci me, metipsum. p. 191. 394.
- Cap. 34. Et suscitabo eis germen nominatum. pag. 313.
- Vos pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos. pag. 15.
Vos autem oves pascuę meę homines estis. p. 292.
- Cap. 36. Auferam à vobis cor lapideum, &c. p. 186.
- Cap. 37. Et percutiam illis fœdus pacis. p. 6.
Adiunge lignum ad lignum, p. 26.
Ecce ego intromittam in vos spiritum, & uiuetis. pag.
162.
- Cap. 48. Et nomen ciuitatis illius ex illa die, Dominus ibidem.
pag. 231.

Ex

INDEX. Ex Daniele.

- Cap. 2. Tu rex cogitare cepisti, quid esset futurum pbs. hæc. p.
380.
Exceptis dijs, quorum non est cum hominibus conuer-
satio. p. 230.
Præcepit rex de filijs Israel introduci pueros in qui-
bus nulla esset macula, decoros forma &c. pagina.
245.
- Cap. 4. Peccata tua eleemosynis redime. p. 377.
Ecce arbor in medio terrę. p. 352.
Succedite arborem, præcindite ramos, &c. p. 355.
Veruntamen germen radicum eius in terra finite. pag.
377.
- Cap. 6. Ter orabat Daniel Dominum in die, licet rex diuersum
præcepisset. p. 82.
- Cap. 7. Fluuius igneus rapidusque egrediebatur de ore Dei
pag. 719.
- Cap. 13. Auerterunt oculos suos, ne viderent cælum. p. 159.

Ex Osea.

- Cap. 1. Congregabuntur filij Iuda, & filij Israel pariter. pagi.
26.
- Cap. 2. Dedi eis frumentum & vinum, &c. quę fecerunt Baal.
pa. 387. 388.
Ducam eam in solitudinem, & loquar ei ad cor. pagina.
88. & 451.
Vadam post amatores meos, qui dant panes mihi. pagi.
305.
Et sponsabo te mihi in sempiternum, &c. p. 587.
- Cap. 3. Diligit Dominus filios Israel, & ipsi respiciunt ad deos
alienos. pag. 65.
- Cap. 4. Non est veritas, non est misericordia, &c. sanguis sangui-
nem tetigit. pag. 691. & 723.

c 2

Cap.

INDEX.

- Cap. 5. In gregibus suis vadent ad quærendum Dominum, & non inuenient, quia filios alienos genuerunt. pag. 450.
- Cap. 6. In tribulatione sua manebunt confurgent ad me, &c. pag. 610.
- Cap. 7. Ululabant in cubilibus suis super triticum. p. 92.
- Cap. 8. Argentum suum, & aurum suum, fecerunt idola sibi. pag. 508.
- Proiecit Israel bonum, inimicus persequetur eum, &c. pa. 666.
- Cap. 9. Noli letari Israel, noli exultare sicut populi. pagina 32.
- Abominabiles facti sunt sicut ea, quæ dilexerunt. pa. 1542.
- Cap. 31. Et ego quasi nutritus Ephraim portabam eos in brachijs. p. 17, & 271.
- Quomodo dabo te Ephraim? protegam te Israel. pa. 281.
- In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis. pag. 565.
- Circumdedit me Ephraim in negotiatione sua. p. 604.
- Non faciam furorem ire meæ, quoniam Deus ego, & non homo. p. 641.
- Cap. 13. Colligata est iniquitas Ephraim, absconditum peccatum eius. p. 705.

Ex Ioel.

- Cap. 2. Effundam de spiritu meo super omnem carnem. pag. 155, 160, & 168.
- Fortitudo mea magna, quam misi in vos, & comedetis vescentes. p. 238.

Ex Amos.

- Cap. 2. Super vestimentis pignoris, accubuerunt. pag. 233.
- Cap.

INDEX.

- Cap. 3. Videte insanas multas in medio eius: p. 590.
- Tantum modo vos cognoui de vniuersis congregacionibus. pag. 22.
- Quomodo seruat pastor, quo arua, aut extremum auricula. p. 24.
- Cap. 4. Ego dedi vobis stuporem dentium &c. & non estis reuerſi ad me, dicit Dominus. p. 614.
- Cap. 5. Iustitiam in terra relinquitis, faciente mare turum, &c. p. 73.
- Cap. 7. Ecce vir stabat super murum adamantinum, & adamas in manu eius. pagina 3.

Ex Iona.

- Cap. 1. Quod est opus tuum, quæ terra tua? & quo vadis. pag. 417.
- Cap. 2. Præcepit Dominus pisci, & etiam misit Iona. p. 5.
- Cap. 4. Tu doles super hedera, in qua non laborasti. p. 280.

Ex Michea.

- Cap. 1. Super hoc plangam, & ululabo, &c. p. 405.
- Cap. 2. Ascendit patiens iter ante eos: p. 122.
- Cap. 4. Dole, & fatage filia Sion, quasi parturiens. p. 35.
- Cap. 6. Humiliatio tua in medio tui. p. 82.
- Solicitum te ambulare cum Deo tuo: p. 56.
- Cap. 7. Perijt sanctus de terra & rectus in nominibus non est. pagina. 725.

Ex Habacuc.

- Cap. 1. Et facies homines quasi pisces maris, &c. p. 303, 304.
- Cap. 2. Scribe visum, & explana eum super tabulis, ut percurrat, qui legerit eum. p. 207.

INDEX.

Cap. 3. Ingnediatur putredo in ossibus meis, & subter me scatear &c. pag. 326.

Ex Sophonia.

Cap. 1. Visitabo super eos, qui induti sunt veste peregrina pag. 396.

Visitabo super viros defixos in fœcibus suis, qui dicunt &c. p. 65.

Cap. 3. Noli timere Sion, non dissoluantur manus tuæ Dominus Deus tuus in medio tui fortis, ipse saluabit te. pag. 183.

Ex Aggeo.

Cap. 2. Adhuc modicum, & ego mouebo cælum & terram &c. pag. 272.
Si tetigerit pollutus &c. p. 484.

Ex Zacharia.

Cap. 2. Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei. p. 335.
Et respondit angelus, vsque quo non, mitereris Hierusalem. p. 654.

Cap. 4. Vidi & ecce candelabrum aureum, & lampas eius, &c. pagina. 456.

Cap. 5. Hæc est amphora egrediens, & dixit, hæc est oculus eorum &c. p. 634.

Cap. 6. Et consilium pacis erit inter illos duos. p. 26.

Cap. 7. Noluert attendere, & verterunt scapulas recedentes. pag. 591.

Sic clamabunt, & ego non exaudiam dicit Dominus. pag. 667.

Cap. 8. Apprehendent decem homines fimbriam viri Iudæi. pag.

INDEX.

pag. 699.
Cap. 9. Quid enim bonum est eius, aut quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum &c. p. 230.

Bibentes inebriabuntur quasi à vino &c. p. 532.

Cap. 11. Adhuc sume tibi vasa postoris &c. p. 21.

Et dixi non pascam hos, quod moritur, moriatur. pag. 25. & 504.

Aperi Libanus portas tuas, & comedat ignis cedros tuas. pag. 352.

Et dispergam quadrigam ex Ephraim, & equum de Hierusalem. pa. 612.

Cap. 13. Spiritu gratiæ, & precum. p. 69.

Erit fons patens domui David in ablutionem peccatoris. pag. 265.

A sumpsi mihi duas virgas, alteram vocavi funiculum, &c. pag. 323.

Ex Malachia.

Cap. 1. Ad vos o sacerdotes, qui despicitis nomen meum, &c. offeritis super mensam meam panem pollutum. pa. 250.

Cap. 2. Labia sacerdotis custodiunt scientiam &c. p. 12.
Laborare fecistis Dominum in sermonibus vestris &c. pag. 65.

Cap. 3. Vanus est, qui seruit Deo, & quod emolumentum, quia custodiimus mandata eius pagina. 320.

Ex libris Machabeorum.

Ex Primo.

Cap. 1. Venundati sunt vsque ad inferent malum. pag. 661.

Cap. 5. Et erat Iudas congregans extremos. pag. 285.

Cap. 9. Contractus est corde, & dissolutus est &c. p. 84.

INDEX.

Ex libro Secundo.

Cap. 8. Obsecro autem eos, qui hunc librum lecturi sunt, &c.
etenim multo tempore, non sinere peccatoribus
&c. pagina. 690.

Ex Matthæo.

- Cap. 4. Accedens tentator dixit ei &c. p. 304.
Sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei, p. 173.
Circuibat Iesus totam Galileam, docens in synagogis,
&c. p. 519.
- Cap. 5. Beati pater spiritus, quoniam ipsorum est regnum cę-
lorum. p. 401.
Beati misericordes &c. pag. 380.
Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. p. 44.
Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.
p. 133.
Si diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habe-
bitis. p. 169.
Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam &c. p.
644.
Estote & vos perfecti, sicut pater vester cęlestis perfe-
ctus est. p. 647.
- Cap. 6. Intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora. p. 88.
Scit pater vester, quia his omnibus indigetis. p. 92.
Attendite, ne iustitiam vestram faciatis coram homini-
bus, vt videam in A. & c. p. 229.
Thesaurizate vobis thesauros in cęlo. pa. 373.
Dimite nobis debita nostra. p. 634.
- Cap. 7. Similis est homini, qui ædificauit domum suam super
petram. p. 53.
- Cap. 8. Ego homo sum sub potestate constitutus, & dico vobis
vade, & vadit, &c. p. 495.
- Quomodo se habuit Christus cum Centurione. p. 227.

Cap.

INDEX.

- Cap. 9. Non possunt lugere filij sponsi, cum apud eos sponsus
est. p. 87.
- Cap. 10. Non veni pacem mittere sed gladium. p. 10.
Timete eum, qui postquam occiderit corpus. &c. pa.
431.
- Cap. 11. Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. pa. 535.
Venite ad me omnes, qui laboratis &c. pag. 47. 261.
& 265.
Iugum meum suauē est. p. 311.
Abcondisti hæc à sapientibus, reuelasti ea paruulis. p.
435.
- Cap. 12. De omni verbo otioso, &c. p. 447.
- Cap. 13. Inuenta vna pretiosa Margarita, vendidit vniuersa. p.
134. & 363.
Simile est regnum cęlorum thesauro abcondito, &c.
p. 201. 371. & 702.
Simile est regnum cęlorum fermento, quod accep-
tum mulier, &c. p. 240.
Simile est regnum cęlorum fagena missa in mare. p.
309. 311.
- Cap. 14. Rogabant infirmi, vt vel fimbriam eius tangerent. pa.
700.
- Cap. 15. Chananea importune orat. p. 87. 617.
Dimitte illam, quia clamat post nos. p. 535.
- Cap. 16. Portę inferi non præualebunt aduersus eam. p. 4.
Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. p. 350.
Quid prodest homini si vniuersum mundum lucretur
anime &c. p. 688.
- Cap. 17. Transfiguratus est ante ocos. p. 95.
- Cap. 18. Videte ne contemnatis vnũ de pusillis istis &c. p. 653.
Sic non est voluntas apud patrem vestrum, vt pereat vnus
de pusillis istis. p. 277.
- Cap. 19. Nite paruulos venire ad me. p. 415.
- Cap. 19. Centuplum accipiet. p. 47. & 344.
Nisi efficiamini sicut paruuli. p. 415.
- Impossibile est, diuitem intrare in regnum cęlorum.
pag. 497.

Cap.

INDEX.

- Cap. 10.** Non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam &c. pa. 19. 578.
 Exijt primo mane, vocare operarios, &c. pagina. 596.
 &c. 597.
 Et pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus, pag. 701.
- Cap. 21.** Si non hæsitaueritis & habueritis fidem &c. p. 84.
 Maledixit ficui, & aruit. p. 353.
 Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. p. 444.
 Negant agricolæ fructus vineæ. p. 580.
- Cap. 22.** Nuptiæ quidem paratæ sunt &c. uite ad exitus viarum &c. p. 442.
- Cap. 23.** Implete mensuram patrum vestrorum. p. 634.
 Quod vobis volui congregare filios tuos, &c. & noluiſti. pag. 591.
 Magnificent fimbrias. p. 699.
- Cap. 24.** Quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. p. 622.
 Videte ne grauentur corda vestra crapula, & ebrietate, & curis huius sæculi. p. 505.
 Prædicabitur euangelium in hoc vniuerso orbe, &c. pag. 725.
- Cap. 25.** Nescio vos. p. 22.
 Intra in gaudium Domini tui. p. 122. & 457.
 Beatus ille seruus, quem cum veniret Dominus inuenit vigilantem. p. 505.
 Vigilate quia nescitis diem &c. p. 722.
- Cap. 26.** Veruntamen vae homini illi, per quem filius hominis tradetur. p. 281.
- Cap. 27.** Deus meus, Deus meus quare me dereliquisti? p. 29.
 Quid ad nos, tu videris? p. 341.
 Non respondit ei verbum, ita vt miraretur præses. &c. pa. 446.
 Hodie mecum eris in paradiso. 702.
- Cap. vlt.** Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque, &c. pag. 124. & 23

Ex

INDEX.

Ex Marco.

- Cap. 3.** Licet sabbatis benefacere, an male? p. 534.
- Cap. 6.** Decollauit eum in carcere. p. 129.
 De Herode, quem adulterio dæmon tenebat. p. 303.
- Cap. 8.** Video homines ambulantes sicut arbores. p. 352.
- Cap. 9.** Generatio incredula, quam diu ero vobiscum. p. 300.
- Cap. 10.** Accipiet centies tantum cum persecutionibus. p. 147.
- Cap. 12.** Plus mittit vidua, cū duo minuta ærea obtulit. p. 703.
- Cap. vlt.** Exprobrauit incredulitatem eorum. p. 621.

Ex Luca.

- Cap. 1.** Esurientes replet bonis, diuites dimittit inanes. pag. 536.
- Cap. 3.** Facite fructus dignos pœnitentia. p. 90.
- Cap. 4.** Vt prædicarem captiuis indulgentiam, clausis apertio- nem. p. 291.
- Cap. 5.** Exi à me Dñe, quia homo peccator sum. p. 290. 431.
- Cap. 6.** Quid me vocatis Domine, Domine, & non facitis quæ dico. p. 366.
 Qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. p. 652.
- Cap. 7.** Hic si esset propheta, sciret utique &c. p. 290.
 Respondet Christus pro Magdalenâ. p. 449.
- Cap. 8.** Hi sunt, qui à solitudine iudicibus, & dicitis. &c. p. 292. 498.
- Cap. 9.** Vis dicamus, vt descendat ignis de celo, &c. pagina. 343.
 Dum oraret, facta est species vultus eius altera. pagina. 395.
- Cap. 10.** Sedens secus pedes Domini audiebat verbum illius. pag. 314.
 Alligant vulnera eius. pag. 312.
 Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis. p. 55. 314.
 Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. p. 143.
- Cap. 11.** Nisi prius alligauerit fortem. p. 64.
 Quanto magis pater vester cælestis &c. p. 508.

Amen

I N D E X.

- Amen dico vobis si perseverauerit pulsans &c pag. 76.
& 617.
- Pater noster quies in cælis. p. 92.
- Cum esset in quibusdam locis, ut cessavit &c. p. 95.
- Cap. 12. Seruus sciens voluntatem Domini, & non faciens &c.
pag. 492.
- Nonne vos pluris estis passeribus. p. 85.
- Nolite timere pusillus grex. p. 142.
- Ignem veni mittere in terram &c. p. 152. 563.
- Capilli capitis vestri numerati sunt omnes. pa. 339. 575.
- Stulte hac nocte repetent animam à te &c. p. 388. 667.
- Cap. 13. Homo quidam habebat ficulneam in vinea sua, & venit tribus annis querens fructum, & non inuenit, &c. p. 354.
- Cum facis convitiium voca pauperes &c. p. 529.
- Cap. 14. Rogat ea quæ pacis sunt. p. 389.
- Villam emi. p. 592.
- Cap. 15. Relinquit nonaginta nouem, & venit querere eam, quæ periit. p. 20.
- Cupiebat saturari de siliquis porcorum. p. 254.
- Indignatur maior filius, quod prodigus exicipiatur cum gaudio. p. 268.
- Profectus est in regionē lōginquā. p. 472. & deinceps.
- Adolescentior filius à patre recedit. p. 520.
- Cap. 16. Ut intingat linguam meam digito. p. 61.
- Si in alieno fideles non fuistis &c. p. 272. 342.
- Qui fidelis est in minimo, & in magno fidelis erit. pag. 388.
- Habent Moïsem, & prophetas &c. p. 502.
- Cap. 18. Si in alieno infideles fuistis, quod vestrum est &c. pag. 37.
- Oportet semper orare, & nunquam deficere. pag. 87. 617.
- Cap. 19. Hic die factus domui huic facta est. p. 704.
- Videns civitatem fleuit super illam. p. 33. 281.
- Cap. 21. Ego dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere &c. p. 156. 170.

Cap.

I N D E X.

- Cap. 22. Ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua. pag. 72.
349.
- Ego dispono vobis regnum, ut edatis, & bibatis supra mensam meam. p. 1108. 136.
- Cap. 24. Quibus ille dixit quæ. p. 18.

Ex Ioanne.

- Cap. 1. In principio erat verbum. pa. 196.
- Quod factum est in ipso vita erat. pag. 199.
- Qui habet sponsam sponsus est. p. 587.
- In propria venit, & sui eum non receperunt. p. 580.
- Cap. 2. Vinum non habent. p. 535.
- Cap. 3. Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto. p. 58.
- Cap. 4. Hic est corpus meum, ut faciam voluntatem eius, qui misit me. p. 278.
- Cap. 6. Quod bibimus, verba vitæ æternæ habet. p. 374.
- Hic est panis, qui de celo descendit. p. 53.
- Descendi de celo, non ut faciam voluntatem meam, &c. ut omne, quod dedit mihi non perdam ex eo quicquam. p. 277.
- Omne quod venit ad me non eijciam foras. p. 291.
- Cap. 7. Nondum erat spiritus datus, quia Iesus &c. pag. 57. 155. & 161.
- Siquis sitit veniat ad me, & bibat. p. 128.
- Nunquam sic locutus est homo. p. 284.
- Siquis voluerit, voluntatem Dei facere, cognoscat de doctrina. pag. 15.
- Cap. 8. Qui ex Deo est verba Dei audit. pag. 318.
- Cap. 9. Venit nox, quando nemo potest operari. p. 321.
- Cap. 10. Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi. p. 463.
- Nemo rapiet eas, de manu mea. p. 4. & 172.
- Ego veni, ut vitam habeant. p. 304.
- Cap. 11. Quid facimus, quia hic homo multa signa facit. p. 103.
- Cap. 12. Cum exaltatus fuerit, terra omnia trahat ad me. p. 609.
- Cap. 12. Honorificavit eum pater meus, qui in cælis est. p. 419.

Qui

I N D E X.

- Qui amat animam suam, perdet eam, qui odit animam,
&c. pag. 570.
- Cum dilexisset suos qui erant in mundo, &c. p. 579.
- Cap. 13.** Si non lauero te, non habebis partem mecum . pagina.
325.
- Filioli mei adhuc modicum tempus vobiscum sum, p.
28.
- Cap. 14.** Ego à me ipso non loquar. p. 674.
- Vado parare vobis locum, & si abiero &c. pa. 114.
- Quem mundus, non potest accipere. p. 160.
- Ille docebit vos omnia &c. p. 170. & 173.
- Creditis in Deum, & in me credite. p. 448.
- Cap. 15.** Maiorem hac dilectionem nemo habet. p. 20.
- Iam non dicam vos seruos &c. quia omnia, quæ audiui,
&c. p. 93.
- Si feceritis, quæ præcipio vobis &c. quodcunque volueritis &c. p. 86.
- Exiui à patre, & veni in mundum, & iterum, relinquo &c.
p. 107.
- Ille testimonium perhibebit de me, ille me clarificabit,
p. 173.
- Qui diligit me me sermonem meum seruat, &c. ad
eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus
p. 544.
- Sicut palmæ non potest ferre fructum à semetipso.
&c. pa. 574.
- Cap. 16.** Gaudium vestrum nemo tollet à vobis. p. 54.
- Expediit vobis, vt ego vadam. p. 112.
- Si ego non habiero, paraclitus non veniet ad vos. pag.
124.
- Docebit vos omnem veritatem. p. 141.
- Cap. 17.** Pater quos dedisti mihi, volo, vt vbi ego sum, &c. pag.
116. & 264.
- Oro pater, vt sint vnum &c. vt credat mundus &c. pag.
146. & 118.
- Cap. 19.** Consummatum est. p. 110.
- Cap. 21.** Captura magna piscium. p. 1310.

Ex

I N D E X.

Ex Actis Apostolorum.

- Cap. 1.** Sedete in ciuitate, donec induamini virtute ex alto. pa.
161.
- Cap. 2.** Erant vnanimiter in oratione. p. 72.
- Cap. 4.** Erat cor vnum, & anima vna. p. 3. & 218.
- Cap. 7.** Dura ceruice, & incircumfisi cordibus, & auribus &c. p. 185.
- Continuerunt aures suas. p. 448.
- Cap. 9.** Domine quid me vis facere? pa. 186.
- Ego ostendam illi, quanta oporteat illum &c. p. 288.
- Cap. 10.** Ipse est, qui constitutus est à Deo iudex &c. p. 65.
- Hinc testimonium perhibent omnes prophetae. p. 46.
- Cap. 14.** Per multas tribulationes oportet non introire &c. pa.
149.
- Cap. 17.** Vidit aram, cuius titulus erat ignoto Deo. p. 202.
- Crp. 24.** Tremefactus est felix, disputante eo de iudicio, & ca-
stitate. &c. p. 382.

Ex epistola ad Romanos.

- Crp. 1.** Virtus Dei est in salutem omnibus danti. p. 189.
- Reuelatur ira Dei de celo. p. 697. sq.
- Cap. 2.** Gloria, & honor in omnem animam hominis operantis
bonum. p. 419.
- Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed
factores legis &c. p. 366.
- Ipsi sunt iudices. p. 464.
- Sustinuit multa patientia, vasa iræ. p. 170.
- Tu autem secundum duritiam tuam, & impenitens cor,
&c. p. 185.
- An diuitias bonitatis, & patientiæ &c. p. 290.
- Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem,
&c. quæ est in Christo. p. 299.
- Cap. 5.** Quem proposui propitiorem per fidem &c. p. 185.
- Cap. 5.** Commendat autem charitatem suam &c. pag. 20. & 298.
- Non solum autem, sed gloriamur in tribulationibus
&c.

&c. 138.

Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctum &c. p. 138.

Cap. 6. Peccatum vobis non domabitur, non enim estis sub lege &c. p. 481.

Quem fructum habuistis cum in his, in quibus, nunc erubescitis, &c. p. 393.

Sicut exhibuistis membra vestra seruire in iustitia &c. pag. 393.

Sive peccati ad mortem, sive obediuntis ad iustitiam &c. pag. 393.

Carnalis sum venundatus sub peccatis, pag. 361.

Cap. 7. Quod enim operor non intelligo, pag. 376.

Cap. 8. Conformes fieri imagini filij sui, p. 379.

Si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius, p. 386.

Quid oremus, sicut oportet, nescimus, p. 416.

Nos primitias spiritus habentes, p. 181.

Si quis spiritum Christi non habet hic non est eius, p. 386.

Qui in carne sunt, Deo placere non possunt, p. 160.

Non sunt condignae passionis huius temporis, &c. p. 134.

Quis accusabit aduersus electos Dei Deus qui iustificat &c. p. 114.

Ipsa spiritus postulat pro nobis gemitibus &c. p. 69.

Omnis creatura ingemiscit & patitur &c. p. 35.

Quis nos separabit a charitate Christi, p. 41.

Optabam & ego anathema esse a Christo &c. p. 25.

Verbum abbreviatum fecit Dominus super terram, p. 174.

Quid ergo dicemus, quod gentes, quae non sectabantur iustitiam &c. p. 179.

Non est volentis, neque cui dantis &c. p. 418.

Quomodo inuocabuntur qui non crediderunt, p. 33.

Si tu cum ualueris, infertus es in bonum oliuam, pag.

pag. 242. 359.

Si enim naturalibus ramis Deus non pepercit, ne forte nec tibi pareat, pag. 354.

Cap. 12. Sine poenitentia sunt dona Dei, pag. 414.

Cap. 15. Ut per patientiam, & consolationem scripturarum &c. pag. 130.

Ex Epistola I. Ad Corinthi.

Cap. 1. Videte uocationem uestram fratres, quia non multi sapientes, secundum carnem, non multi potentes, &c. pag. 142.

Cap. 2. Sapientiam loquimur inter perfectos &c. Nobis reuelauit Deus per spiritum suum, pag. 176.

Ut sciamus quae a Deo donata sunt nobis, pag. 173.

Cap. 3. Epistola nostra uos estis, scripta in cordibus nostris, p. 146.

Cum sit inter uos zelus, & contentio, nonne carnes estis &c. pag. 177.

Cap. 4. Non est regnum Dei in sermone, sed in uirtute, pag. 142.

Quid habes, quod non accepisti, quid si accepisti, quid gloriaris &c. pag. 294.

Cap. 6. Qui adheret Deo, unus spiritus est, pag. 167.

Non estis uestri, empti enim estis pretio magno &c. pag. 579.

Cap. 7. Tempus itaque breue est, reliquum est, utique &c. pag. 172.

Præterit figura huius mundi, pag. 200.

Cap. 8. Sunt dii multi, & Domini multi, sed nobis unus est Deus, pag. 212.

Cap. 10. Non potestis mensa Domini participes esse &c. pag. 379.

Qui stat, videat, nec cadat, pag. 410.

Cap. 9. Cum essem liber, omnium in seruum feci, ut omnes in cri facerem, pag. 410.

Cap. 11. Si nos metipfos iudicaremus, non utique iudicemur.

Oportet hereses esse p. 48.

Cap. 12. Hac autem potentia operatur vnus atque idem spiritus

Timeo ne forte cū venero, & lugeam multos ex vobis, &c. p. 403.

Cap. 13. Si linguis hominum loquar, & angelorum, charitatem

Charitas patiens est, benigna est. p. 653.

Cap. 14. Nolite perire officio sensibus.

Cap. 15. Qualis caelestis, tales caelestes.

Non ego sed gratia Dei mecum. p. 418.

Ex epistola. II. ad Corinthios.

Cap. 1. Pater misericordiarum.

Cap. 3. Vbi spiritus Domini, ibi libertas.

Non quod simus sufficientes cogitare aliquid à nobis,

quasi ex nobis.

Nos autem reuelata facie gloriam Domini speculantes

in eadem imaginem transformatur.

Cap. 4. Momentaneum, & leue tribulationis nostrae immensum

in omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur.

Non contemplantibus nobis, quae videntur.

Cap. 5. Itaque nos ex hoc neminem cognouimus secundum

carne.

Cap. 8. Tanquam Deo exhortante per nos.

Per fidem ambulamus, & non per speciem.

Cap. 9. Vestraque abundantia in illorum inopiam suppleat.

Cap. 10. Gratias ago Deo super inenarrabili dono eius.

Cap. 11. Despondi vos vni viro.

Cap. 11. Despondi vos vni viro, &c. p. 587.

Cap. 11. Despondi vos vni viro, &c. p. 587.

Cap.

Cap. 12. Ego libenter impendam, & super impendam &c. pagi.

19. & 20. Cum infirmor, tunc potius sum p. 603.

Cap. 13. An experimentum queritis eius, qui in me loquitur

Christus.

Ex epistola ad Galatas.

Cap. 2. Qui tradidit semetipsum pro me. p. 77. 237.

Cap. 3. Vno ego, iam non ego, vniit vero in me Christus.

Cap. 4. Si nos, aut angelus de celo aliter euangelizauerit.

Factus sum vobis minister.

Cap. 5. Qui sunt Christi, carnem suam crucifixerunt.

Cap. 6. Si spiritu viuimus, spiritu & ambulemus.

Cap. 7. Fides, quae per charitatem operatur.

Cap. 8. Constituens eum ad dexteram suam super potentem &c.

Cap. 9. Ascendit super omnes caelos.

Cap. 10. Qui confecta nos fecit in caelis.

Cap. 11. Mito enim sancto, vni in vniuersis.

Cap. 12. Ut ignotescat princepsibus, & potestibus in caelis.

Cap. 13. Solliciti seruare vnitatem spiritus &c. p. 8.

Cap. 14. Nolite contristare spiritum vestrum.

Cap. 15. Quia ascendit in caelum, & qui descendit in orbem.

Cap. 16. Vt adimpleret in vniuersis.

Cap. 17. Induite nouum hominem &c. p. 98.

Cap. 18. Induite nouum hominem &c. p. 98.

Cap. 19. Induite nouum hominem &c. p. 98.

Cap. 20. Induite nouum hominem &c. p. 98.

Cap. 21. Induite nouum hominem &c. p. 98.

Cap. 22. Induite nouum hominem &c. p. 98.

d 2

Vt dig

INDEX.

Vt digne ambuletis vocatione &c. cum omni humilitate. pag. 535.

Dedit dona hominibus. p. 167.

Cap. 3. Christus dilexit ecclesiam, & tradidit semetipsum pro

Erunt duo in carne vna, ego autem dico in Christo, & ecclesia. p. 240. & 586.

Eratis aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino. p. 39.

Aut avarus, quod est idolorum seruitus. pag. 506.

Ex epistola ad Philippenfes.

Cap. 1. Mili sumus Christus. p. 167.

Cap. 2. Superiores sibi uicem arbitantes. p. 435.

Cum timore, & tremore uestram salutem operamini. p.

Yobis dominus est, non solum ut in ipsum credatis,

sed etiam ut pro illo patiamini. p. 147.

Cap. 3. Sequor autem, si quomodo comprehendam, p. 188.

Ego non me arduos comprehendisse. p. 426.

Cap. 4. Pax Dei, quae exsuperat omnem sensum. p. 9. & 10.

Gaudete in Domino semper. p. 47. & 558.

Itaque fratres mei charissimi, & desideratissimi gaudium meum &c. p. 273.

Omnia possum pro uos, qui me confortat. p. 343.

Ego scio, in his in quibus sum, sufficiens esse. p. 513.

Scio, & humiliari, scio, & abundare &c. p. 624.

Ex epistola ad Coloffenses.

Cap. 1. Pacificans per sanguinem crucis eius &c. p. 64.

Quod dignos nos fecit in parte sortis sanctorum &c. p. 601.

Cap. 2. Delens quod aduersum nos erat Christopharium decreti pag. 36.

Cap.

INDEX.

Cap. 3. Quae sursum sunt quaerite, ubi Christus est. pag. 123.
Sicut Deus donauit nobis in Christo. pag. 638.

Cap. 4. Induite uos viscera misericordiae. pag. 535.

Ex epistola I. Ad Thessal.

Cap. 2. Gratias agimus Deo &c. Accepistis illud, non ut uerbum hominum. &c. pag. 314.

Cap. 4. Haec est uoluntas Dei sanctificatio uestra. pag. 278.

Obsecro fratres, ut uestrum negotium agatis. pag. 466.

Ex epistola II. Ad Thessal.

Cap. 2. Ideo immittet illis operationem erroris, ut credant mendacio. pag. 351.

Cap. 3. Ne commisceamini cum illo, ut confundatur. pag. 502.

Cap. 5. Omnes uos filij lucis estis. pag. 392.

Ex epistola I. Ad Timoth.

Cap. 1. Qui prius fui blasphemus, persecutor. &c. pag. 426.

Cap. 2. Obsecro primum omnium fieri orationes. pag. 93.

Qui uult omnes homines saluos fieri. &c. pag. 278.

Cap. 3. Quae est columna, & firmamentum ueritatis. pag. 141.

Cap. 4. Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, quia uenit Iesus &c. pag. 285.

Cap. 6. Qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem. p. 262. 498.

Diuitibus huius seculi praecipere, non sublime sapere. p. 395. 507.

Ex epistola II. Ad Tim.

Cap. 1. Scio, cui credidi, & certus sum, quia potes esse &c. p. 345.

d 3

Cap. 2.

INDEX.

- Cap. 2. Nouit Dominus qui sunt eius. p. 22.
 Cap. 3. Omnes, qui pie viuere uolunt in Christo, persecutiones
 &c. p. 133.
 Cap. 4. A veritate quidem auditum auertent. p. 129.
 Cap. 6. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti sumus. p. 13.

Ex epistola ad Titum.

- Cap. 2. Verbis fatentur, se nosse Deum, factis autem negant. p. 190.
 Cap. 3. Eratis illo tempore sine Christo, &c. p. 191.
 Apparuit benignitas, & humanitas saluatoris nostri, &c. pag. 265.

Ex epistola ad Hebræos.

- Cap. 1. Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, &c. p. 196.
 Cap. 2. Debuit per omnia fratribus assidui, ut misericors fieret. p. 337.
 Cap. 3. Deus, qui eduxit à mortuis pastorem magnum Iesum. pag. 24.
 Cap. 4. Non habemus pontificem, qui non possit compati, &c. pag. 17.
 Habentes pontificem, qui penetrauit cælos Iesum, &c. p. 113.
 Viuus est sermo Dei, & efficax, &c. p. 314.
 Cap. 5. Omnis namque pontifex, ex hominibus assumptus, &c. pag. 12.
 Cum clamore valido, & lachrymis offerens, exauditus, &c. p. 72.
 Exauditus est pro sua reuerentiâ. p. 140.
 Factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis, &c. p. 480.

Cap.

INDEX.

- Cap. 6. Quam sicut anchoram habemus tutam &c. p. 123.
 Non enim iniustus est Deus, ut obliuiscatur operis vestri. p. 339.
 Cap. 8. Imitatores eorum, qui fide, & patientia &c. p. 30.
 Cap. 9. Ut appareat vultui Dei pro nobis. p. 113.
 Emundate conscientiam vestram ab operibus mortuis. p. 318.
 Cap. 10. Quam initiavit nobis viam nouam &c. p. 112.
 Et rapinam bonorum vestrorum cum gaudio susceperunt, &c. p. 123.
 Horrendum est incidere in manus Dei viuentis. p. 368.
 Voluntarie peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hostia, &c. p. 492.
 Cap. 11. Sancti per fidem vicerunt regna. p. 144.
 Cap. 12. Quis est filius, quem non corripit pater. p. 69.
 Recogitate eum, qui talem aduersus semetipsum, &c. p. 30.
 Castigat enim omnem filium, quem recipit. p. 148.
 Cap. 13. Obedite propositis vestris, ipsi enim peruigilant, &c. pag. 372.

Ex epistola Iacobi.

- Cap. 1. Si quis indiget sapientia, postulet à Deo. pag. 71. &c. 85.
 Omne donum perfectum de sursum est. p. 89.
 Suscipite inquit verbum, quod potest saluare animas vestras. p. 242.
 Nonne diuites per potentiam opprimunt vos. p. 303. 642.
 Cap. 2. Quicumque totam legem seruauerit, offendat autem in vno factus est omnium reus. p. 430.
 Cap. 3. Non est ista doctrina de sursum descendens, sed animabilis. &c. p. 306. &c. 249.
 In multis offendimus omnes. p. 658.
 Cap. 4. Quæ est enim vita vestra, vapor est ad modicum patris. p. 307.

d 4 Appro

INDEX.

Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. p. 263.
Deus superbis refiliit, humilibus autem dat gratiam. p. 412. & 536.

Cap. 5. Diuitiæ vestræ putrefactę sunt, vestimenta vestra, &c. pag. 389.

Ex epistola. I. Petri.

Cap. 1. De qua salute exquisierunt &c. p. 57.
Benedictus Deus, qui secundam misericordiam suam magnam regenerauit nos in spem viuam per resurrectionem &c. p. 2.

Credentes exultatis lætitia inenarrabili. p. 36. 37.

In quo exultabitis, modicum nunc. p. 50.

Vt per bona opera certam vestram vocationem, & electionem &c. p. 158.

Non corruptibilibus auro, & argēto redempti estis de vana vestra conuersatione, sed pretioso sanguine, &c. p. 280.

Regenerauit nos in spem viuam, in hereditatem incorruptibilem &c. pa. 308.

Cap. 2. Eratis sicut oves errantes, sed conuersi estis nunc ad pastorem. p. 15.

Melius erat illis, non cognoscere viam iustitię, &c. pa. 286.

Cap. 3. Et si qui non credunt verbo, per mulierum conuersationem &c. p. 46.

Cap. 4. Christus passus est pro nobis vobis relinquens exemplum. p. 700.

Cap. 5. Cum apparuerit princeps pastorum. pa. 24.

In Christo Iesu modicum passos. p. 50.

Omnem sollicitudinem vestram projicientes in eum, &c. pag. 499.

Ex epistola. II. Petri.

Cap. 1. Vos autem curam omnem subinferentes, &c. hęc enim si vo-

INDEX.

si vobis adsint, & superent, non vacuos, nec sine fructu vos constituent. p. 133.

Ex epistola. V. Ioannis.

Cap. 2. Fratres nolite diligere mundum, nec ea quę in mundo sunt. p. 406.

Qui dicit, se in Christo manere, debet, sicut ille. p. 135.

Vnctio docet vos de omnibus. p. 27.

Aduocatū habemus apud patrem Iesum Christū. p. 75.

Videbimus eum sicuti est. p. 101.

Siquis peccauerit aduocatū habemus apud patrem.

pa. 113.

Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius &c. pa. 221.

Cap. 3. Omnis, qui habet hanc spem, sanctificat se. p. 123.

In hoc venit filius hominis vt dissoluat opera diaboli. p. 277.

Mundus non nouit nos, quia non nouit Deum. p. 150.

Omnis qui in eo manet non peccat &c., & nō potest

peccare quoniam ex Deo natus est. p. 364.

Cap. 4. Deus charitas est. p. 164.

Aduocatū habemus apud patrem Iesum, &c. pa. 440.

Cap. 5. Hęc est victoria, quę vincit mundū, fides nostra. p. 144.

Mandata eius grauiā non sunt. p. 550.

Ex epistola Iudeę.

Arbores autumnales sine fructu. p. 352.

Bis mortuę, eradicatę &c. pa. 42.

Et hos quidem arguite iudicatos, &c. p. 316.

Ex Apocalypsi.

Cap. 1. Ego sum primus & nouissimus, alpha, & Omega. pa. 118.

INDEX.

- Cap. 1. Ecce ego mittam eam in lectum. p. 193.
- Cap. 3. Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. p. 444.
Suadeo tibi emere à me aurum ignitum. p. 134. & 540.
Dices quia diues sum, & nullius in opo. pag. 427. & 536.
Non ren habes, quod uiuas, & mortuus es. p. 515.
- Cap. 4. Adorauerunt uiuentem in secula seculorum, mittentes coronas suas, &c. p. 426.
- Iris in circuitu sedis similis uisioni smaragdinae. p. 110.
- Cap. 9. Redemisti nos Domine Deus in sanguine tuo. p. 281.
Dignus est agnus, qui occisus est &c. p. 557. 281.
- Cap. 6. Et calum recessit sicut liber in uolutus. p. 204.
- Cap. 13. Hic est sapientia, qui habet intellectum, computet, autem numerum bestiae. p. 712.
- Cap. 14. Beati mortui, qui in Domino moriantur. p. 258. 704.
- Opera enim illorum sequuntur illos. p. 573.
- Cap. 18. Vox cytharatorum, & musicorum, & tibia canentium non audietur in te. pag. 42.
- Cap. 19. Beati, qui ad cenam nuptiarum agni, uocati sunt p. 258.
Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei &c. p. 273.
- Venerunt nuptiae agni, & uxor eius preparauit se. pag. 588. & 595.
- Cap. 20. Ligauit eum per annos mille. p. 64.
Et libri aperti sunt, & iudicati sunt mortui &c. p. 17.
- Cap. 21. Dabo ei bibere de fonte aquae uiae gratis. p. 548.
Veni ostendam tibi sponsam agni. p. 2.
Lucerna eius est agnus. p. 110.
- Cap. 22. Arbor uitae ex utraque parte fluminis. p. 360.
Qui audit, dicat, ueni. pag. 451.

INDEX

EX A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T U V X Y Z

INDEX RERVM

notabilium, quae in opere traduntur.

Numerus indicat paginam, litera cum apponitur locum paginae.



- BYNDANTIA. uide prosperitas.
- Adolescentia plena periculis. p. 520.
- Amor Dei in nos prior est amore nostro, & quodammodo posterior. pag. 79. C.
- Amor Deo intrinsecus & substantialis est. p. 164.
- Amore praecipuo Deus a nobis est diligendus. pag. 198. & deinceps. & 213. & 464.
- Vt Deum amaremus, plura ille fecit. p. 237. 563.
- De amore in Deum, uide plura in domi. 12. & 17. post pente.
- Amandus Deus ex totis uiribus. p. 466.
- Amor singulari ratione Christo debetur. p. 468.
- Amor Dei ualorem dat omni uirtuti. p. 539.
- Amore amicitiae, & concupiscentiae Deus super omnia diligendus. pag. 542. & 546.
- Amor Dei facilis est, & facile haberi potest. p. 550.
- Amor amicitiae purus, quo Deus diligitur a nobis qui fit. pag. 557.
- Amor Dei in nobis tripliciter generatur &c. p. 562.
- Amor beneficii generatur ibidem.
- Amor deliberatione generatur, ibidem.
- Amor Dei ex toto corde quid sit. p. 568.
- Qui amat Deum Dominus sui, & omnium est. pag. 555.

Amor

INDEX.

ALPHABETICVS

Amor noster in proximum. p. 218.
 De amore in proximum vide plura à. p. 569.
 Amanus est etiam inimicus. p. 638.
 Anima fidelis sponsa Christi est. pag. 587, 588. & 600.
 Anima iusti præcipua est Christi sponsa. p. 588.
 Anima potius ornanda quam corpus. p. 608.
 Anima infirmitas attendenda, & curanda. p. 618.
 Anima hominis singulari ratione Deo danda est, quia Dei ima-
 go est. p. 673.
 Anima peccato moritur. p. 686.
 Anima vnica est, ideo non amittenda. p. 988.
 Antichristus veniet ante iudicium. p. 712.
 De anticristo aliqua, ibidem, & deinceps.
 Apostoli quales fuerint ante, & post Spiritus sancti aduentum.
 p. 181.
 Apostolorum cum Christo conuersantium beatitudo. p. 55.
 Auarus ad Christi cenam non venit. p. 260.
 Avaritia. p. 260. C.
 Avari confusio in iudicio. p. 390.
 Avarus feruus non Dominus diuitiarum est. pag. 495.
 Avaritia eum dicitur idolorum seruus. p. 506.
 Auxilium Dei efficax hominem à peccato educit. pag. 452.
Beatitudo vide verbo gloria.
 Beneficia nos Deum diligere faciunt. p. 561.
C
 Cain malitia. p. 764.
 Caro nostra equus est, & domada, & castiganda est. p. 610.
 Carnis gloria fragilis, & relinquenda, ibidem.
 Character Christi ostendit nos ad Christum pertinere. pagina.
 680.
 Character nos in Christi milites signat. p. 681.
 Caritas vestis est nuptialis. p. 607.

Charitas vide, Amor in Deum.
 Christus lignum est vitæ. p. 36.
 Christus in medio est, ibidem.
 Christus est adamas, ibidem.
 Christus pastor est, & vniuersa habet, quæ bonum pastorem de-
 cent. p. 15. & per totam concionem illam.
 Christus Iudex est hominum. p. 65.
 Christus à se ipso locutus non est. p. 67.
 Christus hominum aduocatus. p. 113. & 440.
 Christus dona maxima dedit ecclesiæ postquam ascendit in ca-
 elum. pag. 167.
 Christus refugium est peccatorum. p. 276.
 Christus quibus de causis peccatorem conuertere curet ad se. p.
 277.
 Christi encomium est, peccatores recipere, & sanare. p. 289.
 Christus similis pisce, qui dicitur torpedo. p. 304.
 Cristus arbor est. pag. 358.
 Christus singulari ratione à nobis diligendus. p. 468.
 Christus medicus, cui qui parat infirmus, sanatur. p. 480.
 Christus propitiator est. p. 485.
 Christus sponsus est animarum. p. 600.
 Christi Domini victoria, & ex ea collecta à nobis spolia. pag. 1.
 Christi patientia in peccatores. pag. 17.
 Christi charitas efficit, vt parua ei apparerent tormeta passionis.
 pag. 29.
 De Christi ascensione conciones duæ. p. 104. 116.
 Christi tribulatio nos docet bona tribulationis. p. 135.
 Christi merita non profunt, nisi applicentur. p. 180.
 Christi in peccatorem charitas, & misericordia. p. 295.
 Christi verba efficacissima erant. pa. 314.
 Christi humanitas instrumentum est verbi. p. 454.
 Christum vidisse, beatitudo fuit. p. 460.
 Christo in sacramentis frui beatitudo nostra est. p. 461.
 Christi videndi desiderium. p. 461. & deinceps.
 Christi memoria omnem tentationem pellit. p. 572.
 Christi labores pro nobis suscepti nos emollire debent. p. 577.
 Cælum locus est beatorum. pa. 119.

Confessarij mali decipiunt plures. p. 350.
 Conscientia consulenda in multis. p. 464.
 Consolationi diuinæ impedimento est humana consolatio. pag. 58.
 Consolatio iusti maior est quam consolatio peccatoris. pag. 555.
 Ad consolationem, & gaudium homo vocatur, cum ad Deum vocatur. p. 602.
 Incontemplatione, & consideratione cælestium Dei imago in animo est. p. 679.
 Inconuersione peccatoris, Dei auxilium, & hominis concursus necessaria sunt. p. 791.
 Licet gratia, & liberum arbitrium inconuersione concurrant, præcipua est gratia, licet nõ semper id appareat ibidem.
 Contitij verba cauenda valde. p. 334.
 Cor omni ex parte custodiendum. p. 430.
 Cor totum Deo debetur, vt eius figura ostendit. p. 465.
 Corpori aliqua danda sunt. p. 672.
 Consolatio non semper iusto adest, nec ei expedit. p. 41.
 Consolatio si abest à iusto, sed cito ei aderit. p. 41. C.
 Creaturæ picturæ, & effigies sunt Dei. pag. 199.
 Creaturæ quasi superflua, & projecta sunt ex his, quæ in celo sunt. p. 205.
 Creaturæ quasi vmbra sunt Dei. p. 223.
 Crudelis, & immisericors grauiter à Deo punitur. pag. 666. & 667.
 Crucis apparitio in iudicio, bonis dulcis, malis terribilis. p. 715.
 Cupiditas terrenorum impedimento est vitæ spirituali. pa. 260. 262. & 305.
 Cura hominis circa æternam salutem. p. 413.

D.

Deus vt absolutus Dominus, omnia euertere potest prohibito. pag. 597.
 Deus plus tribuit consolationis, quam tribulationis. pagina. 30. 31. & 38.

Deus cur mala plura patitur, quæ tam facile tollere potest. pag. 81.
 Deus igne declaratur. p. 157.
 Deus tanquam ignis vt in animo seruetur, indiget nutrimento bonorum opotum. p. 158.
 Deus amor est, essentia Dei amor est. p. 164.
 Dei cognitio naturaliter desideratur à nobis. p. 187.
 Dei cognitio difficilis ibidem.
 Dei cognitio necessaria, & iocunda, ibidem.
 Deus incomprehensibilis est à nobis. p. 197.
 Dei bonitas infinita. p. 198. & 542.
 Deus maxime diligendus ibidem. & 223. & 542. & 546.
 Deus thesaurus est infinitus. p. 201.
 Deus ignotus est. p. 202.
 Deus cur semel loqui dicatur. p. 592.
 Deo placere curandum maxime est. p. 207.
 Deo nulla clausa ianua est, vt non accurrat suis. p. 5.
 Deo auditio, cum diligere, & concupiscere debemus. p. 202.
 Deum esse naturaliter est notum. p. 189.
 Deum esse sacris negat peccator ibidem.
 In Dei cognitione vitanda curiofitas nimia. p. 217.
 Deus solus esse dicitur. p. 214. & 545.
 In Dei cognitione quomodo se mundus habuerit. p. 215.
 Dei maxima est vnitas in substantia, & attributis. p. 216.
 Deum non nouit, qui eius mandata non seruat. p. 221.
 Dei tanta est pulchritudo, vt intuentes se beat. p. 222.
 Deus magnificus est retributor. p. 320.
 Deus suos pascit. p. 320.
 Dei dulcedo in oratione gustatur. p. 338.
 Dei attentio ad obsequia, quæ ei exhibetur, etiam minima. p. 339.
 In Dei manu omnia multiplicantur, sicut in manu dæmonis perduntur. p. 344.
 Dei diuitiæ quantæ sint. p. 370. & 382.
 Deum peccator contristat. pag. 403.
 Deus maxime odit peccatum. p. 408.
 Deus prius respicit peccatorem misericordia quam ira. pagina 411.

Deus nihil aufert, quin donet. p. 444.
 Deus præcipue cognoscitur, cum eius misericordia agnoscitur.
 pa. 458.
 Deus solus haberi vult. p. 494.
 Deo fidendum, & ad eum primo accedendum. p. 508.
 Deus quocunque pretio datur, gratis datur. p. 548.
 Ad Deum primum accedendum in omni malo. p. 697.
 Dei memoria, & obliuio. p. 664.
 Dæmon decipit homines dum non ostendit vniuersum statum
 peccati, & virtutis, sed partem solum. p. 31. & 32.
 Dæmon post Christum debilis, & ligatus est. p. 64.
 Dæmonis superbia, & arrogantia. p. 282.
 Dæmon venator astutus est. p. 369.
 Dæmon latro merito dicitur. p. 474.
 Derelinquitur aliquando à Deo electus, sed aliter quam repro-
 bus. p. 665.
 Dilectio proximi, etiam inimici, vide verbo amor.
 Difficilia aggredi, & vniuersa aspera superari facit, Spiritus san-
 ctus. p. 156.
 Diuitis bona congregantis stultitia. p. 378.
 Diuitis non dicitur esse regnum cælorum, sed pauperis, & à paupe-
 re recipitur diues misericors in cælo. p. 401.
 Diuitiæ amicos separant. p. 486.
 Diuitiæ vt dij coluntur. p. 495. & 506.
 Diuitiarum seruus auarus est. p. 495. & deinceps.
 Diuitiæ periculis plenæ. p. 498.
 Domestici curandi sunt, vt recta, digna gerant. p. 21. C.
 Dominorum temporalium crudelitas. p. 642.
 Dona Spiritus sancti quid in nobis operentur. pa. 184.

E

Ecclésiæ Christi insigne, & encomium est, peccatores sana-
 re. pag. 289.
 Ecclesiæ Christi sapientia maxima. p. 308.
 Ecclesiæ Romana columna est, & magistra veritatis. p. 349.
 Ecclesiæ sponsa Christi est. p. 587.

Eccle-

Ecclesiæ regnum cælorum dicitur. p. 598. 632. & 675.
 Egredi à facie Dei, quid sit. p. 664.
 Eleemosyna remedium est peccatori. p. 377. 389. & 400.
 Eleemosyna cur sola memoretur in iudicio. p. 379.
 Eleemosyna Christo datur. p. 529.
 Eleemosyna fiat; vel opere, vel verbo, vel mente. p. 535.
 Epicurus philosophus dicitur mundi consolator. p. 129.
 Examen operum nostrorum faciendum. p. 317.
 De eucharistia, vide conciones tres à p. 225.
 Eucharistiæ sacramentum relictum est in amoris signum. pagina
 124.
 In eucharistia Christi caro exaltata nimium est. p. 226.
 In eucharistia suo satisfecit amori Christus in nos. p. 228.
 In eucharistia amori, & desiderio nostro satisfecit Christus, ibi-
 dem.
 In eucharistia arma habemus præclara contra hostes. pagina
 233.
 In eucharistia maximè Christo vnimur. p. 239.
 Per eucharistiam viuit homo vita diuina. p. 242.
 Ad eucharistiam frequenter, & auide accedendum. p. 247.
 Cur eucharistia ex præcepto non sumitur frequenter. ibidem.
 Cur eucharistia præcepta maximus fructus non participatur. p.
 249.
 Eucharistia quomodo per manna significatur, ibidem.
 Eucharistia cæna magna est. p. 254. C.
 Eucharistia quibus de causis dicatur cæna magna, ibidem.
 Eucharistiam tribuit Deus amicis, & inimicos ab ea arceat. pagina
 263.
 Eucharistiæ sumendæ necessitas. p. 342.

F

Falsi prophætæ impostores hominum multi nunc sunt. pag
 360.
 Febris peccatum significat, & ostendit. p. 621.
 Feruens spiritu cælum plus lætificat, quam iustus tepidus. pagi
 296.

s

Festus

INDEX.

- Festus dies Deo, non diabolo dandus. pag. 534.
 Fide viua, & amore ac dulcedine Christus à nobis cognosca-
 dus. p. 26.
 Fide, ac fiducia à nobis orandum est, vt obtineamus petita. pag.
 83.
 Fidei præclarum testimonium est victoria euangelij per paucos
 milites parua contra vniuersum mundum. pagina. 139. &
 deinceps.
 Fidei testimonium est vita sancta fidelium. p. 146.
 Fides cor tranquillum reddit. p. 319.
 Fides viua quando infirmetur. p. 619.
 Fides magna sperat, etiam cum remedium non videt. p. 628.
 Fidei status tres. p. 630.
 Fidei necessitas, vt in Deum moueamur. p. 695.
 Fides quomodo iustificet. p. 696.
 Fidelis peccatum grauius est. p. 411. & 492.
 Fidelis ab infidelibus confunditur. p. 486.
 Filij causa peccatorum parentibus esse solent, ideo venundan-
 tur cum peccatore. p. 661.
 Fimbria Christi quid sit. p. 699.
 Fimbria Christi quomodo sanat. p. 699.
 Fimbriam quis præbè tangat, ibidem.

G

- G**Audium iusti nemo ab eo tollet. p. 36. 37. & 46.
 Gaudium iusti maius est omni eius tribulatione. p. 47.
 Gaudium peccatoris minimum, & inane, ibidem. & deinceps.
 Gaudium cæli in peccatoris conuersione. p. 279. & 296.
 Gaudium puræ charitatis quid sit. p. 558. & 559.
 Vide etiam de hoc gaudio in verbo delectatio, & in verbo
 iustus.
 Septium conuersio. p. 309.
 Gloriæ æternæ præmium maximum, quod omnem laborem su-
 perat. pagina. 38. & 39.
 Gloria hominis quæ sit, ignoratur ab homine. pagina. 99.

Glo-

ALPHA ET BICVS

- Gloria, quam fides nostra tradit, suprema est. p. 100.
 Gloria in Dei facili visione consistit, ibidem.
 Gloria tribuitur legitime certanti. p. 103. & 104.
 Gloria in orbe cælesti dabitur corporibus. pag. 119.
 In gloria omnia bona sunt. p. 120.
 Gloria Dei gloria dicitur esse beatorum quia de ea plus gaudet,
 quam de sua. pag. 121.
 Gloriæ spes, & consideratio animum confirmat in aduersis. pa-
 122.
 Gloria æterna tribulatione emitur. p. 134.
 Gloria cæna magna est. p. 252. & deinceps.
 Gloria æterna quærenda, temporalia despicienda. p. 306. 307.
 Gloriam qui desiderat, crucem, & legem Dei suscipiat. p. 326.
 Gloriandum nobis non est de operibus virtutis, sed gloria Deo
 referenda, & quibus de causis. pagina. 417. & deinceps. &
 424. & 428. & deinceps.
 Grati a Dei animam viuificat. p. 686.

H

- H**OMO merito oui comparatur. p. 292.
 Homo piscibus similis est. p. 302.
 Homo ad mala potens, ad bona impotens est. p. 343.
 Homo arbor est, & fructum reddere tenetur. p. 352. & 359.
 Hominis mira compositio ostendit Deum esse. p. 192.
 Hominem Deus excidit, qui fructum non dat. p. 354.
 Homo non dicitur Dominus temporalium absolutus. pag. 372.
 394.
 Homo Dei villicus est. p. 383.
 Homo fragilis & infirmus est. p. 599.
 Hominis regnum post peccatum imminutum est. p. 618.
 Homo propter terræna bona magnus non est, sed propter virtu-
 tem. pagina. 627.
 Homo quia Dei imago est Deo tribui debet. p. 673.
 Homo quia liber arbitrio est, magis tenetur Deo seruire quam
 reliqua. pag. 676.
 Homo diuina contemplanus Dei imago est præcipue. pag. 679.

e 2

Homo

Homo peccator imaginem bestiae gerit. p. 680.
 Homo peccato moritur. p. 686.
 Humilis exaltatur. p. 107. & 324.
 Humilitatis maxima bona. p. 413.
 Humilis attendit potius quae non habet, quam quae habet, superbus è contra. p. 425.
 Humilis animus & vox. p. 436.
 Humilis melioribus se confert. p. 439.
 Humilis etiam fictus non hic à Deo punitur. pag. 387.
 Humilis relinquit primum locum, sed eum accipit. p. 336.
I.
Imagō Dei in anima est, in reliquis vestigiū. pagina 673. & deinceps.
 Imago est imperfecta in homine, perficitur, si Deo adhaereat. pag. 677.
 Imago Dei in anima est, cum eum cognoscit, & diligit actu. pag. 679.
 Imitatio Christi. p. 700.
 Imperfectiones nostras Deus tolerat. p. 613. & 616.
 Incarnatio desponsatio est verbi. p. 587.
 Increpationi Domini proxima est eius misericordia. p. 617.
 Inferni poena ignis aeterni grauisima. p. 336. 707.
 Infirmitas grauis ostendit Deum esse. p. 193. & 522.
 Infirmitates cur relictæ sint post hominis redemptionem. pag. 612.
 Infirmitatis plura bona, ibidem.
 Ingratitudo hominis diuinis beneficijs. p. 563.
 Inimici diligendi sunt. p. 638.
 Inimicis parcere honorificum est. pag. 650.
 Inspirationibus diuinis facile, & difficile duci. p. 184. & 185.
 Ira rectè ordinata bona est. p. 331.
 Ira recta quo ordine procedat, ibidem.
 Ira contra rationem qualis sit, ibidem.
 Ira qua arte, ac ratione, cohibenda sit, ibidem.
 Ira cohibenda ne in verba procedat. pagina. 446.

Iudican-

Iudicandum non est, nisi audita parte. p. 395.
 Iudicij Dei timor, & ad illud præparatio. p. 380. 398.
 Iudicij diuini consideratio potentissima medicina est. p. 707.
 Iudicij, & ultionis terribilitas, ibidem.
 Iudicium signa præcedent horribilia. p. 710.
 Iudicium antichristi præcedet. p. 711.
 Ante iudicium cur maxima erit tribulatio. p. 713.
 In iudicio vniuersa hominum facta penduntur. p. 717.
 Illa factorum omnium manifestatio in iudicio facta quæ nã operabitur in Deo, iustis, & peccatoribus, ibidem.
 In iudicio iustorum reuelanda peccata, sed non in confusionem eorum. p. 718.
 In iudicio summa erit Christi ira. p. 719.
 Iudicium diluuium est. p. 720.
 Iudicij dies incerta. p. 722.
 Iudicij dies vicina nobis est. p. 722.
 Iustitia dicitur omnis virtus. p. 326.
 Iustitia Christi nobis necessaria est, vt eam participantes iusti simus. p. 327.
 Iustitia exterior solum parum valet. p. 328. & 329.
 Iustitiæ Dei & ultionis grauitas. p. 368. 412.
 Iustus iam tribulatur iam consolatur. p. 41.
 Iustus post tribulationem cito consolationem percipit. p. 41. C.
 Iustus à Deo probatur tribulatione, vt fides eius appareat. p. 42.
 Iustus bona opera consummat, praua vero inchoata reliquit. p. 102.
 Iustus magno in pretio habetur ab eo, qui Deum cognoscit. pag. 430.
 Iustus non omnino securus est. p. 375.
 Iustus adamanti similis, & fortis est. p. 4.
 Iustus libidine perdi solet, ibidem.
 Iusti vita vniuersa, initium, medium, & finis partui est similis. p. 34.
 Iusti lachrymæ quæ sint. p. 44. C. & deinceps.
 Iusti gaudium non tollitur ab eo. p. 46.
 Iusti cor, & oculi sursum ferantur. p. 159.
 Iusti rete non rumpunt, sed intra ea se continent. pag. 310.

INDEX.

Iustus quomodo dicatur non posse peccare. pag. 364.
 Iustis bona temporalia concedit Deus. pag. 388.
 Iustus filius lucis est. pag. 391.
 Iustus ea contentione quærat æterna, quo peccator temporalia.
 pag. 393.
 Iustus peccatorem excusat apud Deum, non accusat. pa. 439.
 Iusti aliquando bona sua enumerarunt, & quando. pa. 441.
 Iusto scandalum esse, vt à Deo recedat, graue piaculum est. pag.
 450.
 Iusto promissa sunt bona temporalia. pag. 503.
 Iustus sitire non dicitur. pag. 530.
 Iustus consolatur etiam nunc, plusquam peccator. pag. 553.
 Iusti dicuntur Dei esse, quia iure, & re ipsa eius sunt. pa. 579.
 Iustus in domo propria est, nec per alienas vagatur. pa. 584.
 Iustus in Christo inueniet gratiam & gloriã, ac si ille solus esset,
 nec quia multi, ideo ille minus erit. pag. 594.

L

Lachrymarum genera diuersa, & inutiles & vtilis. pag. 44.
 Lachrymæ Christi peccatoris causa. pag. 403.
 Lex nature, & scripta hominem non sanauit. p. 476.
 Lingua frenanda est. pag. 446. & 447.
 In Lingua facile homo peccat. pag. 670.
 Licita quædam apparent, quæ coram Deo non sunt. pag. 668.
 Longanimitas, & expectatio necessaria homini est, vt diuinas
 promissiones assequatur. pag. 30. & 42. C.
 Lux iustitiam, sicut tenebra peccatum significat. pag. 392.

M

Magnanimitas Christi Domini, & iustorum in tribulatione.
 pag. 52.
 Mala corporis mala non sunt. p. 526.
 Mandata Dei seruanda omnia. p. 430.
 Mandata Dei suauia sunt. p. 550.
 Meritum bonorum operum à gratia procedit. p. 573.

Miseri-

ALPHABETICVS

Misericordia Dei in peccatores maxima. p. 264. 295.
 Misericordia Dei in peccatores tanta vt omnes de ea murmurēt.
 pag. 268.
 Misericordia Dei quanta sit, cum non solum peccatorem reci-
 pit, sed etiam querit, & rogat. pag. 269.
 Misericordiæ Dei opera mirabiliora sunt, quam iustitiæ opera
 ibidem.
 Misericordia in peccatores Dei insigne est. p. 284. 289.
 In misericordia in peccatores Dei bonitas maxime elucet. pagi.
 297.
 De misericordia Dei libentius audimus, quam de alijs eius attri-
 butis. p. 336.
 In misericordia excellit Deus. p. 337.
 Misericordia Dei præsto nobis est in tribulatione. p. 338.
 Misericordia Dei in peccatorem. dum eum vocat. p. 396.
 Misericordia Dei efficit, vt sero, & quasi dolens vlciscatur. pagi.
 405.
 Cum misericordia Dei agnoscitur, maxime Deus cognosci dici-
 tur. p. 458.
 Misericordiæ Dei cognitio multa bona affert. p. 459.
 Misericordia Dei mirabilis dum mala nostra tulit. p. 477.
 Misericordia Dei summa, cum animam vilem querit in spon-
 sam. pag. 589.
 Misericordia Dei magna etiam cum increpat nos. p. 617.
 Misericordia Dei exemplar est misericordiæ nostræ. p. 647.
 Misericordia nostra mensura est misericordiæ Dei. pagina. 647.
 & 652.
 Misericordiæ Dei nullus est terminus. p. 648.
 Misericordiam suam & gratiam primam effundit in nos Deus
 sine meritis. pag. 651.
 Misericordia in proximum, vide eleemosyna.
 Mors somnus est. p. 704.
 Mortis cogitatio efficit, vt viam rectam teneamus. pagina. 524.
 & 525.
 Mors ostendit Dei potentiam, & hominis miseriam. p. 524.
 In morte angustia erunt peccatori. p. 407.
 Mors cito veniet. pagina. 43.

INDEX.

Mors Christi paruo tempore duratura. p. 29.
 Mors Christi maxima est eorum quæ nobis proponi possunt,
 vt iusti simus. p. 18.
 Mortificatio necessaria est, vt pax acquiratur. p. 10.
 Mundus hic corporeus Dei imago est, vt eum cognoscamus. p.
 69.
 Mundus auarus est in retribuendo. p. 320.
 Mundus non attendit ei præstita obsequia. p. 339.
 Mundi fabrica ostendit Deum esse. p. 192. 204.
 Murmurationis damna. p. 268.
 Mutus bonus, & Deo charus. p. 446.

N.

Negligentia laqueus laqueorum est. p. 370.
 Negotiatio terrenorum plena est periculis. p. 604.

O.

Opera bona Dei gratiam in anima conferuant. p. 158.
 Opera Deus vult non verba sola. p. 399. 464.
 Opera sine charitate facta nullius sunt meriti. p. 573.
 Opera in gratia facta plurimi sunt meriti. p. 573.
 Opera spiritu facta, vel sine spiritu plurimum distant. p. 702.
 Oratio omnem virtutem auget, & perficit. p. 94.
 Oratio primum est, quod Deus hominem docet, postquam fide
 tradidit. p. 93.
 Oratio quasi in publico fit. p. 89.
 Oratio secreta esse debet. p. 88.
 Oratio est vniuersale remedium malorum omnium. p. 69.
 Oratio remedium obtinet in rebus desperatis, ibidem.
 Orationis vim etiam ethnici agnouerunt, ibidem.
 Oratio quid sit, ibidem.
 Oratio summa ac maxima obtinet, ibidem.
 Oratio in Christi nomine quid sit, ibidem.
 Oratio non semper obtinet, vt statim res petita concedatur, ibide.
 Cur orari Deus voluerit, vt bona concedat. p. 82.
 Oratio fide, ac spe fulcita obtinet plurimum. p. 82.

Oratio

ALPHABETICVS

Oratio peccatoris an exaudiatur. p. 86.
 In oratione pax Dei gustatur, quæ exuperat sensum. p. 10.
 Qui non orat, Deo molestus est, non qui orat. p. 87.
 Quæ in oratione præcipuo loco petenda sunt. p. 92.
 Orandum attentè, & reuerenter. p. 95.
 In oratione Dei dulcedo percipitur. p. 338.
 Oratio apud se quæ dicitur. p. 416.
 In oratione imago Dei in anima est. p. 679.
 Ordo rerum peruersus in mundo est, sed à Deo ordinandus in
 iudicio. p. 710.

Parabolis, & quæ deliria videtur cur vsus sit Christus. p. 586.
 Pænitentiæ ratio. p. 503.
 Passio Christi obliuioni nunquam tradenda. p. 18.
 Passio Christi summi amoris signum, & summè nos deuincit. p. 19.
 Passiones Christi nos emollire debent. p. 577.
 Passio Christi nos sanat. p. 629.
 Pastor malus, qui mercenarius est. p. 211.
 Pax cum Deo, & proximo, & cum se ipso, de his multa. p. 6.
 Pax cum proximo necessaria, & in animo honore habita. p. 8.
 Pax impio non est. pag. 9.
 Pax iusti ibidem.
 Pax iusti sine bello præcedenti non est. pag. 10.
 Pax iusti in oratione, & contemplatione gustatur. p. 10.
 Pauperis est regnum cælorum. p. 401.
 Paupertas aliquibus expedit. p. 512.
 Peccator cordis ianuam Deo claudit. pag. 5. C.
 Peccator cum Deo inimicitias gerit, & contra eum pugnat. p. 6. C.
 Peccator vanè conturbatur, & vanè timet. p. 7. B.
 Peccator non considerat vniuersum statum peccati & virtutis.
 pag. 31. & 32.
 Peccator differens conuersionem sibi laborem parat. pagina. 34.
 Peccator vanè laborat, & mala sibi congregat. pagina. 43. C.
 Peccator dolere de amissione temporalium, quod vero Deum
 amiserit non curat. pagina. 56.
 Peccator Deo arguenti respondere non poterit. pagina. 62.

e 5

pecca

Peccator post Christi redemptionem facile vincere potest da-
mon. pag. 64.

Peccator Deo iniuriam irrogat, ibidem.

Peccator sic se gerit, ac si iudicium non esset. p. 65.

Peccator praua opera consummat, bona inchoata relinquit. pag.
102.

Peccatoris lætitia vana, & inanis. p. 32. 33. & 48. A. B. C.

Peccatoris cor cui simile fit. p. 49.

Peccatoris adulterium, & stultitia. p. 49. & deinceps.

Peccatoris oratio an exaudiatur. p. 86.

Peccator cor, & oculos in terra statuit. p. 159.

Peccator Spiritum sanctum non habet. p. 160.

Peccatoris opera mortua sunt. p. 169.

Peccator male colligit, & arguit. p. 172.

Peccator sine Deo sistit in hoc mundo. p. 190.

Peccator Deum non nouit. p. 221.

Peccator prius eum, quam illam videat. p. 261.

Peccator ad mala potens, ad bona impotens. p. 343.

Peccatorem in multa patientiâ Deus sustinet. p. 17.

Peccatorem vocat ad se Deus summa misericordia. p. 265.

Peccatorem in omni creatura insequitur, & Deus protegit. p. 266.

Peccatoris pondus maximum. p. 371.

Peccator si Christo adhæreat, facile peccata superabit. p. 272.

Peccator ad Deum conuertatur; ut uiuat. p. 275.

Peccator quibus de causis ad Deum conuerti debeat. p. 277.

Peccatoris conuersio lætificat vniuersum cælum. p. 279. 296.

Peccatorem innumera mala manent. p. 281.

Peccatorem cur vi Deus non conuertat. p. 283.

Peccator indies magis peccat. p. 293. & 294.

In peccatoris conuersione Dei bonitas præcipue apparet. pag.
297.

Peccator similis est piscibus maris. pag. 302.

Peccatores rete rumpunt. p. 310.

Peccator fastidit Dei verbum. p. 315.

Peccator durus corde verba Dei non suscipit. p. 316.

Peccatoris opera nullius sunt pretij. p. 321.

Peccator dissipat omnia bona. p. 374. & 386.

Peccator dissipat potentias suas, ibidem.

Peccator perdit gratiam, & dona cælestia, ibidem.

Peccator non omnino dissipat bona, sed quasi dissipat. pagina.
375.

Peccatorem accusant omnes creaturæ. p. 385.

A peccatore sapius Deus temporalia tollit. p. 388.

Peccatoris discrimen maximum. p. 388.

Peccator filius tenebrarum est. p. 391.

Peccator Deum lachrimari facit. p. 403.

Peccator defeat, quia Deum amisit, & plurima eum mala manent.
p. 406.

In peccatum Dei odium maximum. p. 408.

Peccati viam tenere, vel virtutis, quantum interfit. p. 410.

Peccatorem Deus respicit prius misericordia quam ira. p. 411.

Peccatorem libenter suscipit Deus. p. 432. & 580.

Peccator conferre se solet deterioribus. p. 439.

Peccatorem ex causa apud Deum non accusa. p. 439.

Peccator mutus, & surdus est. p. 448.

Peccatorem ad Deum ducere, Deo est pergratum. p. 449.

Peccatori nullum relinquitur bonum. p. 470.

Peccator si à cælo discedere vult, prius amicos inuisit, & eis dis-
cessum dicat, eius causas. p. 472.

Peccator corrumpitur, & vermibus scætet. p. 475.

Vulnera peccatoris, ibidem.

Peccator alios facile inficit ut pestifer. p. 484.

Peccatori multa temporalia defunt quia Deum non querit. p.
503.

Peccator plus mali sibi infert, quam inferre possit Deus, &
omnis creatura. p. 517.

Peccator ab hominibus eiciendus. p. 520.

Peccator sistat primum, & viam consideret. p. 523.

Peccator siti fatigatur. p. 530.

Peccatoris ingrati peccata diuinis beneficijs. p. 562. & deinceps.

Peccator Dei est iure, sed non recipit, id est alienus dicitur. pag.
559.

Peccator per alienas domos vagatur. p. 584.

Peccator sic punitur, ac si unus esset puniendus, & inter multos
latere

latere non poterit. pag. 594.
Cum peccatorem Deüs sustinet in infinitam ostendit potentiam. pag. 641.
Cum peccator à Deo relinquitur, vendi dicitur. p. 661.
 Peccator imaginem diaboli defert. p. 680.
 Peccator fidem in carcerem trudit. p. 697.
 Peccator publicus aliquando citius in mentem redit, quam occultus. p. 705.
 Peccatoris supplicia immensa. p. 709.
 Peccatum Deüs sustinere non potest, quin illud arguat. p. 61.
 Peccatum contristare Deum dicitur, ibidem.
 Peccatum Deüs non dissimulat, etiam coniunctissimis, ibidem.
 Peccatum vel minimum admittendum non est pro bono omnium creaturarum. pag. 227.
 Peccatum graue est, quod homo admittit post sumptam eucharistiam. pag. 241.
 Peccati grauitatem ostendit æternus ignis inferni. p. 356.
 Peccator videri nullus vult. pag. 362.
 Peccatum tantum malum est, vt deberet fieri non posse. pag. 365.
 Peccatum omni moda destructio est. p. 470. 663.
 Peccatum summum est malum. pagina. 483. & 515.
 Peccatum lepra est. p. 483.
 Peccatum mors est. p. 515. & 686.
 Peccatum Deüs omnino dimittit. p. 582.
 Peccati dimissio difficilis est, & ideo vt articulus fidei traditur. pag. 682.
 Peccatum febris est. p. 622.
 Peccatum habitum est maximum. 632.
 Peccati facilis venia Dei misericordiam infinitam ostendit. p. 637.
 Peccata remissa quomodo redeant. p. 642.
 Peccata agnoscuntur, cum coram Deo homo sistitur. p. 658.
 A peccato statim recedendum est. p. 689.
 Peccati radix tollenda, mala voluntas. p. 693.
 Peccata plurima sunt, & ideo iudicium merito erit. p. 722.
 Pœnitentis in conuersione dolor quasi parturientis. p. 34.
 Pœnitentis dolor quantus esse debeat, quod Deüs miserit. p. 56.
 Pœnitentiam negare fuit omnium errorum pessimum. pag. 290.

Pœni-

Pœnitens verecundatur coram Deo, & magnum quid agit, si coram Deo esse audeat. p. 487. & 488.
 Perficere bona, & mala opera, quorum sit. p. 102.
 Perfectio à nobis iure exigitur. p. 646.
 Pefecutiones ecclesia tres. p. 347.
 Prædestinatus ouis est, si errat reduci se patitur, reprobus fera est non redit, cum errauerit. p. 294.
 Prædestinatum tribulatione Deüs percutit, vt à peccato recedat. pag. 690.
 Prælatus tenetur custodire subditos. p. 372.
 Præmium Dei maximum, mundi vero minimum. p. 320.
 Prædicator à se ipso loqui non debet. p. 68.
 Prædicator piscator est. p. 302.
 In prædicatore Christus loquitur. p. 314.
 Prosperitas hominem perdere solet, tum temporalis tum spiritalis. p. 624. & 683.
 Proximo ne malefeceris. p. 653. & 654.
 Proximo male facere, Deo graue piaculum est, ibidem.
 Prouidentia Dei mirabilis in pascendo cuncta animantia. p. 345.
 Prouidentiam mirabilior in eo quod per causas secundas omnibus prouidet. p. 346.
 Prouidentia Dei in nos maxima. p. 499.
 Prouidentia diuinæ fidendum. p. 503.
 Prouidentia Dei est, licet peccata patiat. p. 708.
 Prouidentia Dei ex peccatis bona educet, ibidem.
 Prudentis est præcauere futura. p. 380.

R.

Redemptio Christi non potest ei, cui non applicatur. pa. 180.
 Reprobis tribulatione aliquando non tangitur. pag. 690.
 Retributio Dei magna pro paruis obsequijs. pag. 339.

S.

Sacerdos consiliarius Dei est in consilio misericordiae. pa. 489.
 Sacerdos quid sit, & quæ eius munera. pag. 11.

Sacer-

INDEX.

- Sacerdos orationis dono polleat. p. 13.
 Sacramenta feruide suscipienda. p. 703.
 Sacramenta nouæ legis faciunt ex attrito contritum. pag. 455.
 & 456.
 Sanguis peccatum, & appetitum significat. p. 691.
 Scripturæ diuinæ mira concinnitas. p. 207.
 Silentium colendum. p. 446. & 447.
 Sitis propria est peccatoris. p. 530.
 Sollicitè Dei negotia à nobis peragenda sunt. p. 384.
 Sollicitudo diuitiarum, & victus reprobat. p. 497. & per totam
 concionem. & 504. & 510.
 Somnus mors est. p. 704.
 Spes hominem confirmat in aduersis. p. 122.
 Spes anchora est firma. p. 342.
 Spes in Deo maxima habenda est. p. 511.
 De Spiritu sancto conciones tres, vide à folio. 151.
 Spiritus sancti plenitudo data non fuit, donec Christus patere-
 tur. p. 57.
 Spiritus sanctus consolator est. p. 129.
 Spiritus sancti ignis mundum disposuit, vt semen Dei recipere-
 ret, & fructum plurimum redderet. p. 152.
 Spiritus sanctus legem Dei in corde scribit. p. 154.
 Spiritus sanctus fortissimus est, omnia superat. p. 156.
 Spiritus sanctus quasi cor est ecclesiæ. p. 159.
 Spiritus sanctus non habitat in peccatore. p. 160.
 Spiritus sanctus desiderari vult. p. 161.
 Spiritus sanctus spiritum nostrum adiuuat, carnè deijcit. p. 162.
 Spiritus sanctus Dei donum dicitur. p. 165.
 Spiritus sanctus dat nobis vitam diuinam. p. 168.
 Spiritus sanctus dat nobis Dei sapientiam. p. 170.
 Spiritus sanctus docet nos sapienter colligere. p. 172.
 Spiritus sanctus tanquam ignis alimenta animæ condit. p. 173.
 Spiritus sancti aduentus necessitas. p. 179.
 Spiritus diuinus quæ in nobis efficiat. p. 182.
 Spiritus sanctus donis suis efficit animam facile mobilem diui-
 nis inspirationibus. p. 183.
 Spiritu facta opera magna sunt, sine spiritu parum quid. p. 702.
 Super

ALPHABETICVS

- Superbiæ mala, per quam homo descendit. p. 412. & per totam
 concionem illam.
 Superbus attendit bona quæ habet, non quæ non habet. p. 425.
 De superbia vide tres conciones in dominicam decimam post
 pentecost.
 Superbia vniuersa bona perdit. pag. 434.
 Superbi voces, & animus. pag. 436. & deinceps.
 Superbus accipit primum locum, sed eum amittit. pa. 536.
 Surdus bonus, & Deo placens. p. 446.

T.

- Tentatio utilis est. p. 692.
 Terrena coram Deo nihil sunt. p. 627.
 Terrena relinquere Christus docet, demon contra ea diligere.
 pag. 306.
 Terrena bona quomodo Deus tribuat. p. 512.
 Testimonium fidei magnum victoria euangelij est vniuersum. p.
 139. & deinceps.
 Testimonium fidei est vita sancta fidelium. p. 146.
 Tribulatio minus durat, quam consolatio. p. 31.
 Tribulatio iusti, & peccatoris diuersa. p. 40.
 Tribulatio & consolatio diuersis temporibus iusto cõueniunt. p. 41.
 Tribulatio iusti fidem probat. p. 42.
 Tribulatio iustum non conturbat, nec perdit. p. 52.
 Tribulationes Deus suis tribuit pluribus de causis. pagina. 133. &
 deinceps.
 Tribulatio pretium est, quo emitur gloria, ibidem.
 Tribulatus Christus nos docet, tribulationem amplecti, ibidem.
 Tribulatio nos efficit dignos mensa cælestis, ibidem.
 Tribulatio materiam ministrat plurimarum virtutum, ibidem.
 Tribulatio Dei donum est. p. 147.
 Tribulatio elaborat lapides præcipuos Hierusalè cælestis. pa. 147.
 Tribulatum Deus conspicit oculis dulcissimis. p. 148.
 Tribulatio signum est eterne salutis, ibidem.
 Tribulatio nos compellit in cælum viam agere. p. 149.
 In tribulatione etiam desperata adest Deus suis. p. 5. & 714.

- In tribulatione cito Deum adesse nobis volumus. p. 42.
 Cur tribulationes plures Deus esse homini vult. p. 81. & 612.
 Tribulationi aliqui non proficiunt in bonum. p. 322. 614.
 Tribulatione iustus proficit ibidem.
 Tribulatio malum non est, sed bonum. p. 526.
 Ad tribulatum semel loquitur Deus. p. 592.
 Tribulatione nos Deus ad se trahit. p. 609. 626. & 683.
 Tribulatione electum Deus à peccato surgere facit. p. 690.
 Tribulatio mala apparet, sed in bonum est. p. 998.
 Tribulatio tanta cur futura sit in fine mundi. p. 713.
 De diuina trinitate vide conciones tres à p. 187.
 Trinitas personarum naturali lumine cognosci nō potest. p. 194.
 Tristitia Dei & sæculi diuersæ admodum. pag. 44. & deinceps.
Venudari peccator dicitur, cum derelinquitur. p. 661.
 Veritas iustum consolatur, impium contristat. p. 129.
 Verbi Dei vix maxima. pag. 306. & 313.
 Verbum Dei in aliquibus viam non habet, & quare. p. 315.
 Via lata in cælum non tendit, & qui eam docet à se loquitur nō ab euangelio. pagina. 68.
 Via lata relinquenda est, vt saluus sis. p. 452.
 Viæ hominum mores sunt hominum. p. 606.
 Virtutis viam tenere quantum homini interfit. p. 410.
 Virtus omnis iustitia appellatur. p. 326.
 Vt virtutem acquiras minimum, quod potes, præsta Deus vero adjiciet, quod defuerit. p. 343.
 Virtutis gloria Deo non nobis tribuenda. p. 417. & deinceps. & 424. & 428. & deinceps.
 Virtus sola Deo grata, & magna est. p. 463.
 Virtus vestis est hominis, propria. p. 596.
 Vita brevis quibus de causis fit p. 50. C. & 51.
 Vitium vestis est hominum peregrina. p. 596.
 Voluptas esca est hominum. p. 303.
 Vxor & filij peccatoris, cur venudari præcipiantur & quomodo peccatorum sint causa. pagina. 691.